Universitätsbibliothek Paderborn

# Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et Antiquitatum Germanicarum Syntagma

Paullini, Christian Franz

Francofvrti ad Moenvm, 1698

urn:nbn:de:hbz:466:1-44860

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn 51W
07/9326
06
10W
2282
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Ss. Stephani et Viti Martij. in Corbejâ 1709.

# CHRIST. FRANCISCI PAULLINI.
Ferrariâ-Thuringi,

RERUM ET ANTIQUITATUM
# GERMANICARUM
# SYNTAGMA,
VARIOS ANNALES, CHRONICA ET DISSERTATIONES
comprêndens,

[Opuſcula hactenus expetita]

*Quorum Syllabus poſt præfationem exhibetur,*
Vel è tenebris ſordibusq; ſuis primùm eruta, ſeu bonâ fide
abs Ipſo contexta,

*Literis & Bullis*
# CÆSARUM, PONTIFICUM,
# PRINCIPUM,
ALIORUMQUE,
*vix unquam antea viſis,*
*illuſtrata & confirmata,*

Multisque curioſis diſcurſibus, jucundis
memorabilibus, variis curioſitatibus, & rarioribus
caſibus conſperſa.

*FRANCOFURTI AD MOENUM,*
Impenſis FRIDERICI KNOCHII, BIBLIOP.
TYPIS BAUERIANIS,
Anno M. DC. XCVIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# VENERANDO LECTORI
## VITAM ET PROSPERITATEM!

QUàm auguſta Majeſtas *Hiſtoriæ* ſit, omnium Artium & Scientiarum *Reginæ*, notum eſt conſtatque inter omnes. *Sceptrum* Ejus *oculatum* ipſi coronati Vertices adorant. *Pupilla* enim *prudentiæ* eſt. *Immota* ſedet: ne neſcias *conſtantiam* & *æquitatem* Illius. A' nullo ſiquidem pravo affectu vel dextrorſum, ſeu lævorſum flectitur ἀπαθὴς; ſed medium beata tenet ſemper, pulcherrimæ virtuti, quæ latere neſcit, fideliter addicta. *Si quis hoc robore animi eſt, atq́ hâc indole virtutis ac continentiæ, ut reſpuat omnes voluptates, omnemq́ vitæ ſuæ curſum in labore corporis atq́ in animi contentione conficiat: quem non quies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia delectent; nihil in vita expetendum putet, niſi quod cum laude & honore & cum dignitate conjunctum, hunc divinis quibusdam bonis inſtructum atq́ ornatum puto.* (a) *Laurum* amat, venuſtiſſimum *emblema* ſuum. Exſtantiora enim *boni Hiſtorici* munera, myſteria & ornamenta in felici hac arbore, *pietatis* putâ, *caſtitatis*, *utilitatis*, *amœnitatis*, imò *æternitatis*. *Codex* ejus *laborem* & *candorem* ſpirat. *Vigilantiâ* quippe & *fidelitate* cuncta agit feliciter. Cùm igitur, monente *Cajo Salluſtio Criſpo*, (b) omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare ceteris animantibus, ſummâ ope niti deceat, ne vitam ſilentio tranſigant veluti *pecora, quæ Natura prona & ventri obedientia finxit*, utique φιλοπονίαν meam dextrè interpretaberis. *Callicrates*, quô nemo præſtantior in caſtra ad Platæas venerat, ſagittâ per latera ictus,



(a) Cic. pro M. Cœlio. (b) de conjurat. Catilin. c. p.

poſtquam cum aliis pugnantibus exportaretur, ſeſe morientem miſerabatur, inquiens: *non ſibi dolere, quòd pro Græcia periret,* ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χειρὶ, καὶ ὅτι οὐδέν ἐστι οἱ ἀποδεδεγμένον ἔργον ἑαυτοῦ ἄξιον προθυμεομένου ἀποδέξασθαι, *quòd nihil manu eſſet uſus, nullamq; operam navâſſet dignam ſe, & ſuâ navandi cupiditate.* (c) Contrà *Epaminondas*, accepto lethali vulnere, id unum à circumſtantibus requiſivit, *num cadenti ſibi ſcutum ademiſſet hoſtis?* Quod ùt ſervatum audiit, allatumque, velut laborum gloriæque ſocium, oſculatus eſt. Iterum quæſivit: *utri viciſſent?* ùt audivit, Thebanos. *Bene*, ait, *ſe res habet: ſatis vixi, invictus enim morior.* Sicque, ferro extracto, vel gratulabundus patriæ, confeſtim exſpiravit. (d) *Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quisque maximè gloriâ ducitur. Illi ipſi Philoſophi etiam in iſtis libellis, quos de* contemnenda gloria *ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt, ac in eo ipſo, in quo* prædicationem & nobilitatem *deſpiciunt, prædicari ſe ac nominari volunt.* (e) *Ecquis enim tantos labores diurnos nocturnosq; domi militiæq; ſuſciperet, ſi iisdem finibus* gloriam ſuam, *quibus* vitam ſuam, *eſſet terminaturus? ſed optimi cujusq; animus maximè ad immortalem gloriam nititur.* (f) Bellè autem catéque S. *Bernhardus:* (g) *Sunt, qui ſcire volunt eo tantùm fine*, ut ſciant, *quæ* turpis curioſitas *eſt. Et ſunt, qui ſcire volunt, ut* ſcientiam ſuam vendant; *verbi causâ pro pecunia, pro honoribus, & hic* turpis quæſtus *eſt: & ſunt, qui ſcire volunt*, ut ſciantur ipſi, *& hæc* turpis vanitas *eſt; ſed ſunt quoq;, qui ſcire volunt, ut* ædificent, *& hæc* caritas *eſt; & ſunt, qui ſcire volunt, ut* ædificentur, *& hæc* prudentia *eſt.* Ego ſcire ſtudeo, ut ædificem ſimulque ædificer; ideoque ex eorum numero me cum S. *Auguſtino* (h) profiteor, qui *ſcribunt proficiendo,* & *ſcribendo proficiunt.* Interim me multa ignorare, & multa etiam atque etiam mihi diſcenda eſſe, cum *Tullio* (i) ingenuè fateor. Comunis patriæ noſtræ *Rerum & Antiquitatum faſciculum* hîc promo, variis memorabilibus conditarum. Proſunt, delectant, erudiunt. Atat! clamat forſan nonnemo, periculoſum aleæ opus tractas, incedisque *per ignes doloſo cineri ſuppo-*

(c) Herodot. L. IX. c. 71. (d) Juſtin. L. VI. c. 8. Nep. in Epamin. c. 9. (e) Cic. pro Archia. (f) in Caton. maj. (g) ſuper Cantic. ſerm. XXXVI. (h) epiſt. 7. (i) III. Tuſcul.

*ſuppoſitos.* (k) Ego autem cum *Ennio* meo, dum clavum rectum teneam, navimque gubernem, dicat quisque de me, quid voluerit.

*Vicit amor patriæ*, ſtudiique *immenſa cupido.*

Videant heîc *Theologi*, quî Eccleſia variis in locis creverit & ſuccreverit, quod primordium & finis, ſeu translatio, hujus & iſtius fuerit; quanto ſtudio Pii Majores cœnobia, ſacella, oratoria, & Xenodochia paſſim condiderint, quantas eleemoſynas ad ea tulerint, quàm acriter pro aris & focis pugnaverint, quàm intrepidè, Deo ſic volente, boni Paſtores animas pro ovibus ſuis poſuerint, quàm grato animo Benefactores & Nutritios ſuos Poſteritati commendaverint, ut de ſacris profanisq; Variorum Scriptis nihil addam. Videant heîc *Rerum Politicarum cupidi* varia loca & Gentes extinctas, quæ ſanè in tenebris titubantibus facem aliquando accendent. Excutiant chartas, paſſim fidâ manu innexas, in bivio hærentes nonnunquam, & *Bonum* fortè clamabunt *factum*! Nemo aut *JCti*, vel *Conſiliarii* gradu, ſeu munere dignus eſt, qui non hiſtorias prudenter calleat, pulcrè id probante Conſultiſſimo Viro, *VVinckelmanno* noſtro, JCto & Hiſtorico. (k) Domus Conſiliarii *Principis Oraculum* eſt, à quo, tanquam ab *Apolline* quodam, reſponſa publica poſtulantur: cujus januam ingens ſemper turba Magnatum frequentat, & qui *dubii ac incerti rerum* ad eum accedunt, acceptis, veluti à *DEO quodam*, reſponſis, *certi & firmi* revertuntur. (l) Cùm verò ſola *Hiſtoria oculus prudentiæ* ſit, nullibi ſanè catum mihi oſtenderis vel JCtum, ſeu Conſiliarium, hiſtorias qui neſciat, cunprimis patriæ, ſeu regionis ſuæ, in qua vivit. Quam *Leoni*, Principi futuro, *Baſilius* Pater jam Princeps ſeriò commendaturus ajebat: *per* hiſtorias Veteres *ire ne recuſa. Ibi enim reperies ſine labore, quæ alii cum labore collegerunt; atq; illinc hauries &* bonorum virtutes, *&* improborum vitia; vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea converſiones, mundi hujus inſtabilitatem, & impiorum præcipites caſus: *&, ut verbo complectar*, malorum facinorum pœnas, & bonorum prœmia, *quorum* illa *fugies, ne in Juſtitiæ divinæ manus incidas*: hæc *amplecteris, ut præmiis, quæ ea comitantur, potiaris. Alexander Severus* Imperator, quoties conſilio opus erat, Eruditos adhibuit, eos maximè, qui *hiſtoriam* nôrant, requirens, quid in



(k) Hor. L. II. od. 1. (k) L. IV. notit. vet. Weſtfal. c. 2. num. 3. (l) M. J. Ern. Gerhard. in prolog. diſſert. de Conſiliar. Jen. 16.

in talibus cauſis, quales in diſceptatione verſabantur, Veteres feciſſent. *Mortuos Conſiliarios*, i. e. Hiſtoriarum Monumenta unicè amabat *Alfonſus*, Rex Arragonum, quia ab his *ſine metu, ſine gratia* de iis, quæ maximè cupiebat, certior reddebatur. (m) Univerſa Juriſprudentia *hiſtoria* eſt, de variis variarum Rerump. legibus. Tolle notitiam Romanæ urbis, & jam magna *Digeſtorum* pars peribit. Tolle *Solem*, & diem ſpera: temne *hiſtoriam*, & JCtum age. (n) Videant heîc Ἰατρῶν Παῖδες ſaluberrima εὑπόρισα, experimenta ſublimiori ſcrutinio digna. Videant *Philoſophi*, & ceteri *Eruditi*, ſelectas & curioſas obſervationes, Phyſicas & Mathematicas paſſim inſperſas, rariora chronica, & alia ſcripta, auro mihi, ſi haberem, longè cariora. Etenim *nihil earum rerum ſcire, quæ antequam naſcereris facta ſunt, hoc eſt* ſemper eſſe puerum: *cognoſcere verò res geſtas memoriæ veteris, ordinem tenere Antiquitatum, exemplorumq́ habere notitiam, decorum, laudabile, ac propè divinum eſt.* (o) Ubi hoc vel iſtud opuſculum acceperim, in limine cujusque candidè dixi. Diverſa olim perluſtravi Monaſteria, & alia loca, chartasque eorum vetuſtiores fidâ ſedulâque manu excuſſi, cupidus Rerum Germanicarum Inquiſitor. Et, quorſum diffitear? fortuna ubique aſpiravit labori. Quô enim minimè credidi gurgite, piſcis erat. At *puſilla* ſunt: vah! annon tota Natura à minori ad majus lentè feſtinat. Pulcrè & nervoſè *Seneca*; (p) *nunquàm parum eſt, quod ſatis eſt: nunquàm multum eſt, quod ſatis non eſt.*

> *Quem* taurum *metuis*, vitulum *mulcere ſolebas*,
> *ſub qua nunc recubas* arbore, virga *fuit.*
> *Naſcitur* exiguus, *ſed opes acquirit eundo:*
> *quàq́ venit, multas accipit*, amnis, *aquas.* (q)

Si probaverit æquus prudensque Lector hoc meum ſtudium, Bono cum Deo plura ſpondeo. Vix quaternio eſt qui *Pagos* aliquot Saxoniæ monſtrat, juſſu Amici feſtinanter adjectus, mox autem in juſtum excreverit Commentarium. In codicillo iſto affertur pagus *Pageloſe*. *In Loſa* (ſcripſeram ego) *ſitum erat prædium Loſa* &c. Quæ verba cum CL. *Meibomio* ex Henrici IV. Imp. diplomate (r) decerpſi. Dubium enim, an

(m) Panorm. L. III. de Reb. geſt. Alfonſi & Æn. Sylv. de dict. Alfonſi. (n) Winckelman. in præfat. Cæſareologiæ, (o) Cic. L. II. de Orat. (p) epiſt. 119. (q) Ovid. L. II. art. am. p. m. 234. (r) chron. Mindenſ. annex. ap. Piſtor. p. 746.

an *Pageloſe* (non *Pagoloſa*) peculiaris pagus fuerit. Sic tamen ſcribitur in literis *Gunzelini* de *Luchtering* in feſto S. Michaëlis Archangeli AD. MXLVIII. ubi diſtinctè mentio fit trium jugerum in *pago Pagehlohs*. Sed ego pro vitio Scribentis habeo. In literis verò AD. MLXII. in feſto S. Nicolai datis Comes de Everſten *Otto* meminit unius manſi cum dimidio *in pago Luſaba*, qui idem eſt cum *Loſa*. Quæ verba ſi appoſita fuiſſent, Lectori mihiq; gratum foret. Parva & abjecta videntur chronica *Stederburgenſe*, *Corbeienſe*, *Hamelenſe*, & alia, à CL. *Meibomio* edita, bonæ tamen frugis plena ſunt. Promſit *Freherus* chronicon *Heydelbergenſe*, vix quatuor paginas excedens, (ſ) id tamen haud temnet elegans Antiquitatum Germanicarum ſtudioſus. Primus Annus *Ephemeridum Phyſico-Medicarum*, à Naturæ-Curioſis in Germania primùm editus in 8°., tres ſaltem obſervationes continebat, *Bartholinianam*, *Wepferianam & Segerianam*, mox autem in 4°. (ùt loquuntur) recuſus & auctus CLX. dabat cum plauſu univerſæ Europæ. Dixerim ego cum Thyrſi Maroniano: (t)

*Nunc te* marmoreum *pro tempore fecimus*; *at tu*,
*ſi fœtura gregem ſuppleverit*, aureus *eſto*.

Sed *levia* ſunt inſperſa *plurima & futilia*. Boni iſti Viri ſibi ſcripſerunt, non mihi, nec tibi, nec orbi. Quid? quod aliquando nobilitatem dare voluerunt, ùt Alexander, ignobilibus locis. Sunt, fateor, bonis miſta mala. Sed monſtra tu mihi ariſtas ſine lolio? Eccleſiam ſine ſpinis? hominem ſine nævo? ruſpare potius cum gallo, & fortè unionem in ipſo *ſtercore* reperies. *At Monachi ſunt, quorum pennis criſtas erigis*: ita, plerique cœnobitæ aut Clerici fuêre, (quis inficiabitur?) ſed non gurguliones monaſtici, ignorantiæve Candidati, verùm boni & induſtrii Viri. *Nemo omninò negligendus eſt, in quo aliqua virtutis ſignificatio* appareat. (u) Niſi Monachi, cunprimis *Benedictini*, Res Germanorum in membranis ſuis reliquiſſent, quantillum nobis de iis conſtaret? Nunquam igitur concoquere potui, ſi convitiis agere voluerint ignorantes, ingratique blaterones. Dedêre nobis *Joannes Piſtorius*, *Marquardus Freherus*, *Henricus Meibomius*, *Simon Schardius*, & alii, perenni memoriâ digni, Illuſtres Scriptores antiquos *Rerum Germanicarum*, qui tamen omnes ferè aut Monachi, vel Clerici fuêre. Sincerè Cicero: (w) *Præſtantes Viri nunquam tanta conati eſſent, quæ ad* Poſteritatis memoriam



(ſ) Vid. P. II. Orig. Palat. c. 20. (t) eclog. VII. ℣. 35. ſeq. (u) Cic. L. I. Offic. (w) in Caton. maj. num. 82.

moriam *pertinerent, ni animo prævidiſſent,* poſteritatem *ad ſe pertinere poſſe. Nonne melius multò fuiſſet, otioſam ætatem & quietam ſine ullo labore & contentione traducere? ſed neſcio, quomodo animus erigens ſe ad* poſteritatem *ſemper ita proſpicit, quaſi cùm exceſſerit è vita, tum demum victurus ſit.* Ceterùm alii laudant, alii culpant ſtilum in *chronico Mindenſi* &c. tolerabilem, & *epigrammata* ſatis nitida. Num aliquis lectiones ſuas iis interpolaverit, & MSta iſta, quoad rancida & aſperiora verba, aliquando limârit, poliverit, rurſusque deſcribi curârit, vix inficiari auſim. Equidem *epitaphia* & *carmina* in *chron. Hüxarienſi* &c. recentiora videntur, & ab Erudito Lectore innexa. Singula tamen nunquàm viſa, ideoque fortè haud ingrata. Nec turberis, velim, quòd titulus iſtius chronici aſſerat, *Alberti Fryſchmeds diſticha* eſſe *in effigies Epiſcoporum Mindenſium*, egoque in præloquio *Jodocum Wittflor* autorem fecerim. Compoſuit ea *Wittflor, Fryſchmed* publicavit. Prudenti pauca! Errata etiam in fine notata ipſemet emendabis. Quòd *in Hiſt. Iſenac.* (x) *Ottonis* III. Imp. monumentum, Auguſtæ Vindelicorum in Summa æde ſervatum, contractius & ſummatim exhibuerim, ideò feci, quia id ante me *Daniel Praſchius* (y) integrum dedit, Eruditis minimè ignotum. Interim, cùm, *Sophoclis* judiciô, ἀπ᾽ ἐχθρῶν πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοὶ, nec invidos meos reformidabo unquam. Sapienter *Epictetus:* (z) *ſi quis nunciârit, quendam tibi maledicere, ne refuta, quæ dicta ſunt, ſed reſponde, eum neſciiſſe cetera tua vitia; nam alioqui illa ſola non dicturum fuiſſe.* Hiſce vale, Venerande Lector, & ambula ἀκριβῶς: (a) πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. (b) Scripſi *Ferrariæ Thuringorum* d. IX. Mart., quem faſti Romani memoriæ S. *Franciſcæ*, Nobilis Matronæ Romanæ, ſacrum eſſe voluerunt.

(x) p. 128. (y) Part. I. epitaph. Auguſtanor. pag. 2. (z) in Enchirid. c. 48. (a) Eph. V. 15. (b) 1. Petr. IV. 7.

(o)

SYLLA-

# SYLLABUS OPUSCULORUM HOC VOLUMINE COMPREHENSORUM.

I.

CHRIST. FR. PAULLINI *Hiſtoria Iſenacenſis*, variis literis & bullis Cæſarum, Pontificum, Principum, Aliorumque, nunquam antea viſis, illuſtrata & confirmata; nec non multis memorabilibus, gratisque curioſitatibus conſperſa.

II.

*Chronicon Hüxarienſe*, à PETRO VISSELBECCIO cœptum, à GREGORIO WITTEHENNE usque ad AC. MCCCCXCVIII. continuatum, cum additionibus M. NIC. ERBENII, notis verò illuſtratum & editum à C. F. P.

III.

BUSSONIS WATENSTEDII, Canonici Hamelenſis, *Chronic. Mindenſe*, è tenebris ſordibusque ſuis erutum, notisque illuſtratum, annexis WEDECHINDI DULDORPS, Vicarii, in Eosdem Præſules Poëmatibus, ac ALBERTI FRYSCHMEDS de Polle, in Effigies Eorum, diſtichis, editum à C. F. P.

IV.

JACOBI REUTELII, Paſt. Einbeccenſis ad S. Alexandr., *Hilleshemia*, in Epiſcopis ſuis repræſentata, cum Mantiſſa metro vincta, ejusdem argumenti, è tenebris ſordibusque ſuis eruta, notis illuſtrata, & edita à C. F. P.

V.

Acta & Facta *Præſulum Nuenborgenſium*, breviter notata ab A. D. DCCCCLXVIII. ad AD. MCCCCXCIII. & edita cum notis C. F. P.

VI.

CUNRADI EVERMOT, Presbyteri Razeburgici, *chronicon Epiſcoporum Aldenborgenſium* in Wagria, notulis illuſtratum & editum à C. F. P.

VII.

C. F. P. Chronicon *cœnobii* Virginum *Ottbergenſis* ad Netham, Congregationis quondam Ciſtercienſis, nunc in *Valle Dei*, Familiæ Benedictinæ, variis bullis & literis Pontificum, Principum, Aliorumque, multis memorabilibus, curioſis

 Antiqui-

Antiquitatibus, amœnisque curioſitatibus illuſtratum, innexo minuto chronico MS. HENRICI SWARTII, ejusdem Monaſterii.

VIII.

C. F. P. Chronicon Congregationis *Badeslebienſis*, *MARIENBECK* dictæ, Ordin. Auguſtiniani, Diœceſ. Halberſtad., variis literis & memorabilibus refertum.

IX.

Parva Chronica Monaſterii S. *Petri in Monte Crucis* ad Werram, Ord. S. P. Benedicti, Compilatore JOHANNE CRÆMER, Præpoſito Monialium S. Jacobi Ord. Auguſtin., cum notis C. F. P.

X.

WERNERI HACKII de *Comitibus Templimontanis* in Doringia chronica, Variis literis notisque aucta & illuſtrata à C. F. P.

XI.

ANONYMI MONACHI *Annales Corbeienſes* ſuccincti, à prima fundatione ad AC. MCCCCLXXI. Quos è MS. recenſuit, & ſubnexis notis illuſtravit C. F. P.

XII.

*Breviarium Fuldenſe*, in quo omnium Archimandritarum Ortus, potiora facta, & obitus, usque ad A. D. MCCCCLXXIX. breviter narrantur per F. CORNELIUM, cum ſuccinctis ſcholiis Paullinianis.

XIII.

C. F. P. De *Walone*, Abbate Corbeienſi XV., ab *Henrico* II. Imp., per *Meinvvercum*, Epiſcopum Padebornenſem, officio & dignitate privato, AC. MLXV. Disquiſitio emendata & aucta.

XIV.

Decretum Auguſtæ *Synodi Moguntinæ*, ſub *Luitberto* Archi-Epiſcopo A. C. DCCCLXXXVIII. convocatæ, in qua Jura & Immunitates *Corbeienſium* & *Herefordienſium* ſolenniter confirmantur; Variis diſcurſibus, Cæſarum Pontificumque literis, aliisque gratis Antiquitatibus illuſtratum à C. F. P.

XV.

EJUSDEM De *Advocatis Monaſticis* Exercitatio, repexa, aucta & emendata, variisque literis illuſtrata.

XVI.

EJUSDEM De *Pagis*, inprimis *antiquæ Saxoniæ*, libellus, è vetuſtis tabulis collectus.

XVII.

CHRISTOPHORI ELSCHLEBII de *Brunsburgo* carmen, ad WICBOLDUM Corbeienſem annô MCLII.

CHRI-

# CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI
# HISTORIA ISENACENSIS,
*VARIIS LITERIS ET BULLIS*
CÆSARUM, PONTIFICUM, PRINCIPUM, ALIORUMQUE, NUNQUAM ANTEA VISIS,
*ILLUSTRATA ET CONFIRMATA,*
NEC NON
MULTIS MEMORABILIBUS GRATISQUE CURIOSITATIBUS CONSPERSA.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
*Impenſis* FRIDERICI KNOCHII.
Typis JOHANNIS BAUERI.

ANNO M. DC. XCVIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SERENISSIMIS

PRINCIPIBUS ET DOMINIS,

DOMINO

JOANNI GEORGIO,

ET

DOMINO

JOAN. WILHELMO,

FRATRIBUS GERMANIS,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DUCIBUS
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ ET MONTIUM,
*NEC NON*
ANGRIÆ ET WESTFALIÆ,
COMITIBUS PROVINCIALIBUS
THURINGIÆ,
MARCHIONIBUS
MISNIÆ,
COMITIBUS PALATINIS
SAXONIÆ,
PRINCIPIBUS
COMITATUS HENNEBERGICI,
COMITIBUS
MARCÆ, RAVENSBERGÆ, SAYNÆ ET WITGENSTEINII,
DYNASTIS
IN RAVENSTEIN,
&c. &c. &c.

*DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FERRARIAM

SUAM,
ABS ERUDITIS HACTENUS EXPETITAM,
GRATÆ CATÆQUE POSTERITATI
(SI QUAM PRÆSTOLARI FAS SIT,)
FORTE HAUD INGRATAM,
IN PERPETUUM
DEVINCTISSIMI OBSEQUII
MONUMENTUM,
CUM VOTO
OMNIS SALUTIS,
HUMILLIMA ET DEVOTISSIMA
MENTE
D. C. Q.
CHRIST. FRANC. PAULLINI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# LECTORI MEO,
## ANTIQUITATUM HISTORIARUMQUE STUDIOSO,
*Salutem & gaudium in JESU Crucifixo!*

LIcèt nihil omninò vel memorabile, ſeu laudabile de *Iſenaco* meo conſignâſſent Scriptores, toto orbe tamen id celebre facerent. *Comites noſtri Provinciales*, *S. Eliſabetha*, & *D. Martin. Luther*. Primus Thuringiæ Comes hereditarius & Haſſiæ Dominus, à *Conrado Saliquo* conſtitutus, erat *Ludovicus Barbatus*, cui Imperator vetuſtiſſima inſignia & arma *Burcardi*, Thuringiæ Ducis, ex ſpeciali gratia ſimul dederat. Sive igitur ex regia ſtirpe *Carolina*, vel propinquius ex Illuſtri *Sueviæ* Ducum Gente cum aliis eum traxeris, gloriam dignitatemque Ejus ſummè exaltaveris. Ejus ex Filio nepos *Ludovicus III.* à *Lothario* II., (quem *Saxonem* à patria dicunt,) Socero ſuo, titulum *Principis*, ſeu *Landgravii*, cum univerſali poteſtate in totam Provinciam, fide & virtute ſuâ, togatâ pariter atq; ſagatâ, glorioſè promeruit. Quanto ſtudio diploma Cæſareum inaugurale quæſiverim, illi nôrunt, φιλοπονίαν meam qui accuratiùs nôrunt. At nec in Electorali archivo *Witteberga*, nec in Ducali Saxonico, quod *Vinariæ* ſervatur, nec alibi reperire potui. Et fruſtrà id plures ante me deſiderârunt Eruditi, ut etiam nonnulli credant, nunquam id extitiſſe, ſed ſolâ voce, ſine charta, Principem iſtum *Ludovicum* fuiſſe creatum à Socero. Verùm cùm minutiora quæque Veteres, ad futuram rei memoriam, ſcripto aliquo firmare ſoliti fuerint, vix me in ſuam opinionem traxerint. Quô igitur caſu, quâve injuriâ temporum perierit, ignoro. Hanc dignitatem ceteri illuſtrioribus matrimoniis

 fir-

firmiorem & auguſtiorem reddiderunt. Quartus enim *Ludovicus* Juditham, *Conradi* Suevi Imp. Fil., ſibi junxit: quinti *Ludovici* prima uxor erat *Leopoldi*, Auſtriaci Ducis, F., altera *Sophia*, Waldemari, Daniæ Regis, vidua. Sextus *Ludovicus*, ſeu *Pius*, duxit *Andreæ*, Hungariæ Regis, Filiam, devotiſſimam *Eliſabetham*, & Filius ejus *Hermannus* Alberti II. Marchionis Brandenburgici, F. *Beatricem*, ſi *Sagittario* credis. (a) Alii enim *Henrici* VI. Ducis Brabantiæ filiam eam faciunt. (b) *Conradus* II. *Friderici* II. F. *Agnetem*. & *Albertus* ἄγεγος ac *degener Margaritam* iſtam *Imperialem*. *Balthaſar* Friderici, Electi Romanorum Imperatoris, nati Ducis Brunſvicenſis, viduam *Annam*. *Wilhelmus*, Dux Saxoniæ & Landgravius Thüringiæ, *Alberti* II. Cæſaris F., *Fridericus Gravis* Ludovici Bavari Imp. Filiam, & quorſum ſingulos recenſeam? Quid mirâre igitur, ſi ad ſublimiora honorum & potentiæ faſtigia Noſtros ſurrexiſſe videas altiùs. *Hermannus* ſiquidem, Glorioſiſſimus Princeps, in publico conventu Erfurtino à *Friderico* I. anno MCLXXXII. factus eſt *primus Saxoniæ Comes Palatinus*, ampliſſimo Principatu mactus, reſidens aliquando *Alſtedii*. De *Ludovico* [quotus in ordine ille fuerit, non addit, qui memorat, M. *Nicolaus Rebhan*, Superintend. Iſnacenſis, (c)] ſcribitur, quòd electus ùt Romanorum Imperator tantam dignitatem repulerit, literarum ignarus. Etenim nec legere, nec ſcribere quibat. *Henricus*, *Procurator* antea *Sacri Imperii per Germaniam*, ſeu Vicarius, factus poſteà Imperator Auguſtus anno MCCXLVI. Quàm modeſtè uterq; *Fridericus*, *Severus* & *Sapiens*, diadema Imperiale anno MCCCXLV. & MDXXV., nec non *Wilhelmus*, Saxoniæ Dux & Thuringiæ Landgravius, oblatum ſibi anno MCCCCLVII. Bohemiæ regnum declinârint, paſſim loquuntur Annales. Non cupiebant dominari latiùs, cùm quisq; ſuâ ſorte, quam Deus haud parcâ ſingulis dederat manu, prudenter contentus, domi imperaret feliciter. Deſcendunt à Noſtris Comites *Zigenhaynenſes*, quorum illuſtre ſeminarium ſpectamus in *Ludovici* IV. Filio *Friderico*, (d) & Sereniſſimi Haſſiæ Principes. Ex diſſidio

(a) in hiſt. March. Brandenburg. p. 12. (b) vid. M. Prætorii hiſt. Saxon. ſpecim. I. Sect. II. c. 1. §. 15. (c) in concione, Schreiber-Predigt dicta, & habita Hilperhuſæ anno 1609. (d) vid. Brovver L. IV. Antiquit. Fuldenſ. p. 289. f.

ſidio quippe *Henrici Illuſtris* cum *Sophia* Brabantina, *Henrici Magnanimi* Vidua, filius hujus *Henricus Puer*, vix triennis, primus Haſſiæ Landgravius renunciabatur, poſtquam ſub unius Principis imperio Provincia hactenus unita ſtetiſſet CCIX. annis. Religionem ſi ſpectes, næ, zeloſos & liberales ubique mirabere ſingulos. Et ſi homines taceant, ſaxa fabuntur, ſcilicet tot & tanta omnium Ordinum cœnobia, templa, ſacella, xenodochia, intra & extra urbem, imò in univerſa Thuringia, vel conſtructa, ſeu dotata abs iis: monaſterium putà Monialium Ord. Benedict. in monte *Petrino*, translatum poſtea ad S. *Nicolaum*, *Catharinianum* & in *valle Joannæa* reformationis Ciſtercienſis, *Franciſcanorum*, ſeu *Nudipedum*, in monte, *Dominicanorum*, ubi nunc ſchola Provincialis eſt, *Minoritarum* infrà Wartburgum, *Carthuſianorum* extra muros. Cùm *Meringenſe* à Ludovico Pio anno MCCXXVIII. in honorem S. *Mariæ* fundatum, ſed anno MCCLVI. in *vallem Petrinam* translatum foret, *Henricus I*, Princeps Anhaltinus, omnia jura ſua abdicabat Magdeburgi. (e) Templa parochialia in urbe erant (1) *Nudipedum*, (2) *S. Georgii*, & (3) *B. Virginis*. Cetera ſacella, vel oratoria, *S. Jacobi* propè portam acuariam, quam plebs noſtra corruptè vocat Nollenthor / *S. Joannis* ad rivum coriariorum, *S. Catharinæ* in monte propè Fisbacium, *S. Annæ* ad portam Georgianam, in *valle Sanctorum*, vulgò Helgenthal / ſeu vicino colle, ubi olim caſtrum Iſnacenſe ſtetit, ad S. *Crucem*, S *Ægidii* im Jſgengrund / S. *Michaëlis* in colle ad viam, quâ itur Rammesbergam, vulgò Rammsborn / & aliud in ejusdem Sancti memoriam conditum, ubi nunc eſt ædes *Georgiana*, ad *Spiritum Sanctum* in monte B. Virginis, S. *Martini*, & in caſtro *Wartburg*, cum quatuor altaribus. Struxerant *Nudipedes* è regione cœnobii ſui *ædem Sanctorum*, in qua variis Sanctis, quorum ſimulacra ibi ſtabant, quotidiè non ſine fœnore ſacrificabant. Adhuc nominatur das Heilgenhauß / eſtque pauperum utriusque ſexûs hoſpitium. Hinc *Philippus Portman* (cujas ille fuerit, neſcio,) falsè ita:

*Quisque ſuos pullos peperit tibi Sanctus in urbe,*
*feciſti nidum credula cuique ſuum.*

Ad

(e) vid. D. Sagittar. hiſt. Anhaltin. c. 2. §. 19. p. 20.

*Ad portam* Benedictus, *& extra mœnia Divus*
Bernhardus *tonſum paſcit ubique gregem.*
*Vertice* Franciſcus *longè ſpeculatus in alto,*
*ædem* Dominicus *poſſidet eximiam.*
*Et* Bruno *Carthuſiam in valle en! ſibi ſtruxit amœna,*
*ac fecit ſociis otia grata ſuis.*
Petrus, Jacobus, Paullus, Catharina, Joannes,
Nicolaus, Clemens, Eliſabetha *ſimul.*
*Sunt porrò tibi tutelaria Numina Sanctus*
Spiritus *in* valle, *&* Michaël, Anna, *tuâ.*
*O ſanctos muros, qui tot ſculpsêre Patronos,*
*zelus templa quibus tot fabricavit iners.*
*Nos unum & trinum Numen veneramur apertè;*
*hoc ſapienti ſat: credite, bella fides.*
*Omnia comprêndens in centro, in Numine Summo,*
*ſola cui laus ſit, gloria ſola, Deo.*

Verùm diſparitas religionis tàm in urbe, quàm in agro quondam multas ciebat turbas. Ejectô enim *Papatu*, irrepſit proles iſta viperina, *Anabaptiſtæ*, quorum malleus erat *Juſtus Menius.* His quoque pulſis, infelix *Flacii* lolium lætas inter ariſtas dominari cœpit, & *Reformatorum* (ùt vocant) dogmata clamque palamque amplexabantur cives. Pulcrè Præſul Hipponenſis: (f) *Non vos terreant*, ait, *fratres, quidam fluvii, qui dicuntur torrentes. Hyemalibus aquis implentur; nolite timere, poſt paululùm tranſit, decurrit aqua, ad tempus perſtrepit, mox ceſſabit. Diu ſtare non poſſunt* &c. Xenodochia publica erant S. *Clementis* extra portam Nicolaitanam, *S. Spiritûs* extra portam Georgianam, nec non S. *Annæ* ad eandem portam, & aliud infrà *Wartburgum.* Reliqua monaſteria, putâ *Schiplicenſe, Otterslebienſe, Reinhardifontanum, Portenſe, Volckerodenſe, Ichtershuſanum, Walckenriedenſe, in valle Georgiana* &c. Regiâ prorſus munificentiâ vel fundata, ſeu tamen dotata, & privilegiis aucta ſunt à Landgraviis. Hinc etiam pedo paſtorali & ſacrâ infulâ ornatos aliquot veneramur, ùt *Udonem*, Ludovici Salii F., Præſulem Numburgenſem, & *Ludovicum*, Epiſco-

(f) in Pſalm. 57. & verſ. tanquam aqua decurrens &c.

Epiſcopum Halberſtadenſem, Bambergenſem, Moguntinum & Magdeburgenſem. Ceteri, in ſeculo, ùt loquimur, viventes jura Epiſcopalia ſua animosè defenderunt. Dederat *Albertus* B.V. noſtræ ad inſtaurationem Eccleſiæ iſtius, quæ ſine conſenſu ſua non poterat fieri, bona & immunitates anno MCCXCIV. ſpecialiter, quòd iisdem libertatibus gaudere debeat, queîs Canonici S. *Mariæ* Erfurti fruuntur, approbante & confirmante eas *Adolfo* Imperatore anno MCCXCV. Quî Prælatum *Reinhardifontanum*, injuſtè à Moguntino plexum, defenderint laudatiſſimi Principes, in ipſo opere latiùs diximus. Mavis *ſagatos* contemplari? ecce tot caſtra & munimenta in & circa urbem, ſeu tamen haud procul illâ, abs iis & contra eos ſtructa, iterumque deſtructa, ceu perpetua heroicæ virtutis monumenta, & publica militaris prudentiæ theatra. Erant verò illa in urbe *Clemmia*, circa eam nominatiſſimum *Wartburgum*, *Iſenach- & Frauen-* ſeu *Viehburgum*, *Metenſtenium* & *Rudolfſtenium*: in vicinia proxima *Molitteburgum*, *Fisbaccium*, *Carlsberga*, *Roſſeburgum* in monte, quem adhuc den Becherberg vocamus, ut de bellis gloriosè & proſperè geſtis nihil hìc addam. Ubicunque gentium de pietate, liberalitate, miſericordia, humilitate, patientia, ſeu miſeria etiam S. *Eliſabethæ* dicitur, (dicitur autem toto orbe,) *Wartburgi* quoq; & *Iſenaci* noſtri meminiſſe oportet, cujuſcunque fidei ſeu profeſſionis homines ibi fuerint. Poſtquam enim *Gregorius* IX anno MCCXXV. faſtis Sanctorum eam *Peruſii* inſcripſit, feſtumque ejus à Romana Eccleſia d. XIX. Febr. ſolenniter celebrari præceptum eſt, vix puſiunculum offendes, qui non de *Iſenaco* aliquid acceperit, ſi modò integram *Sanctæ* hiſtoriam audiit unquàm. Quid? quod ſolus *Lutherus* nomen urbi dedit omni ære perennius. Hæc enim adoleſcentulum docuit aluitque, hæc Virum in ſummo diſcrimine ſervavit feliciter, Pathmumque ei fecit tutam gratamque. Ceterùm non turbaberis, Mi Lector, quòd narrationes haſce modò *Hiſtoriam*, modò *Annales* vocitem. Quid erat olim hiſtoria, niſi *annalium confectio*, *cujus rei memoriaq; publicæ retinendæ causâ ab initio rerum Romanarum*, *uſque ad P. Mucium Pont. Max.*, *res omnes ſingulorum annorum mandabat literis*

*Pont.Maxim.*, *efferebatq; in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi, ii qui etiam nunc annales maximi nominantur.* (g) Dicebantur annalium & diariorum ſcriptores (quòd ſingulorum annorum, imò dierũ præcipua acta notarent, apud Ebræos *elegantis ingenii Viri*, (hammoſchelim) ideoq; apud eosdem *Summis Prophetis*, apud Ægyptios, Chaldæos, Perſas, ceu res *ſacroſancta*, Summis *Sacerdotibus* committebantur, ipſiq; etiam Reges & Principes, nobiliſſimi ac doctiſſimi quique eundem laborem ſuſcipiebant, pulcrè id probante *Voſſio*. (h) *Ardua* quidem res eſt *ſummiq; ingenii*, hiſtoriam ſcribere: at qui eam præſtant operam, *præclarè de omnibus merentur publicè.* (i) *Tanta namq; ejus poteſtas eſt, tanta dignitas, tanta Majeſtas, tantum deniq; Numen, ut humanâ facundiâ illuſtrari ex merito nequeat.* (k) Etenim omnis hiſtoria eſt *dux vitæ, magiſtra morum, exemplar affectuum, cos & calcar virtutis, fortunæ mortalium ſpeculum, & rerum humanarum pictura, ſortis humanæ volumina explicans, omni ætati atq; conditioni cognoſcendi voluptate jucunda, exemplo neceſſaria. Nec enim in alia uſpiam re tàm apertè, tàm clarè, tanquam in ſpeculo, ſi quis animum advortat, ſupremæ illius Majeſtatis vis, ſapientia & bonitas, & juſtitia Patris indulgentiſſimi perſpicitur*, ait Ampliſſimus *Annal. Bojor.* conditor. (l) Breviùs *Cicero*: (m) *Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, magiſtra vitæ, vitæ memoria, nuncia vetuſtatis.* Verè igitur *Conringius*: (n) *Patriæ antiquitatis ignorantia, ejus certè cognoſcendæ negligentia, arguit profectò puerilis animi anguſtias, ſaltim in iis, qui doctrinæ laudem æmulantur. Quis ſanè ingenio ad maſculam vim erecto non deſideret, præter ea, quæ rerum noſtrarum quaſi oculis expoſita ſunt, vetuſta etiam quæq; Majorum ſcire, ſive proſpera, ſive adverſa fuerint? delectat utiq; permultum etiam horum cognitio: atq; adeò vel ſola illa, quæ hinc capitur, ſuavis voluptas, idonea eſt, quemvis ad hanc operam allicere. Agere vero hoc ipſum & pietas quædam jubet, quam Majoribus debemus poſtgeniti, ut nempe, quoad licet, memoriam illorum ab oblivione vindicemus, & præclarè geſta grato ſemper animo circumferamus. Ecquis enim non impium facinus cenſuerit, ſupinè contemnere Majores, & cùm poſſis, nullâ eos reverentiâ proſequi?* E tripode etiam *Chriſtoph. Bro-*

(g) Cic. II. de Oratore, (h) Comment. de arte hiſtor. c. 32. (i) Reinecc. in prooem. chron. Ditmar. (k) Plin. ſecund. L. IX. epiſt. 27. (l) L. VII. in prooem. (m) II. de orat. (n) in lit. ad Henr. Meibom. rer. German. Tom. præfix.

*Brovver.*(o) *Urbes,*inſit, *exteraſq́; gentes luſtrâſſe,phaleras in aliquam expeditionem ſumſiſſe ,peregrinas didiciſſe linguas , iſtuc hodie verò pro nobili ac magnifico ducitur. At præteritæ memoriæ,ac retroactæ ætatis per tramitem virtutis relegere veſtigia,& priſcorum agnoſcere fidem,imitari candorem,& probitatem,eccui magnopere jam cordi,qui non à profano vulgo ſe prorſus abſtineat?* Succinctiùs *Niceph. Calliſt.*(p) *Quicquid vetuſtate com̃endatur,id venerabile eſſe neceſſe eſt.* Igitur dulce mihi ſemper fuit, *inter Majorum verſari habitacula, & veterũ dicta factaq́; recenſere memoria,atq́; eorum inhærere gratiæ.*(q) Præcipua dos & gloria hiſtoriæ *veritas* eſt. Ideo *Diod. Sicul.* (r) aptè eam vocat προφῆτιν τῆς ἀληθείας. Dixerim cum *Thuano,*(s) purâ mente bonâq; fide,me hiſtoriã hancce ad Dei gloriam & publicam utilitatem, *ſine gratia & odio,* conſcripſiſſe. Si tamen minus recti quippiam fortè admixtum ſit, & errans aliquando errantem in tenebris duxerit, veniam mihi promitto ab æquo & cordato lectore. Sicut enim flumen, cui pauxillum aquæ marinæ affunditur, non ſtatim ſalſedinem contrahit: ita nec hiſtoria *mendax* dici debet,cui aliquid falſi, nec inopinanter,irrepſerit. Pulcherrimum corpus ob tantillum in facie nævum deforme falsò dixeris. (t) Homo ſum,nec à communi mortalium labe,quæ labi eſt,exemtus ero,cunprimis in hoc ſtudiorum genere,quo de audacter *Fl. Vopiſcus*(u) ſcribit: *nullum unquam extitiſſe hiſtoriæ ſcriptorem,qui non ſit aliquid mentitus.* Simplex ego & rectus nec fumum vendo,nec fucum. Si ergò inopinatò quid innexum ſit,quod minùs tibi placeat,moneas velim, Modeſte Lector,& gratias merebere publicas. Etenim ad conſervationem veritatis ſpongiâ delebimus opinationes noſtras à ſtatera reſilientes,iſtius *Eccleſiaſtici* memores. (vv) Ipſemet recordabere,quàm *ardua* res ſit, *vetuſtis novitatem dare,novis autoritatem, obſoletis nitorem, & obſcuris lucem.* (x) Et quàm difficile, veritatem prædicare cum plauſu omnium. Ea enim temporum infelicitas jam eſt: *non licèt loqui,quæ ſentis,nec ſentire,quæ loqueris.*(y) Ego tamen,ut anim⁹ eſt,eloquar, *fidem & induſtriam,* ultra quam nemo obligatur,probaturus publicè. Ideò ad minutiora (haud tamen inutilia,nec patriæ,cui potiſ-

 ſimùm

(o) in epiſt. dedicat. Antiquit. Fuld. (p) L. I. (q) Hegeſipp. L. III. (r) L. I. bibliothec. c. 2. (s) L. VI. (t) M. J. Ern. Schrader. diſp. de virtut. & vitiis hiſt. Helmſt. 1665. th. 38. (u) in vit. Aureliani. (vv) c. IV. 30. (x) Plin. præfat. ad Veſpaſian. (y) Aventin. L. VI. annal. p. m. 371.

ſimùm ſervire teneor, ingrata) aliquando dilabor, ubi, ob inopiam Monumentorum, majores rerum memoriæ hauriri nequeant. Contraveniunt quidem puſilla iſta & crebriùs contingentia gravitati hiſtoriarum, ſed in hujuſmodi annalibus tolerabilia videntur. Eandem igitur mihi veniam polliceor, quam dudum dediſti *Meibomio, Eckſtormio, Pertuchio, Sagittario*, aliisque bonis & doctis Viris. Inſignis porrò omnis hiſtoriæ virtus venuſta oratio, non quidem multis calamiſtris inuſta, multisve fracta circinnis, ſufficit modò diligentiùs nonnihil comta fuerit. Verùm *in hujuſmodi hiſtoriæ tractatione* [loquor ore Reinecciano (z)] *etiam atq; etiam opera danda, ut fontes h.e. annales, & id genus alia monumenta, unde juſtæ expoſitiones inſtitui & contexi ſoleant, ſimul indagentur ſimul conſerventur. Neq; hîc ſcrupulum injicere cuiquam debet, quòd, qui à noſtræ, aut aliarum gentium hominibus, poſt Romani Imperii occaſum, conſcripti ſunt, vel barbarè loquantur, vel eâ deſtituantur orationis majeſtate, quam oratores affectant. Alibi enim deliciæ iſtæ quærendæ ſunt, hîc rerum cognitio & veritatis ſtudium ſufficere debet.* Dixi antea de *Alſtedio*, veterum *Comitum Palatinorum Saxoniæ*, hactenus Sereniſſimi Ducis JOANNIS WILHELMI, (quem Deus ſervet!) Illuſtri ſede. Nî moleſtus fuero, paulò diſertiùs loquar, cùm urbs iſta multis rarioribus antiquitatibus inclyta ſit. Ante ſextum à partu ſalutifero ſeculum latiſſimè patebant Thuringiæ fines bonamq;, ut cetera taceam, utriusque Saxoniæ partem comprêndebant. Cùm verò anno iſtius ſeculi XXIV. *Herminfridus*, Rex Thuringorum, ſociis Saxonum armis à *Theodorico*, Francorum Rege devictus eſſet, omne illud terrarum ſpatium, quod ultra *Unſtrutum* fluvium Regibus Thuringiæ ſubjectum fuerat, Saxonibus ceſſit pro lato eorum auxilio. Ab iſto tempore *Alſtedium*, ſuprà *Unſtrutum* poſitum, non amplius veteri Thuringiæ, ſed Saxoniæ adſcriptum fuit, ſic tamen, ut Septentrionalis, ſive *Nort-Thuringiæ* nomen ferè ad XII. uſq; ſeculum durârit. Annô DCCCCXXXV. Indict. VIII. *Henricus* I. Rex Regni ſui XVI. *Alſtedî* Sanctimonialibus feminis Herifordienſibus facultatem confirmavit eligendi Abbatiſſam. (a) Anno DCCCCLXXIII. XI. Kal. Nov. indict. II. anno Regni Minoris Ottonis XIII. Imperii VI. per-

(z) præfat. in Helmold. (a) Schaten. Vol. I. Annal. Paderborn. p. 272.

VI. permutationem bonorum aliquot, *Adelbertum* inter Magdeburgenſem & *Werinharium* Fuldenſem, jam vivo Patre *Ottone* I. inſtitutam, Filius *Otto* II. confirmat *Alſtedi*. Anno DCCCCLXXV. Idem *Otto* V. Id. Septemb. indict. III. anno Regni ſui XV. Imperii verò VIII. ibidem Eccleſiæ Magdeburgicæ decimas cenſuum attribuit, quas diverſæ gentes Slavicæ Cæſari ſolvere tenebantur. Anno DCCCCLXXXV. XVI. Kal. Mart. indict. XIII. *Otto* III. anno Regni ſui ſecundo *Giſelario* Magdeburgenſi omnia privilegia, jura & donationes Illuſtris Eccleſiæ ſuæ ibidem confirmat. Cùm defuncto *Ottone* III. anno MII. *Eccardus* I. Marchio Miſniæ & Dux Thuringiæ, multas in Provincia noſtra & Saxonia etiam munitas occuparet urbes, *Alſtetum*, unà cum *Mersburgo* & *Dornburgo*, Henrico II. ſervabat *Eſiko* Comes. (b) Anno ſequente XVII. Kal. Maj. indict. I. Idem *Henricus* II. *Arnulfo* Halberſtadenſi civitatem *Ilſinaburgenſem* in pago *Hartegovv*, in Comitatu *Richperti* ſitam, tradidit ibidem. (c) Anno MVIII. XII. Kal. Januar. *Ditmarus*, Merſeburgenſis poſtea Præſul, præſente *Henrico* II. à *Tagmone* Magdeburgenſi *Alſtedti* Presbyter ordinatur. (d) Anno MXIII. Idem *Henricus* II. ibidem *Boleslai*, Poloniæ Ducis, legatos, pacem expetentes, audivit. (e) Anno ſequente Idem *Henricus* poſt raptum *Reinhildæ*, Comitis Beichlingenſis, à *Wirinhario*, Comite Walbeccenſi, factum, comitia *Alſteti* celebravit: (f) & anno MXVI. feſtum epiphanias ibidem habuit, moxq; diutiùs illîc ſubſiſtens in publicis comitiis varias Principum lites compoſuit. (g) Anno ſequente idem Mersburgo *Alſtetum* digreſſus, ibidem feſtum omnium Sanctorum celebravit, & poſtea in ſextam uſque ſeptimanam illîc commoratus eſt. (h) Anno MXXII. Idem valetudinis ſuæ gratiâ Bambergâ *Alſtetum* ſe contulit circa Dominicam Palmarum, & hinc Mersburgi diem Viridium celebravit. (i) Anno MXXXI. *Henricus* III. cum *Meinvverco*, Antiſtite Padebornenſi, *Alſtetum* venit: (k) ibiq; Epiſcopus prædium *Alſteti* in pago *Paterga*, in Comitatu *Amelungi*, XIII. Kal. Febr. ab Imp. obtinuit. Literas donationis dabit tibi *Schaten*. (l) Anno MLXII. V. Kal. Jul. indict.



(b) Ditmar. Merſeb. L. V. p. 112. (c) vid. diplom. ap. Mader. in append. ſecund. Antiqu. Brunſvic. num. 7. (d) vid. chron. ej. L. VI. p. 148. (e) Id. lib. cit. p. 138. (f) Id. L. VII. p. 87. (g) Id. l. c. (h) Id. l. c. (i) chron. Sax. M. S. (k) Aut. vit. Meinwerci c. 106. (l) Vol. I. annal. Padeb. p. 478. ſeq.

indict. I. anno Regis VII. Regni verò VI. *Adalberto* Hamburgenſi prœdium *Lieſtmonam* tradidit Henricus IV. *Alſteti.* (m) Anno MCXXXIV. indict. XI. X. April. anno verò Regni Lotharii IX. Imperii I. cùm *Adelheida*, Folcmari, Comitis Clettenbergici, uxor monaſterio *Walckenriedenſi*, nuper à ſe fundato, prœdium villæ *Berbisleben* donaret, hanc donationem *Lotharius* Imp. non modò confirmavit, ſed & de ſuo auxit *Alſteti.* (n) Anno MCLXXXVIII. *Fridericus* I. Imp. omnia privilegia laudati cœnobii *Walckenriedenſis* confirmavit & innovavit *Alſteti.* (o) Ex his facile liquet, quàm inſignis Summisq; Principibus olim dilecta civitas fuerit *Alſtedum*, in qua grandia quondam peracta ſunt. Ceterùm cùm *Serarius* Moguntinenſia & Würtzburgenſia, *Lehmannus* Spirenſia, *Brovverus* Trevirenſia & Fuldenſia, *Albinus* Miſnica, *Peiſerus* Lipſienſia, *Lambecius* Hamburgenſia, *Gudenus* Erfurtenſia, *Schatenius* Padebornenſia, alii alia divulgârint publicè, quidnî mihi fas ſit *Iſenacenſia* eruditiorum cenſuræ ſubjicere? Hiſtoria ſiquidem delectat. (p) Si forſan prolixus aliquando videar, ignoſces pio amori erga eam, quæ omnes omnium caritates una complectitur. (q) Si verò juſtò brevior, uberiorem explanationem ſpondebunt *amœnitates* noſtræ *antiqua Iſenaci.* Manuſcripta, quorum mentio fit, ſunt *Joannis Rothii*, (non monachi Iſenacenſis, (r) ſed Canonici B. Virginis, & *C. Melch. Merlenii* chronica puſilla, rythmis germanicis comprênſa. Hoc ab anno DCCCCIX. uſq; ad MDXCVI. rudi penicillo adumbratum eſt. Utrumq; verò nullius valoris, ſeu ponderis. *Joannes Reyentantz*, Vicarius B. Virginis, *Clerum Iſnacenſem*, & *F. Joann. Vlrici*, Prior Dominicanorum, ipſam urbem noſtram ſtilo ligato deſcripſiſſe leguntur latinè, ille ad ann. MCCCCLII. hic ad MCCCCLXXXVII. Sed quò abierunt chartæ iſtæ? Citat *Fridericus Myconius*, Antiſtes Eccleſiæ Gothanæ, *chron. Iſnatenſe*, (s) at quale, quantumvé iſtud ſit, ignoro. Allegant quoque *Centuriatores Magdeburgici* unum, (t) non quòd de *Iſnaco* agat, ſed quia abs Anonymo hîc conſarcinatum dicitur anno MCCCCVII.

(m) vid. diplom. ap. Mader. Ad. Bremenſ. annex. num. 21. (n) chr. Walckenried. Eckſtorm. p. 41. ſeq. (o) Id. l. c. p. 55. (p) Cic. L. V. de fin. bon. & mal. c. 19. (q) Id. L. I. de officiis. (r) Sagittar. de Regno Thuring. L. II. c. 1. §. 4. (s) vid. memorabil. hiſt. Gothan. Sagittar. c. 1. p. 8. (t) Cent. VIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MCCCCVII. deſinitq; in *Balthaſare noſtro.* *Andreas Toppius*, Paſtor in minori Tennſted, anno MDCLX. rhapſodicum quid de urbe noſtra compilavit germanicè, aliquando à me nominatum, ſed quod prœlo non ſatis dignum cenſuit Summus Vir *Prüſchenckius.* Solus *M. Nicol. Rebhan*, Eccleſiarum noſtrarum Ephorus, Vir bonus, induſtrius & eruditus, anno Præſulatûs ſui XI., *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Iſnacenſem* fusè colligere cœpit, in tres libros ſectam; quorum primus ſiſtit Hiſtoriam *ſub Papatu*, ſecundus hiſtoriam *ſeculi à Chriſto nato* XVI., ultimus (qui periit) ea recenſuit, quæ ſub *initium ſeculi* XVII. contigerunt. Amo candorem & laborem Sinceri Viri. Documenta aliquot monaſtica è ſordibus & tenebris protracta majoris fidei ergò innexui, meliora quæq; injuria temporum ſuſtulit. Nec faſtidies, æque Lector, quos aliquando feci hiatus. Similes quippe, ſi non longiores, apud alios offendes. Urbis noſtræ, non totius Provinciæ, annales conſcribere animus erat. *Anonymum* Erfurtenſem caſtigavi ob impudentiam & fabulas. Ubi tamen cum aliis rei geſtæ narrantibus convenit, admitto. Nec *Gudeni* blaterationes ſine correptione dimittere potui. Obverto omnibus donationis *Ottonianæ* defenſoribus graviſſimum *Ditmari* (u) teſtimonium, quô probatur, non in Marchia tantùm Miſnenſi valuiſſe *Eccardum* I. ſeu Patrem, *Gunteri*, in auſtrali Thuringia Comitis, Filium, ſed etiam ſuper omnem Thuringiam, *communi totius populi electione*, DUCATUM promeruiſſe. Quid verò per *Ducatum* intelligis? num *Marchionatum* Thuringiæ, quem poſtea *Landgraviatus* abſorpſit? ita ſanè accipit *Dreſſer.* (vv) inquiens: ad Miſniam *Eccardus* adjunxit *Duringiam*, & *Duringorum* etiam *Marchio* nominatus eſt. Annon verò *Otto* III. Eccardum *Comitem* in Thuringia vocat? ſeu num *Marchiones* ſimplices fuêre Comites? vel num *Ducatum* dixeris *militarem*, ad quem *totius populi electione* promotus eſt? certè *Otto* III. à morte *Ridagi* Marchionis, excluſo ejus filio *Carolo*, ob accuſatorum calumniam, Marchiam Miſnenſem contulit *Eccardo.* (x) Verùm quô annô deceſſit *Rigdagus*? niſi hoc ſcias, haud judicabis, an *Eccardus* abs *Ottone* II. aut III. Marchiam Miſnenſem impetrârit? ſi ſecundùm *vetus chron. Saxon.* ultimus vitæ annus *Rigdagi* fuit DCCCCLXXXVI. *Otto* III. collator erit Marchiæ, ſiquidem

(u) L.V. (vv) in Iſagog. hiſt. (x) Ditmar. L.IV. p. 66.

Otto

*Otto* II. triennio antè obierat. Adde, quòd *Ditmarus* in geſtis Ottonis II. & ſub initium Ottonis III. *Eccardum Comitem* tantùm vocet, poſtea verò *Marchionem.* Cùm uxorem duceret *Suanehildam*, Thietmari Comitis viduam, & Bernardi Ducis ſororem, (y) (quod ſub *Ottone* II. factum eſt,) nondum fuiſſe videtur Marchio. Aſt cùm *Luidgerdam* primogenitam *Luthario Comiti* conjugem pro *Wirinhario* filio expetenti paciſceretur, jam impetraverit abs *Ottone* III. Marchionatum, (*multùm enim huic placebat, multùmq; inter alios Primates apud eundem valuit, imò inter præcipuos habitus eſt*, dicente *Ditmaro*,) vix tamen ante annum DCCCCXCIV. Servantur adhuc Numburgi tabulæ *Ottonis* III. anno DCCCCXCIII. datæ, in quibus *Eccardus* iſte *Comes* tantùm dicitur. Aut ergo fefellit nos *chron. Saxon.*, ſeu Marchiones etiam *Comites* dicti fuêre. (z) Denique idem mihi ſcopus, qui aliis ante me rerum geſtarum ſcriptoribus, *bonorum ſcilicet Virorum clara facinora, ob movendos hominum ad virtutem animos, extollere, ignavorum verò obſcura facta vel ſilentio ſupprimere, vel, ſi ad lucem trahantur, ad terrendas eorum mortalium mentes promendo ponere.* (a) Vale, mi Lector, & vive, ut vivas! Verùm (ne turberis ab illis) mendas typothetæ ipſe emendabis. Iterùm Vale! Scripſi *Ferrariæ* Thuringorum anno Dei-Hominis MDCXCVII. quô jam ante integrum ſeculum, factâ diviſione fraternâ, *Joann. Erneſtus*, amor & Delicium Gentis ſuæ, aulam Ducalem hic inſtituit feliciter!

(y) Id. lib. cit. p. 80. (z) vid. D. Sagittar. exercit. hiſt. de Eccardo I. habit. Jen. 1675. (a) Otto Friſingenſ. in prooem. L. I. de reb. geſt. Frid. Barbaroſſæ.

I.

INfelix toto *ferrum* dominatur in orbe,
*ferrea* nos miſeros undique fata premunt.
Et geſtant homines circùm ſua pectora *ferrum*,
ſumma: *ferum* & *ferrum* nil niſi mundus habet.
*Ferreo* in hoc ævo tua nunc *Ferraria* ſurgit,
ô utinam fauſto ſidere nata foret!
Aſt confide: *bonum* dicit Res publica *factum*,
res patriæ, *factum*, ſcribere, nonne *bonum*?
Eja *bonum! bonus* & *Doctus* FELICITER addit,
& vovet ex animo proſpera quæque Tibi.
Ætas, crede mihi, (Tibi non ingrata) futura
laudabit ſtudium mente manuque tuum.
Sic *labor* & *candor* (quid frendes, livor?) honeſtus
delicium ſeræ Poſteritatis erit.
Vindice PAULLINI, dicet, mea gloria fulget,
ô quàm ſincerè ſerviit illè mihi!
Ipſa jubet pietas, ut, me quoque vindice, *candor*
& *labor* ejus ſit tutus ab interitu.
Si quem nunc vivo detraxerit invida turba
poſt obitum gemino fœnore ſurget honos.

VETERI SUO AMICO
F.
*BERNHARD PFAHL* JC.

II.

OBſequium *atque* fidem *Patriæ debemus*: amorem
*illa ſed: hæc fauſtæ vincla ſalutis erunt.*
Obſequii *pignus*: fidei *pia teſſera ſanctæ*,
*hoc, reor*, auguſtum & ſuave *volumen erit.*
*Plus ultrà quid vis?* Ferrara, *quid amplius urges?*
*omne dedit, qui Te, ſeque, ſuosque dedit.*

*Miſit è ſancto monte*
DAVID MICH. BOLLING. LL.D.

---

III.

DIc mihi, cur noſtris minor eſt reverentia Doctis?
cur non in tanto ſunt pretio, ùt Veteres?
Altera cauſa (notes!) eſt *ignorantia recti*,
altera *livor* erit: † crimen utrumque malum.
Quàm pauci nôrunt, quid diſtent æra lupinis,
ſuavius an *corvus*, ſeu *philomela* canat?
*Solâ doctrinâ* & *purâ virtute* probamus
ſplendentem multâ *nobilitate* Virum.
Cetera ſunt larvæ, fatuæ ſpectamina plebis,
judicio pendent quæ leviore tuo.

Invi-

† Vid. Berneggeri quæſt. ex Tacit. num. 168.

Invidiam verò qui declinare ſtudebit,
haud bonus, at rudis eſt. Sunt tria ſigna Viri:
*Livor iners*, *odium vulgi*, *callumnia*; multis
qui placet, is doctis haud placuiſſe poteſt.
Qui nôrunt & amant *rectum*, ſine *felle* loquuntur;
queîs *oculi* in *capite*, & *candor* in ore ſedet.
Omnes hi laudant illuſtre, & ad ardua natum
ingenium, & chartas tot ſine labe tuas.
Phoſphorus è tenebris tibi naſcitur, exque vetuſtis
quisquiliis ſurgit gloria rara Tibi.
Tu das *obſcuris* lucem, *priſcisque* nitorem,
abs Te ſplendorem *mucida* quæque trahunt.
*Grammaticus* bonus es: tua quàm *Syntaxis* amœna,
*præteritum*, *præſens*, atque *futura* ſimul
Scîſſe, brevi methodo ſincerè aliosque docere;
quis *Doctor*, ſi non ritè *docere* poteſt?
Aut doceas, *Doctor*, ſeu perdas nomen inane,
*Doctor* es, at quem, non *docte*, docere potes?
Sed quid vana loquor? mucoſa quid ulcera tango?
*Doctum Doctorem* hîc pagina quæque probat.
Ecce tuæ prolis ſtudium, *Ferraria*, nomen,
& longam vitam ſcribit in ære tuam.
Omnia ſunt parvo comprênſa volumine, templa,
Relligio, leges, fataque, bella, ſcholæ.
Ortus & occaſus *Comitum* [venerare] Tuorum,
& fortuna *Ducum*, quam reverenter habe.

 Sic

Sic varios caſus & tot diſcrimina rerum
hicce liber tibi per ſecula multa dabit.
Sit *manuale* tuum, cuî tutò fidere poſſis,
ſic Tibi cottidie lectio lecta placet.
Servet Te divina Salus, fidiſſime Amice!
Vive Deo & mundo! vive Tibi atque Tuis!
Cetera quando dabis? non neſcit doctior Orbis,
in pluteis quòd adhuc ſplendida ſcripta cubent.
Ex *orco in lucem!* næ ſic celeberrimus Almæ
*Teutoniæ Hiſtoricus*, ſic *Polyhiſtor* eris.

Officioſâ manu ſcripſit
ANDREAS SARFELD, D.

ANNA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ANNALES ISENACENSES.

§. 1.

ISenacum, aliis *Yſenacum*, (a) *Iſenachum*, (b) *Iſenach*, (c) *Yſnach*, (d) *Iſanach*, (e) *Iſanachum*, (f) *Iſinaca*, (g) *Iſinacum*, (h) antiquiſſima & ampliſſima Thuringiæ urbs, in finibus ejus verſus Haſſiam, ad ſylvam *Semanam* & fluvium *Neſſum*, malè derivatur à *ferri campis*, quaſi *Iſennach* & *Iſenau* ſynonyma forent; pejus à *naviculis*, (Nachen) queîs ferrum hinc aliò vectum, quaſi diceres: Iſen-nachen; peſſimè à *glacie*, quòd urbs, montibus undique cincta, *glaciei* vicina ſit, ut vocares eam Iß- ſeu Eiß-nahe. Faceſſat quoque blatero iſte, qui urbem dictam eſſe vult quaſi ey/ ſeh nach/ ſeu Eiß/ ernach: vel eiſern nack/ quòd *ferreæ cervicis* ſint cives, & qui ex *Iſennach* & *Iſen-mach* mixturam fecit. *Nomen urbis.* *derivatio ſpuriæ.*

**Eiſennach** aber den Nahmen hat/<br>
Wie in Hiſtorien geſchrieben ſtaht/<br>
Von einem Eiſenſchmiede zwar/<br>
Welcher vor langen und vielen Jahrn<br>
Am Waſſer-Fluß genandt die **Neß**<br>
Sein Wohnung hatte und ſein Eß/<br>
Der daſelbſt that Eiſen machen/<br>
Das ward gehohlt auf Wagen und Nachen/<br>
Und weil es war ein gelegner Ort/<br>
So hat man da gebauet fort/<br>
Und hat ſich ſo weit erſtreckt/<br>
Daß es ward zu einem Marckfleck/<br>
Dadurch es zugenommen hat/<br>
Daß letzlich ward zu einer Stadt/<br>
Und ward alſo von **Eiſen-mach**<br>
Die Stadt genennet **Eiſennach**.

§. 2. Nec ab *Iſide* commodè eam detorſeris, licèt *Georg. Fabricius*, (i) Ste-



(a) addit. ad Lambert. ad ann. 1281. (b) P. Albin. in Specimin. hiſt. Thuring. novo. (c) chron. Citiz. ad ann. 1065. (d) id. chron. ad ann. 1272. (e) Dav. Chytræus L. VI. Saxon. p. 192. (f) Lazius de Gent. Migrat. p. 513. (g) Nic. Olaus in hiſt. Attilæ c. XI. (h) Bonfin. Dec. I. Lib. V. rer. Ungaric. p. 84. (i) de Marchion. Miſn. p. 37. ſeq. & in Itin. Ar-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Stephan. Ritter*, (k) Jacob Weber/ (l) *Althammer*, (m) & *Andreas Henaus* (n) eandem opinationem imbiberint, qui poſtremus ita:

- - - Neſſi *hic in valle decora*
Iſidis *urbs altum tollit ad aſtra caput.*

Fabricius ſic:

- - *Poſitam hinc in vallibus urbem*
*à* ferro *dictam vulgo, ſed ab* Iſide *doctis,*
*quam coluit framea committens prælia Svevis,*
*conſtituens illi ſylvas ac montibus aras.*

Ideo *D. Joh. Rüger.* plerumque audire voluit Conſiliarius *Saxo-Iſiacus.* Quamvis enim pars Svevorum, teſte Tacito, (o) *Iſidi* ſacrificârit, Svevi etiam aliquando Thuringis amici à *Burcardo*, horum Duce, contra Hungaros in auxilium vocati ſint, ſicque cultus *Iſidis* facilè has in terras invehi quiverit, meræ tamen conjecturæ ſunt, eæque lubricæ. Sed quosnam Svevos intelligis? eos indigitat *Chriſtoph. Colerus*, (p) qui ad Iſtri ripas habitantes cum Sarmatis ad pontum usque Euxinum ſœpe excurrebant. Verùm errorem hunc caſtigat *Cluver.* (q) Nonnulli Svevos Semnonas hîc deſignari autumant, qui & partem Saxoniæ ſuperioris, item Miſniæ, aliaque loca vicina inhabitârunt: inde ab *Iſide* hac urbes *Islebiam* & *Iſenacum* nomen deſumſiſſe putant. M. *Omeiſius*, Prof. Altdorfinus, (r) partem Svevorum hodie ſic ſpeciatim dictorum, ac Bojis quidem vicinorum, hîc intelligendam mavult, certè ab hoc ſacrificii cultu, non excludendam. *Henricus Huſanus*, nobilis JC. & Poëta, ambidexter eſt, patriamque noſtram modò à *ferro*, modò ab *Iſide* deducit;

*Arx ubi de* ferro *nomen adepta jacet.*

Et mox:

Iſidis, *ut perhibent, ædificata manu.*

*genuina,* §. 3. Rectiùs verò nomen ſuum debet *ferro* & *aquæ*, ut haud ineptè vocites *Ferraquas*, ſeu *Aquisferrum*. Oppida enim Germaniæ in *Aa*, ſeu *Aha*, vel *Aach* terminantia ab aquis nomina ſua habent aſperſa, eg. *Rotach*, *Ruffach*, *Creutzenach*, *Steinaha*, *Bleichaha*, *Horaha*, *Wittaha*, *Guddena*, *Miſſaha*, ſeu *Muſtaha*. (ſ) Certum enim eſt, olim multas ferrifodinas & officinas hic fuiſſe, notante etiam *Petro Albino*, (t) ferrique lapides, ſeu æra, ad præterlabentem *Neſſum* delata, ibique liquefacta & excocta, ferrumq; operâ ro-

gentorat. p. 64. (k) L. IV. Coſmogr. Proſometric. p. 707. (l) concion. II. & X. de converſ. Thuring. p. 21. & 41. (m) in not. ad Tacit. German. p. 116. (n) in carmin. J. Binhart. chron. Thuring. præfix. (o) de German. c. 9. (p) in not. ad Tacit. Germ. (q) L. I. antiqu. Germ. c. 26. conf. D. Pregizeri diſſ. prior. cujus rubrum: Regna Gentesque in Europa Principes ex Svevis, Tubing. 1684. (r) diſſ. de German. veter. Theolog. & religione pagana p. 25. (s) vid. D. Caſp. Sagittar. Bardevic. c. III. §. 43. p. 106. & Bangert. not. ad L. I. Chron. Slavor. c. 15. p. 48. (t) in der Meiſniſchen Berg-Chronic tit. XIII. p. 103. & in der Meiſniſchen Land-Chronic tit. VIII. p. 154.

râ rotarum fabricatum eſſe. Hinc *aquæ* vox acceſſit *Iſen-ach*. Veteres quippe Germani minores fluvios ſuos in genere vocabant *Aa*, ſeu *Aha*, majores licet proprio ſuo nomine appellârint, illud tamen ſub finem in *Aha* terminabant, eg. *Wirraha*, *Wiſuraha*, *& Wiſuracha*, vel *Wiſaracha* & *Wiſaraha*. (u) Favet nobis elegans Theologus & Poëta M. *Michael Uranius*: (w).

*Iſidis hanc cultû Svevi ſignâſſe feruntur,*
*nî magis à* ferro *notio ducta placet.*
*Stricturis ſiquidem* ferri *vicinia ſtridet,*
Rulaque *Lemniacis ignibus uſta ſonat.*

Hinc CL. Viri D. *Joh. Stambergerus*, D. *Tobias Lagus*, & D. *Andreas Libavius* urbem hanc conſtanter appellabant *Ferrariam Thuringorum*, ſeu Thuringiacam, & aulam Joannis Erneſti *Ferrarienſem Thuringorum*.

§. 4. Primos ejus conditores, ſeu natales, vix tibi dixero. Interim non ignobilem, ſed celebrem, (x) ſatisque amplam & populoſam ſemper fuiſſe civitatem, omnium confeſſio erit. Si enim *Attila* caſtra, aulam, comitia, ſeu curiam Iſenaci habuit, *Grimhildam*, *Güntheri*, Regis Thuringorum, filiam connubio ſibi jungens, datâ militi quiete, variisque ludis equeſtribus ſolenniter hîc inſtitutis, utique circa annum CCCCLI. celeberrima urbs fuerit. Non imus inficias, milites inter *Attilæ* etiam Toringos fuiſſe, teſte *Sidonio*, (y) verùm omnes reliquæ narrationes dubiæ & ſuſpectæ ſunt, quas ideò doctâ crenâ exploſit Hiſtoricus Saxonicus D. *Caſpar Sagittarius*. (z) Nec Eruditiſſimus *Rothius*, vitam & facta *Attilæ* in ſingulari diſſertatione (a) latiùs & accuratè delineans, ejusmodi rerum meminit. Præfixit ille imagines *cornuti* & *coronati* Hunni, cum aliis è muſeo *Boſiano*. Verùm ſuſpectæ videntur CL. Dialogor. menſtr. (b) Autori, adjectis aliis, iisque minoribus. Nec eſt, quod nummos, in agris noſtris fortè repertos, ab *Attila* cuſos credas, cùm longè recentiores ſint, eosque ad *Trajanum* & *Commodum* retulerit laudatus Colloquiorum Autor. (c) Dubium quoque, an conditum fuerit *Iſenacum* circa AC. CCCCL. Et quid demum commodi, ſeu gloriæ, à furioſi Regis præſentia præſtolabimur? oremus potius, ut hujusmodi *flagella* Deus à finibus noſtris arceat.

*Attila.* 451. *imagines & nummi ejus.*

§. 5. Anno DCCCLXXX. *Poppo*, *Comes & Dux Sorabici limitis*, ut in annalibus Fuldenſibus nominatur, Slavos, Bohemos, eorumque ſocios, Thuringiam armata manu invadentes, cædit funditque ad internecionem, *ne nuncio quidem cladis ſuperſtite.* (d) *Spangenberg* (e) vocat Popponem iſtum Vicarium Cæſaris in Thuringia, & Marchionem ad Salam Albimque, rens,

880. *Poppo Vicarius.*



(u) Helmold. L. I. chron. Slav. c. 15. Add. Bremenſ. L. I. c. 10. & L. II. c. 56. Alb. Stadenſ. ad ann. 788. & 988. (vv) in Triſtib. Muſar. (x) Spangenberg. chron. Saxon. c. 50. p. 75. (y) carm. VII. ỳ. 319. ſeqq. (z) L. II. Regni Thuring. c. 5. (a) quæ Jenæ prodiit anno 1679. (b) anno 1689. Menſ. Sept. p. 892. ſeq. (c) p. 865. (d) Aventin. L. IV. annal. (e) in genealog. Henneberg.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

anno DCCCLXXVII. conſtitutum ipſum eſſe talem, & defenſorem provinciarum contra Wandalos. Es iſt auch Graff Poppo (ſunt ejus verba (f)) ſeines ehrlichen Verhaltens und redlicher Thaten halber von Kaiſer Ludwigs des Gottſeligen Sohn / König Ludwigen / zum Stadthalter in Thüringen geſetzt. Und als er ſolches Amt eine Zeitlang wohl verwaltet/ hat ihn der junge Fürſt / Königs Ludwigs Sohn / auch um das 877. Jahr zum Marckgrafen und Schutz-Herrn der Lande / diſſeit der Sale und Elbe / wider die Wenden verordnet. Sed quis ſeriò mihi dixerit, *Popponem* iſtum Comitem Hennebergicum fuiſſe, & quidem hujus nominis tertium? Unde hæc acceperit *Spangenberg*, cumprimis annum 877. ariolari nequeo. Equidem in traditionibus Fuldenſibus à *Piſtorio* editis (g) mentio fit *Popponis*, Comitis de *Henneberg*. Cum verò nec annus, nec nomen Abbatis adjectum ſit, vix demonſtraveris, quo tempore iſte vixerit. (h)

*Hungari Thuringiam vaſtant,* 908. *Burcard. cadit,* §. 6. At circa AC. DCCCCVIII. Hungari iterum terminos transgreſſi Saxoniam & Thuringiam vaſtarunt, (i) & *Burchardus*, Dux Thuringorum occiſus eſt ab iis. (k) Sed num propter urbem noſtram? apertè non auſim dicere, cùm, ſecundum plebejas relationes, cadente *Burcardo*, maxima Hungarorum pars cæſa dicatur. Meminit *Wittechindus* (l) etiam *Burcardi*, quem *Henricus*, Dux Saxoniæ, *Ottonis* F., *in tantum afflixerat, belliſq; frequentibus attriverat, ut terra cederet, omnemq; ejus poſſeſſionem militi ſuo divideret.* *lapſus Meibom.* Per hunc intelligit CL. *Meibom.* (m) Ducem Thuringiæ. Sed ceſpitat Vir cetera diligentiſſimus, *Lamberti* & *Chronici Citizenſis* (n) tunc parum memor. *& Bonſin.* *Bonſin.* (o) aliud Hungarorum prœlium fingit tempore *Ottonis M.* cum Saxonibus prope *Iſenacum* commiſſum, idque ex eo repetit *Theod. Zwinger.* (p) Sed confundit pugnam *Ottonis* anno DCCCCLV. cum Hungaris prope Auguſtam Vindelicorum. (q)

*Iſenacum extinctum, ſitus veteris, templa in eo, traditio,* §. 7. Veriſſimum autem, iſtâ tempeſtate vetus *Iſenacum*, unà cum aliis Thuringiæ oppidis, extinctum fuiſſe. Stabat illud ad radices montis Petrini, *Hörſelum* inter *Neſſumq;* amnes. Geminum in eo templum, ſeu ſacellum; alterum ad montem *Catharinianum*, alterum in monte *Petrino*, (r) circa annum MCCCCXXXIII. multis peregrinationibus adhuc clarum. Ajunt, *Rinſurgim*, è Regia ſtirpe Anglicana, matronam more ſeculi religioſam, pro remedio & refrigerio animæ mariti multas ſparſiſſe eleemoſynas, multaque collegiſſe Miſſarum ſacrificia, tandem audiiſſe per quietem lamentationes mariti ſui in monte *Hörſelo*, (quem *horriſonum* vocant *Eoban.*

*Heß*

(f) L. I. chron. Henneberg. c. 17. (g) L. III. num. 20. (h) Conf. L. III. Antiquit. Thuring. Ducat. c. 10. & 5. Sagittarii. (i) Regin. chron. L. II. ad hunc ann. (k) Lamb. Schafnab. ad h. ann. Compil. chronol. ad ann. 887. Marian. Scot. ad ann. 908. Siffrid. Presbyt. ad ann. 888. (l) L. I. annal. p. 8. (m) in not. ſuis ad h. l. p. 49. edit. Francofurtanæ, (n) ad ann. 1025. (o) Dec. I. Lib. X. f. 91. a (p) Th. V. H. f. 689. col. 1. (q) vid. Fabric. L. II. orig. Sax. f. 154. c. 5. (r) vid. Bang. chron. Thur. p. 45. B. Rivand. chron. Thur. p. 185.

*Heß* (s) & *Fabricius*, (t) ] urbi noſtræ vicino. Ergo ad pedes montis *Petrini* elegans ſacellum cum villula exſtruxit, vocavitque Satanſtedt / ( hodie Sättelſtedt ] quòd Satanas illîc ei apparuerit. In monte verò *Petrino* condidit monaſteriolum, in quod cum ſuis ſe abdidit. Sed propius ad rem.

*Hugo & Ludov. fratres,*

§. 8. *Erant duo Fratres Germani,* ( ajunt veterum Landgraviorum annales, (u) ] *ex Francis oriundi cis Rhenum, de elegantiſſima ſtirpe Regum Francorum* Caroli & Ludovici, *conſanguinei* Giſilæ *Imperatricis*, Hugo Comes *&* Ludovicus cum barba. Hugo *ob divitias nulli ſervire voluit niſi* Fuldenſi *&* Moguntinenſi *Principibus. Quô mortuô, filius ejus* Wigmannus *hereditatem ſortitus eſt. Is in Moguntia occubuit: omnia ſua ad* Ludovicum *devoluta ſunt. Autor hiſt. de Landgrav. Thuring.* ſic: (w) Conradus, *Francigena quidam, Dux Francorum, Imperator, habebat duos conſanguineos, ſcilicet* Hugonem *&* Ludovicum *fratrem ſuum, ex ſtirpe Regum Franciæ progenitos,* & multùm pecunioſos. Hugo *fuit in curia ArchiEpiſcopi Moguntinenſis,* ( Erekenbaldi ) *& illi ſerviebat. Quo mortuo & filio ſuo, omnia, quæ dereliquit, devoluta fuerunt ad* Ludovicum *fratrem, qui fuit in curia Imperatoris* Chunradi, *& propter ſuam ſagacitatem* Summus & præpotens *in aula Regia effectus eſt. Iſte Imperator diligens* Ludovicum *cognatum ſuum, volens ſibi providere de aliqua hereditate & beneficiis, miſit eum ad ArchiEpiſcopum Moguntinum* Bardonem, *antea Abbatem Hersfeldenſem,* (& ordinis Benedictini Monachum,) *mandans ei, ut amore ſui, & propter ſervitium fratris ſui* Hugonis *conferret* Ludovico, *cognato ſuo, aliqua beneficia in Diæceſi in feudum. Epiſcopus* ad nutum Imperatoris *ipſum in Thuringiam miſit, & ibidem Vice-Dominum,* ie. Vicarium per totam Thuringiam *fecit, ei beneficia plura jure hereditario inde contulit, & dedit.* Haud contumelioſum fuiſſet *Ludovico*, feuda quædam ab ArchiEpiſcopo accepiſſe, ſeu vices illius tunc geſſiſſe, licèt neutrum adhuc probatum ſit. *Siſfried. Presbyter* facit iſtum *Ludovicum* Ducem Sveviæ. (x) Adde, quæ *Brovverus* habet in *Antiquitatibus Fuldenſibus.* (y)

*examen narrationis,*

§. 9. Verum ſi *Ludovicus* iſte ex Regia ſtirpe Carolino Ludoviciana fuit, Comes *Aurelianenſis*, ait *Calviſ.* (z) *Wilhelmi* Filius, (a) [ ſed unde id hauſerint, ſcire velim, ] *Piſtorius*, ſubſtituit Comitem *Arelatenſem*, (b) & Hugo, ob divitias, non cuivis ſervire voluit, eoque, ac filio ejus unico defuncto, omnis hereditas ad fratrem *Ludovicum* devoluta eſt, ipſeque *multùm pecunioſus*, inque aula Regia, ob ſagacitatem, *ſummus & præpotens*, cur tamen adeò inops fingitur, *bellorum aſſiduitate & rabie* licèt antea attritus fuiſſet? Næ, multa naſcuntur dubia ex hac Anonymi narratiuncula. Quis ſolidè mihi dixerit conſanguinitatem *Ludovici* cum *Giſela?* adeone miſellus & pauperculus

 Impe-

(s) in carmine, à Steph. Ritters Coſmograph. Proſo-metric. L. VI. p. 1139. producto, (t) in Itin. Argentorat. p. 64. (u) edit. Piſtor. p. 957. (w) c. XI. (x) L. I. epit. p. 692. (y) L. IV. p. 289. (z) in chronolog. ad ann. 1039. (a) Rivander in chron. p. 149. (b) in genealog. Landgrav. Thuring. & in epiſt. dedicator. T. I. ſcript. rer. Germ. præfix.

Imperator, ut nullam amplius haberet facultatem, quâ egeno ſuccurreret cognato, niſi exorâſſet Præſulem Moguntinum, [*ad imperium uxoris,* (c)] ut ei prædia aliquot & vice-dominium, in ſolatium egeſtatis, noviqúe Principatus rudimentum, conferret? Certè *Ludovicus Salius* eâ autoritate & opibus erat, ut non tantùm *Udalrici*, Saxoniæ Ducis, filiam duceret, ſed etiam *Henrico* V. Imp., ob hereditatem Soceri ſui, cum omnibus Saxoniæ & Thuringiæ Principibus, bellum inferret, infauſto licèt ſucceſsû: & hujus *Ludovici* filius, tertius ejusdem nominis, *Barbati* nepos, *Lotharii* II. Imp. filiam matrimonio ſibi jungeret. Cur ergo primus *Ludovicus* adeo miſer & egenus fingitur? quis certò nobis dixerit, *Ludovicum* beneficia iſta à Sede Moguntina obtinuiſſe? eratne *Bardo*, poſt Imperatorem, ſupremus & abſolutus Thuringiæ Dominus? cur igitur in provincia ejus Comites & Nobiles peregrino & exuli Comiti [ſi modo talis fuit, qualem eum nobis fingit Anonymus fabulo, ejusqúe illo ludimagiſtri pagani *Binhartus* & *Bangius*,] tot terras, ſylvas &c. vendiderunt ab omni poteſtate liberas, & voluntate Imperatoris pleniſſimo jure poſſidendas? At ſi *mandavit* Cæſar, utique non rogavit. *Mandans ei, ut aliqua beneficia in Diœceſi* Ludovico *conferret in feudum.* Vicarius Imperatoris forſan fuerit *Bardo*, non ſecus ac *Segevvinus*, ArchiEpiſcopus Colonienſis, anno MLXXI. *Henrici* IV. Vicarius erat in certis Alemanniæ partibus, quâ autoritate, pulſis Canonicis, poſuit monachos Ordinis Benedictini in Salfeld. (d) Epiſcopus, *ad nutum* [ie. juſſu & autoritate] *Imperatoris, Vicarium Eum fecit per totam Thuringiam, eique beneficia jure hereditario,* [non ſuo, qui error *Piſtorii* eſt (e) ſed Cæſaris nomine, nec *ad vitam ſaltem,* (f) ſed jure perpetuo,] *contulit.* Malè igitur *Spangenberg* (g) Ludovicum Barbatum nominat Mentziſchen Vitzethum in Tyringen und auf dem Eichsfelde / quod *Gudenus* (h) de omnibus noſtris Principibus aſſerit.

*Donatio Ottoniana ficta,* §. 10. Ita: præfecerat *Otto* I. filium ſuum naturalem, [non fratrem, ut falsò credebant *Dreſſer, Ritter* & *Bertius*, (i) *Wilhelmum*, ArchiEpiſcopum Moguntinum, non ex *Edita* Anglicana, ut *Baronius* vult, (k) ſed ex *nobili* & *Slavonica* captiva gentium, (l) quam *Wittekindus* Corbeienſis, (m) & ex eo *Trithemius*, (n) ſimpliciter appellant *peregrinam*, in abſentia ſua Provinciis, nominatim *Thuringia*, aliquandiu, ut temporalem adminiſtrationem haberet. Sed inde non exſculpſeris grande iſtud poſtulatum *Anonymi* Erfurtenſis, ad cujus lyram delirat *Brovver.*, (o) quod ſcilicet à *Wilhelmo* usque ad *Bardonem* ArchiEpiſcopi ſucceſſivè, ùt abſoluti & ſupremi Domini, rexerint Thuringiam & Haſſiam annis ferè LXX. Quod *Sagittar.* noſter (p) *putidum recen-*

(c) Guden. L. I. hiſt. Erfurt. p. 19. (d) hiſt. de Landgrav. c. 15. (e) in genealog. cit. (f) Guden. l. c. p. 19. (g) L. II. chron. Henneberg. c. 1. p. 81. ſeq. (h) in hiſt. Erfurt. (i) comm. rer. Germ. L. III. (k) L. X. annal. ad ann. 973. (l) Ditmar. Merſeb. L. II. chron. p. 38. (m) L. III. annal. (n) in chron. Hirſaug. ad ann. 954. (o) L. IV. Antiquit. Fuld. p. 289. (p) in memorab. hiſt. Gotan. c. 1. p. 8.

*recentium commentum* vocat, & jamdudum demonſtravit, (q) Thuringiæ δῶρον *Ottonis* merum fuiſſe ἄδωρον, & prolixius id probaverit in *Antiquitatibus* ſuis *Marchionatûs Thuringiæ.* Sed quid non fingit iſte ineptiarum magiſter? ut etiam *Krantz* (r) eum *belluam* vocet, narrationes ejus *puerilium fabularum & anilium deliramentorum* nomine notans. (s) Si enim vera foret iſta donatio *Ottoniana*, profectò poſt *Ottonis* tempora Principes Thuringiæ & Haſſiæ ſolâ gratiâ, vel merâ patientiâ Moguntini, ſeu nullo jure imperio in provinciis ſuis potiti eſſent. At hoc quis evicerit? Et annon nobiliſſimas provincias *filio naturali* à Parente dari, jam illo ſeculo nefas & turpe [in Germania profectò] habebatur? (t) Ecce *rubrum* capitis iſtius decimi, (u) de Ducatu nempe Thuringiæ ad Epiſcopos Moguntinos devoluto, & dic mihi, quomodo id cum *nigro* ſuo conveniat? *Wittekindus* Corbeienſis, σύγχρονος *Wilhelmi*, (w) *Ditmar. Merſeburg.* (x) *Marian. Scotus,* (y) & alii antiqui multa narrant de *Wilhelmo*, de donatione verò iſta ne γρῦ quidem. Mirum, quòd *Marianus* haud oblitus fuerit donationis *Vigeri*, Comitis Thuringiæ, *Ottonianam* verò ſicco tranſierit pede. Cùm *Otto* M. *Hermanno Billingo* partem Saxoniæ inferiorem Ducatus titulo adverſus incurſiones barbarorum tenendam committeret, ſubjungit *Krantz.* (z) Omnem Miſniam & *Thuringiam*, tum *Saxonici juris*, pro ſe ac poſteris ſervaſſe Imperatores. Dixerat quidem *Langius*, (a) Ottonem *Wilhelmo* ſuo *totam Thuringiam & Haſſiam* dediſſe cum *pleno jure & dominio*, verum cautè ſubjicit: hoc mihi videtur verum, quantum ad *jurisdictionem ſpiritualem*, & *fortaſſe etiam ad aliquanta temporalia bona.* Nam ipſa Haſſia ab illo tempore usque in præſens ſemper habuit in temporalibus Dominum, qui ſe *hujus terræ Principem & Landgravium* ſcripſit. Cur vero *Haſſiæ* tantùm meminit? quia Thuringia ſub Saxonici Ducatus titulo includebatur. Miror ergo, *Dreſſerum* Hiſt. Prof. in Electorali Univerſitate Lipſienſi, & *Davidem Peiferum* JC. triumque Saxoniæ Elect. per integros XXXVII. annos Conſiliarium intimum & Cancellarium, [ceteros haud moror] figmentum iſtud de *donatione Ottoniana* [Conſtantinianæ omninò ſimilem] in *Lipſia* ſua admiſiſſe. Sed quis non aliquando cæſpitat, aut cæcutit? interim vide tu ſis Autorem laudatum *Juſtitiæ protectionis Saxonicæ in civitate Erfurtenſi*, (b) unà cum *repetita & neceſſaria* ejusdem *defenſione*, (c) & cuncta habebis diſcuſſa, exploſa, probata.

§. 11. Ille igitur *Ludovicus Barbatus* [quem *Baronem* vocat *Langius*, (d)] *veniens cum* duodecim militaribus Viris (e) *in Thuringiam annô* MXXV. *ſe præſentans nobilibus terræ, civitatibus & villis, officium ſibi ab Archiepiſcopo*, autoritate

*Ludovic. acquirit multa,* 1025.

(q) in epiſt. de antiquo Thuring. ſtatu, (r) L. I. Sax. c. 23. (s) in exord. hiſt. Saxon. (t) vid. Aur. Juſtit. protection. Sax. p. 4. (u) in hiſt. de Landgrav. (w) l. c. (x) l. a. (y) ad ann. 968. (z) L. IV. Saxon. c. 16. (a) in chron. Citiz. p. m. 766. (b) edit. anno 1663. Menſ. Junio, (c) excuſ. anno 1664. menſe Martio, (d) chron. Citiz. p. 771. (e) annal. ver. Landgrav.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ritate Cæſaris, *commiſſum prudenter exercuit, & beneficia ſibi conceſſa recepit, & loca occupavit, & ſpecialiter in confinibus ſylvæ* Bloſſeloybe *juxta montes* Kattenburg, Aldenberg, Corneberg: *& ibidem villas faciendo terras & arbuſta in campis præparavit, & villas nominavit* Friedericherode, Reynhartsborn &c. *cœpitque propter ſuam* jucundam converſationem *gratus haberi in Thuringia à nobilibus, & ab* Yſone de Glychen, *&* Günthero de Kevernburgk, *& ab aliis Comitibus multa prædia & villas emit. Tandem, permiſſione Principum, caſtrum* Schovvenburg, Reinhartsborn & Friderichrode *erexit, & quotidianam ibi manſionem habuit.* (f)

*fit Comes Thuring. & Haſſ.* 1039.

§. 12. Propterea *Conradus Saliquus* Ludovicum hunc, *Aulæ* ſuæ *Magiſtrum, Marſchallum*, (g) ſecretiorem *Cameræ Conſiliarium*, (h) *Comitem* fecit Thuringiæ *hereditarium* & Haſſiæ Dominum, arma ei conferens antiqua, quæ antea fuêre *Burcardi*, Ducis Doringiæ & Haſſiæ, ab Hungaris inter bellandum occiſi. (i) Quid ergo *Gudenus*? (k) *prudens inſuper*, ait, *& occultus firmandi Imperii machinator, nunquàm eo progreſſus, ut* precariam à Moguntia poteſtatem *ſibi eſſe negaret., quam tamen* latenter *ſibi propriam ſtabilivit.* Falſiſſimum hoc. Juſſu enim, nomine & autoritate Cæſaris obtinuit, ſi quid à *Bardone* accepit, cetera jure emtionis ſibi acquiſivit. *Conradus* ſiquidem animo prorſus deliberato *Comitem* eum fecit *Thuringiæ* & Haſſiæ Dominum. Nihil occultè, nihil latenter machinatus eſt *Ludovicus*, nec *precariam* ſuam poteſtatem à Moguntino habuit. Prædia aliqua [ajunt veteres Landgraviorum annales, (l) ] *pretio comparavit*, villam *Aldenberg*, aliaque prope adjacentia. Inde ex *permiſſione Regis* Conradi [audin'?] juxta *Loybe* in monte *Scovvenburg* munitionem erexit & *inexpugnabile caſtrum* conſtituit, & *plurimam partem ſylvæ per largitionem regiam* accepit. Ideo *conſanguineo noſtro*, [noſtro, ait Cæſar, & non Giſelæ] prædium, quod ab incolis Thuringiæ [ſuo ære] comparavit, villam ſcilicet *Aldenberg*, & novalia prope hinc & inde adjacentia, & partem vaſtæ ſolitudinis *Loybe*, *noſtræ dominationi ſubjacentem*, quam ei *noſtrâ donatione* contulimus liberè & quietè perfruenda, *regiâ autoritate* ſtabilia fecimus. *Sieffrid Presbyter* ita: (m) Nota, quod *primus Ludovicus*, de quo Landgravii Thuringiæ nati ſunt, vocabatur *Ludovicus Dedus Barbatus*, & ipſe deſcenderat de *genealogia Karoli M.* Regis. Et cum eſſet unus *de Ducibus Sveviæ*, prœliis annihilatus inde ceſſit. Cùm autem dudum *Duces Thuringorum* defeciſſent, idem *Ludovicus Barbatus* ſuſcepit *principatum dictæ terræ*, quæ tunc per plures diſtracta & uſurpata ceſſavit dici Ducatus. Sed usque hodie Princeps præfatæ terræ non Dux, ſed *Landgravius*, quod latine ſonat *Comes Provincialis*, appellatur. Et ipſe & filii ejus, & filii filiorum ſuper ſœpe dictam terram Thuringiam, à tempore S. *Henrici* Imp. usque ad tempora *Friderici* Imp.

(f) hiſt. de Landgrav. c. XI. (g) Calviſ. l. c. ad ann. 1039. (h) Rivand. chron. p. 150. (i) chron. Citiz. ad ann. 1024. (k) hiſt. cit. p. 20. (l) edit. Piſtor. p. 957. (m) L. I. epit. ad ann. 1140.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imp.II. per ſex generationes *principantur.* Ait, Ludovicum Barbatum *Principatum Thuringiæ* ſuſcepiſſe, ut ita, *Sieffridi* opinione, etiam *Comitum Thuringiæ* dignitas *univerſalis* quoddam *poteſtatis axioma* fuiſſe videatur, quod tamen aliorum ſcrutinio linquimus, licèt eò quoque collimet *Dodechinus.* (n) Certè in conſtitutione & confirmatione, ſuper concambio Smolnenſi, data à Conrado II. Wormatiæ anno MCXL. *Principes* inter nominatur *Ludovicus cum barba, Provincialis Comes Thuringiæ;* (o) & in diplomate Reinhardsbornenſi (p) *Ludovicus,* à Barbato *Quintus,* dignitatis tamen principalis ab Avo acquiſitæ memor, *tertium* ſe vocat. Ego Ludovicus tertius, *Patientiæ Dei gratiâ* dictus, *Princeps & Landgravius Thuringiæ.* (q) Ceterùm de Ducibus Thuringiæ legi meretur *Sagittarius.* (r)

§. 13. Celeberrimus *Hortlederus* diploma *Conradinum* in archivo Ducali Vinariæ d. 9. Aug. 1638. reperit, copiamque *Piſtorianam* (s) ſuâ manû (quam vidi) bonâ fide emendavit, quam ideò publicè profero.

In nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. Counradus, divinâ annuente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus, Notum eſſe volumus omnibus ſane volentibus tam præſentis, quàm futuri temporis fidelibus, qualiter Nos, ob interventum contectalis noſtræ *Gyslæ,* cuidam *Ludovico* Comiti, *conſanguineo noſtro,* prædium, quod ab *incolis Thuringiæ* comparavit, villam ſcilicet *Altinberc* (Piſtor. habet *Aldenberg*) & novalia propè hinc & inde adjacentia, ſcilicet & *partem vaſtæ ſolitudinis Loybe, noſtræ dominationi* ſubjacentem, quam ei *noſtrâ donatione* contulimus, liberè & quietè perfruenda, regiâ auctoritate, ſtabilita fecimus, quæ his lachis (Piſtor. habet *locis*) & terminis concluduntur. A fluviolo *Louffa* uſque quò influit rivulus *Battenbach,* & ſic retrorſum per aſcenſum ejus ad locum, qui dicitur *Fürſtadt.* Deinde deorſum ad *Maingeſalbach,* ad viam tendentem à *Buſſonroth* (Piſtor. habet *Boſſzenroth*) ad fontem, qui eſt ad *Erphinnevelt,* (Piſt. ſcribit *Eſpenveld.*) Deinde versùs Aquilonem ad quandam *Siſſam,* Piſt. legit *Kyſſam*) juxta *Mothonovva* uſque ad bivium, ubi una via tendit *Linungen,* altera *Oſtervvyſen,* contra orientem villæ *Erphiſroth.* Inde ſurſum per callem inter duos montes *Grintberg* & *Turiberg.* (Piſt. habet *Kornberg.*) Hinc per latus *Santberck* ad locum, ubi *Sultzbach* cadit in *Tokonlinaha,* (Piſt. *Trockelihna*) & ſic ſurſum ad *VVanunbruccha.* (Piſt. *Wanebrucken.*) Deinde à *Buchenbronna* (*Buchenborn*) ad *Diebornum,* (Piſt. *Tereborn*) dehinc ad *Harcirſtic* (Piſt. *Harcheſtic*) uſque *Trochonlinaha* (Piſt. *Trockenlina*) ad plateam, quæ tendit ſuper *Abbinchoinrot,* (Piſtor. *Habechrot,*) ſicque per eandem plateam uſq; *Everhardesbrucchon.* (Piſt. *Herberhardiſsborcken.*) Inde ad occidentem uſque *Dambach,* & ſic ſurſum ſuper fluviolum *Schmalacholdon* (Piſt. *Schmalkalden*)

Diploma Conradinum.

 uſque

(n) append. ad Marian. Scot. ad ann. 1190. (o) Pertuch. L. I. chron. Porten. p. 22. (p) anno 1173. (q) conf. repetit. & neceſſar. defenſion. Protectionis Saxon. Erfurt. ad p. 18. Aſſertion. Moguntin. (r) L. IV. Antiquit. Ducat. Thuring. c. 19. (s) cit. hiſt. de Landgrav. c. XI.

uſque *Chollvch*, (Piſt. *Colbach*,) & inde ſuper quoddam *Mirice* (Miricæ) ad *Brunvvardesroth*, (*Brunisvvardisroth*) uſque ad plateam, quæ illic eſt; perque plateam uſque ad radicem montis *Tatenberc* ſuper rivulum *Louchaha*, (Piſtor. *Lorcha*) uſque ad latus montis *Teneberg*, ſicque poſtremum ad ſupradictum fluviolum *Louffa*. Omnia, quæcunque (Piſt. habet: Et omnia) his lachis & terminis circundata ſunt, cum villulis & intra poſitis (Piſtor. habet: *oppidulis infrà poſitis*) aut ponendis, omnibusque ſuis appenditiis, viis & inviis, cultis & incultis, venationibus, piſcationibus, exitibus & reditibus, cum omni utilitate, quæ quocunque modo nominari vel dici poſſit, prædicto *Hludovico* Comiti *his regalibus* edictis in proprietatem perpetuam ſtabilimus, hoc Imperiali cenſurâ ſtatuentes, ut nullus omninò hominum aliquid in his negotiis, niſi cum illius voluntate & juſſu, exercere præſumat. Ut autem hujus *noſtræ pietatis traditio* ab omnibus ſemper credatur, & ſtabilis potentialiter permaneat, hanc inde cartam teſtamentariam conſcriptam, & manu propriâ corroboratam, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

*Udalricus* Cancellarius vice *Bardonis* Archi-Capellani recognovi. Data V. Cal. Maj. anno Incarnation. Domin. M.XXXIX. Indict. VII. Anno Domini Counradi Imperat. Auguſti Imperii XIII. Regni verò XV. Actum Goslare (Gotzlari) in villa Regia feliciter.

Signum Domini Counradi Imperatoris.



Ob interventum *contectalis noſtræ*, ajebat *Conradus*. Sic in confirmatione fundationis dotationisq; cœnobii *Kaminadenſis* in ripa Viſurgis, facta ann. MXXIV. Idem ait Rex: Quod Nos petitione *Gislæ* ſcilicet Reginæ, dilectiſſimæ *Conjugis noſtræ* &c. Et *Otto*, Ludolfo, Abbati Corbeiæ Saxonicæ, jura Monaſterii ſui confirmaturus, interventu *Matris* ſuæ *Adelheidæ* faciebat anno DCCCCLXXIV.

§. 14. Ut verò cuncta clariùs intelligas, dabimus obſcura iſta nomina, ex ſche-

ſchedis *Hortlederianis*, à *Diterico* **Scherern**/ſaltuum Præfecto in Præfectura Vallis Georgianæ, d. 9. April. 1624. ſic expoſita. *Obſcuriorum vocum explicatio.*

**Loybe**) die groſſe Läube/

**Fürſtatt**) Frattſtedt/ein Vorwerck im Amt Tennenberg/

**Altenberg**) im Amt Reinhartsborn. Die Kirche liegt hoch auf dem Berge/zu S. Johann genandt/und gehen vier Dörffer drein/als: Altenberg/Cattenfeld/Engelsbach und Finſterberg. NB. Dieß Finſterberg hat vor zehn Jahren eine eigne Kirche gebaut.

**Loſſa und Badenbach**) Im Amt Schwartzwald liegt ein Fluß auf dem Zeller-Forſt/die **Lobenbach** genennt/und ſpringt in Sommersbach. Pfann-Thaal und Becher-Thaal fließt auf Zella/Mehlis/denn auf Bentzhauſen.

**Maingefalbach**) ein Ort im Amt Schwartzwald/die **Fallbach** genandt/ſtößt oben an den kalten Marck/oder bloße Läuben und den Rennſteig/allwo ſich Heſſen und Sachſen ſcheidet.

**Bußeroda**) unterm Grafen von Gleichen liegt ein Ort/die **Boſſeröter** genandt/ zwiſchen Gräfenhayn und dem Waßer/die **Uhra** genandt. Auch im Amt Görgenthal iſt ein Ort/das **Boßeröder Kreutz** genandt/ und dann in die Leine fließt/ſcheidet das Amt Görgenthal und Reinertsborn.

**Der Brunn bey Eſpenfeld**) iſt noch alda unfern des Cumbacher Teichs zwiſchen Ernſtroda und Rödichen zu ſehen. Selbiger Gegend iſt vor Alters eine gute Schäferey und Vorwerck/auch wohl viele Aecker und ziemliche Gebäude geweſen/ und ſind ſolche den Unterthanen umb Zinſe erblich eingethan worden/die Gebäude aber abgangen/ und wird der Brunn auch nicht mehr geachtet.

**Erphisrot**) Im Amt Reuchartsborn liegen zwey Dörfer/eins mit Nahmen **Ernſtrode** unter Friedrichrode/und dann das andere **Wipperode** an der Leine.

**Der Grind- und Kornberg**) beede liegen im Amt Reinhartsborn. Jener heißt jetzt der **Rinckberg**/ liegt über Engelsbach/ ehmals **Egenolphsbach** genandt. Der **Kornberg** liegt bey Friedrichsroda.

**Der Sandberg**) liegt auf dem Crawinckler Forſt nach dem Weydenberg und Diebſteig im Amt Schwartzwald.

**Drockne Lihna**) ſcheidet das Amt Görgenthal und Reinhartsborn/ hat ſeinen rechten Nahmen der **Leinertsborn**/fließt auf Schönau/ Wipperode/und förter auf Gotha.

**Buchenborn**) im Amt Schwartzwald liegt ein Born/der **Büchborn** genandt/ auf dem Stützhäuſer Forſt/ zwiſchen dem Temichſchleiff und Böhler/aber weit von der Gräntze.

**Harteſtieg**) liegt auf dem Tambacher Forſt/als Langeſtieg/ Harteſchora

ſchora und Eiſenſtein / ſtoßen biß auf die Heyde / alwo Sachſen und Heßen ſich ſcheiden.

**Heberhartisborg**) im Amt Schwartzwald iſt auf dem Aresberger Forſt ein Ort die Seiffertsburg / alwo vor dieſem ein Schloß geſtanden haben mag / liegt nicht weit von der Hennebergiſchen Gräntze. Item ein Ort / die **Elgersburg** genandt / nicht weit von Gera / iſt Witzlebiſch und Coburgiſch Lehn.

**Die Schmalkalden**) im Amt Görgenthal auf dem Tambacher Forſt liegt ein Ort Holtz / der **Schmalkalderſtieg** genandt. Die **Schmalkalden** aber entſpringt vor der Stadt Schmalkalden.

**Brunwartsrode**) im Amt Schmalkalden liegt ein Ort **Brutroda** (in einem alten Brieff vicus Brunonis) genandt. Da geht eine ſtarcke Landſtraß von Erfurt / Gotha / Tabartz / Cabart / denn auf **Brutroda** / und förder nach Truſen / Fohnbach / Schwallungen / und ſo fort auf Waſungen.

**Tatenberg**) Im Amt Tennenberg / nicht weit von Cabart / gräntzt an Zimmerberg / ſo ins Amt Reinertsborn gehört.

**Lützbach**) Im Amt Schwartzwald auf dem Crawinckler Forſt liegen zwey Oerter / die **gräſichte und ſteinichte Lützſche** unter dem Oberhof. Hæc *Schererus*.

*Conjux Ludovici I.* 1040. §. 15. Conjux hujus *Ludovici* erat *Cæcilia*, vulgò Comitiſſa Sangershuſana, quam Hiſtoria Landgraviorum (t) cum annalibus eorundem *Matronam nobiliſſimam de Sangerhuſen* vocat, *Piſtorius* (u) Ducis Saxon. & Brunſvicenſ. Filiam, quæ ei 7000. manſos, (alii habent 600.) cum aliis innumerabilibus bonis & mancipiis, contulit. Ex qua tres filios, totidemque filias ſuſcepit.
*liberi.* (1) *Ludovicum Salium*, ſeu *Saltatorem*, quo de infrà, (vv) (2) *Beringerum*, ſeu *Bernigerum*, Comitem, vel Dynaſtam Sangershuſanum. Hic cum *Gertrude*, (Bertrada (x)) *Conradi*, Marchionis Landsbergenſis & Comitis Withini, Filia genuit *Conradum*, arcis *Hohnſteinenſis* conditorem. Qui moriturus heredes ſcripſit filios *Juttæ* ſororis. (3) *Henricum*, vulgò *Raſponem*, (non *Rappe*) quòd arcem *Raſpenberg* (malè *Rappenberg* (y)) ſtruxerit, ejusq; Comes fuerit. (4) *Hildegardim*, primùm *Popponi* VIII. *Hennebergico*, deinde *Thimoni*, Comiti à *Nordeck*, nuptam. (z) (5) *Juttam*, Ludovici, Comitis in *Linderbeck* & *Beilſtein* uxorem. (6) *Adelheidim*, Comitis *VVipræ* in Hercyniis conjugem. Alii eam faciunt monialem. *Annal. Veter. Landgrav.* duos tantùm ſiſtunt
*mors.* filios, *Ludovicum* & *Beringerum*. Deceſſit *Barbatus* ille anno MLV. regi-
1055. minis ſui XXX. Sepultus Moguntiæ ad S. *Albanum* extra muros. Effigiem
*effigies* ejus rudi manu ſaxo inciſam, & ſuprà portam *Nicolaitanam* poſitam, ob reverentiam Antiquitatis, hîc appono.

§. 16.

(t) c. 12. (u) in genealog. Landgrav. noſtrot. (vv) §. 18. (x) chron. montis Sereni edition. Mader. p. 203. & Piſtor. l. c. (y) Rivand. chron. p. 148. (z) vid. chron. Henneberg. Spangenberg. L. II. c. I. p. 82.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



§. 16. In encæniis *Altenbergenſibus* ad ſylvam Thuringiacam multa alia memorabilia ſimul ſolenniſſimè peregiſſe dicitur *Ludovicus* noſter, quæ ordine recenſet *Spangenberg*. (a) Jn ſelbem Jahre (104 .) richtete Graff **Ludwig** mit dem **Bart**/ Mentziſcher Vitzethum in Thyringen/ (titulum hunc ſuprà (b) explosimus,) und Graff zu Schauenburg für dem Walde / ein groß Feſt und Gaſterey an/ dazu er viel benachbarte Herzn gehalten/ ſonderlich den Hertzog zu Braunſchweig/ Graff **Günthern** von Schwartzburg/ Graff **Günthern** von Käfernburg/ Graff **Buſſen** von Gleichen/ Graff **Henrichen** von Mühlberg/ und Graff **Poppen** VIII. von Henneberg/ in derer Gegenwärtigkeit er (1) durch Ertzbiſchoff **Barden** von Mentz ließ die von ihm erweiterte und verneuerte (S. Johannis) Kirche einweihen/ (2) ſeinen Sohn den Jungen Graff **Ludwig** tauffen/ und hielt (3) zugleich auch Heimfart und Haußwärme mit ſeiner Frauen Cäcilien auf ſeiner neuen Burg **Schawenburg** vor dem Walde. *Encænia Altenbergica*,

§. 17. An. MLXII. *Siegfridus*, Archi-Epiſcopus Moguntinus, Baro ab *Ep-* 1062.

(a) lib. & cap. cit. p. 81. (b) §. 9.

*Cupido decimarum,* *ſtein*,decimas Thuringorum appetens,magnos ciebat motus,de quibus cœnobita Hersfeldenſis ita: (c)*Wilhelmus* Orlamundanus,quem *Ditmar.Merſeburg.* (d) *Thuringiorum tunc potentiſſimum* vocat,& *militem Regis*,apud *Lambertum*(e) dicitur *Marchio* Thuringiæ,reverſus morbo correptus periit,&c. Sed is (*Otto*) frater & ſucceſſor *Wilhelmi*, beneficia Moguntini Epiſcopatus (bona fratris à Moguntino) aliter obtinere non potuit, niſi promitteret, *decimas* de ſuis in Thuringia poſſeſſionibus daturum, & ceteros Thuringos, ut idem facerent, coacturum. Quæ res *multorum malorum ſeminarium* fuit,deteſtantibus omnibus Thuringis factum ejus,&aſſerentibus,*ſe mori malle,quàm Patrum ſuorum legitima amittere*.Nullas ſiquidem *decimas* dabant Thuringi,ſed ad *coquinam Regis in quingentorum porcorum tributo annuo*,à Rege *Thiderico* ipſis impoſito, tenebantur. ( f ) De *Ottone* fuſiùs infrà. (g)

*Ludovicus II.* §. 18. *Ludovico* I.ſeu *Barbato* ſucceſſit anno ætatis ſuæ XVII. *Ludovicus* II. Patri Filius,& ſecundus Thuringiæ Comes, *Vir Illuſtris*. (h) Qui, repudiatâ conjuge,*Udalrici*,Saxoniæ Ducis,filia,homicidio & adulterio ſe polluit, du-
1065. cens anno MLXV. *Adelheidam*,*Ottonis*,Marchionis Stadenſis,filiam,&*Friderici*
*vitia ejus,* III.,Comitis Palatini Saxoniæ,viduam,qua de prolixiùs *chronic.Citizens.*(i) & *Hiſt. de Landgrav.Thuring.* (k) *Chronic.Gozecenſe* (l) facit eam *Ottonis* (Utonis) de *Aleslephe* (Aßleben) natam,ejusq; tota narratio alia eſt.Ob hæc crimina non anno M.CXIV.(m)ſed MLXX.(n) inſtinctu *Adelberti*, Archi-Epiſcopi Bremenſis,captus,inque arce *Gibichenſtein* per biennium ferè detentus fuit.
*captus elabitur,* Tandem,diſpoſitis ad fugam equis,& prælongiori veſte indutus, voto prius S.*Ulrico* facto, per feneſtram in Salam ſe dedit præcipitem; ( inde *Salius*,ſeu *Saltator* dictus,der Springer/) exceptus autem à piſcatoribus, & equo, cui *Cygni* nomen erat, impoſitus, *Sangershuſam* venit,ibique anno MLXXIIX. in
*condit templum,* memoriam iſtius Sancti templum erexit cum perpetuo memoriali:

SUSCIPE SANCTE DOMUM, QUAM VINCTUS COMPEDE VOVI! (o)

Pœnitentiâ tandem ductus fundavit pulcherrimum monaſterium *Reinhar-*
*monaſt. Reinhardsborn.* *difontanum*,Ordinis Benedicti, (à *Reinhardo* figulo,propè fontē domunculam inhabitante,ita dictum,(p) ) in ſylva Thuringiæ, anno MLXXXV. (q) ſeu MLXXXIX.in quo ſub habitu religioſo an.MCXXIII.æt.ſuæ LXXIII. obdormivit. *Ludovicus Comes Monachus factus beato fine quievit.*(r)Jacentem eum in lo-
*petulantia nobilium,* culo riſerunt nobiles,dicentes:*ecce,quàm devotus Monachus factus eſt Dominus noſter,quàm probè ordinem ſuum obſervat,&ſilentium!* (s)Epitaphii inſcriptio talis:
*epitaph.* A.D.MCXXIII.II.NON.MAJ.OBIIT LUDOVICUS SECUNDUS COMES THURINGOR. HUJUS ECCLESIÆ FUNDATOR, NOSTRI S. BENED. ORD. MONACHUS.

*Wallramus*,Epiſcopus Cizenſis,Promotori ſuo *Henrico* IV.Imp.gratificaturus,

(c)Lambert.ad ann.1062.(d)L.V.chron.p.112.(e)ad ann.cit.(f)vid.antiquit.Brunſvicenſ. Maderi p.9.(g)ad ann.1067.(h) chron.Gozecenſ.ad ann.1055.(i) ad ann.1065.(k)c.13. (l)ad an.jam cit.(m)Dodechin.append.ad chron.Marian.Scot.(n)hiſt.Landgrav.c.15.(o) chron.Citiz.ad ann.1065.Hiſt.Landgr.l.c.(p) annal.veter.Landgrav.(q) addit.ad Lambert.Schafnaburg. (r) eæd.addit.ad an.1123. (s) Luther.in colloqu.ſympoſ.f.273.& 342.

rus, per literas monuit hunc *Ludovicum*, ( quem *Sereniſſimum* & *glorioſiſſimum Principem* vocat, licèt adhuc *Comitem*, ) ut partes *Henricianas* amplecteretur. Sed vide ſis reſponſorias ejus apud *Dodechin*.,(t) & repone *Wallramum* in indicem Præſulum *Numburgenſium*, quod neſciit Abbas S. Dyſibodi. Peperit *Adelheidis* ei (1) *Ludovicum* III. (2) *Udonem*, ſeu *Ottonem*, Epiſcopum Citizenſem XII. (u) (3) *Henricum Raſponem*, (4) *Hermannum*, Dominum ditionis alicujus in Thuringia, & conditorem *Hammerſteinii* & *Hammerslebii*, ab *Henrico* V. Imp. captum, & in vinculis an. MCXIV. extinctum. *Rechenbergius* noſter (vv) addit *Conradum*, verùm hiſtoria Landgraviorum (x) 4. tantum meminit filiorum. (5) *Cunigundem*, uxorem *Dedonis*, Comitis Witinenſis, ſeu, ùt alii rentur, *Wichmanni*, (Witzmanni) Comitis de Saxonia, (y) & fundatricem cœnobii Regulariũ in *Kalteborn* propè Sangerhuſam, licèt hoc annales dicti *Wichmanno* tribuant, (6) *Adeilheidem*, *Ulrici*, Comitis *Orlamundani*, conjugem. (7) *Cæciliam*, *Gerlaci*, Comitis de *Waldenſeé*, vel *Wildenſee*, ( Piſtorius ſcribit *Walterſab*,) qui eſt tractus Deſſavienſis, uxorem. (z) Ipſa verò Adelheidis mater pro peccatis ſuis ſatisfactura, condidit (cum marito) monaſterium Schiblicenſe, pro monialibus, prima ibidem Abbatiſſa, circa AC. MLXXXIX. & Oldenslebienſe propè Saxiburgum pro monachis anno MLXX. utrumque ſub regula S. Benedicti. (a) Defuncta anno MCX. XV. Kal. Novembr.

*Liberi Ludov. II.*

*monaſt. Schiblicenſe & Oldenslebienſe.*

§. 19. Hic *Ludovicus Salius*, non *Barbatus*, (b) Comes hereditarius Thuringiæ, circa annum MLXV. exſtruxit *inexpugnabile caſtrum* (c) *Wartburg*, in 1065.
petroſo vertice ſupra urbem noſtram. (d) *Sieſfried Presbyter* (e) habet annum MCXL, *Dreſſerus* ML. (f) Alii MLXII. (g) Scilicet Comes, feras aliquando in venatione inſequens uſque ad *Hörſelum*, hinc ad montes urbi imminentes, feſſus tandem in cacumine montium ſubſtitit, ſervos venatoresq; ſuos præſtolans. In hac excelſa ſpecula totam viciniam longè lateque contemplanti mirè placuit amœnitas loci, ſtatuitq; penes ſe, caſtrum ibi exſtruere, idq; *Wartburg* appellare, quaſi cogitâſſet: Wart/ *expecta*, tu mihi eris *burgum*: ſeu, Wart/ Berg/ hîc meum ſiet *burgum*. Sic à *ſpecula* traxit nomen Wart-Berg/ ſeu Wart-Burg/ vel Wartenberg/ aut Wartenburg/ ( non Warchberg/ vel Warckberg/ (h)) & *burgo*, vel *monte*. Illud verò à bergen/ abſcondere; in quam nempe *ſpeculam* ſe tutò abſcondere poſſet. Quæ verò *Dreſſer*. (i) *Bang*. (k) & *Binhart*. (l) cum ſuis ſociis garriunt de terra, propè *Schauenburgum* clanculùm effoſſa, & noctu hûc deportata, ne in alieno ſolo fundamenta arcis poneret *Ludovicus*, ſiquidem mons iſte, in quo ſtruere meditabatur, ad *Franckenſteinios* ſpectabat,

*VVartburg,*

*unde dicatur?*

*nugæ variorum,*

(t) l. c. ad an. 1090. (u) vid. Lang. chr. Citiz. ad an. 1126. & Sagitt. in hiſt. Epiſcop. Numburg. § 14. (vv) in ſpecim. 1. Hiſt. Sax. S. 2. c. 1. § 10. (x) c. 13. (y) annal. veter. Landgrav. (z) hiſt. Landgrav. c. 13. (a) vid. theatr. m. illuſtr. Viror. Corb. Sax. c. 37. (b) Siefrid. Presbyr. l. 1. epit. f. 692. P. Albin in der Meißniſch. Land-Chron. f. 410. (c) annal. vet. Landgrav. (d) chron. Citiz. ad h. ann. Spangenberg. chron. Sax. c. 178. f. 260. Calviſ. ad h. ann. (e) l. c. (f) im Buch von Städten p. 277. (g) Spangenb. l. c. Binhart. L. I. chron. p. 86. Rivand. chron. p. 204. (h) hiſt. Landgrav. c. 93. & 95. (i) l. c. (k) chron. p. 44. B. & 45. A. (l) L. I. chron. p. 86. ſeq.

ctabat, gerræ germanæ ſunt, & nihil amplius. Cur ergo *Andreas Toppius*, Paro-
chus in minori Denſtedt, de fraude & perjurio *Ludovici* blaterat? (m) In antiquo
*Thuringia comparatur homini,* *chron. Iſenac.* (n) Thuringia noſtra *homini* comparatur. Wartburgū *caput ver-
texq́;* provinciæ eſt. Elgersburgum ad ſylvam Semanā *brachium dextrum*: Ebers-
burgum ad Hercyniam *ſiniſtrum*: Weiſenſéa *cor*: Eckhardsberga verò *pedes* da-
*VVartburgum,* bit, qui deſcendunt in Salam. Ita: naturâ & Arte ſatis munitum eſt *Wartburgum*,
altiſſimis foſſis & petris undiq; cinctum, nec alia, niſi una via, eaq́; utrinq; per
duriſſima ſaxa multo labore fiſſa, ducit in iſtud, vetuſtiſſima *Landgraviorum*
Thuringiæ *ſedes* & *Genitrix*, *S. Eliſabethæ domicilium* & *oratorium*, *Lutheri Path-
mus*, *ſublimisq́;* totius Provinciæ *ſpecula*.

§. 20. Quanta jubila fuerint in Thuringia ob exceſſum *Ottonis*, eò quòd iſte
*mons Ottonis Marchionis,* Marchio primus ex Principibus noſtratib⁹ *decimas* e ſuis in regione poſſeſſio-
nibus dare conſenſiſſet, & per hoc *calamitatem maximā* genti ſuæ invexiſſe vi-
1067. deretur, doctiſſimus *Lambertus* latiſſimè dicet. (o) Idem colluſionem *Henricî*
*Colluſio Henr. IV. & Sigfr. Mogunt.* IV. & *Siegfridi* Moguntini, nec non colloquium inter *Henricum* & Saxones *Ger-
ſtungæ* habitum, (p) publicè dabit. Non ſimpliciter eximi cupiebant Thuringi
à decimis, licèt *Moguntino* eas denegarent. Dabant enim aliquas *Fuldenſi* &
1069. 1073 *Hersfeldenſi* Prælatis, ſingula candidè, copiosè & accuratè dicente *Lamberto*,
qui multorum inſtar tibi erit.

§. 21. Sub idem tempus (alii habent MLXII (q) & MLXX. (r) idem *Ludo-
1073. *origo novi Iſenaci,* *vicus* II. antiquæ, inque cineres ſuos dudum collapſæ urbis rudera ultra *Hörſe-
lum* verſus *VVartburgum* in villam *Crimmelbach* tranſtulit, adeoque novam (cui tamen ve-
tus nomen adhæſit,) condere, murisque cingere cœpit, confluentibus ex vicinis agris, *ſupe-
riori Stedtfeldia*, *Förtha*, *ex valle* propè cœnobium Catharinianum, *Amra*, *Moneriede* &c.
*aquæ ſalientes Erfurti,* colonis, qui jure civitatis donabantur. Primus ille *Ludovicus* ſalientes in monte
Petrino Erfurti aquas de aſſurgente verſus occidentem colle per plumbeos canales du-
xit. (s)

1104. *cella S. Martini ad Vierram,* §. 22. Sub *Burcardo* Petrini cœnobii, quod Erfurti eſt, Abbate, qui anno MCIV.
ſedere cœpit, cella *S. Martini* ad Werram ſuprà pagum *Falckenau* eidem monaſterio acceſ-
ſiſſe dicitur. Quippe *Ruthardus*, ex Abbate Archi-Epiſcopus Moguntinus, Cæſaris irâ Mo-
guntiâ exul frequentiùs Erfurti & in iſto pago moratus, ad flumen ambulando Numini preces
ſolvere ſueverat; cùmq; à dextro ripæ ſub altiſſimis præcipitiis fons cryſtallinus ebulliat,
amœnâ ſolitudine loci captus, ubi præcipitia recedunt in ſinum, altare *S. Martino* erexit, &
additis poſtea jugeribus, cùm anguſtia & ſterilitas peculiarem monachorum cœtum non a-
leret, cœnobio *Petrino* donâſſe fertur. (t) Diximus verò alibi, (u) *Ludovicum* IV. ſeu *Fer-
reum* circa annum MCLX. (*Bangius* habet MCCCLV. (vv) qui calculus haud placet,) anti-
quiſſimum monaſterium *S. Petri* Crucisburgi ad Vierram Ord. Bened., in arcem, ſeu palatiū
ſuum commutâſſe. Quod cùm ægrè ferret Abbas montis Petrini Erfurti, donavit eidem
*Ludo-*

(m) in Hiſt. Iſnac. MS. c. 8. p. m. 60. (n) de anno 1407. (o) ad ann. 1073. (p) ad ann. jam cit. & 1069. (q) Binhard. l. c. p. 87. & 105. (r) Merian. in deſcript. circul. Saxon. ſuperior. (s) Guden. l. c. p. 29. (t) Idem l. a. (u) Zeitkürtz. erbaul. Luſt P. II. thema 123. p. 635. (vv) in chron. p. 139. a.

*Ludovicus* cellam iſtam *S. Martini* infrà Franckerodam. Cùm verò *Spangenberg* ſcribat, (x) *Bonifacium*, fundatorem cœnobii *Vierrani*, iſtud Prælato Erfurtenſi ſubjeciſſe & commendâſſe, fabuloſâ innixus fundatione *Dagobertinâ* montis ejusmodi Petrini, verba dat & amplius nihil. (y) Non ſatis autem videbatur *Chriſtiano* Moguntino, *Militi & Epiſcopo*, ideò *Ludovicum* rogare haud deſtitit, donec *pro refrigerio animæ ſuæ* aliud monaſterium Virginum Ordin. Auguſtin., in memoriam *S. Jacobi*, extra muros *Crucisburgi* in ripa Vierræ an. MCLXXII. conderet, eique omnia bona, cenſus & jura *Petrini* monaſterii in monte conferret. *Militem* & *Epiſcopum* conjunximus. Stupenda enim narrat *Kranz* (z) de *Chriſtiano*, quòd ſcilicet *equo ſedens*, *indutus thorace*, & *deſuper hiacynthina tunica*, *in capite galeam ferens deauratam*, *in manibus autem clavam trinodem*, uno in prœlio *ſuâ manu* non tantum *novem proſtraverit pugnatores*, ſed etiam *ſeptendecim nobilioribus terræ dentes cum petræ manu ſuâ excuſſerit*. Hinc *Paſchalis* ſtrenuitatem illius in armis admirans, vocat eum *Chriſtianiſſimum Chriſtianum*, & *Romanæ Eccleſiæ filium fideliſſimum*. Quid verò *Abbas Lubecenſis Arnoldus* ad hæc? tute legas & expendas velim. (a)

*fundatio Dagobertina ficta.*

*Chriſtiani Moguntini habitus.*

§. 23. Annô MCXIV. Paſchalis *cellam Paulinam* [erat in ſaltu Thuringiæ ampliſſimum monaſterium cætûs Benedictini, à nobili & religioſa femina *Paulina* conditum] confirmat, cujus fundationem meminit *Anonymus* collector quorundam Germaniæ monaſteriorum. (b) Cùm *Adelbertus* Moguntinus, Dux Lotharingiæ, circa annum MCXXIII. à Provincialibus, qui *Tuterſtein* marcham incolunt, *decimas* frugum exigeret, illique fortiter reſiſterent, contigit, quosdam ex eis à militibus Epiſcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos verò captivos abduci, unde populi Thuringorum permoti, ac ſimile ſibi metuentes, in colle *Treteburg* de cunctis finibus ſuis conveniunt, jamque civitatem *Erphesfurd*, quâ tunc Epiſcopus fortè manebat, *Heinrico* Comite Duce, cum viginti millibus irrumpere parant, cœptumque perpetrâſſent opere, ſi non ideo Epiſcopus prudentiori eos avertiſſet conſilio, & *decimarum poſtulato æternùm renunciâſſet*. (c) Dicebat quidem *Adalbertus*, non ſibi ſed altari ſe petere, atque ut hoc ipſum ſubditis perſuaderet, de jugeribus ſuis decimas Eccleſiæ B. M. Virgin., quæ tunc ſola in urbe parochialis erat, perſolvit. Hinc eſt, quòd adhuc Archiepiſcopales illi agri, ſolusque Elector in Thuringia decimas ſolvat. Coactus ergo pro ſe poſterisque jurare, ne *decimarum* unquam mentio fiat. Nec Succeſſores, atrocitate eventuum territi, *decimas* unquàm exegerunt, addit *Guden*. (d) Communes Chronographi bis hanc rem narrant anno MCXXIII. & MCXXVIII. At ſemel tantùm accidit. Per *Marchiam Tuterſteinenſem* intelligo *Eichsfeldiam*, quæ etiam *Marchionatus in Duterſtad* appellatur. (e)

1114. *cella Paulina.*

1125. *concurſus Thuringorum ob decimas.*

*Moguntia renunciat decimis.*

*Marchia Tuterſteinenſis.*

C §. 24.

(x) in hiſt. Bonifacii c. 17. (y) Vid. Sagittar. L. I. Antiquit. Ducat. Thuring. c. 11. & Zeitſ. Luſt l. c. p. 630. (z) L. VI. Metrop. c. 49. (a) L. II. chron. Slav. c. 28. p. 286. (b) chron. montis Sereni à Madero annex. p. 278. (c) in addit. ad Lambert. (d) L. I. hiſt. cit. p. 30. (e) vid. Meibom. in aur. bullam Andronici Imp. notas.

§. 24. *Ludovicus* III. Salii F. anno MCXXV. duxit *Hedevvigam*, *Lotha-*
1125. *Ludovicus III. fit primus Landgravius.* *rii* Saxonis Imperatoris filiam. Qui videns, generum ſuum eſſe *militem ſtrenuum* & *potentem in Thuringia* & *Haſſia*, *de conſilio Principum ipſum cum vexillorum feſtiva exhibitione*, ùt moris eſt, *Imperatoria legatione*, [ largitione legunt *Annales veterum Landgraviorum*, ] *ſolenniter extulit*, & *cum magno præconio ei nomen* PRINCIPIS *impoſuit*, & Landgravium Thuringiæ *ipſum proclamari ab omnibus fecit*; (f) deditque ei diverſos Officiales hereditarios, nobiles
1130. *officiales ejus hereditarii.* Vargulanos *Pincernas*, Slothemios *Dapiperos*, Ebersbergios *Marſchallos*, à Vanne *Camerarios*, & Kirchbergicos Comites *Burggravios*. (g) Expendas velim ſingulas voces. Viderat & audiverat *Lotharius*, *Ludovicum* eſſe *militem* [ Comitem antea Thuringiæ hereditarium, ] *ſtrenuum* & *potentem*, [ patriis enim avitisque opibus generoſitatem & militiæ peritiam addiderat, (h) ] *in Thuringia* & *Haſſia*; *de conſilio Principum* [ quis Moguntinum hîc exceperit? ] *ipſum* igitur, *ùt moris eſt*, *Imperatoriâ legatione ſolenniter extulit*, & *cum magno elogio* ei nomen PRINCIPIS & LANDGRAVII [ totius ] *Thuringiæ* contulit, proque tali ab omnibus & ſingulis nominari & honorari juſſit. Quid amplius poſcis? *Pincernis* Vargulanis in officio poſtea ſuccedebant *Schenckii Tautenburgici*. Teſtes inter reperi annô MCCVIII. Rodolfum *Pincernam*. Datæ erant literæ Eckhardisberg. De *Schlothemiis* alias vidi literas, datas in Stolhem anno MCCCXVI. die S. Chiliani, quarum exordium hoc: *Nos* Berthous & Heyno *Fratres*, Dapiferi & Domini in Slothem. Notanter & diſtinctè dici volebant *Dapiferi* & *Domini in Slotheim*, ut *Chriſtianus Pinserna* & *Dominus in Tautenburg*. Ex quibus facilè colliges, nomina *Dapiferorum* & *Pincernarum*, ſeu *Schenckiorum*, olim non fuiſſe ſimplicia cognomina, verùm ſplendida officii dignitatisque in Thuringia nomina. *Ebersbergiis* Marſchallis ſucceſſerunt in munere *Goſſerſtedii*. In literis anno MCCLVI. XIV. Kal. Novembr ſic: Ego *Heinricus Camerarius*, dictus de *Vanre* &c. *Kirchbergici* adhuc titulo *Burggraviorum* gaudent, de quibus in *Hiſtoria* noſtra *Kirchbergica* [ ſi Dominus voluerit ] verboſiùs. Recentiores quidam, ùt *Calviſius*, (i) *Wincekel-*
*aberrant.* *mann*, (k) *Kupfferſchmied*, (l) & alii, *Ludovicum Barbatum* pro primo Comite Provinciali habent, ſed ipſe *Conradus* in diplomate ſuo *Comitem* tantùm nominat. Tertius *Ludovicus*, abolito Comitum Thuringiæ nomine, *Principis* & *Landgravii* characterem à Socero ſuo primùm obtinuit cum Marchionatu, atque ſumma in omnes terræ illius Comites, [ quorum duodecim *Bangius* (m) & alii plebeji ſaltem proferunt, ] Nobiles, Monaſteria, & urbes (n) poteſtate. Et ſicut olim *Marchiones* abs

(f) Hiſt. Landgrav. c. 18. (g) Spangenberg. L. II. chron. Querfurt. c. 38. p. 222. (h) Guden. l. c. p. 31. (i) oper. chronolog. ad ann. 1039. (k) Cæſareolog. p. 75. (l) in chron. ſuo p. 297. (m) chron. p. 54. B. (n) conf. Horſteder. L. V. c. 14. de cauſis belli German.

abs Imperatoribus feuda recognoſcebant: ita à *Landgraviis* Comites *Stollbergenſis*, *Glichenſis*, *Schvvartzburgicus*, *Mansfeldenſis*, *Hohnſteinenſis*, & alii, Dynaſtias ſuas jure fiduciario poſthac obtinere debebant. Ille, quem crebriùs dixi, *Gudenus, Joannes Mauritius* erat, [plures enim ſunt,] J. U. D. & Prof. Publ. Erfurti, nec non Juridicæ Facultatis, Electoralis Judicii & Præfecturæ Aſſeſſor, ille, inquam, bene multa dicit contra. (o) At ſi parciùs, modeſtiùs & veriùs, rectiùs utique, fatus eſſet. *Nihilne aliud hactenus à Ludovicis noſtris actum eſt, quam ut, abolitis ArchiEpiſcopi vicibus, ſe Dominos Provinciæ conſtituant?* hoc ſine controverſia verum eſt, *publicam utilitatem* [obtentis legitimè juribus & immunitatibus Principis] *non periclitari, nec* [legitima] *Moguntini jura novô hôc titulô impeti.* Verùm *Ludovicum nihil potentiæ, vel jurium amplius in Provinciis conſecuturum, quibus, ſicut hactenus*, Electoris ſui nomine, *præerit, ſuas tantùm villas, pagos & arces, quas vel* Moguntini beneficio, *vel ex hereditate Majorum tenebat*, tituló magis honorifico *Eum judicaturum. Et ſic tandem utriusq; Provinciæ Landgravios*, ex indulgentia Moguntinenſi, *originem cepiſſe*; hæc ſanè falſa & inſulſa ſunt, & ſupra à Nobis rejecta. *Elevatur* certè *Majeſtas Principis in ſplendore Miniſtrorum.* Et annon Majeſtas *Lothariana*, imò totius Imperii Romani, in Illuſtriſſimo ſplendore *Landgraviorum* ſummè elevata eſt? annon *Principis* & *Landgravii* Thuringiæ nomen *univerſalem poteſtatem* in regione attulit? quid nomen ſine re? Sic nullum fuiſſet *Lotharii* beneficium Genero conceſſum? & dic mihi, ſodes, quid eſt *Landgraviatus*? mihi Land eſt *regio*, & *Comitatus* Jus ſupremæ Jurisdictionis, indultu Cæſaris, fideliter exercendæ. Promſit CL. *Tenzelius* (p) ex ſpeculo monetario *Friſiano* nummum cum inſcriptione: *Ludovicus Provincialis in Cinda.* *Gudenus* verò alium dedit (q) cum epigraphe: *Ludevicus Provincialis Comes de Iſenac.* Dicuntur etiam *Comites Regionarii, Landgravii Provinciæ Thuringiæ.*

*errores Gudeni.*

*nummi Ludoviciani.*

§. 25. Dubia verò reſtant: (I) *an Hermannus, Comes Winzenburgicus, Dominus Thuringiæ unquam fuerit?* aſſerit *Engelhuſius*: (r) *antea terra Thuringiæ fuit ſub* Comite de Winzingeborg. (II) *an Ludovicus ab eo acceperit?* ait *Dodechini appendix ad chron. Mariani Scoti*: (ſ) Ludovicus Comitatum Thuringiæ Hermanno *in judicio ſublatum à Rege ſuſcipit.* (III) *an Wincenburgi traditio verè facta ſit?* aſſirmat *chronicon Montis Sereni*: *hujus perfidiæ vindex Luderus Rex* Winzenburgi, caſtrum *ipſius, fregit, &* Comitatum *ipſius dedit* Ludovico *dicto* de Thuringia. Sed *Ludovicus* erat Comes hereditarius Thuringiæ, antequam *Hermannus* bonis

*dubia hiſtorica.*

 ſuis

(o) L. I. hiſt. Erfurt. p. 32. ſeq. (p) colloq. menſtr. ann. I. Menſ. Sept. p. 896. (q) in hiſt. cit. p. 31. (r) in chron. p. 223. & in vitis Impp. ex Brunſvicenſ. domo, quas reperies in antiquit. Brunſvic. Mader. p. 60. (ſ) ad ann. 1130.

ſuis privaretur. Seu enim captum cæſumve eum dicas anno MCXXX, (t) aut MCLI. (u) vel MCLII, (w) valde tamen dubito cum *Sagittario*, (x) an unquam *Ludovicus* acceperit Comitatum iſtum. Legas enim velim, quæ *Krantzius* narrat (y) de conjunctione Eccleſiæ Hildeſienſis & hujus Comitatûs. *Gabriel Bucelinus* (z) de bonis *Hermanni* per Thuringiam tantùm loquitur.

1138. *Monaſt. Volkenrod.*

§. 26. Eôdem annô, quô naſcitur *Ludovicus* IV. fundatur monaſterium *Volkenrodenſe*, Ordinis, ſeu potius reformationis, Ciſtercienſis, ex quo primi Monachi in cœnobium *Luccenſe* translati ſunt.

1140. *obitus Ludovici III. & liberi,*

Biennio pôſt obiit *Ludovicus* III. relinquens [1] *Ludovicum* IV. ſeu *ferreum*, à perpetuo loricæ indumento ſic dictum, [2] *Ludovicum Juniorem*, fundatorem arcis *Tamsbrücken*. *Rechenbergius* noſter addit *Henricum Raſponem*, in pueritia mortuum. (a) [3] *Cæciliam*, [aliis *Jutam*, ſeu *Juditham*] *Vladislao*, Bohemiæ Regi, anno MCLIII. nuptam. [4] *Adelheidam*, Abbatiſſam clauſtri Nicolaitani à ſe hîc conditi. Superaddit *Rechenberg* (b) *Mechtildim*, *Diterici*, Comitis *Wethinenſis*, uxorem. Ajunt tamen alii, ipſam puellam mortuam eſſe.

*monaſt. Vallis Georgianæ,*

Eodem annô confirmat *Henricus* Moguntinus fundationem cœnobii in *valle Georgiana*, reformationis Ciſtercienſis, non familiæ Benedictinæ, (c) factam à *Sizzone*, Comite Kevernburgico, & conjuge ejus *Giſela*, adductis primis cœnobitis *probabilis vitæ & boni teſtimonii* ex Morimundo, uti nuper in ſingulari diſſertatione cuncta dixi fuſiùs & diſtinctiùs. (d)

1141. *decimæ Altenbergæ collatæ,*

§. 27. Anno MCXLI. *Marcolfus*, Archi Præſul Moguntinus, multas decimas contulit Eccleſiæ *Altenbergenſi*.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Marcolfus*, Dei gratiâ Moguntinenſis Archi Epiſcopus. Quoniam ſemper rationabilibus deſideriis aſſenſum præbere, & paci utilitatique Dei ſervorum nos deceat providere, omnium tàm præſentium, quàm futurorum fidelium notitiæ tradimus, qualiter petente *Erneſto*, Abbate Venerabilis Monaſterii S. Mariæ Dei Genitricis & Virginis, Sanctique Joannis Evangeliſtæ, quod in loco ſitum eſt, qui *Reinherisbrunnum* dicitur, loca, quæ in orientali plaga eidem adjacent monaſterio, quæ à loco incipientes, qui *Adelgerishagen* dicitur, vadunt per villam *Tenneberc* ad rivum *Loiſaha*, indeque tendunt ad aquam, quæ Luiaſa vocatur, & ſic verſùs meridiem ad locum *Accaram* dictum, & vicum *Erpeſrot*, itemque ad villam *Hovveriden*, & viculum *Diſierberc*, uſque ad montem *Scovvenburc* progrediuntur, ad Eccleſiam in villa *Altenberc* conſtructam, quæ

(t) chron. Sax. & Marian. Scot. ad h. ann. (u) chron. Pegavienſ. ad h. ann. (w) Engelhuſ. l. c. (x) in epiſt. de antiquo Thuring. ſtatu p. 63. (y) L. VI. Saxon. c. 11. & L. VI. Metrop. c. 21. (z) in annal. German. ad ann. 1130. (a) l. c. §. 11. (b) l. a. (c) Bucelin. German. ſacr. p. 38. a. (d) diſſ. m. hiſtor. 10.

quæ & parochia eſt, determinavimus, & quicquam infra jam dictum terminum habitantes, vel habituri decimas &c. Actum ab incarnatione Domini MCXLI. indict. IV.

Annô MCXLVIII. deceſſit *Hedvv.*, Lud. III. uxor. Et quamvis ultimum 1148.
vitæ hujus annum MCXL. dixerim cum autore *veterum Landgraviorum annal.* *Hedvvigæ*
Hiſt. tamen eorund. (e) cum Bangio, (f) Rivandro, (g) & aliis mavult an- *obitus,*
num MCXLIX. Sed epitaphium ejus in cœnobio *Reinhartsbornenſi* calculum 1149.
noſtrum approbat, & eſt tale:

Anno MCXL. Pridie Idus Januar. obiit Ludevvicus Primus Thurin- *epitaph. Ludov. III.*
gorum Landgravius, Fil. Ludevvici Fundatoris NRI. H. ſepultus.

Si igitur, mortuâ *Hedvviga*, unum annum ſupervixit, certè an. MCXXXIX. *dubium,*
illa viam uniuerſæ carnis calcavit, ut errorem calculi mei ipſe corrigam. Sed iſtud incertum eſt. Facit etiam *Pfefferkorn.* (h) natalem *Ludov.* IV. vetuſtiorem quam ego. Habet enim annum MCXXIX. Dixerim cum *S. Auguſtino*: (i) Quisquis hæc legis, ubi pariter *certus* es, pergas mecum, ubi pariter *haſitas*, quæras mecum, ubi errorem *tuum* cognoſcis, redeas ad me, ubi *meum*, revoces me. *S*equente anno conditum eſt monaſterium *Ichtershuſanum* à Comite de Grunbach.

§. 28. Succeſſit *Ludovicus* IV. Qui lenis, humilis & liberalis erat, nihil 1150.
non indulgens Nobilibus & Præfectis ſuis. Quâ occaſione criſtas attollere *monaſt.*
cœperunt, Principemque ſuum contemnere, ſubditos verò novis oneribus *Ichtershuſan. Ludov.*
gravare. Nullam enim, ſeu modicam ſaltem, Reipub. curam gerebat ille, *IV.*
venationibus contrà luſibusque bonas horas impendens. Accidit ergo, ut *corripitur*
feram aliquando inſequens à miniſtris longiùs ſecederet, & in avia deductus hinc inde vagaretur, tandem nocte intempeſtâ ad fabrum quendam ferrarium *Rulanum* diverteret. Rogatus ab hoc: quisnam foret? *venator*, dixit, & *famulus Principis.* Tum faber: *Phy! miſerabilem iſtum Landgravium, quisquis nomen ejus profert, os eluat. Ne propter illum tu vix transgrediêre limen meum. Adeò ſordet memoria ejus!* Poſtea per totam ferè noctem laborans faber, quoties malleo majori ferrum in incude compingeret, toties amarulentiſſimis conviciis inceſſebat Landgravium; *indureſce tandem aliquando Princeps infauſtiſſime! eccur vitam tibi extendunt Numina, pondus inutile, & ſordidum mundi apoſtema! omnibus enim moleſtus, nullique ſis utilis. Lapidi dicunt, tibi quod dixerint cives. Hic te naſo ſuſpendit adunco, illi facilè tibi perſuadet omnia, ſupraque modum novis exactionibus ſubditos tuos emungit. Nobiles, Quæſtores, Præfecti, & alii tui miniſtri diteſcunt, tu verò,* mollicelle, *ad incitas redactus ſtipem propediem petes oſtiatim. Ut te atque iſtos Diperdant!* Hæc Rulanus. Quæ omnia Princeps *& emenda-*
totam noctem inſomnem ducens audiit, ſicque munere ſuo dexteriùs fungi *tur à fabro.*
didi-



(e) c. 18. (f) chron. p. 59. (g) chron. p. 240. (h) in Thuringia ſua c. XV. p. 139. (i) L. I. de Trinit. c. 2. §. 3.

didicit. Ita ſecundùm ſcommata ſuorum, *ad fabros ferri ductus eſt, & malliatus ibi, & fabricatus, & durus effectus eſt,* (k) adeò infenſus poſtea Nobilibus, ut cogeret rebelles aratro terram proſcindere. *Accidit quodam tempore, ut iniret cum eis conflictum, & fortunâ ſibi arridente & juſtitiâ omnes illos cepit: quos tamen* piiſſimus *Princeps noluit interficere, nec exhereditare, ut bene decuiſſet; Sed eos humiliando compulit, ut loco* jumentorum & equorum *aratrum in agro ad arandum* ſub manibus flagellantium *traherent, ita quod ſemper* quatuor *unam lineam ararent, & ſic alterando & continuando integrum agrum, juxta morem ruſticorum, araverunt* propriis corporibus. *Et in hujus rei perpetuam memoriam Princeps fecit talem agrum lapidibus magnis ſignari & circundari,* & privilegiavit hunc, *quod quicunque malefactor ibi conveniret,* non deberet capi à *quocunque ibidem; & qui hoc infringeret,* crimen læſæ Majeſtatis *incurreret.* (l) *Is* verò non neſciens, nusquam tutam ſibi fore fidem, ſemper ambulavit in armis. Inde
*cur ferreus* *ferreus* dictus eſt, der eiſerne Landgraff / cujus effigiem oſtendit *Wartburgum.*
*dictus?* Uxor ejus *Juditha*, *Conradi III.* Imp. filia. *Piſtorius* (m) facit eam *Friderici,*
*uxor ejus,* Sueviæ Ducis, natam, & ſororem *Barbaroſſæ* Cæſaris.

29. Circa annum MCLI. [aliis MCXXXI. MCXL. MCLIV. &
1151. *monaſt. Ni-* MCLXIV.] transfertur Monaſterium, ut puto, *Petrinum* ex monte *Petrino*
*colaitanum,* in urbem, Sanctoque conſecratur *Nicolao.* Erat ibi olim magna curia lapidea, quam *Adelheidis*, Ludovici III. à F. ſe emtam in hoc clauſtrum pro monialibus ſub regula Benedictina commutavit, prima ejus Rectrix. Cui Parens antea multa contulerat prædia, villas, paſcua, nominatim *Benernfeld* & *Bollenrode*, ſylvas etiam, ut Kogelberg und an der Kniebrechen &c. Anno
1165. *muri Er-* MCLXV. juſſu *Friderici I.* Imp. muros Erfurtenſium dejecit *Ludovicus*, quod
*furti deje-* Præſul Moguntinus *Conradus*, Comes *Wittelsbachenſis*, Papæ contra Cæſarem
*cti,* aſiſteret. Cum eodem affine ſuo *Friderico* ad Comitia Erfurtenſia, abit, ubi
1170. in æde B. Virginis *Eques auratus* abs Eo ſolenniter creabatur. Profectus quo-
*Lud. IV. E-* que cum Eo in Poloniam. Reverſus Maximum Hoſpitem lautiſſimo exce-
*ques aura-* pit convivio *Nuenburgi.* Quod caſtrum mirè placuit Imperatori. *Sed*
*tus,* hoc unicum deſiderabatur, quòd careret muris. *Eja*, dicebat Noſter,
*mœnia pul-* *intra biduum Tibi fecero.* Ociùs interim ex tota Provincia vocatis Comitibus
*cherrima,* & Nobilibus ſplendidè veſtitis & eleganter armatis, urbem Generoſioribus ſuis cinxit. Queîs viſis, ſtupuit Cæſar, aſſerens: *ſe nunquam fortiora & pulcriora ſpectâſſe mœnia, quam hæc Spartana.* Ageſilaus enim roganti, cur Sparta mœnibus careret, reſpondit: *Viris, non lateribus cincta eſt.* (n) *Si incolæ bene ſunt morati, pulcrè munitum oppidum.* (o) Inde *Georgius Sabinus* (p) falsè,
*munitiones* at nervosè in munitiones Germanorum:
*Germaniæ,*

> *Quando* ruinoſis *ſtabant circundata* muris
> *oppida, nec præceps* foſſa, *nec* agger *erat.*

*Inclyta*

(k) hiſt. de Landgrav. c. 20. (l) l. c. (m) in genealog. Landgrav. noſtror. (n) Plutarch. in Lycurgo, (o) Plaut. Perſ. a. V. ſc. 4. v. 6. (p) lib. epigrammat. p. m. 279.

*Inclytatum belli Germania laude vigebas,*
*hoſte tibi nullos incutiente metus.*
*At* foſſis *poſtquam nunc es munita* profundis,
aggeribusque *urbes vallat* arena *tuas;*
*Nunc* virtute *cares : nunc* ſupplex *porrigis ultrò*
*Omnibus* imbelles *hoſtibus ipſa* manus.
*Grandia quod* trepidos *formidine* cornua cervos,
*Hoc tua te* foſſis mœnia cincta *juvant.*

Huic vendidit *Burcardus*, Abbas Fuldenſis XXXIIX, *Hattenhuſium, Hildevvartshuſium* & *Cruitzburgum* (q) inde graviter vapulat ab *Eberhardo Fabricio.* (r) *oppida & villa emit à.*

§. 30. *Gudenus* iterum ſuo ore & more ita : (ſ) *Ludovicis non diu convenit* cum ſuperba poteſtate ſubjectio, *nec Langravii poſteris* Vicedominatus *amplius creditus, ſed alius miſſus, nomine* [ Gisbertus. *Paulò pòſt familiæ cuidam, quæ deinde nomen à* munere *traxit, atq; hodienum in Thuringia viget,* [die von Vitzthum] Vicedominatûs *officium conceſſum eſt. Hinc invidia; namq; adimi ſibi credidit* Ludovicus IV., *dum non conferretur dignitas, quam ex ordine Majores habuerant.* Heu mihi, quanta res eſt ſapere! Siccine Illuſtriſſimo & Potentiſſimo *Principi & Landgravio Thuringiæ ac Haſſiæ* Vicedominatus in Provinciis ſuis committi debebat à Moguntino? Vide nos ſuprà. (t) *ineptia Gudeni.*

1172. §. 31. Morti jam vicinus *Ludovicus* in caſtro *Nuenburgico* nobiles, aliquando rebelles ſibi, ita affabatur : *Ecce, ego moriar, & vobis ſub* pœna ſuſpendii *mando, ut, poſt deceſſum, Vos cum omni reverentia humeris veſtris me portetis ad locum ſepulturæ* Reinhartsbornam, [ſunt decem milliaria] uti factum eſt. *Nam plus quàm* diabolum *ipſum timebant.* (u) Reliquit tres filios [1] *Ludovicum* V. ſucceſſorem, [2] *Hermannum* primum Palatinum Saxoniæ, [3] *Fridericum*, primum Comitem Zigenhaynenſem. Addit *Rothenberg.* (w) *Henric.* Dominum in Raſpenberg, ferocioris ingenii hominem, ein wild Kind/ vertit *Rivander*, (x) Patrem *Judithæ*, uxoris *Friderici*, Comitis Brenæ, & *Gozmanni*, Comitis in Zigenhayn; Et filiam [4] *Juttam*, [aliis Sophiam] *Bernardi*, Saxoniæ Ducis & Aſcaniæ Comitis, uxorem. Epitaphium ejus hoc : Annô Domini M. C. LXXII. II. Idus Octobris obijt Ludevvicus, Thuringorum ſecundus Landgravius, Filius Ludevvici Primi Principalis Comitis. *memorabilis ſermo ad Nobiles. liberi Ludovic. IV. epitaph.*

Cur ergò *Rivander* (y) obitum ejus ad annum MCLXVIII. annotavit? *error.*

§. 32. *Ludovicus V.* devotus, juſtus & fortis Princeps, & ſumma liberali- *Ludovic. V.*

(q) Brovver. L. IV. Antiq. Fuld. p. 300. Fabricus in gloria Fuldæ, p. 128. (r) . (ſ) l. c. H. E. p. 34. ſeq. (t) §. 9. (u) Hiſt. Landgrav. c. 21. (vv) ſpecim. cit. §. 12. (x) in chron. p. 247. (y) l. c. p. 246.

ralitate erga egenos dictus *Mitis*, der Milde / aliquando ſe, uti Parens, vocavit *patientiæ Dei gratiâ* Pincipem & Landgravium Thuringiæ. (z) Conjux
*onjuges* ejus prima *Margarita*, [aliis Eliſabetha] Auſtriaca, *Leopoldi* Ducis filia, verùm
*j us,* ob ſanguinis propinquitatem repudiata: altera *Sophia*, *Woldemari*, Daniæ
1175. Regis, vidua, propter filii cum *Friderico* Imp. inimicitias itidem rejecta. *Er-*
*bellum cum* *fordienſes, conſiliô & auxiliô Comitis* Ervvini & Henrici, *temerario auſu* Domino
*Erfurtinis* ſuo Ludovico inclyto Provinciali *ſe opponunt*, *rebellare tentant*. (a) Hic verò irâ permotus caſtella *Henrici deſtruxit*. (b) *Temerarium auſum* vocat Monachus Erfurtenſis Anonymus, quòd *Domino ſuo*, *inclyto Provinciali*, ſe oppo-
*lapſus Gu-* ſuerint Erfordienſes. *Gudenus* (c) omnia detorquens ait: *ne degener à Majori-*
*deni,* *bus* videretur *Ludovicus V.*, *jura Patroni ſui* invaſit, ſed irrito ſucceſſu. A citato *Erfurtenſi*, vel ſolo *Bangio*, Mihlano, rectiùs informari potuiſſet, quorum poſtremus ita: Anno 1177. erhub ſich ein Streit zwiſchen dieſem Landgrafen und denen von Erfurt / welche die Grafen im Lande zu Düringen
1179. mit Geld zu ſich gezogen / daß ſie ihnen wieder ihren eignen Herrn
*Ludovic.* Beyſtand leiſten ſolten. Intulerat *Henricus Leo* maxima damna *Northuſæ*
*captus* & *Mülhuſæ*, capiens *Ludovicum* cum fratre *Hermanno*, quorum ille Lyneburgô
1180. deductus eſt *Sigebergam*. Audiens hoc *Fridericus I.* cum exercitu movet in Saxoniam, eidemque à Præfectis *Henrici* pleraque caſtella deduntur. (d) Videns tandem *Leo*, undique ſe premi, *Ludovicum* cum fratre ſuo, *tanquam*
*dimiſſus,* *pacis mediatores*, *dimiſit*, ipſe verò in exilium pulſus eſt. (e) In hac *Arnoldi*
*Hermann.* narratione *Hermannus* vocatur *Palatinus Saxoniæ*, (f) quam dignitatem tamen
*fit Palatin.* *Saxon.* anno MCLXXXII. indeptus eſt à *Friderico I.* in publico conventu Erfurtenſi.
1182. (g) *Chronic. Montis Sereni* (h) gloriam hanc defert, *Ludovico* fratri. Num huic primùm oblatus, & pòſt, conſentiente Eo, *Hermanno* creditus fuit Palatinatus?

*Παρέκ-* §. 33. Juvabit autem *παρέκβασιν* hîc facere de *Comitibus Palatinis Saxo-*
*βασις* *niæ*, quorum ortus ferè ad *Carolingica* tempora referendus, ſub imperio verò
*de Comitib.* *Henrici Aucupis* & *Ottonum* floruêre. Dignitas ſemper maxima, & pro lubi-
*Palat.* tu Imperatorum ambulatoria, iſtô ævô fiebat hereditaria, primumque fortè
*Saxon.* *Athalberoni*, *S. Bervvardi*, Antiſtitis Hildeſienſis, Avo materno, collata fuerit;
*Athalbero,* quam conjecturam mihi fecit *Tungmarus*. (i) In his familiis, quêis adſcripta fuit, prima traditur *Gozecenſis*, niſi fortè Comites *Sommerſenburgici* hanc dignitatem Palatinam ad *Gozecenſes* transtulerint. *Fridericus*, filius *Dedonis*
*Fridericus I.* *II.* Comitis *Wethinenſis* & *Merſenburgici*, ſeu hujus nominis primus, ex *Agnete*,

Proce-

(z) vid. ſupra & 12. (a) hiſt. Landgrav. c. 23. (b) addit. ad Lambert. ad an. 1175. (c) l. c. p. 38. (d) Arnold. Lubecenſ. L. II. c. 30. 31. 34. Engelhus chron. p. 241. Hiſt. Landgrav. c. 24. chron. Stederburg. c. f. Krantz. L. VI. c. 42. (e) conf. Sagittar. hiſt. Bardevici c. 6. §. 46. ſeqq. (f) Arnold. l. c. c. 30. Gobelin. Perſ. coſmodr. ætat. VI. c. 60. p. 273. Engelhus l. c. Krantz. l. d. c. 42. (g) chron. Bigaug. ad ann. 1182. Hiſt. Landgrav. c. 25. (h) ad ann. 1180. (i) in princ. vitæ iſtius Sancti.

Procerum de *Wymar* filia, variarum artium diſciplinis in Illuſtri Collegio *Quedlinburgenſi* inſtructa, ſuſcepit *Adelbertum*, ArchiEpiſcopum Bremenſem, *Dedonem*, Comitem Palat. Saxon., & *Fridericum*, unamque filiam *Udam*. At quinam *Proceres illi de Wymar*? annon *Wilhelmi* Comitis, *Ottonis III.* ac *Henrici II.* ævo florentis, poſteri, unde prodierunt *Orlamundani*? *Appendix Chronici montis Sereni* facit *Agnetem* Dedonis II., Miſniæ Marchionis filiam, ex *Oda* Oramundana, *Wilhelmi* fortè vidua, matre *Ottonis* Marchionis Thuringiæ, natam. *Dedo* iſte cum in expeditione Hungarica anno MXL. ab *Henrico* Imp. facta, cunctis *virtute militari ſe prætuliſſet*, primus ſuæ ſtirpis *monarchiam Palatii* promeruit. (k) Occiſus à ſicario presbytero annô MLVI. (l) *Adam Bremenſis* vocat eum *Decium*. (m) Succeſſit illi, ab *Henrico IV.* ſuffectus, frater ejus germanus *Fridericus II*, qui cum multis Saxoniæ Principibus anno MLXV. Regi *Henrico IV.* pro perdita ejus gratia ſine omni exceptione ſe dedit. **Frider. II** Quem contra datam fidem *Papiam* relegavit, unde tandem, recepta Regis gratiâ, in patriam reverſus eſt. Ubi dum adhuc in arctiſſima cuſtodia detineretur, & non tantùm reditus, verùm etiam vita deſperata eſſet, devotionem quandam circa inſigne monaſterium *Gozecenſe* [ infra *Naumburgum* ad Salam, (n)] exhibuit, quo de latiùs in chronico ejus. (o) Obiit anno MLXVIII. Conjux *Friderici II.* erat *Hedevvigis* Bavara, ex qua procreavit filium divitiarum & nominis ſui heredem *Fridericum III*, qui poſtea uxorem ſibi aſſociavit *Adelheidem*, *Udonis*, Comitis de Aleslephe, (p) ſeu Marchionis Stadenſis, (q) filiam, tàm genere nobiliſſimam, quàm formâ pulcherrimam. **Frider. III** At quarto matrimonii ſui annô (inſtinctu *Adelheidis*) ſceleratè occiſus, **occiſus** juxta curiam ſuam *Aplice*, [ Schibliz ] à *Ludovico II.* Thuringorum Comite, ie. anno M. LXIV. Autor Chronici *Gozecenſis* (r) ſupponit *Theodoricum* & *Ulricum* *Teutlebios* fratres, & *Reinardum* de *Reinſtede*. Plurimi tamen incuſant *Ludovicum*. (ſ) Filius ejus poſthumus *Fridericus IV.* quinti **Frideric. IV** Pater, à *Friderico*, Comite Sommerſenburgico, ſanguineo ſuo, ex *Uda*, Friderici II. Palatini ſorore genito, novis in Saxonia motibus ſubortis, illuſtris Palatinatûs Saxonici dignitate exutus eſt, conſentiente *Henrico IV.*, qui eâdem ab *Henrico V.* denuò privatus eſt. Hic ſcilicet Imperator *Fridericum* Sommerſenburgicum I., ſeu Juniorem, captum *duris & diuturnis vinculis maceravit*, ut *Reinardus*, Epiſcopus Halberſtadenſis queritur. (t) **Henrici V. acta** *Henricus* enim V. regno per vim & ſacrilegium Parenti erepto, diu adversùs Saxones arma geſſit, eos *cenſu inauditô* vehementer infeſtans.



(k) chron. Gozecenſ. pag. 212. (l) *Lamb.* Schafnab. ad h. ann. (m) L. IV. c. 15. (n) Spangenberg. chron. Mansfeld. P. I. p. 180. (o) à Madero edit. anno 1665. (p) chron. mont. Gozecenſ. p. 216. (q.) vid. ſupra ſ. 18. (r) l. c. (ſ) hiſt. Landg. c. 13. Lang. chron. Citiz. ad ann. 1065. Spangenberg. chron. cit. p. 179. & P. 1. ſpecul. Nobilitat. L. X. c. 170. (t) in liter. anno 1114.

ſtans. Principes onerum iſtorum impatientes de libertate avita defendenda ſollicitì erant, quos ille omnes dignitate privabat, aliis in eorum locum ſuffectis. In his erant *Reinardus*, Præſul Halberſtadienſis, *Fridericus*, Comes Arensbergenſis, *Fridericus*, Palatinus Sommerſenburgicus, *Rudolfus*, Marchio Stadenſis &c. Qui Proceres, adjuncto ſibi *Lothario*, nuper Dynaſta *Querfurtenſi*, nunc Saxoniæ Duce, & *Wicperto*, Comite *Groizenſi*, [eſt autem *Groiza*, vel *Groiſta*, è regione fluvii Elſtræ, ad quem Pegavia, tribus milliaribus Lipſiâ diſtans,] aliisque, ab Imperatore hactenus crudeliter divexatis, cum eodem ad ſaltum *Welphonis* acerrimè conflixerunt. (u) Ibi

*prælium ad ſaltum VVelfonis,*

Cæſareus miles, cujus Duxque caputque erat *Hogerus* Mansfeldenſis, à *Lothario* Sociisque victus & magnâ clade proſtratus eſt annô MCXV. Quod cruentum prælium alii deſcripsêre fuſiùs. (vv) Saxones enim, voce *Reinhardi* Halberſtadenſis, adeò animati, ut *hoſtes quaſi oves aggreſſi tanto furore, ut viginti, imò triginta Imperiales ab uno Saxone occumberent.* (x) *Friderici II.*

*virtus Saxonica, Luthardis, Albertus,*

ſeu Junioris conjux erat *Luchardis*, filia *Rudolfi I.*, Marchionis Brandenburgici & Stadenſis, ex qua ſuſtulit filium *Albertum* Palatinum, & *Adelheidam*, Abbatiſſam Quedlinburgenſem. Tandem conjugem ſibi propinquiori conſanguinitate conjunctam, quàm canones permitterent, dimiſit,

*Luchardis dimiſſa*

quæ *Erico*, Danorum Regi, cognomento Lamm, nupſit, eoque ſeu mortuô, vel in monaſterium detruſô, ducta eſt ab *Hermanno Winzenburgico*, cui peperit tres filias. Ipſa verò, ἐν γαστρὶ ἔχουσα, cum marito ſuo

*occiſa,*

poſtea interfecta eſt ab Equite Suevo, cujus abſentis conjugem formoſam & juvenculam per vim ſtuprâr.. *Hermannus.* Deceſſit *Fridericus II.* Palatinus Sommerſeburgicus annô M. C. LXII. XIV. Kal. Jun. Sepultus in monaſterio, quod fundarât, Mariæ Vallenſi. Filius ejus *Albertus*

*Albert. Palatin.*

eandem dignitatem ſummâ cum laude adminiſtravit. Etſi verò *Henrico Leoni* ſanguine cohæreret, tamen cum aliis Principibus [quos inter etiam *Ludovicus* Landgravius] arma contra eum ſumſit. (y) Hôc *Albertô Sommerſeburgico* & Palatino anno MCLXXXIIX. [*Chron. Quedlenburg.* habet MCLXXX. *P. Albin.* MCLXXVIII.] fine liberis defunctô, Comitatum ſibi vendicabat *Henricus Leo*, qui etiam titulô *Palatini Saxoniæ* uſus.

*H. Leo Palatinus,*

*Adelheidis* verò, ſoror *Alberti*, dominium iſtud vendidit *Wichmanno*, ArchiEpiſcopo Magdeburgico. Sic res devenit ad ferrum & ignem. Sed *Henricus Leo* arcem Sommerſeburgicam funditus dirutam Baroni *Warbergio Eberhardo* tradidit, à quo cùm inſtaurata nonnihil eſſet, à *Ludolfo*, *Wichmanni* ſucceſſore, denuò everſa eſt. A quo tempore penes ArchiEpiſcopos Magdeburgenſes remanſit. *Leo* autem, ut omnia ſua, ſic Palatinatum

*perdit omnia,*

quoque

(u) vid. citatos Autores à D. Sagittar. in hiſt. Halberſtad. p. 36. (vv) quos dabit Bangert. in not. ad Helmold. L. I. c. 40. (x) Engelhuſ. chron. p. 116. conf. chron. Gozecenſ. ad ann. 1116. (y) Spangenberg. chron. Saxonic. ad ann. 1164.

quoque perdidit. (z) Qui translatus non in *Ludovicum*, ſed *Hermannum*, fratrem ejus, Thuring. Landgravium, quem aliquamdiu *Altſtedii* ſedem habuiſſe ſuam ex *Spangenbergio* affirmat *Sagittarius*. (a) A cujus filio *Henrico*, ejus nominis VII. Imp., deficientibus in eo nobilibus Thuringiæ *Palatinatus* Principibus, Palatinatus Saxonicus cum Landgraviatu ad *Henricum*, Miſ- *ad Miſnen-* niæ Marchionem, (b) Wetinenſium progeniem, ceu caput & fontem ſu- *ſes.* um, tranſiit, peneſque poſteros ejus ſtetit uſque ad *Fridericum Bellicoſum*, Saxoniæ Electoratu mactum. Imò vivente & volente *Henrico* Landgravio, ſpem fecerat *Frideric. II.* Imp. *Henrico* Marchioni tam de Landgraviatu, quàm Palatinatu Saxoniæ. (c) Verùm eôdem titulo quandoque [dixi *quandoq;*] utebantur Duces & Electores Saxoniæ, ex *Alberti Urſi* proſapia deſcendentes. Impetrârat autem *Albertus II.* Palatinatum hunc, cùm *Rudolſum* *quando eum* Habsburgicum ſuô ſuffragio Regem Germaniæ renunçiâſſet. Ex quo ve- *acceperit* rò Electoralis dignitas in *Friderico Bellicoſo* ad Landgravios Thuringiæ & *Albert.* Marchiones Miſniæ annô MCCCCXXV. devoluta eſt, Saxoniæ quoque Palatinatu & veteri Palatinatus ſede *Altſtedio* [jam â ſeculo nono autem talis *Altſted. ſe-* fuit] eosdem auctos eſſe, certum eſt. Scribit quidem *Spangenberg*, (d) *des Palat.* *Burcardum VIII.* Dynaſtam Querfurtenſem, ejusque filios, ſeculô exeun- *Sax.* te XIII. *Altſtedium* poſſediſſe. Sed acceperint illud hypothecæ loco à Pa- *habet vari-* latinis. Manſit etiam cum Palatinatu penes Saxones noſtros lineæ *Er- os Dominos.* *neſtinæ*, atque ad *Albertinam* ſuperiori ſeculô migravit. Urbs tamen *Altſtedenſis* & Præfectura mox ad *Erneſtinam* rediit, inque ea ad *Altenburgenſem*. Hâc verô extinctâ, ad *Vinarienſem*, *Bernhardum Juniorem*, hujusque filium, *Joannem Wilhelmum*, & poſt hujus deceſſum, ad Ducem Saxo-Iſnacenſem *Joann. Georg.* Juniorem, Patriæ meæ Rectorem & Dominum Clementiſſimum. Erat igitur *Palatina civitas*, in qua ipſi Reges Germanorum ac Imperatores Romani Palatium & tribunal ordinarium *civitas Pa-* habebant, inque eâdem tùm jura dicebant, tùm alia gravioris momenti *latina* negotia tractabant. *quid?*

§ 34. Anno MCLXXXIII. *Wolframus*, Comes Kirchbergenſis, Ab- *1183.* bas Imperialium monaſteriorum *VVerthinenſis* ad Ruram & *Helmſtadienſis*, *VVolfram.* obdormivit in Domino. Annô ſequente bellum exarſit inter *Ludovicum* *Abbas obit.* noſtrum & *Ottonem* Miſnenſem, in quo hic captus, & *VVartburgi* cu- *1184.* ſtoditus, tandem dimiſſus eſt. (e) Eôdem *Henricus* Rex, pro ſopienda diſ- *bellum cum* cordia, quæ inter *Conradum* Moguntinum Archi Epiſcopum, Comitem *Ottone Miſ-* *VVutelsbachium*, *& Ludovicum V.* trahebatur, Erfordiam venit, ubi cum *nenſi,* præfatis Principibus & aliis Viris Nobilibus ipſum negotium die B. *Jacobi* *& lis cum Moguntino.*

 [Bang.

(z) Arnold. Lubecenſ. L. II. chron. c. 14. & 36. Gerhard. Stederburg. in hiſt. Henrici Leon. p. 228. (a) de Antiquitat. Altſted. §. 34. (b) Sifrid. Miſnenſ. ad ann. 1247. (c) Sagittar. antiquit. jam cit. §. 35. (d.) chron. Querfurt. L. III. c. 16. (e) Peccenſtein P. I. theat. Sax. c. 2. p. 18. Fabric. L. V. orig. Saxon. f. 557.

*ficta Gudeni oratio,*

*caſtigatur,*

*caſus Erfurtinus,*

[Bang. (f habet diem *Annæ* ſacrum] tractabat. Fingit *Gudenus* orationem *Conradi* coram Cæſare recitatam : (g) exules ſcilicet Galliâ *Ludovicos* has in Provincias à *Moguntia* receptos , quibus excludere *benefactricem* conentur. Tùm de *Ottonis* Saxonis liberalitate & *traditione* Thuringiæ & Haſſiæ , facta *VVilhelmo* Moguntino , de *precaria* Provinciæ adminiſtratione, de multis à Moguntia acceptis *feudis* , quæ demum heredes in *arces* verterint , ex quibus nunc Moguntiam impugnent , & *dilatatis aculeis* omni Thuringiâ expellant. Oho ! in tuum ipſius ſinum inſpue. Nullum id tam apertè egiſſe , quàm præſentem *Ludovicum*. Cumque *fundatum jus* [quam ſuavia otioſi cerebelli ſomnia! *ex univerſali donatione* Moguntiæ competeret , *Landgravius legibus* non *armis* diſceptare deberet. Subdit idem *Rhetor* Erfurtenſis reſponſum *Ludovici* , denuò fingens : ſemen ex fabuloſa *Merovingorum* ſtirpe Regia noſtros gloriari , illa Thuringiæ domina. Quis neſcit [ut *Tullianum* iſtud hîc meum faciam , (h)] *primam hiſtoriæ legem eſſe , ne quid falſi dicere audeat ; deinde , ne* quid veri *non audeat , ne qua* ſuſpicio *gratiæ ſit, ne* qua ſimultatis. *Hæc ſcilicet* fundamenta *nota ſunt omnibus.* Juſtè igitur vanæ *Gudeni* aſſertiones ſuprà à nobis concuſſæ & caſtigatæ ſunt. Verùm hoc colloquium flebilis abrupit caſus. Domus enim Præpoſiti Eccleſiæ Dei Genitricis, [aliis monaſterium Petrinum] in qua convenerant , tribus manſionibus ſuper ſe viciſſim ædificatis diſtincta erat : in cujus ſuperiori parte colloquium agebatur. Plurimis autem ad audiendum ingreſſis, domus, multitudinis pondere victa , ruptis trabibus repentè ſubſedit, aliamq; ſubterpoſitam dejiciens, plurimos ſuperſtantium ad caſum traxit, ex quibus nonnulli quidem caſu vexati , quidam verò mortui ſunt, quorum nomina ſunt hæc : *Fridericus* Comes de *Aveberge* [Abensberg & Rodeneck , Aldenberg (i) ] Henricus , Comes de Schvvartzburg , Comes Thuringiæ , (k) Hi duo in cloaca , quæ erat in extrema parte domus, merſi ſunt. *Goſmarus* Comes de *Ziegenhagen* *Gormarus* , Comes Haſſiæ , (l) *Rivander* verò & *Bang* (m) citant cum *Peccenſteinio* (n) *Goſmarum*, Comitem [Haſſiæ & Gottfridum, Comitem de Zigenhayn , *Ludovicus* [al. Burchard] Comes de *VVartberge* , *Goſmarus*, [rectiùs Fridericus] Comes de *Kirchberge*, *Beringerus* [aliis Hartung] de *Meldinge*. Iſte fuit miniſterialis , & quidam civitatis miniſterialis , qui Frybode dicitur. Rex autem & Epiſcopus , qui in feneſtra domus conſederant, ruinæ periculum evaſerunt , ſcalisque applicatis depoſiti ſunt. Landgravius quidem ruinæ particeps fuit , ſed ſine læſione permanſit.

(o)

(f) chron. pag. 252. (g) l. c. p. 19. (h) à ſecundo ej. de Oratore , (i) Hiſt. Landgrav. c. 27. (k) addit. ad Lambert. anno 1184. (l) eædem ad h. ann. (m) in chron. (n) Th. Sax. c. XV. p. 213.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(o) *Rivander* (p) & *Bang.* (q) annum habent MCLXXXIV, *Hiſt. de Landgr.* (r) MCLXXXVI. *Gudenus* (ſ) MCLXXX, *Peccenſtein* (t) MCCCXI. In m'gine ponit AC. MCCCXIII. & tamen hunc lapſum ſub *Henrico* IV. accidiſſe ſcribit, additq; duos Comites *Beichlingenſes*. Verùm ſecundùm additiones ad Lambertum (u) & Hiſt. Landgravior. (w) ſex iſti Comites, & alii minoris nominis *morte lamentabili* interierunt. *Chron. mont. Sereni*, *additiones* ad *Lambert.* & alii denominant Regem *Henricum*, *Rivander*, *Hiſt. Landgrav.* &c. *Fridericum*. Sunt etiam, qui Comitia hæc Erfurtenſia, ſeu *curiam*, voce Veterum, ad ann. MCLXXXII. al. ad ſeq., alii ad MCLXXXIV. referunt. Suum cuique pulcrum.

§. 35. Anno MCLXXXVI. bellum cum *Moguntino* denuò renaſcitur. 1186.
Inde devaſtatis agris caſtra ille poſuit circa *Heilgenberg*, noſter verò circa *Grunbergam*. *Bramburg* habet Hiſt. Landgrav. (x) CL. *Meibom.* (y) *Fridericum Kirchbergicum* vocat *incentorem belli* hujus funeſti; *Bangius* verò (z) & *Rivander* (a) tam *Schvvartzburgicum* quàm *Kirchbergicum* incuſant. *Adam Brünner* verò (b) ſolum *Schvvartzburgicum* pro face & tuba, *pro cauſa totius diſcordiæ* habet. (c) Solenne ejus proverbium: *Si hoc fecero, mergor in latrina.* (d) Et profundiùs quoque in cloacam lapſus, quàm reliqui. *Gudenus* bellum hoc ad ann. MCLXXXV. refert, totam rem, more ſolito, aliter enarrans. *Et tunc primò Landgravii* à ſubjectione Moguntina *liberi pronunciati ſunt*, *nactiq; exemtionem*, *quam* tanto molimine *hactenus intenderant.* Sic ille. (e) Nunquam agnovere Landgravii noſtri ſubjectionem iſtam, quam ſtolidè ſibi finxit *Gudenus*, quorſum igitur nugæ iſtæ? Legas, rogo, ſi pleniùs informari cupias, *autorem Juſtitiæ Protection. Sax. in Civil. Erfurt.* cum ejusd. *defenſione*, & lectio lecta placebit. Interim lepidè quadrat in *Gudenum* iſtud *Sannazarii*, (f) quod in *Poggium* Florentinum ſcripſit:

*bellum rurſus cum Moguntino,* *nugæ Gudeni.*

*Dum patriam laudat, damnat dum* Poggius *hoſtem,*
*nec malus eſt civis, nec* bonus Hiſtoricus.

1188.

Exiit demum Noſter cum *Friderico* Imp., contra Sarracenos militaturus, & prælio cum *Saladino* propè *Aceon* commiſſo interfuit, ubi *S. Georgius* cum vexillo rubro ipſi in diſcrimine conſtituto apparuiſſe & dixiſſe fertur: *In hoc ſigno vinces.*

*iter in terram ſanctam,*

1190.

§. 36. Conditum olim erat ſacellum D. *Michaëlis* ibi, ubi poſtea à *Ludov.* V. templum parochiale erectum eſt anno MCXC. [al. MCLXXXIIX.] *S. Georgio*, Militi & Martyri, Patrono ſuo, ſacrum, in quo adhuc conſpicies hæc verba:

*templum Georgianum.*



(o) chron. mont. Sereni ad ann. 1183. & addit. ad Lambert. ad eund. ann. (p) chron. p. 251. (q) chron. p. 68. B. (r) c. 27. (ſ) l. c. p. 39. (t) loc. cita. ( ) ann. 1184. (vv) c. 27. (x) l. c. (y) in chron. Marienthal. p. 47. (z) in chron. p. 68. (a) chron. p. 253. (b) P. II. annal. Boicor. L. III. p. 525. (c) add. hiſt. Landgrav. c. 27. (d) Krantz. L. VI. Sax. c. 45. (e) L. I. hiſt. cit. p. 41. (f) L. I. epigr. p. 151.

Anno MCXC. Der Land-Graff **Ludwig** ein milder Herr/
die Kirche baut zu S. **Georgen Ehr.**

& infra:

Zu GOttes Ehr allein der Rath
ſie wiederum erneuret hat.

Annus hujus renovationis pilæ cuidam exteriori his verbis & notis inciſus eſt:

*Anno* MDXV. *incepta eſt hæc baſilica.*

1191. Obiit tandem *Ludov.* in Syria ἄπαις, & ſepultus eſt ad fontem Reinhardinum. Popoſcit ideo Rex *Henricus* ab Eccleſia Fuldenſi ſibi tribui beneficia clientelaria, quæ Princeps noſter in expeditione Orientali moriens reliquisſet. (g) Ceterùm quæ de *vexillo Georgiano* Hiſt. de Landgrav. refert, (h) vide ſis ibidem, & crede, ſi voles. Tanti ſemper fecit Iſenacum *Georgium* iſtum, ut plateam & portam urbis primariam non tantùm abs eo denominârit, ſed adhuc in inſignibus ſuis geſtet, & effigiem ejus inauratam in fonte fori Mercurialis [Mittwochens-Marck] quotidiè monſtret. *Philipp. Portmann* in Inſignia Urbis noſtræ ita:

*obitus Ludov. V.*

*vexillum Georgian.*

*in inſignia urbis noſtræ,*

*Cur ſtat in inſigni*, Ferrara, Georgius *iſte?*
*pugna quid, & draco quid, beſtia dira, volunt?*
*Scilicet immenſus labor eſt, & nobile munus,*
*urbis ſæva citò vincere monſtra ſuæ.*
*Næ multi paſſim dominantur in urbe* dracones,
*cædite cives, & pellite monſtra Viri.*
Aurea *Sic vobis ſine fraude* Georgica *ſcribam*,
*ſemper & in populis* arma viroſque *canam.*

*narratio de Georg. emblematica,* Certè tota narratio de *Georgio* ſymbolica, ſeu *emblematica* eſt, ipſo fatente *Baronio*, (i) ùt alibi fuſiùs probavimus. (k)

1191. *Hermannus,* §. 37. Ob ſterile *Ludovici* connubium cum *Margarita* Auſtriaca, & *Sophia*, rerum potiebatur frater ejus *Hermannus* anno MCXI. prudens, juſtus, caſtus, fortisque Princeps, & apud reliquos magnæ autoritatis, primusq́ue [exauctorato *Henrico Leone*] Comes Palatinus Saxoniæ, hiſtoriarum ſacrarumq́ue lectionum amans. Nunquam enim ad lectum ſeceſſit, niſi lectâ prius, ſeu auditâ lectione biblicâ, fortia Veterum Germanorum facta, rythmis comprênſa, ſtudioſè collegit, ideoq́ue multos cantionum magiſtralium compilatores *Wartburgi* aluit, (l) qui verſibus inter ſe invicem concertantes

Meiſter Sänger/ dicti ſunt das Spiel von Wartburg/ de quibus, ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, integram dabimus diſſertationem, niſi otia nobis fecerit D. *Wagenſeil*, celebris

(g) Brovver. L. IV. antiquit. Fuld. p. 302. (h) c. 28. (i) in martyrolog. ad 23. April. (k) diſſ. m. hiſt. X. & P. II. Zeitkürtzend. Luſt chen. 47. (l) vid. M. Pfefferkorns Thuring. c. 15. Binhar. chron. Thur. ad h. ann. Topp. hiſt. Iſnac. MS. p. 29. colloqu. menſtr. anno 1691. p. 915. &c.

celebris Profeſſor in Acad. Noricor., idem ſaxum volvens. Horum aliquis, gente Tranſſylvanus, prædixerat *Hermanno*, filium ſuum Hungariæ Regis filiam aliquando in matrimonium ducturum. Tradiderat *Ludovicus* V. monialibus S. *Nicolai* non tantùm varia ornamenta eccleſiaſtica, ſed etiam jus & uſum parochiæ, molendinum *Haddenhuſanum*, totam terram *Heienrodenſem*, cultam & incultam, XVII. manſos habentem, & alia plura, quæ omnia & ſingula *Hermannus* confirmavit ſecundùm tenorem literarum: *confirmatio donationis S. Nicol. facta,*

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Herimannus*, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius, Saxoniæ Comes Palatinus, univerſis Deum diligentibus in Domino ſalutem & veram pacem. Noſtræ, & Anteceſſorum Succeſſorumque ſaluti & utilitati pauperiorum conſulere volentes, ſignificamus tàm præſentis, quàm futuræ ætatis hominibus, quòd Frater noſter, & in *Principatu Provincialis Comitiæ* Anteceſſor Landgravius, pro remedio animæ ſuæ ſuorumque, parrogiam Eccleſiæ S. *Nykolai* in *Yſnacho* famulabus Chriſti, ad ædificandum ibi clauſtrum, & ſub regula habitandum, legitimè & rationabiliter, nullo contradicente, donavit jus & uſum parrogiæ eidem monialium Conventui dimiſit. Eidem etiam Conventui molendinum in *Haddenhuſen* perpetuo jure attribuit, terram etiam in *Heienrod* totam, cultam & incultam, decem & ſeptem manſos habentem, & ſilvam, quæ protendit per ſtratam *Voldenſem*, usque in campum *Muosboch*, à monte *Regerberch*, qui mons in ipſis terminis totus eſt, eidem conventui proprietatis jure delegavit. Mater etiam noſtra Domina *Juditha* unum manſum in *Graveslebe*, talentum & triginta denarios annuatim ſolventem, proprietati prædicti Conventûs noſtro conſenſu contulit. Ipſe autem Dominarum Conventus in prædicta Eccleſia ſtabilitus curiam *Inveld* cum quindecim manſis, bonorum hominum adjutorio, pro XL. marcis ſibi comparavit. Inſuper duos manſos eidem curiæ *Inveld*, & ejus manſis adjacentes, à quodam *Hidolao* de *Mulehuſen*, juſto eorundem manſorum poſſeſſore, quodam concambio ſibi acquiſivit, unum manſum in *Apellteche* jacentem, pro duobus ſupradictis curiæ *Inveld* adjacentibus cambienſ. Quidam autem *Gerhardus*, qui cognominabatur *Curt*, in bonis prædictæ curiæ *Inveld* . . . . . jus addicens, eundem Conventum in cauſam traxit, & tandem conſilio *Günteri*, Dapiferi noſtri, tertiam dimidiam marcam, ut ipſe & heredes ſui ab omni prædictorum bonorum impetitione ceſſaret, tertiam dimidiam marcam à prædicto Conventu accepit. Nos autem pro importunitate rerum & temporum, poſſeſſiones Pauperum Chriſti, ut vellemus & deberemus, multiplicare non valentes, hæc omnia prædicto monialium Conventui tam rationabiliter collata & conquiſita, jure ratihabitionis autoritate perpetuâ irrefragabili jure eis appropriavimus, & præſentis ſcripti teſtimonio, & ſigilli noſtri impreſſione, hujus rei veritatem & noſtram ratihabitionem roboramus, rogantes affectuosè omnes Chriſti fideles, & omnibus noſtris hominibus, miniſterialibus, & quibuslibet

libet jurisdictionis noſtræ ſubditis, ſub obtentu gratiæ & amicitiæ Dei & noſtræ præcipientes, ne quis eundem Conventum in omnibus his aliquo modo gravare præſumat. Quâ ratione Advocatiæ & jurisdictionis noſtræ Tutoris & Procuratoris officium ſuper prædictam Eccleſiam & Conventum monialium gerentes, non minùs pro ejus, quàm noſtra dolebimus. Dat. anno Domin. Incarnat. MCXCI.

§. 38. Pepulerat *Hermannus* Conradum Moguntinum. Qui tamen
1193. *bellum cum Moguntino,* mox cum Colonienſi mirè eum divexabat, *Grünebergâ* in Haſſia vaſtatâ, & *Milſungo* obſidione cincto, motibus tandem iſtis à Fuldenſi & Hersfeldenſi
1194. *Hermann. filia nupſit Tiderico.* Abbatibus compoſitis. *Tidericus*, Comes *Weiſenfelſenſis*, & Marchio Miſniæ, ex odio erga fratrem *Albertum*, *Hermanni* noſtri filiam *Juditham* connubio ſibi junxit. Qui genero ſuo ſuppetias tulit, hoſtemque Weiſenfelſæ profligavit. Apud Imperatorem accuſatus, ac ſi inſidias ipſi ſtruxiſſet, *Albertum* iſtum ad duellum provocavit. Antequam verè præſtituto die in arenam deſcenderet, lis per amicos compoſita fuit. Nata erat *Juditha* ex *Sophia Friderici* IV. Palatini F., &, poſt exceſſum *Tiderici*, *Popponi* Hen-
*& Popponi Henneb.* nebergico XIII. nupta (m) Soror verò ejus *Sophia* [al. Hedewigis] *Alberti*, Alſatiæ Landgravii uxor facta. Altera conjux erat *Sophia* Bavara, *Ottonis*
*liberi Hermanni* Ducis Bavar. & Comitis Wittelsbach, filia, vidua *Henrici* Wethinenſis, quæ peperit *Ludovicum* VI. cognomine *Pium*, *Hermannum* II. in flore marceſcentem, *Henricum*, poſtea Imp., & Conradum, Ord. Teutonici Supremum in Pruſſia Magiſtrum, nec non Irmegardem, [al. Margarit. ſeu Hedvvig.] *Ottonis* Anhaltini conjugem, & *Agnetem*, *Henrici*, Ducis Auſtriaci, maritam. *Rechenbergius* (n) addit tertiam, Gertrudem, Conradi, Marchionis Miſnenſis, filiam, fundatricem cœnobii S. Thomæ Bambergæ, in quo obiit. Anno MCXCVI. confirmat quatuor manſos cum areis ſuis Wigele-
1196. *confirmatio manſorum aliquot.* bii, ab *Ulrico Northofio* S. Nicol. traditos.

§. 39. Mortuô Henricô VI. Imp. anno MCXCVII. exeunte Octobri frater ejus *Philippus*, Sueviæ Dux, *Ichtershuſæ* in Thuringia electus eſt. *Adol-*
1197. *litigioſa electio Imp.* *fus* verò, Colonienſis *ArchiEpiſcopus*, unà cum *Joanne* Trevirenſi, aliiſque fœderatis, oppoſuit *Ottonem*, Henrici Leonis F. Huic *Hermannus* noſter contra *Philippum* [avunculum licèt] operam ſuam addixit, atque *Northuſam* occupavit, *Salfeldiam* incendio delevit, civeſque captivos abduxit, *Boleslaum* Bojemum contra *Philippum* in Thuringiam evocavit, à cujus milite terra magis quàm ab ipſo hoſte devaſtata eſt. Plures enim quàm XVI. Eccleſiæ conventuales, & CCCL. parochiæ numerantur, quæ hoc bellò deſtructæ ſunt. Deficiens poſtea ab *Ottone* ad *Philippum*, *Mülhuſam* & *Northuſam* regias villas, unà cum *Salfeldio* ac finibus *Orlani* fl. & caſtro *Ranis* præmii locô accepit. (o) *Engelbuſ.* verò ait: (p) abs *Ottone* civitates iſtas obtinuiſſe, vocatque

*Horlan*

(m) vid. Spangenberg. chron. Henneberg. L. II. c. 26. p. 104 ſeq. (n) l. c. §. 14. (o) hiſt. Landgr. c. 32. (p) chron. p. 241. Add. Krantz. L. VII. Sax. c. 16.

*Horlan* æquè caſtrum ùt *Ranis*. Sed mox *Innocentii* IV. inſtinctu, iterum à *Philippo* recedens, eum *Erfordiæ*, quò ſe Thuringia devaſtata receperat, *Odacri* Bojemi & Palatini ope incluſit, ut vix noctu ad *Theodoricum*, Miſniæ Marchionem, evadere potuerit. Hujus enim auxilio hoſtes ab obſidione urbis depellere tentavit, quam tamen illi, cognita *Philippi* fugâ, ultrò ſolvebant. Inde *Ottoni*, cùm à *Guidone*, Nuncio Apoſtolico, *Mersburgi* Imperator inungeretur, fidem addixit ſuam. Poſtquam verò *Philippus* Weiſenſeam obſidione cinxiſſet, Bohemosque, *Hermanni* ſocios, depuliſſet, mentem hic mutavit ſuam. *Otto* verò Thuringiam ingreſſus *Radeburgum*, *Saltzungam* & *Weiſenſeam* miſerrimè vaſtavit.

Sequente tamen anno *Hermannus* militem *Ottonis*, arcem ante *Weiſenſeam* exſtruentem, per Præfectos ſuos *Schvvartzburgicum* Comitem, & *Vargulam* Pincernam, ipſo S. Nicolai die, pugnâ acerrimâ profligavit, latiùs cuncta narrantibus *P. Langio*, (q) *Krantzio*, (r) & *Caſp. Sagittario*. (ſ) Erant *bellum cum*
etiam *famoſo huic Principi in Alemannia & acerrimo in hoſtes* (t) gravia bella *Fuldenſi*.
cum *Henrico* III. *Gronbergo*, Abbate Fuldenſi, ſed cum notabili hujus excidio. 1200.
(u) Anno MCC. XXVIII. Octobr., qui Simoni & Judæ Apoſtolis ſacer erat, *Ludov. VI.*
naſcitur *Ludovicus* VI. Et anno MCCIX. eligitur *Fridericus*, Comes è *Kirch-* *natus*.
*bergicis* noſtris, Epiſcopus *Halberſtadenſis* XXII., qui XXI. annis ſumma cum 1209.
laude præfuit. (w) *Frid. Epiſc. Halberſt.*

§. 40. Stabat olim patibulum in ſuburbio Georgiano ad *ſemitam*, [am 1214.
Stiege] quo de fures ſuſpenſi, & eôpſe locô alii facinoroſi capite plecteban- *origo mo-*
tur. Potentiſſimus verò hic Thuringiæ & Haſſiæ Princeps per quietem vi- *naſt. Ca-*
derat omnes ibi juſtè interfectos in vitam revocatos, inque bellas virgines *thariniani*.
converſos; accedebat ſimul Beatiſſima Virgo cum S. Catharina, dicens: *Heus tu, Hermanne! ſi condideris nobis hic ædem, propediem Te nos in noſtrum Collegium recepturæ ſumus.* Dejecto igitur patibulo, & translato eôdem in montem [quem plebs noſtra den Goldberg vocat,] ante portam *Nicolaitanam*, in famoſo & ſuppliciis olim celebri loco ampliſſimum & opulentiſſimum virginum monaſterium familiæ Ciſtertienſis, in memoriam B. *Virginis* & S. *Catharinæ*, erexit, cujus prima Abbatiſſa fuit *Imagina*, Duciſſa Brabantina. Huc *prima Ab-*
traxero rythmos *Joannis Rothii*, Canonici B. V. Iſenacenſis. (x) *batiſſa*.

Alſo träumte ihm / daß er ſpatzieren gienge
an die Stätt / do man Lüte hienge /
vor Yſenach an die Wegeſcheiden /
da ſtund das Gericht zwiſchen innen beiden /



(q) in chron. Citiz. ad ann. 1198. & 1203. (r) l. c. (ſ) in origin. Duc. Brunſv. Luneb. §. 49. ſeqq. add. hiſt. Landgr. cap. 31. ſeqq. (t) ead. hiſt. cap. 35. (u) Brovver. L. IV. Antiquit. Fuld. p. 303. Fabricius in glor. Fuld. p. 131. ſeq. (vv) Krantz. L. VII. Metrop. cap. 41. Sagittar. in hiſt. Halberſtad. §. 58. (x) ex chron. rythmico MS.

da der eine Weg in die Buchen geht /
der andre in den Heßen ſeht /
da dieß genandt Kloſter nu leidt /
da wurden die Todten zu der Zeit
alle geformet zu Jungfrauen /
da hörte er von der hillgen Jungfrauen /
daß zu ihm ſprach Sanct **Katharin** /
hie wil ich dich nun ſegnen inn /
denn du ſolſt ihr Probſt hie werden /
das geſchehe nach deinem Begehrden.

Aſſerunt alii, *Hermannum*, ex voto *S. Catharinæ* facto, cujus ſepulcrum in
*alia fundatoris intentio,* monte Sinai [ſi extet, ſcrupulos enim mihi facit Decan. Bilfeld. & official.
Padeborn. *Gobelin. Perſona*, (y)] viſitare voluit, conſtruxiſſe iſtud monaſterium, quòd aliis curis & negotiis diſtrictus locum illum haud potuerit adire. Ex hoc primæ moniales clauſtri *Ottbergenſis* ad Neitham deſumtæ ſunt, de quibus alibi fuſiùs. (z) *Portmannus* ita in iſtud:

*Non capit hoc clauſtrum niſi* puras *nobile mentes*,
*propterea à* pura *Virgine nomen habet.*
*Pura manus, mens* pura *Deo, legiq; gregiq;*
*ſervetur, dici ſi* Catharina *velis.*

*Orlamundanus captus,* Eôdem anno cepit *Hermannus* Comitem *Orlamundanum*. Sequente dedit monaſterio *Nicolaitano* jus Patronatûs ſuper Eccleſiam Summerenſem, eôdemque *Gothæ* extinctus, & ſepultus eſt, uti juſſerat, *ſub patibulo*, ie. ſub altari in
1215. monaſterio *Cathariniano*, quô locô olim patibulum peterat. (a) Annô ſequen-
1216. te filius ὁμώνυμος idem peccati ſtipendium meruit: cubat juxta Parentem.

*jus Patronatus Summer. Hermanni obitus.* § 41. Primo regiminis annô *Ludovicus* VI. bona monaſterii *Walckenredenſis* confirmâſſe legitur, uti parens ejus ultimo vitæ ſuæ fecerat, confirmans bona *Thalhemenſia*, certis etiam conditionibus bona cœnobii in protectionem ſuam ſuſcipiens, maximè contra Comites *Klettenbergenſes*: nec non bona
1217. *Walckenredenſium*, quæ hactenus habuerant *Northuſæ* in areis, in introitu &
*& filii ejus Hermanni. Ludov. VI.* exitu, in omni foro, in cunctis neceſſitatibus & mercimoniis. Acta ſunt hæc *Numburgi*. (b) Idem *Ludovicus* contulit monaſterio Cathariniano parochiam S. *Georgii* & *Aldendorfenſem* aliaque, ut ex literis videbis.

*donatio factæ S. Catharinæ.* In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Luodevvicus*, Thuringiæ Landgravius & Saxoniæ Comes Palatinus. Quoniam mortalis eſt omnium con-
ditio, neceſſe fuit, ut rerum geſtarum ſeries ſcripto committatur, & hoc mo-
1218. do poſteris ad memoriam reducatur. Hinc eſt, quòd Ego *Luodevvicus*, Thuringiæ Landgravius & Saxoniæ Palatinus, notum facio univerſis Chriſti fidelibus, quòd, mortuo Parente meo, compatiens egeſtati Dominarum apud ſanctam

(y) Coſmodr. ætat. VI. c. 15. (z) diſſert. m. hiſtoric. 6. (a) Hiſt. Landgrav. c. 36. (b) Eckſtorm. in chron. Walckenred. p. 82.

ſanctam *Katerinam* Deo famulantium, de aſſenſu matris noſtræ *Sophiæ*, & fratrum meorum *Henrici Raſpe*, & *Conradi*, in remedium animæ Patris mei, & ceterorum Anteceſſorum meorum, ibidem contuli allodium cum attinentiis ſuis, quod proximum eſt eidem cœnobio, & ſecus decurſum fluminis locatum. Præterea parochiam S. *Georgii* in *Yſenache*, & Parochiam in *Aldendorf* præfato contuli monaſterio, ut de earum proventibus ejusdem inopia relevetur. Decet enim, ut ſpiritualia ſubſerviant ſpiritualibus, quemadmodum & ſecularia relinquenda ſunt ſecularibus. Ne quis autem Succeſſorum noſtrorum huic noſtræ donationi auſu temerario contraire præſumat, ſigilli noſtri impreſſione præſentem paginam duximus roborandam. Acta ſunt hæc anno Incarnat. Dominicæ MCCXVIII, præſentibus his teſtibus, *Sibodone*, Epiſcopo Havelbergenſe, *Winemaro* Abbate Portenſi, *Eberardo* in Cluſa, *Friderico* Comite de Rodenburg, *Ludolfo* de Altſtede, *Luodevvico* de Wangheim, *Burcardo* de Cruceborg, *Guntero* Dapifero de Flacheim, *Hermanno* de Wrre, *Ruodolfo* Pincerna, *Herenuerdo* de Fumeringhe, *Berenhingo* de Cruceborg, & fratre ſuo *Ruodolfo*, *Chriſtiano* Ghirburg, *Henrico* Proto-Notario, & aliis quàmpluribus. Dat. apud *Hiſenacghe* annô Principatûs noſtri ſecundô.

§. 42. Eôdem creatur in templo *Georgiano*, ipſo die *Kiliani*, [al. habent *Petri* & *Pauli*] Eques auratus. *Ludov. fit Eques,* Annô ſequente *Sigfridum* Moguntinum, Thuringiam turbaturum, [num ob decimas, *ſeminarium iſtud omnium calamitatum*, (c) vel, quòd absque ſufficiente cauſa fulmine ferire voluerit optimum Principem? (d) vel ob utramque cauſam?] egregiè caſtigavit. 1219. *Sigfrid. Moguns. plectitur,* Res demum per *Fuldenſem* & *Hersfeldenſem* Fuldæ transacta. *In tantum friguſcula invaluerant*, ait *Guden.*, (e) *ut, mortuo* Hermanno, *ne cum* Ludovico *quidem ejus filio, pio illo* S. Eliſabethæ *marito, res ſerenæ eſſent, & cùm ei* Sigefridus *indignationem Eccleſiæ minaretur, ipſe gladio ſuo pugnans vicina Erfordiæ depopulabatur. Sed à civibus repulſus in* Eichsfeldiam *copias vertit, ubi arces* Harburg [Homburg,] *&* Scharfenſtein, *unde continuis deprædationibus infeſtabatur, expugnavit, & demolitus eſt. Fuit tunc* Ludovicus *adhuc juvenis, nec illi, ſed* Conſiliariis *hoc malum imputabatur.* Quòd cives Erfordienſes *Ludovicum* repulerint, non dicit, qui tamen citatur, *Rivander*; (f) *Bangius* (g) contra cladem Epiſcopo & ſociis ſuis à Landgravio illatam recenſet. 1221. *nuptiæ Ludovici,* Anno MCCXXI. nuptias celebravit Wartburgi cum *Eliſabetha*, *Andreæ*, Regis Hungariæ, filia. 1222. Sequente *Henrici*, Illuſtris Miſniæ Marchionis, tunc quadriennis, *fit tutor Henr. Illuſtris,* [natus enim anno MCCXVIII.] nepotis ſui ex ſorore, tutelam, defuncto *Theoderico*, ſuſcepit, eamque contra *Eckhardum*, Mersburgicum Præſulem, *pellit ſororem ſuam, it in Hungariam.* qui in Oſterlandia & ad Salam oppida ſibi vindicârat, prudenter adminiſtravit. Sororem, ſe inſcio *Pepponi* Hennebergico XIII. nuptam, latrones foven-



(c) Lambert. ad ann. 1074. (d) Bucelin. in annal. German. ad h. ann. (e) l. c. p. 45.
(f) in chron. ad ann. 1219. (g) chron. ad eund. ann.

ſoventem, nobileſque Miſniæ in eum concitantem, nominatâ terrâ cum
*Poppone* marito ejecit, ſicque, plexis turbatoribus pacis publicæ, cum *Eli-
ſabetha* abiit ad ſocerum in Hungariam. Comites fuêre *Walterus* Vargu-
lanus, *Günterus* & *Henricus* Schvvartzburgici, *Henricus* Stollbergenſis,
Sturm- *Günterus* Kevernburgicus, Comes de Zigenhayn *Gottfridus*, & *Rudolfus* Pin-
glocke / cerna. Fôdem annô fuſa eſt magna campana, cujus ſonitus terribilis erat,
1223. ideoque non ad ſacra, ſed ad convocandos cives in incendiis, aliisque tu-
pons ſuper Vierram, multibus publicis, ſervata, & dicta eſt die Sturmglocke. Sequente ſtru-
Hermann. xit pontem *Crucisburgi* ſuper Vierram. Eôdem naſcitur ibidem in monte Pe-
III. trino d. 8. Mart. *Hermannus* III., qui in eodem oppido, poſt celebratas cum
Hermann. *Beatrice*, filia *Henrici* VI. Ducis Brabantiæ, nuptias, annô ætatis ſuæ XVIII.
Orlamund. à *Bertha Seebachia* [ non *Sebergia* (h) ] venenô ſublatus eſt. Jacet ad fontem
Schauen- Reinhardi. Ipſe *Ludovicus* territorium *Hermanni* Orlamundani invaſit, ex-
forſt ſtruxitque contra ipſum caſtrum *Schauenforſt*, inter *Orlamundam* & *Rudolpho-*
nuptiæ *polim*. Soror ejus *Agnes*, quæ cum pia *Eliſabetha* Wartburgi educata fuerat,
Agnetis, Norinbergæ nuptias habuit cum *Henrico*, Auſtriaco Duce *de Medlingen*. An-
1224. nô MCCXXIV. naſcitur eidem Wartburgi *Sophia*, *Henrici* Brabantini Ma-
filiæ, gnanimi conjux. Et ſequente annô altera *Sophia*, Rectrix poſtea cœnobii
1225. *Kizingenſis*. Bello Poloniæ Duci, ob violatos mercatores, illato caſtrum
1226. *Lubitz* magnâ uſus celeritate expugnavit. A *Friderico* II. Cremonam evoca-
Lubitz expugnatur, tus abiit in Italiam, ubi Imperator ipſi & cognato ſuo *Henrico* Illuſtri Miſniam
iter in Italiam, & Luſatiam feudi fide, cum Pruſſiæ, quantum expugnare poſſent, terra
contulit. In reditu fruſtra ei inſidias ſtruxerat *Hennebergicus* Comes. Re-
dactis tandem in ordinem Miſnenſibus, qui, eo abſente, jugum excuſſe-
hoſpitale S. rant, placidè vixit. Interim *Eliſabetha* Xenodochium cum oratorio S. *An-*
Annæ, *næ* ſacro, ad portam *Georgianam*, condidit, ubi quondam *Hellgraſii*, nobi-
1227. les & ampliſſimæ fortunæ cives, prædium habuerant. Anno MCCXXVII.
hoſtes devicti, Dominum de *Salza*, monaſterio Reinhartsbonenſi nimis moleſtum, *Alten-*
*bergæ* obſeſſum ad deditionem compulit, arce deſtructâ, & poſtea *Albertum*,
Comitem Orlamundæ, cepit.

FF. Kalendarii, §. 43. Nidulabantur olim *Ottbergæ* ad Neitham, uno milliari ab urbe
*Höxaria* in Diœceſi Corbeienſi diſtantis, Fratres *Kalendarii*, ex eleemoſynis
paſſim collectis primùm ibi templum condentes. At quæ eorum exercitia?
*edebant, bibebant, ludebant, & erat cras ùt hodie. In tantum quoq; radicata erant vi-
tia hæc, ut nulla monita ea ſubverterent* dicente *Henrico Svvaltio*. (i) Et *Henric.
de Godelhem* ſcribit in epiſt. ad *Friderium Falckenbergium* [illegible] Kalendarios
ad Neitham ſemper *feſta* celebrâſſe *hypodiaconalia*, de craſtino parùm
feſta hypodiaconorum, ſollicitos. *Feſta hypodiaconorum*, ſeu *ſtultorum*, bellè explicat *Freſne*
(k) & D. D. *Wildvogel*, in Illuſtri Salana Juris & æqui inter-
pres,

(h) Sigfrid. Presbyt. L. II. ad ann. 1231. (i) in chron. MS. Vallis Dei, (k) in gloſſar.
verb. Kalendæ,

pres, Fautor meus honorandus, (l) ex *Boleto.* (m)] Vide ſis, quid de eodem feſto ex *Petri Bleſſenſis* epiſtolis afferant Eruditi in *Ephemeridibus* ſuis. (n) Cùm igitur in otium & luxum prolapſi Superiorum ſuorum monita temnerent, etiam à prædonibus, perviciniam tunc graſſantibus, crebriùs ſpoliarentur, *Hermannus I.*, Comes *Daſſelenſis*, à pedis vitio *Claudus* dictus, olim Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Mersburgenſis, poſtea Abbas & Princeps Corbeiæ *Saxonicæ*, ordine XXXIII., inertes hoſce fucos aliò transferre, bonarumque apicularum alveolos ſubſtituere decrevit. Cùmque invicina *Amelsborna* cuncta καλὰ κάξιν & ἐυχημένως vidiſſet, non neſciens, *S. Bernhardum* nihil aliud egiſſe, quàm ut ordinem Benedictinum à luxu & ignavia repurgaret, in animum induxit, Ciſtertienſes ſurrogare *FF. Kalendarum.* Cùm igitur *Katharinianum* noſtrum ejusdem congregationis *bonæ famæ ſuæ odorem longè latèque diffunderet*, monente *Winemano*, Abbate Portenſi, ex hoc coloniam religioſam *Ottbergam* deducere unicè deſiderans, ſcripſit *Ludovico* pio, & abs eodem licentiam dimiſſionis aliquot ſororum petiit. (o)

§. 44. Tandem expeditioni ſacræ in Palæſtinam ſeſe accinxit, Ordinibus ſuis *Crucisburgum* convocatis, & conſilio hoc expoſito, Fratri *Henrico* regimen Provinciarum curamque uxoris & liberorum commiſit. Sic optimæ *Eliſabethæ*, in memoriam ſui, tradito annulo, cujus lapidi *agnus paſchalis* inſculptus erat, manantibus genis valedixit. Secuti eum ſunt Comites: *Ludovicus* Warbergenſis, *Goſmarus* Kirchbergenſis [qui omnia bona ſua monaſterio Walchenridenſi antea vendiderat, (p)] *Günterus* Kevernburgicus, *Burcardus* Brandenburgenſis, *Meinhardus* Mühlbergenſis, *Henricus* Stollbergenſis. Dynaſtæ autem: *Hermannus* Heldrungenſis, *Henricus* Ebersburgenſis, Marſchallus, *Henricus* Slothemius Dapifer, *Fridericus* Drefurtenſis, *Fridericus* à Werthern, *Hartungus* ab Erfa, *Henricus* de Fahnern: quêis ſe adjunxerant *Ludovic.* de Weberſted, *Gerhard.* ab Ende, *Rudolf.* à Bultzingſchleben, *Theodoricus* Sebachius, *Siſridus* Rottius, *Ludovicus* & *Rudolfus* ab Hauſen, *Gotthardus* de Capella, *Henric.* de Meideburg, *Bertoldus* à Myla &c. Delatus *Brunduſium*, inſultum febris malignæ ſuſtinuit; progreſſus tamen *Hydruntum*, abs Hieroſolimitano Patriarcha cœleſti viatico munitus, die XXVII. Sept. MCCXXVII. anno ætatis ſuæ XXVII. piè placideque obdormivit in Domino. Cadaver quieſcit ad fontem Reinhardi. Vixit ſecundùm ſymbolum ſuum, (q) ἐυσεβῶς, δικαίως, καὶ σωφρόνως. Epitaphium ejus hoc:

*iter in Palæſtinam, 1227.*

*obitus Ludov. VI.*

 Anno

(l) in addend. ad cap. 2. §. 6. diſſ. de eo, quod juſtum eſt circa novum annum (m) lib. de divinis officiis c. 120. (n) ſeu le Journal T. IV. p. m. 114. (o) lit. dabimus in chron. Vallis Dei, quod ſis vide. (p) Eckſtorm. chron. Walckenried. pag. 96. (q) ex Tit. II. 12.

epitaph. Anno Domini MCCXXVII. III. Idus Septemb. objit Ludovicus V. Thuringorum Landgravius, B. Eliſabethæ maritus, in Siciliæ civitate Ortrant, & hîc ſepultus.

1228. Henricus, Eliſabetha ejecta, §. 45. Defuncto *Ludovico*, caſtiſſimo Principe, imperat frater *Henricus*, qui ociùs Wartburgo ejecit *Eliſabetham*, quæ in urbem conceſſit miſeriæ plenæ. *Heinricus* Elizabeth, *uxorem Fratris ſui, de caſtro* Wartberg, *de conſilio malorum hominum, amovit, quæ cum parvulis ſuis in miſeria vixit in civitate* Yſenacho, *& nullus recepit hoſpitio, qui eſſet alicujus receptationis, quia timebant, ne offenderent Dominos, ſed oportuit, ut cum pauperibus ſe reciperet. Deinde tranſtulit* in Kitzingen *ad Abbatiſſam cognatam ſuam, ubi poſtea filia ſua monialis effecta eſt. Quam miſeriam & paupertatem percipiens Epiſcopus Babenbergenſis* [Erckenbertus, Stephani, Regis Hungariæ, Frater,] *cognatus ſuus, ipſam tulit in* Babenberg, *& honorificè tenuit. Et dum ibi eſſet, venerunt milites & vaſalli, & alii, qui cum* Ludovico *marito ſuo exiverunt ad peregrinationem, & oſſa ſecum deportaverunt. Et invenientes Dominam ſuam, & audientes fore factum, nimiùm turbati ſunt ſuper re geſta tam flebili & inaudita. Et ipſam aſſumſerunt, & cum oſſibus mariti ſui in* Reinhartzborn *duxerunt, ubi* Rudolphus de Boila [Vargula] *Pincerna, qui unus erat de his, qui ipſam* Elizabeth *tulerunt de Ungaria, & modò fuit in peregrinatione cum marito, fortiſſimè, præſente matre & fratribus, & aliis nobilibus, corripuit* Henricum *Seniorem Landgravium de nimio exceſſu, quem in viduam fratris relicti commiſit: ita quod* Henricus *& frater ſuus* Conradus *& mater inceperunt amariſſimè flere. Et ſic ipſam ad caſtrum* Wartburg *deduxerunt, & valde reverenter & amicabiliter pertractaverunt. Ipſa tandem cum* Magiſtro Conrado [à patria] Marburgenſi, *famoſo Prædicatore & ſancto Viro, ſeceſſit* Marburgum, *ubi hoſpitale conſtruxit &*

1229. abit Marburgum, *ſanctiſſimè vixit, eleemoſynas pauperibus erogando, & ſoli Deo in paupertate & in ſtatu contemtibili vacavit usque ad mortem,* (r) quæ incidit in annum MCCXXXI. ætatis ſuæ XXIV. Tetigit eandem hiſtoriam *Hieremias Drexelius* (ſ) inquiens: Regina Pannoniæ *Eliſabetha*, Principis *Ludovici* vidua, poſt conjugis funus *bonis omnibus evoluta, è caſtro cum liberis ejecta, conſiliis & auxiliis deſtituta, à cognatis & omnibus hominibus deſerta, nec hoſpitiolum quidem, quò reciperetur, invenire potuit.* Ergo ad cœnobium *D. Franciſci* abiit, & hoc unum rogavit, ut hymnum Ambroſianum, Te Deum laudamus, canerent, & gratias agerent Deo, *qui famulam ſuam dignatus eſſet calice Dominico liberaliter perfundere*; id enim ſe gratiam maximam interpretari. Vitam ejus multi prolixiùs deſcripſere proſâ & vorſâ: in his M. *Jeremias Weinrichius*, noſtras (t)

hoſpitale 6. Mariæ Magdalen. Si hoſpitale *S. Mariæ Magdalenæ* in platea, der Briel vocata, Gothæ,

(r) Hiſt. Laadgrav. c. 40. (ſ) in Jobo ſuo c. 9. p. 150. (t) Erf[illegible]rt. impreſſ. anno 1625. impenſ. Joh. Birckneri in 4. Add. chron. S. Eliſabeth, ſeu, Chronik St. Eliſabet gedruckt in der löblichen Stadt Erford durch Matthes Maler / wonhafftig zum ſchwartzen Horn vor der Kramer-Brücken 1520. in 4.

thæ anno MCCXXIX. conditum eſt, utique fundatrix erit *S. Eliſabetha*, non maritus ejus. Si verò hic fuerit, uti nullus propemodum dubitat *Sagittarius*, (u) certè ante abitum ejus in Palæſtinam fundatum eſſe oportet.

§. 46. Obviam proceſſerat *Eliſabetha* aliquando ad rivum coriariorum [Löbersbach] moroſa vetula, quæ viam dare noluit Principi, ideo hæc in cœnum lapſa. In cujus rei memoriam prope ſacellum *S. Joannis* [quod in iſto loco ſtabat] columna poſita cum his verſibus: *Eliſabetha in cœnum lapſa.*

*Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne eſt;*
*antiqui Vatis nota querela fuit.*
*Quid noſtri ſecli mores, quid tempora poſſint,*
*heu! cuculi ſcelus atque impia facta docent.*
*Atq; olim monuit ſtatua hæc, quæ digna per ævum,*
*omnibus ut cuculis inſpiciatur, erat.*
*Mater egenorum* Diva Eliſabetha, *per hujus*
*torrentis lapidem compoſitura gradum,*
*Canoſas in aquas ſaxo detruditur iſto,*
*& vetulæ diris exagitata fuit.*
*Lendibus immundas hæc olim laverat omnes,*
*leproſis ſordes abluerat q; ſuas.*
*Inq; thoro proprio ſpondâque locaverat ægros,*
*veſtitû nudos induerat q; ſuô.*
*Pæoniis etiam unguentis hanc foverat ægram,*
*deq; epulis menſæ paverat ipſa ſuæ.*
*Pro cana tamen in cano nunc mergitur iſto,*
*pro meritis pietas fert maledicta ſuis.*
*Heu! ſcelus extremos deportandum ad Garamantas,*
*urbe heu! peſſima anus non habitura locum.*
*Diſplicuit factum hoc patria, meruitque perennem*
*hanc ſtatuam pietas,* Eliſabetha, *tua.*
*Impietas anûs diræ eſt damnata ſub orcum,*
*digna habita æternâ resq; locusq; notâ.*

In eandem ſtatuam *Winerus* noſter ita: (w) *in eandem ſtatuam.*

*Tres inter Divas* Charites, *Nymphasq; ſorores*
*en! quartum tenet hîc* Eliſabetha *locum.*
*Pro fonte Orchomeni, pro Theſſa'iaq; lavacro*
*nudipedes Nymphas perluit unda ſacra.*
*Illa pedes lavat Iſiaci torrentis in unda,*
*proluit hicq; ſtolam in ſangvine, Chriſte, tuo.*
*Abſtergens ſordes, quas dira aſperſerat illi,*

*præfica*

(u) in memorab. Gothar. c. 7. & 3. (w) in epigrammat. corollar. p. 117. ſeq.

*præſica, quam menſâ foverat ipſa ſuâ.*
*Fons ſacer hic quartæ* Charitis, *Divaque lavacrum*
Heliſabes *eſto, quem ſtatua iſta notet.*
*Siſte pedem, cucule, hic, maculasq; tuere lavantis,*
*grande ſcelus* Charin *eſt commaculare ſuam.*

1230. §. 47. Annô MCCXXX. magna *fraternitas* in monaſterio Nicolaita-
*fraternitas* no inſtituitur, in quam omnes Principes noſtri, & quotquot naſcuntur ab
1232. illis, ſolenniter recepti ſunt. De litigiis *Sigfridi* Moguntini cum Abbate *Rein-
hardsbornenſi*, deque hujus caſtigatione iterum audiamus *Hiſt. Landgrav.*
*qui caſtiga-* (x) Sigfridus *à monaſterio* Reinhartsborn *aliquam ſummam pecuniæ extorque-
*tus ſit Ab-* *bat. Et quia Abbas* [non refractarius, ùt *Guden* (y) cenſet, ſed ex Principis
*bas?* ſui interdicto] *dare recuſabat, ipſum pœnæ gravioris culpæ ſubjecit, & in capitulo
in Erfordia Canonicorum S. Mariæ tribus diebus diſciplinas recepit. Ultimo verò
accidit, quòd* Conradus, *Landgravius Thuringiæ, frater* Henrici, *caſû veniens*
Erfordiam, *& Miſſam audiens in Eccleſia B. Mariæ horâ illâ, dum prædictus Ab-
bas deberet ſe præſentare ad diſciplinas. Et nudus in ſuperiori parte corporis* virgas
in manibus bajulans *intravit* Capitolium. *Quod videntes aliqui de familia* Con-
*indignatio* radi Landgravii *ſibi retulerunt, quàm malè Abbas tractaretur. Qui* in furia
*Conradi* magna Capitolium aſcendit, & extracto cultello in ArchiEpiſcopum irruit,
& comam capitis deprehendit, & ipſum transfigere laboravit, *ſed præpeditus.*
Hæc fuit cauſa incenſæ civitatis *Fritzlariæ* ædisque *Joannitica*. *Bucelinus* (z)
eandem hiſtoriam ex *M. zach. Rivandri chronico Thuring.* (a) citans, pro
*Conrado* ſubſtituit *Hermannum*, & pro *Erfordia* Fritzlariam. Sed *Rivander*
omninò nobiſcum ſentit. Erant Landgravii noſtri monaſterii Reinhardi-
fontani ùt Fundatores, ſic etiam defenſores, ſeu Advocati, ideoque tene-
bantur opem ferre Prælato. Modeſtiùs verò agere debuiſſet *Sigfridus*, &
moram dediſſe iræ, quæ mala cuncta miniſtrat. Et ſanè niſi à ſexu ſequio-
ri irritatus fuiſſet *Conradus*, vix ad extrema ventum eſſet. Ait autem
*Fritzlaria* hiſtoria, cùm jam recedere vellet, ſuburbiis [Fritzlariæ] incenſis, *laſcivas
*incenſa,* mulieres murum civitatis aſcendentes, &* veſtibus elevatis pudibunda ſua *oſten-
dentes, illuſiſſe Principi, deridentes eum cum exercitu ſuo. Ideoq; reverſus denuò ci-
vitatem obſedit, ferroq; & igne eam delevit, nec Eccleſiis, nec hominibus parcens.*
*pœnitentia* (b) Sed pœnituit mox *Conradum* facti, idque largâ liberalitate expiavit. In-
*Conradi,* trans enim *Fritzlariam*, convocatis civibus alia bona, & Canonicis ibidem
*fit Ord. Teu-* decimas in Haſſia, contulit. Fit demum, mortuâ *Agnete* ſuâ, Frid. II. F.,
*ton. ſocius,* Ordin. Teutonici ſocius, largiturque hoſpitali *Eliſabethano* Marburgi curiam
1233. *Grifſtede*. Idem monaſterio *Walkenridenſi* reſtituit quinque manſos &
dimidium

(x) c. 43. Add. Rivand. chron p. 298. ſeq. & Bang. chron. p. 92. ſeq. qui verò ad ann. 1234. refert, (y) l. c. p. 46. (z) in annal. German. ad h. ann. (a) l. c. (b) hiſt. Landgr. c. d.

dimidium propè *Bultzigsleben.* (c) Captô caſtrô *Wiſſelbecciô* Henrici Glichen- 1234.
ſis, viginti tres latrones ibi latitantes capite plecti juſſit *Henricus Raſpo*, ùt *VViſelbecc.*
*Procurator Imperii*, abſente Cæſare, ipſumque Comitem ad citationem ſuam *captum*,
non comparentem omni jure feudali privavit. *Walckenridenſibus* unà cum fra- *poteſtas*
tre *Conrado* poteſtatem fecit piſcandi in *Weiſensée.* (d) Eod. anno intrârunt ſo- *piſcandi*,
rores Ciſtertienſes ex ſeminario noſtro *Cathariniano* Ottbergam die S. Lam- *moniales intrant Ott-*
berti, afferentes receptionem in fraternitatem à *Catharina* Abbatiſſa, cujus *bergam*,
apographum alibi dabimus. (e)

§. 48. Naſcitur tandem ex pœnis horum Fratrum inſigne monaſte- 1235.
rium *Dominicanorum*, ſeu *Prædicatorum*, in memoriam S. *Joann. Bapt.* & *Eliſa-* *origo mo-*
*bethæ* ad portam, ab eodem nominatam, das Prediger-Thor / erectum. Juſ- *naſt. Domi-*
ſerat enim *Gregorius* IX. *Henricum*, quòd *Eliſabetham* cum prole ſuâ perſecutus *nican.*
eſſet, & *Conradum*, quòd multum Chriſtiani ſanguinis Fritzlariæ fudiſſet, in-
censâ æde S. Joann. Bapt., pro expiatione criminum, ampliſſimum hoc cœ-
nobium condere anno MCCXXXV. licèt ob victoriam, ipsô *Dominici* die
contra *Conradum*, Friderici II. F., propè Francofurtum ab *Henrico* noſtro glo-
rioſè obtentam *Rechenbergius* ex MS. quodam aſſerere malit. (f) Quicquid ſit,
primus ejus Rector, ſeu Prior, erat *Adelgerus* (Eilger.) hujus nominis IV., Co- *Eilger ab*
mes *Hohnſteinenſis.* Pietatis & optimarum Artium fundamentis probè jactis *Hohnſtein*,
in Germania, migravit in ſcholam Pariſienſem, tantosque fecit progreſſus, ut
juvenis adhuc in omni doctrinæ genere excelleret. Cumprimis ſancto
Theologiæ ſtudio ſe mancipavit totum. Cumque *Dominicanorum* Ordo nu-
per inſtitutus maximè ei placeret, nomen ei dedit. Licèt verò *Albertus*, Præ-
ſul Magdeburgicus, cui pietas & doctrina *Adelgeri* valde probabatur, Præpo-
ſitum Goslarienſem eum conſtituturus eſſet, placuit tamen illi in pauperta-
te vivere, & prædicando aliis ſervire. Abiens ergo Erfurtum, populoſiſſimam
civitatem ſeriò ad pœnitentiam exhortari cœpit. Cumque ob candorem, pie-
tatem & doctrinam magnifieret ab omnibus, nec ſine fructu audiretur, emit
ei Senatus curiam *Raſtenbergicam* in urbe ſitam. Dirutam illam *Adelgerus* in
ſacellum mutavit & humilem cathedram, qua de cum ſociis ſuis verba ad
populum faciebat. Exſtructô demum cœnobiô hîc Prædicatorum, *Henri-*
*cus* & *Conradus*, famâ inclyti Viri moti, Erfordiâ evocatum illi præfecerunt.
Fide & induſtriâ hanc ornabat ſpartam, non tam fratres ſuæ curæ commiſſos,
quàm cives piô zelô ad ſalutem erudiens. Ipſi Principes venerabantur eum,
ejusque concionibus eximiè delectabantur.

§. 49. Iidem Illuſtriſſimi Fratres eôdem ferè tempore fundârunt
monaſterium in *valle Joannitica* pro monachis Ord. Ciſtercienſis. *Albertum* *monaſt. in*
*de Gliechen*, ceu teſtem, reperi anno MCCXXXVI. *F. Hermann de Molhuſen*, *valle S. Ioh.*

F Prio-

(c) Eckſtorm. chron. Walckenried. p. 92. (d) idem chron. p. 91. (e) in chron. Vallis Dei.
(f) l. c. §. 16.

Priorem in valle S. Joannis, anno MCCCLXXXVI. Aliquando vice Prioris
functus eſt Abbas in valle *S. Georgii*. Initium literarum eſt: (g) Wir Abt
Ludwig zum Georgenthal/jetzo Verweſer zu S. Joannis-Thal. Andreas
Stutzen vocabat ſe Prior des Kloſters S. Joannis-Thal vor Yſenach. Eo-
1235. dem anno *Peruſii* in conventu FF. Prædicatorum *Gregorius* IX. B. *Eliſabetham*
*Canoniſatio S. Eliſabethæ,* faſtis Sanctorum inſcripſit. Sequente anno tranſlata ſunt oſſa ejus, præſen-
tibus Archi-Epiſcopis, Moguntino, Colonienſi, Bremenſi, aliiſque Epiſcopis,
Prælatis, Viriſque religioſis, nec non *Friderico* II. Imp. & aliis Principibus. (h)
Liberalitatem ejus in egenos & languentes univerſus commendabit orbis.
*fons ejus,* Supereſt *fons* infrà *Wartburgum*, quem vulgus den Eliſabeth-Brunn nomi-
nat, ex quo laviſſe dicitur ſcabioſos, & ejuſmodi miſerabiles homines. Cete-
*& reliquiæ,* rùm reliquiæ ejus videntur ſuſpectæ. Non ibo inficias, in fornice iſto, qui
*hiſt. ridicula,* adhuc *Wartburgi* viſitur, eam cubuiſſe. Verùm ligna ſpondæ CCCC anno-
rum ætatem minimè oſtentant. Caupo quidam Iſnacenſis, *Georg. Rudolfi*, fru-
ſtula aliqua de *lecto Eliſabethano* petentibus olim fragmina quædam de *latrina*
reſecta dedit, queîs illi dentes dolentes fodicârunt optato cum ſucceſſu. Quæ
de *libro* & *cingulo* ejus narrantur, ita ſe habent: Utrumque in ſacello monaſte-
rii Nicolaitani repertum, idque Janitoris Wartburgenſis femina ex cœno-
bio iſto (ubi prius habitârat) in arcem ſecum tulerat, & hoſpitibus peregri-
nis novitatum cupidis lucelli ergo pro *reliquiis Eliſabethanis* venditavit. Tan-
dem *Caſpar Gerandinus* Italus, mercator Norinbergenſis, operâ *Nicolai Zechii*,
Conſiliarii tunc Coburgenſis, fictitias iſtas reliquias obtinuit, inque Italiam
portavit.

§. 50. Sunt, qui rentur, monaſterium *Franciſcanorum* (Nudipedum)
1236. *monaſt. Franciſcanorum,* anno MCCXXXVI. in honorem *S. Paulli* conditum eſſe; alii
MCCCXXXVI. & MCCCL. habent, alii vetuſtius cenſent æde *Georgianâ*,
quæ circa annum MCLXXXVIII ſeu MCXC. ſurrexit. Id verò erroneum
eſt. Siquidem *Franciſcus* Aſſiſienſis anno MCCIX regulam Ordinis ſui ab *In-
nocentio* III. primùm confirmari petiit. Fuit iſtud ibi, ubi nunc viridarium
*docta monialis,* Ducale eſt. Eôdem, ſi non ſuperiori anno, hîc vixit erudita monialis *Ger-
trud de Albaxia*, de qua mira narrant Collectanea Avi mei. De gente verò
1237. *Albacciana* vide ſis *Letznerum*. (i) Sequente anno *obiit miles Thomas, armi-
*Thomas miles obit,* ger Hermanni. Fuerat cum eo in partibus tranſmarinis, & ex multis periculis ſtrenuè
ſervaverat. Hinc* clypeus Domini *à famulis dicebatur.* Quis *Thomas* iſte fuerit,
divinare nequeo. Nobilem tamen fuiſſe, ex nomine & officio ejus colligo.
1238. Dicitur enim *miles* & *armiger* Principis. (k) De itinere verò *Hermanni* in ter-
*& Stephan. Presbyt.* ram ſanctam vid. Chron. *Arnoldi* (l) & *Langii*. (m) Anno MCCXXXVIII.
P. *Stephan.*, vetus Presbyter, de *claris Gravionibus*, in ſomno obit, ſepultus ſub
tilia,

(g) anno 1487. (h) hiſt. Landgrav. c. 47. (i) in hiſt. Ludov. Pii edit. ſec. c. 33. (k) ex minuto chronico MS. (l) L. V. c. 1. (m) chron. Citiz. ad ann. 1195. & 1197.

tilia,quam in horto plantârat. In omni pariete ſcripſerat: V.V.V. i.e. *Vive,ut vivas.* Quod bonum omen eſt. (n) Ex *Hellgraviis* fuerit bonus iſte ſenex,quorum memoria apud nos in benedictione. Anno MCCXXXIX. *carnea* erat 1239.
*pluvia* valdè miraculoſa. *Additiones* ad *Lambertum* (o) ita de prodigio iſto: *pluvia prodigioſa.*
III.Non.Maj. ortâ tempeſtate apud ſylvam *Loibin* in villa *Sule* dicta,ſuper cujusdam *ruſtici ſolius horreum* & *curiam* pluebat Dominus, non ut filiis Iſraël in deſerto ſicut *pulverem carnem*,ſed *groſſa carnium fruſta* in modum *interioris pinguedinis.* Quarum partem dum *volucres & canes* deportâſſent, reliquæ circa 1240.
veſperam ſolis ardore veluti glacies liquefactæ ſunt. Ceterùm vide de pluviis prodigioſis M.*Hübleri* diſſertat. (p) Anno ſequente ſepultus ad fontem *Hermanni III. obitus.*
Reinhardi *Hermannus* III.S.*Eliſabethæ* Filius,& quidem poſt nuptias ſuas. (q) 1241.
Mortuâ verò *Agnete*, *Conradus* ſucceſſit *Hermanno de Salza*, factus ſupremus *Conrad. Ord. Teuton. Mag.*
Ord.Teutonici Magiſter in Pruſſia; & *Henricus*, Frater ejus, abſente *Friderico* II.Imp. *S. Imperii per Germaniam Procurator*, in Regno Francico *Protutor* & 1242.
*Protector* dictus fuiſſet,poſtea *Locumtenens*,hodie *Vicarius*; qui eximius & illuſtris honor Palatinatui ferè connexus erat. (r) Eod. anno viam univerſæ *Henric. Procurator Imperii.*
vanitatis ambulat *Eilgerus* Hohnſteinenſis, Prior Dominicanorum, num veneno,ſeu febri malignâ peremtus? Corpus ad Fratres ſuos delatum honorificè conditum eſt. (s) Et *Wilhelmus Havelbergenſis* Antiſtes, in cœnobio *Veſſerano* duobus ſacellis conſecratis, in itinere ſuo hîc defecit. (t) Sequente *obitus Eilgeri Prior. & Epiſcopi Havelberg.*
anno indulſit *Sigfridus* III. Moguntinus pro reſtauratione S. Nicolai XL. 1243.
dierum indulgentias. *indulgentiæ.*

§. 51. Interim *Henricus* ab *Innocentio* IV. *Friderico* II.opponitur. Re- 1246.
nuit,& ſcripſit Papæ, (ſunt verba *Autoris append. Mart. Poloni,*) *quod jam decrepitus eſſet,non poſſet ſuſtinere labores, nec haberet filios,nec amicos, nec terram locupletem vel magnam, quòd poſſet expellere Imperatorem* Fridericum, & *ſufferre expenſas.* Sed Papa *Innocentius* ſcripſit ſibi,ut *ſub obedientia Dei & Eccleſiæ aſſumeret ſibi Regnum,& tranſmiſit ſibi pecuniam* (quam *Sifried Presbyt*(u) *infinitam* vocat,Autor verò iſte) *XXV. millia marcarum argenti puri,& dedit ſibi poſt obitum*,propter obedientiam illam,*quòd ubicunque ſepulturam eligeret, in anniverſario ſuo & per octavam,in perpetuum,quicunque pro anima ejus, & omnibus defunctis fidelibus ibi oraret*,duos annos indulgentiarum *conſequeretur.* Tandem *Henricus* Landgravius,cognomento *Raſpe*,*multis evictus precibus* imperium accepit. (vv) Cur verò Krantz (x) eum Comitem *Schvvartzburgicum* appellitat,quem Onuphrius Panvinius (y) cæco paſſu ſequitur? Nec *ſanguinem* traxit *Henric. fit Imperat.*



(n) ex eod. chron. minuto MS. (o) ad ann. 1238. (p) de pluviis prodigioſis Erfurt. 1695. D.Alberti diſp. de ead. mat. Lipſ. 1677. Schott. Phyſ. cur. L. XI. P. IV. c. 26. (q) Sifr. Presbyt. L. II. epit. ad ann. 1231. (r) Schubart de Com. Palat. p. 189. ſeq. Colloq. menſtr. ann. II. p. 749. & hiſt. hujus Henrici edit. à D. Sagittario Jen. 1692. cap. I. §. I. & 3. (s) hiſt. Landgrav. c. 50. Eckſtorm. chr. Walckenrid. p. 19. (t) Spangenberg chr. Henneb. L. II. c. 26. (u) L. II. ad ann. 1246. (vv) Alb. Stad. in chron. (x) L. VIII. Metrop. c. 13. & 15. (y) in Impp. Rom.

*Divæ Eliſabethæ*, ùt idem *Krantz* (z) blaterat, nec *Miſniæ Marchio* erat. (a) Ita Principes Alemanniæ, ſcilicet Archi-Epiſcopus *Moguntinus*, *Colonienſis*, & *Trevirenſis*, cum ceteris Epiſcopis, *Argentinenſi*, *Metenſi*, *Spirenſi*, & aliis (ideò abs oſoribus ſuis *Rex Clericorum*, (b) vel *Eccleſiaſticorum* (c) dicebatur,) elegerunt eum apud Herbipolim (non *Francoſurti*, (d) aut *Wormatiæ*, (e)) in Aſcenſione Domini (f) in Regem, (g) ceu *Virum catholicum, ſtrenuum, nobilem, ſapientem, benignum & conſtantem, Deo & hominibus gratioſum*, (h) *Virum Illuſtrem, magnum & potentem*, vocat *Joh. à Leidis*, (i) *ſtrenuum* & *bellicoſum* Langius. (k) Sed non erat *filius Hermanni* fratris Ludovici, mariti S. *Eliſabethæ*, ùt idem Carmelita vult, verùm ipſius *Ludovici*, defuncti in peregrinatione ad terram ſanctam, mariti B. *Eliſabethæ*, frater uterinus. (l) *Gudenus* maximè commendat (m) *Moguntiæ* ſuæ ſinceritatem cum Landgraviis noſtris, ut non dubitârit Sigefridus *Henricum* eligere. Sed jungas velim *Chronic. Moguntin.* Conradi Epiſcopi apud *Urſtiſium*, citante id *Sagittario*, (n) & videbis, cur potiſſimum Eum elegerit. Quid? quod *Procurator* antea fuerat *S. Imperii per Germaniam*, volente & conſentiente ita *Friderico* II., cujus diploma dedit *Schubartus*, (o) ut digniſſimus poſtea habitus ſit ad capeſſendum diadema Imperiale. Electione factâ idem *Henricus* indixit Principibus curiam ſolennem *Francofurti* in feſto Jacobi. (p) Cum autem depoſitus *Fridericus* filium ſuum *Conradum* Regem in Alemannia haberet, (libenter eum pro tali poſt ipſum habuiſſet, (q)) ille curiam præfixam in *Franckenfurt* prævenire cupiens, & impedire volens, collegit magnum exercitum, *& venit ad campos apud Franckenfurt*. *Henricus* verò Rex, *qui curiam præfixit*, cum Epiſcopis & Fautoribus Eccleſiæ collegit etiam magnum exercitum, & inſequebatur *Conradum* Regem *uſque ad campos eosdem*, ibique (non anno MCCXLVII. ùt plurimi ſcribunt, ſed anno ſuperiori) facta eſt pugna & maximus conflictus inter prædictos duos Reges, in feſto B. *Oſwaldi* (r) (*Dominici*, (s) *Jacobi*, (t)) & Deus dedit victoriam *Eccleſiæ & Regi Henrico*. *Conradus* autem Rex fugiens *amiſit multos milites & maxima bona*, *& impoſuit Suevis*, quòd ipſi eum *infideliter* perdidiſſent. (u) Quâ fronte igitur *Krantz* (vv) aſſerit, *Conradum* factum eſſe ſuperiorem, *copias Henrici diſpuliſſe, disjeciſſe & diſſipâſſe*: ſeu *Conventum diſturbâſſe, multis captis, plurimis etiam cæſis*, cùm tamen antè (x) contrarium ſcripſerat, dicens: Regem *Conradum* à *Colonienſi* Archi-Epiſcopo victum,

*bellum ejus cum Frid. II.*

(z) l. c. c. 7. (a) Micræl. Synt. hiſt. polit. L. II. ſect. 5. (b) Alb. Stadenſ. Krantz L. VIII. Sax. c. 14. (c) Id. L. VIII. Metrop. c. 13. (d) hiſt. Landgrav. c. 52. (e) Gebhart Florian. in deſcript. Francof. (f) Alb. Stad. (g) aut. fragment. hiſt. apud Urſtiſ. (h) Monach. Paduan. L. I. chron. (i) in chron. Belg. L. XXIII. c. 4. (k) in chron. Citiz. ad h. ann. (l) Idem l. c. (m) l. 1. p. 54. (n) in hiſt. huj. Henrici c. 1. §. 5. (o) l. c. (p) Alb. Stadenſ. (q) append. Mart. Poloni (r) aut. compilat. chronol. ad h. ann. (s) chron. Citiz. ad eund. (t) Sigon. de Regno Ital. L. XVIII. (u) fragment. hiſt. Urſtiſian. (vv) L. VIII. Sax. c. 14. & L. VIII. Metrop. c. 13. (x) c. 7.

victum, quòd ſanè in hoc prœlio factum. Henricus *Cunradum cum ſuo exercitu* ignominioſè *fugabat.* (y) Quia verò dixerat *Conradus*, Suevos eum *infideliter* perdidiſſe, (quod *Sigonius* (z) credidit,) irâ ipſi moti bella movebant in eum, ejusque fautores per Sueviam, & circa Danubium, & Mogum, & ubique. (a) Quem niſi Dux *Ungariæ* ſuſcepiſſet, *Landgravius eum de Alemannia effugâſſet.* (b)

§. 52. Habebat adhuc *Fridericus* in Germania, cumprimis Suevia, qui 1247.
adhærebant ei, adverſus quos copias eduxit *Henricus*, & *Reutlingenſes* primùm
aggreſſus eſt, qui, voto B. Virgini facto, ſe defendebant. (c) *Cunradus au-* *Nuptiæ*
*tem, Fil. Friderici, videns, quòd non poterat reſiſtere Fautoribus Eccleſiæ, duxit filiam* *Conradi,*
*Ducis Bavariæ ſpe conſilii & auxilii. Sed parùm profuit ei, quia Suevi fugaverunt eum de civitate in civitatem, & cum Rege Henrico obſederunt civitatem Ulmam in Suevia, ſed non expugnârunt, propter magnum frigus, & defectum pabuli oportebat eos recedere.* (d) Et licèt omnes ferè aſſerant, ex *ictu ſagittæ* (e) *venenatæ,* (f) ſeu *telo* lethaliter confoſſum (g) in obſidione Ulmenſi anno MCCXLVI. occubuiſſe *Henricum*, falſiſſimum tamen id eſt. Equidem non negaverim, vul- *obitus Hen-*
nus ibi accepiſſe, ſed in Thuringiam reverſus Wartburgi *dyſenteriâ*, (h) non *rici,*
ſimplici *profluvio ventris*, ùt *compilatio chronologica* apud *Piſtorium* cum aliis judicat, aut *hæmorrhoidum* fluxu, cenſente *Henning.*, (i) & ita non *morte repentinâ*, quod alii volunt, nec *equo* lapſus, quæ opinio *Aventini* eſt, (k) exſpiravit, nec à *Conrado* Suevo victus & trucidatus, quod *Læti* (l) nugamentum erat. Corpus ejus ad *S. Catharinam* juxta latus Patris ipſo *Julianæ* die, cor verò apud FF. *Dominicanos*, cum largiſſimis indulgentiis, conditum eſt. (m)

§. 53. Denique recenſebimus conjuges ejus. Prima fuit *Eliſabetha*, *conjuges*
quæ an, dicente *Panvinio*, Ducis cujusdam, nominatim Brunſvicenſis *Ottonis*, *ejus,*
Filia, dubium eſt. *Lazius* (n) ſiſtit *Adelheidem* Brunſvicenſem, cum quo facit *chronic. Brunſvicenſe in Antiquitat. Brunſvic. Maderi*, inquiens: *Aleydem, Ottonis*, Ducis Brunſvicenſis Filiam, duxit *Henricus* filius B. *Eliſabeth*, (quem errorem apud alios quoque offendes,) Landgravius Haſſiæ. Dictam fuiſſe *Eliſabetham*, & anno MCCXXXI. denatam, inque cœnobio *Reinhardiſontano* ſepultam, ſequens te docebit donatio.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Henricus* Dei gratiâ Thuringiæ *donatio fa-*
Landgravius & Saxoniæ Comes Palatinus in perpetuum. Quò labentium *cta monaſt.*
bonorum affluentia æternorum nobis ingerit oblivionem, ſalutaribus mo- *Reinhards-born.*

 nitis

(y) Naucler. in chronogr. generat. 42. (z) l. c. (a) Autor fragmenti Urſtiſian. (b) Monach. Paduan. (c) Mutius L. XX. Cruſ. L. I. annal. Suev. P. III. c. 4. (d) autor fragment. hiſt. ap. Urſtiſ. (e) Sigon. l. c. (f) Cruſ. P. III. annal. Suev. L. II. c. 4. (g) Peucer. in chron. Carion. L. V. (h) Naucler. l. c. (i) in oper. genealog. (k) L. VII. Annal. Bojor. (l) in comp. Hiſt. univ. (m) hiſt. de Landgr. cap. cx. Conf. hiſt. Heinrici noſtri à Sagittar. edit. c. 3. (n) L. III. de migration. gentium.

nitis acquieſcere convenit, ſcilicet ut elemoſinam in ſinu pauperum abſcondamus, quæ pro nobis mundo tantùm vacantibus orent ad Dominum. Poſterorum igitur recordationi volumus eſſe memorabile, quòd coadunatis manibus Matris noſtræ, & *Conradi* Fratris noſtri, pro ſalvatione animæ dilectæ contectalis noſtræ *Eliſabeth*, ipſo die humationis ejus, Ecclesiæ noſtræ in *Reinersburnin* contulimus *decem manſos* noſtræ proprietatis in *Ludirsburnin* ſitos, cum omni jure & totali proventu, ſtatuentes, ut coloni dictorum manſorum, nec non & aliorum *decem manſorum*, quos in eadem villa in tumulatione oſſium Fratris noſtræ *Ludevvici* Lantgravii præfato cœnobio dedimus, nulli niſi Eccleſiæ ſerviant, ampliori protectionis noſtræ gratiâ & ſpeciali libertate ſemper gaviſuri, quatenus Fratres prænominati monaſterii tàm pro noſtra & noſtrorum, quàm pro caræ conjugis noſtræ animæ ſalute Deo ſtudeant famulari diligentiùs. Ut autem hæc noſtræ devotionis donatio robur ſortiatur perpetuò valiturum, præſens privilegium inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Actum Reinherisburnin annô gratiæ MCCXXXI. indict. IV. Teſtes horum ſunt *Heinricus*, Abbas S. Petri in Erfordia, *Johannes* S. Georg. in Nuvvenburc, *Giſo* in Breitinovve Abbates, Comites *Hermannus* de Orlamunde, *Otto* de Rabinsperch, *Heinricus* de Stalberch, *Fridericus* de Bichelingen, *Heinricus* junior de Schvvartzeburch, *Ditericus* de Berka, *Meinhardus* de Mulberc, *Albertus* de Wie, *Cunradus* & *Fridericus* fratres de Tannenrode, *Heinricus* de Helderungin, *Rudolfus* uterque Pincerna, *Berchtous* Dapifer, *Heinricus* & *Hermannus* Camerarii, *Heinricus* Notarius, *Albero*, *Ditericus*, *Hermannus* de Vipeche, *Heinricus* Marſcalcus, *Johannes* de Herversleibin, *Hartungus* de Erfa, *Albertus* & *Ekehardus* de Vipeche, *Ekehardus* de Sumeringen, *Ludevvicus* & *Rudolfus* de Huſin, & omnes, qui interfuerunt exequiis.

*Gertrudis, Beatrix,*

Secunda uxor erat *Gertrudis*, quam duxit anno MCCXL., *Leopoldi* Glorioſi, Auſtriæ Ducis, filia. (o) Tertia *Beatrix*, *Henrici* II, Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ F., quæ adhuc vixit anno MCCL. Sic enim literæ IX. Kal. April. ejusd. anni: *Beatrix*, Dei gratiâ quondam Romanorum Regina ſemper Auguſta, notum facimus, quòd Dominus noſter *Heinricus*, Romanorum Rex Sereniſſimus, cùm in expeditionem procederet versùs *Ulmam*, Abbati *S. Georgii vallis* reſtituerit ſilvam *Friedevvald* &c. Nupſit poſtea *Wilhelmo*, Comiti Flandriæ. (p)

*Landgraviatus ad Miſnenſes translatus,* 1248. *bellum inteſtinum,*

§. 54. In hoc igitur *Henrico* defecerunt *Nobiles* iſti *Principes Thuringiæ*, qui de *proſapia Karoli M.* Imp. originem traxerunt. Tunc *Marchio Miſnenſis Thuringiam & Saxoniæ Palatinatum* ſibi uſurpat. Quamobrem grave bellum inter ipſum & Duciſſam *Brabantiæ* poſtea eſt exortum. (q) Scilicet cùm

(o) hiſt. Landgr. c. 40 (p) chron. magn. Belgic. edit. Piſtor. p. 242. (q) Sifr. Presbyt. L. II. ad ann. 1247.

cùm tres iſti Fratres *Ludovicus* Pius, *Henricus* & *Conradus* ( quem, defuncto *Henrico*, in Pruſſia ſuperſtitem credit *Gudenus* (r) cum *Bangio*, (s) ſed unde mihi probaverit? deceſſit fortè, antequam frater eligeretur Rex Romanorum,) ſine maſculà prole obirent, *Sophia Brabantina, Henrici Magnanimi*, ſeu Secundi, Ducis vidua, ex pio *Hermanni* filio, *Ludovico* VI. nata, cum filiolo ſuo trienni, cujus tutrix erat, & *Henricus* Illuſtris Miſnenſis, ex *Hermanni* filia *Juditha* ſatus, de Principatu unitæ Provinciæ inter ſe digladiabantur. Illa in Haſſia, hic in Thuringia diverſa caſtra & urbes ceperat, rapinis, incendiis & latrociniis longè lateque dominantibus, diſtractisque popularium animis. Hinc nobiles ab *Erfa, Wangenhemii*, & alii jure civitatis noſtræ donati ſunt, ut muros intra tutiores laterent; alii caſtra & munimenta ſibi fecêre, in quibus fortiùs ſe defenderent. *Wangenhemii* arcem ſtruxêre Carlbergam, *Tulſtedenſes* Steinfortum, *Eſchvvegii* Krayenburgum & Heldenſtein, *Franckenſtenii* Wollenburg. (Waldenberg.) propè Allendorfum, *Kebeſtedtenſes* Scharfenbergam, *Hermannus Strantz* Strantzenauam, ſeu Straſſenauam, *Lupnicii* Cal. *Stockhuſii*, Luchtewaldam & Molitteburgum propè Fisbacium, *Rudolf* à *Vargula* Rudolfſteinium, alii è *Buchonia* & *Haſſia* ædificabant Brandenfelſium.

*nobiles jure civitatis donati*,

§. 55. Ita: aperta tunc ſunt frequentia feuda; ſed an iſta *Ludovicis* noſtris & maſculæ eorum poſteritati *Moguntia* conceſſerit, uti ſimpliciter 1253. aſſerit *Gudenus*, (t) adhuc ſub judice lis eſt. Verum autem, *Hartvvicum* (Walterum) ab *Hörſelgau* & *Joannem* ab *Artzen*, cum aliis ſociis ſuis, omnia pecora urbis noſtræ abegiſſe, cæſo *Præfecto Crucisburgico*, captoque *Vogteto Tennebergico*, qui iſtos inſecuti erant. *Tharterus* (*Hedericus* aliis, rectiùs tamen *Eberhardus* à *Flacheim*,) Præpoſitus cœnobii *Jacobæi* monialium Ordin. Auguſtin. Crucisburgi ad Vierram, conſtructurus locum decimum tertium perſonarum Anachoritarum, multa nemoroſa loca luſtrârat; tandem emit villam *Weiſenborn*, cum pertinentiis ſuis, à Nobilibus *Flachemiis* pro XLV. marcis argenti, ut ibi domicilium faceret duodecim Fratribus eremiticis Ordinis *Wilhelmiani*, ſub directorio Prioris, & regula S. Benedicti, de quibus alibi latiùs. (u) Eod. anno deceſſiſſe fertur *Conradus*, Ord. Teuton. ſupremus Mag. in Pruſſia, ſepultus Marburgi. (vv) *Bang.* (x) & *Rivander* malunt annum MCCLIIII. (y) Neutrum mihi placet.

*fures pecoris*, *origo monaſt. VVeiſenbornenſ.* *mors Conradi*,

§. 56. *Sophia* autem, cupidinis ſuæ tenax, anno MCCLIV. denuò 1254. irrupit in Thuringiam, fertile hoc ſolum ſibi ſoli vindicans, renunciato nuper *Henrico* infante Comite Provinciali Haſſiæ. Thuringiam cum Palatinatu Saxonico promiſerat *Frideric.* II. Imp. *Henrico* Miſnenſi, vivo adhuc familiæ ſuæ poſtremo *Henrico* Thuringo. Sic enim Cæſar in diplom. dat.

*Sophia novas movet turbas*,

*Bene-*

(r) l. c. p. 55. (s) chron. p. 96. B. (t) hiſt. cit. l. d. (u) diſſ. m. hiſt. VII. (vv) hiſt. Landgrav. c. 49. (x) chron. p. 98. B. (y) chron. p. 310.

*Summa Privil. Caeſ.* *Beneventi*, anno MCCXLII. *Conſiderantes Avunculi tui* Henrici, Landgravii Thuringiæ, & Comit. Palat. Sax., *dilecti conſanguinei noſtri, & dilecti Filii noſtri* Conradi, *Romanorum in Regem electi, petitionem* &c. *notum eſſe volumus univerſis, quòd Tibi poſt mortem Avunculi Tui* Henrici, *Landgrav. Thuring.*, duos Principatus ſuos, *videlicet* Landgraviam Thuringiæ, *&* Comitiam Palatii Saxoniæ, *& omnia alia feuda, quæ* à Nobis (audin' *Gudene?*) & Imperio *tenentur, cum ipſorum pertinentiis jure contulimus* feudali. Dat. ùt ſuprà ultimo Junii. Ceterùm amici Marchionis, interprete Anonymo Erfurtenſi, (z) *Domine Princeps*, ajebant, *terra Thuringiæ eſt* nobilis & opulenta, *non tradatis, nec dividatis. Et ſi non vult eſſe contenta* (Sophia) *de Haſſia, Vos eſtis potens in Myſna, in partibus orientalibus & in Thuringia, & poteſtis ei bene reſiſtere. Et ſi haberetis* unum pedem in cœlo, *&* alium in terra Thuringiæ, *illum de cœlo deberetis trahere ad alium, & retinere* Thuringiam, (Provinciarum Dominam & matrem villarum optimarum; (a)) *Et ſic illa Domina inconſolata permanſit, ſolis civibus* Yſenach *ſibi adhærentibus contra Marchionem, & ad terram cum filio ſuo properavit.*

1255. *Licentia primum ponendi lapidem in valle Joannitica,* §. 57. Sequente anno *Theodoricus*, Epiſcopus Numburgenſis, Marchio Miſnenſis, dabat licentiam P. *Gardiano* FF. Minorum *Iſenaci* primarium lapidem ponendi novæ cujusdam Eccleſiæ, quam *Ciſtertienſes* in *valle Joannitica* constructuri erant. Ecce bullulam!

*Ditricus*, miſeratione divinâ *Numburgenſis* Epiſcopus, dilecto in Chriſto Fratri *Gardiano* Minorum Fratrum in *Yſenaco*, ſalutem in Chriſto JEſu. Rogati ſumus per literas Fratris *Gardiani* de *Valle S. Joannis* Baptiſtæ, ut Vobis autoritatem daremus primarium lapidem ponendi ad cujusdam Eccleſiæ fundamentum, quam ipſe de novo conſtruere poterit, Chriſti fidelium auxilio adjuvante, cujus rei auctoritatem de noſtra licentia habeatis. Nos quoque de omnipotentis Dei miſericordia confiſi, omnibus ad prædictam ſtructuram ſuas eleemoſinas conferentibus XX. dies indulgentias de peccatis confeſſis miſericorditer relaxamus, literis verò poſt conſummationem operis minimè valituris. Datum in *Cyce* anno Domini MCCLV. Pontificatûs noſtri anno XII. feriâ VI. Aud. Domin.

*Moguntinus captus,* §. 58. Eodem anno cepit *Albertus* Brunſvicenſis propè *Boltſtedium Gerardum* Moguntinum, cumque eo multos Comites & Nobiles, quos inter *Conradus*, (b) non *Theodoricus*, (c) *Everſteinius*, patruus Epiſcopi, quem *Albertus*, tanquam vaſallum ſuum, ob multas contumelias ſibi factas, & quòd *violator eſſet ſacramentorum, quibus Duci ſuo adſtringeretur*, (d) *excelsâ de trabe juſſit ſuſpendi*, (e) *inverſo corpore, ſeu per pedes ad patibulum*, ùt Chronic. Citiz. *Comes de patibulo ſuſpenſus,* loqui-

(z) in hiſt. Landgrav. c. 56. (a) addit. ad Lambert. ad ann. 1263. (b) chron. Schauenburg. T. I. rer. German. Meibom. p. 511. & 533. (c) Krantz l. VIII. Saxon. c. 21. Dav. Chytr. L. I. Sax. p. 9. Spangenb. chr. Saxon. c. 259. (d) Krantz l. c. (e) idem l. c.

loquitur. (f) Hunc Albertum *Sophia*, viribus ſuis diffidens, ad partes
vocârat, & (num ſororem filiamvé ejus?) *Adelheidem Henrico*, puero ſuo,
Haſſiæ Landgravio, pacta erat. Dux bonum factum ratus, ferro & igne totam
vaſtat Thuringiam. *Wartburgum* Marchio tenebat, munitâ *Carlsbergâ* fortiùs &
*Fubachio*. Sequente anno *Bertholdus*, Archi-Presbyter B. Virginis, monaſterio in 1256.
valle *Joannitica* multa bona contulit. *Bartholomaus*, miſeratione divinâ SS. *bona S. Ioanni collata,*
Eccleſiæ Sanctorum Patriarcharum Abrahami, Iſaac & Jacob de valle *Ebron*,
ubi eorum corpora requieſcunt, humilis Epiſcopus, indulgentias conceſſit ei- 1257.
dem cœnobio. *Sophia* verò cum confœderato ſuo operâ *Iſnacenſium*, qui perti- *& indulgentia,*
naciter ei adhærebant, tria alia caſtra ſtruxit *Wartburgo* inimica, *Iſenachburgum* 1258.
putà, *Frauenburgum*, & *Mittelſteinium*. Inſtauraverint fortè hoc. Apud *tria caſtra*
*Bangium* (g) enim & *Rivandrum* (h) à *Franckenſteiniis*, qui ſedem ſibi fecerant *ſtructa,*
propè *Saltzungam*, circa ann. CCCCLIV. vel ſequentem in monte noſtro *Mittelſtein,*
Petrino conditum dicitur. Von dieſem Geſchlecht **Franckenſtein** (uno ore
loquuntur,) baute einer ein Schloß nahe bey Eiſenach **bey** (Rivander
habet **in**) S. Peters berg bey der Meilbrücken/und nennte es den **Mittel-**
**ſtein**/dann es zwiſchen (im Mittel) fünff (*Bang* habet **vier**) Landen gelegen
war/als Thüringen/Francken/Buchen/Heßen (non habet *Rivander*) und
Eichsfeld/ die alle auf eine Meile dran ſtoſſen/ da war aber Wartberg noch
nicht gebaut. *Crucíburgum* cepit & deſtruxit. Sentiens ergo Marchio, hæc & ce- 1259.
tera caſtra, quæ furum & latrunculorũ latibula erant, ſibi maximè nocere, de-
jecit ea, *Schauenburgum* ſcil. *Lüchtenvvald*, *Carlsbergam*, *Mittelſteinium*, *Iſenach-* *alia dejecta,*
*burgum*, *Molitteburgum*, *Rudolffſteiniũ*, (è regione *Iſnachburgi* conditum,) *Frau-*
*enburgum* & alia. Eodem anno dictus *Gerardus*, Moguntinus Antiſtes, licentiam *licentia eli-*
dedit *Gerardo Atzen*, ſuisq; confratribus eremiticis in valle *Joannitica*, ex ſuo a- *gendi Prælatum,*
liove Collegio canonicè eligendi Prælatum. Datæ ſunt literæ Erfordiæ III. Kal.
Sept. an. MCCLIX. Captô *Iſenacô* an. MCCLXI. (*Fabricio* placet ſequens, (i) *Cal-* 1261.
*viſio* (k) & *Letznero* (l) MCCLXIII.) ipſo die converſionis Paulli, juſſerat Mar-
chio neminem lædi, qui arma ſua poneret. *Wolfsbachius* verò, caninæ facundiæ *VVolfsbach*
ſtudioſus & Conſul, *Henrico* Miſnenſi ſemper inimicus, non tantùm autor ſua- *plectitur.*
ſorq; fuerat, ut *Brabantina* cum copiis Brunſvicenſibus in urbem duceretur, ſed
quoq; *Henricum* variis injuriis proſciderat. Hanc petulantiam puniturus Miſ-
nenſis, *Wolfsbachium* tympano per aërem miſit in urbem. Qui tamen tormenta
inter clamâſſe fertur: *THURINGIA DE JURE DEBETUR PUERO HASSO.* (m)

§. 59. Condiderat *Sophia* cum *Alberto* ſuo ad muros civitatis arcem, quam
ſpecioſo nomine **die Klemm** vocabat, quòd ex ea cives refractarios in angu- *arx Klemm,*
ſtiis atterere & frangere quiret, weil ſie die Bürger darauß hemmen und



(f) ad ann. 1242. (g) chron. p. 19. (h) chron. p. 28. (i) L. VI. orig. Sax. f. 582. (k) chronolog. p. 720. col. 2. (l) chron. Daſſel. l. III. c. 6. f. 76. (m) Fabricius l. c.

**Flemmen Fonte.** (n) Hanc *Joann. Fridericus* Senior, Dux & Elector Saxoniæ, nobili *Caſparo Teutlebio* J. U. D. , cum pertinentiis ſuis ac cenſibus in valle Joannitica, in feudum maſculinum tradidit. Accepit eandem hoc jure *Erneſtus*, Caſpari F., à *Joanne Caſimiro*, Sax. Duce anno 1588. d. 30. Januar. Hujus autem filius *Caſparus*, Toparcha in *Laucha* & majori *Sömmern*, Conſiliarius Coburgiaco-Iſnacenſis, circa annum MDCXX. arcem iſtam contulit *Joanni Eccarto*, Secretario Iſnacenſi, à quo *Joann. Erneſtus*, Dux Saxoniæ, obtinuit, redditâ *Eccarto* dimidiâ molæ parte in *minori Lupnicio*. Fecit Princeps ex ea domum venatoriam. Hinc M. *Joann. Lanius* Hersfeldenſis, P.L.C. in eam ita: (o)

> *Quondam quod* caſtrum , *nunc* venatoria *in urbe*
> *eſt* domus, *& requies nocte dieq;* canum.
> *O ſors inconſtans! tot clades intulit olim*
> Iſnaco, *à* canibus *nunc iterum premitur.*

1263. *Albert capitur,* §. 60. *Albertus*, ſorte ſuâ elatus, plus ultrà graditur in Miſniam, *Henrico* Marchione accerſendorum auxiliorum gratiâ in Bohemia morante, eamq; rapinis & incendiis vexat. Sed *Rudolſus* Pincerna, *Vir potens & bellicoſus*, collectâ ociùs manu obviam ivit ferociori, nec ceſſavit fortiſſimus *Vargula*, donec *Albertum*, fuſi exercitûs Ducem, publicum victoriæ ſpectaculum, ſecum traheret. *cum aliis,* Capti ſimul duo Principes Anhaltini *Heinricus* & *Otto*, *Henricus*, Comes Schwerinenſis, *Joannes* Eberſteinius, & Equites, quos *auratos* vocant, novem, gravioris armaturæ quingenti ſexaginta ſex, præter alios innumeros. *Sophia icta ſapit,* Ex hoc demum bello bella & ſtabilis naſcebatur pax. Neque enim poſt hanc cladem *Brabantina* armis rem experiri voluit aut potuit. *pretium Alberti,* *Albertus* pro pretio libertatis ſuæ dabat victori ſuo *Eſchvvegam*, *Allendorfium*, *Witzenhuſium*, *Fürſtenſteinium*, *Eichburgum*, *Arnſteinium*, ( Ludwigſteinium ) *Biſchopſteinium*, Bilſteinium,) *Wannefriedam*, ( Sontram ) & *Zigenbergam*, ( Volſteinium,) arces & oppida ad Vierram & Viſurgim ſatis munita, ceteros captivos quatuor millibus ſexcentis decem & octo ſeſtertiis redimens. Quod tamen modeſtiſſimus Victor Marchio ita temperavit, ut *Henrici* Cattorum Principis nuptæ hæc loca dotata eſſe juberet, cum 2000. marc. argenti, *Sophia* verò pro ſe & Henrico ſuo, futuriſque heredibus, omni juri & prætenſioni, quod aut quam in Thuringiam ſibi habere videbatur, ſolenniter renunciaret. *Paul. Lang.* ita: (p) *Tandem* Albertus, Alberti *Senioris F., Miſnam armatus intravit, ſed victus & captus eſt. Hinc inter Marchionem* Henricum *prædictum, & filium ſuum, &* Sophiam *Landgraviam, ac filium ſuum, quem, ùt dixi,* ex Brabantia *ſecum adduxerat, facta eſt concordia, & tractatum, quòd* Otto, *filius* Alberti *præfati Ducis capti, deberet dare* octo caſtra *pro Patre ſuo, quæ ſita ſunt propè*

(n) Calviſ. l. c. ad ann. 1260. (o) in deſcript. Aulæ Iſnacenſ. edit. anno 1631. p. 96. (p) in chron. cit. ad ann. 1259.

*propè* Weſeram *fluvium, & inſuper* octodecim millia marcarum argenti puri *pro captivis.* Et *hæc data ſunt* Sophiæ *& filio ſuo, ut eſſet contenta, & reſignaret omne jus, quod ſe dicebat habere in Doringia; quod & fecit cum filio. Et ſic* Henricus *pro ſe & heredibus ſuis nactus eſt Doringiam. In additionibus chronic.* Lamberti, *quas* Erfordiæ *vidi, habetur, quòd ſuprà dictus* Albertus, *Dux Brunſvicenſis, captus ſit anno Domini* MCCLXIII. *& per annum captivus tentus, anno Domini* MCCLXIV. *ſe redemerit* octo millibus marcarum & octo munitionibus. Sic novennale diſſidium extinctum eſt, & Thuringia ab Haſſia, quæ hucuſque ſub unius Provinciæ Principatu CCIX annis conjunctim ſteterant, avulſa, quælibet à ſuo Domino regi cœpit, factâ demum partitione, ut *Henrico Infanti* cederet *Haſſia*, Marchioni autem *Thuringia*: (q) firmato etiam fœdere hoc perpetuo, ſi quæ deinceps familia in maſcula prole deficeret, ut omnes hujus fortunæ ad ſuperſtitem alteram tranſirent, quod *Rudolf.* & *Sigiſmundus* confirmârunt, quorum Impp. literæ adhuc in manibus ſunt.

***Thuringia ab Haſſia avulſa,***

1264.

***Henric. Illuſtris Landgrav., uxores ejus, Conſtantia,***

§. 61. Ita *Henricus Illuſtris*, ob virtutis & divitiarum famam ſic dictus, Marchio Miſnenſis, extinctâ Comitum Provincialium Thuringiæ familiâ in *Henrico* Rege, primùm factus eſt Princeps, ſub titulo Landgravii Thuringiæ, & Palatini Saxoniæ. Duxit tres uxores, (1) *Conſtantiam*, Cruſius vocat (r) *Conſtantinam*, *Leopoldi* VIII. Auſtriaci filiam, anno MCCXXXIV. ex qua genuit *Albertum* & *Theodoricum*, cognomento *Sapientem*, Oſterlandiæ & Landsbergæ Marchionem. Expulerat *Ludovicus* VI. ſororem ſuam, *Henrici* Matrem, cum *Poppone* marito ob cauſas ſuprà nominatas, (s) totâ Miſnenſi ditione. Antequam verò diſcederet *Jutta*, *Leopoldo* Auſtriaco oppida, à marito priore, propter amplitudinem dotis accepta, oppignoravit, à filio, quem ipſi ſimul commendavit, aliquando vel redimenda, ſeu cum filia *Leopoldi* in dotem accipienda. Inde Marchio robuſtior factus duxit *Conſtantiam*, quæ anno MCCLXII. VII. Jul. deceſſit. (2) *Agnetem* (Cruſ. (t) habet *Hedervvigam*,) *Ottocari*, Bohemiæ Regis F. Hanc illi præponit *Wolfgang. Craus* à *Guntzenhauſen.* (u) Quæ an pepererit, dubium eſt. Licèt enim alii duas ejus nominent filias, *Adelheid.* & *Hedervig.*, utramque monialem Weiſenfelſenſem, aſſerit tamen *Layritzius*, primô connubii annô (MCCLXVIII. XIII. Sept.) eam obiiſſe; niſi credas, peperiſſe gemellas. *Fabricius* verò iſtam *Adelheid.* & *Hedvvig. Theodorici*, Henrici F. filias facit. Hæc *Agnes* fuit, cui angelus porrexit ſcyphum aureum, & cùm bibiſſet, dixit: *heu! quàm amarus potus eſt.* Ita, reſpondit Angelus, *amara erit potio tua, ſed Dominus te non derelinquet*, & brevi pòſt deceſſit. (vv) (3) *Eliſabetham Maltiziam* (non *Miltiziam*, nec *Lichtenſteiniam*, (x)) nobilem Miſnenſem, ex qua natus *Fridericus*, quem vulgò *puſillum Marchionem* vocant; Peccenſtein (y) addit *Hermannum.* Omnes

***Agnes,***

***Eliſabetha,***



cubant

(q) Sifr. Presbyt. L. II. epit. ad ann. 1260. Hiſt. Landgrav. c. 61. ſeq. (r) in chron. Miſnic. p. 17. (s) §. 42. (t) l.c. (u) l.c. p. 78. (vv) Lamb. Schafnab. ad ann. 1268. (x) Cruſ. chron. cit. p. 18. (y) Th. Saxon. c. 10, p. 125.

cubant in illuſtri monaſterio *Cellenſi* Ord. Ciſtercienſ. quod fundârat *Henricus Munificus* in Luſatia ſuperiori. *Divitiis & gloriâ omnes Germaniæ Principes antê-ibat, eratq́;* largus *valde* & munificus, *multâ militum famulorumq́; catervâ munitus, ſemper hilaris, ſemper vivens in magnis deliciis & honore. Hic non ſolùm* Baronibus *&* militibus, *&* Capitaneis, *&* famulis ſuis, *imò etiam aliis* Principibus *&* Nobilibus victum & pretioſum veſtitum abundanter & largiter *tribuebat.* (z) Curarum tandem Reip. pertæſus, ad tres filios ſuos *Albertum, Theodoricum,* & *Fridericum* eas devolvit, ut autoritate ſuâ concordiâ, quæ fratres inter rara eſt, conſuetudine intra conſtitutos terminos imperandi, adhuc vivus ſtabiliret,

1265. *dividit regiones ſuas,* omnesq; regiones ſuas, præter *Miſniam* & *Luſatiam* ſibi reſervatam, in 3. Diœceſes diviſit, ut *Alberto* Thuringia cum Saxoniæ Palatinatu, Landsberga cum Oſterlandia, (qua de legi meretur *Schvvartzii* diſſertatio, (a)) *Theodorico*, Dresda, Hana, & alia quædam oppida *Friderico* parerent. (b) Hiſt. Landgr. (c) tantùm *Alberti* & *Theodorici* meminit. Deniq; ipſe *Henricus*, à virtute bellica etiam

*& obiit,* *malleus* dict⁹, an. MCCLXXXVIII. d. vx. (xxv.) Febr. ætatis ſuæ LXXI. ivit, quò nos tendim⁹ omnes. Quieſcit juxta conjuges ſuas in cœnobio Vetero-Cellenſi.

1268. *Synodus Iſnacenſ. Alberti conjux & filii,* §. 62. An. MCCLXVIII. prima Synodus *Dominicanorum* hîc habita, præſente *Alberto* & conjuge ejus *Margarita.* (d) Erat hæc *Friderici II.* Imp. Filia, quæ in dotem attulit Altenburgum terramq; Pliſnenſem, (e) *Friderici* atq; *Theodorici*, vulgò *Ditzmanni*, mater. *Cruſius* (f) addit *Henricum*, & tamen in *originibus Domûs Saxonicæ* (g) ſui prorſus immemor, tantùm duos nominat *Fridericum* & *Dizemannum*. Sed faſtidire eam cœpit *Albertus* ob pellicem ſuam *Cunegundam Iſenburgicam*, ut etiam optimam Sociam è medio tollere meditaretur. Selegit

*vult uxorem occidere, ope mulionis,* ergò in expeditionem ſceleris agaſonem quendam, aquæ lignorũq; vectorem, hominem ſimplicem, eumq; promiſſis oneratum & juramento ſibi obſtrictum nefariò inſtruit conſilio, ut ſpectrum ſimulans cubile *Margaritæ* introiret, ad quod *Cunegunda* ipſi factura eſſet aditum, ibiq; dormientem illam derepente ſtrangularet, quò à Cacodæmone enecata crederetur. Mulio à *Cunegunda* intromiſſus primùm ſe abdidit, dein, excitato modicè ſtrepitu, præſentiam ſuam Margaritæ indicabat, & procumbens in genua manantibus genis gratiam Dominæ implorans, demandata ſibi ordine explicuit omnia, ſuadens, ut ociùs fugeret, ſe quoq; malle periculi eſſe ſocium, quàm tanti ſceleris conſcium. Vocantur ergo parvuli, queîs oſcula fixit calidiſſimis lachrymis conſperſa. Utq́ue ſenior, *Fridericus*, perpetuum paterni amoris obſidem haberet, mirabili animi motu genam ejus mordicus deprêndit, impreſſisq́; digitis ſauciavit, inde ADMORSI nomen accepit; eandem notam impreſſura juniori *Theodoro*, ſi permi-

1270. *at elabitur,* ſiſſent adſtantes. Demiſſa ergo funibus Wartburgo in petram, è qua deſcendit in terram. Ortâ jam luce properavit *Krayenbergam*, ubi Præfectus Abbatis Hersfeldenſis reverenter exceptam deduxit Fuldam ad *Bertholdum* II. Hic

porrò

(z) Sifried. Presbyt. L. II. Epitom. ad ann. 1231. (a) Lipſ. 1691. (b) Vid. Peifer. L. IV. Lipſ. p. 434. (c) c. 63. (d) & c. 64 (e) Cruſ. chron. Miſnenſ. p. 18. (f) l. c. p. 19. (g) p. 80.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

porrò Francofurtum ad Mœnum, ubi anno ſequente in cœnobio *Catharinia-no* deceſſit, à *Wernero* Moguntino regio propemodum apparatu ſepulta, & à S.P.Q. benignè & honeſtè ſemper (dum viveret) habita. (h) *Inclyta*, ait Sifried. Presbyt., (i) *& nobiliſſima Princeps* Margaretha, *Filia Imp.* Friderici, *Thuringiæ Landgravia, cùm multas contumelias & comminationes, etiam mortis, à marito ſuo Landgravio* Alberto *indignè pertuliſſet, tandem exiſtens in caſtro* Wartbergo, *ſuffragio cujusdam militis,* (Alberti Pincernæ de Vargula,) *per murum in ſporta de altiſſima rupe ejusdem caſtri demiſſa, cum duobus tandem pediſſequis & duobus camerariis fugam iniit. Ipſa namq; inter ceteras pediſſequas ſuas unam habuit, quæ* Cunegundis de Iſenberg *vocabatur, quam idem Landgravius amans, & cum ea frequenter adulterans, filiam Cæſaris exoſam habuit & deſpectam. Abbas* Fuldenſis *dictam Filiam Imperatoris fugientem uſque ad* Francofurdiam *deduci fecit, ubi à civibus honorificè ſuſcepta & pertractata, ibidem defuncta eſt, & honore regio tumulata.* Neſcio igitur, cujus oſcitantiâ fœdus iſte error in *colloquia menſalia Lutheri* irrepſerit, ubi hæc hiſtoria *Ludovici Salii* conjugi tribuitur. (k)

*obit,* / *error,*

§. 63. Interim ἄστοργος iſte pellicem ſuam *Cunegundam* publicè habebat pro conjuge, proque tali ab omnibus honorari juſſerat. Suſcepit ex ea *Apollonium*, (al. Albertum, & Ludovicum) vulgò *Apetz*, quem heredem Thuringiæ inſtituerat. Parùm etiam abfuit, quin filios ſuos ex *Margarita* genitos oppreſſiſſet. Sed *Theodoricus*, Frater *Alberti*, orphanos iſtos ad aulam ſuam vocatos non tantùm periculo, in quo verſabantur, exemit, ſed etiam paterno amore conſtanter eos complexus eſt, & præclarè inſtitui curavit. *Fridericum* jam adultum in caſtra & aciem ſecum eduxit, ubi illuſtria virtutis tyrocinia fecit, commiſſis aliquot prœliis cum *Anhaltino*; ſtipendia quoq; meruit ſub *Wenceslao*, Bohemiæ Rege, contra Polonos. Magna apud exteros de hoc adoleſcente ſpes ob memoriam Avi. Erat *Theodorico* Marchioni unicus filius *Fridericus*, ex *Helena* Brandenburgica, *Joannis* I. Filia, à linguæ balbutie *Tutta*, ſeu *Theut*, dictus. Quô defunctô, cùm ſucceſſionem *Alberti* Fratris odiſſet, metuens, ne pelleret filios, quòd iis prælatus eſſet ſpurius, (quæ degener ἀστόργου ſoboles ceteris injuriam matri factam ſemper refricuit,) teſtamentum condidit, in quo, expoſitis antè Miniſterialibus & Ordinibus ſuis facti cauſis prægnantiſſimis, Filios Fratris adoptavit, eosq; heredes Myſorum inſtituit. Illi bonâ fide ſpopondêre, quò-res-cunque caderet, ſe non alios Dominos recepturos unquàm.

*Cunegundæ honor,* / *filii Alberti bene educati,* / *fiunt heredes Theodorici,*

§. 64. Anno MCCLXXI. XV. Kal. April. accidit *ſcelus nefandiſſimum* (voce Veterum) *& à diebus æternitatis inauditum*, quòd *Berthous* II. à *Leipoltz*, *ſtrenuus & utilis Rector populi ſui, cultor ac amator pacis*, (l) Abbas Fuldenſis XLVI., dignitatis ſuæ anno decimo, fœdo Vaſallorum latrocinio inter di- 1271.

*Abbas inter ſacra occiſus,*

 vina

(h) vid. D. Alberti, Prof. Lipſ. diſſert. de hoc Friderico Admorſo, habit. 1675. (i) L. II. ad annum 1270. Hiſt. Landgrav. c. 65. (k) c. 45. p. 436. (l) addit. ad Lambert. ad ann. 1271.

vina ſacrilegè occiſus ſit, cujus triſtiſſimi casûs originem latiùs narrat *Brovverus*. (m) Nomina ſicariorum notavit *Hiſt. Landgrav.* (n) & *Eberhard. Fabricius*, (o) diſtinctiùs verò *Brovverus*. p) Erant ſcilicet *Henricus* & *Albertus* Ebersbergii, *Geiſo* Steinavius, dictus Steinrück (cujus poſteri adhuc in inſignibus ſuis tres rotas gerunt cum tribus novaculis,) *Albertus* Brandavus, *Eberhardus* de Spala, *Conradus* & *Berthous* Luppelini Germani, *Conrad.* Raſtor-
1272. fius & alii. Sequente annô die Palmarum, cum conſenſu filiorum filiæque
*liberalitas* *Agnetis*, quæ deinde nupta fuit *Henrico Mirabili*, Duci Brunſvicenſi, monaſte-
*Alberti*, rio *Walckenredenſi* multa & inſignia bona contulit *Albertus*, (q) uti ſuperiori
1275. annô donârat cœnobio *Portenſi*. (r) Anno MCCLXXV. filia *Henrici*, Haſ-
*Princeps decollata*, ſiæ Landgravii, à Bavaro Duce, conjuge ſuo, capite plexa dicitur. Verùm
*nimis præcipitanter*. (s) Pro pœnitentia monaſterium *Fürſtenvvaldenſe* Ord. Ciſtercienſ. fundatum eſt. *At chronic. Citiz.* (t) *Bucelin.* (u) & *Aventinus* (vv) *Mariam* iſtam, *Ludovici* Ducis uxorem, *Brabantinam* vocant, cœnobiumque
*monaſt. Fürſtenfeld*, ab illo conditum *Fürſtenfeld*. Sequente anno *Albertus* cum Fratre ſuo *Dite-*
1276. *rico* Antiſtitem Magdeburgicum, *Conradum Sternebergium*, in fugam conje-
*dolus Epiſcopalis*, cit. Hic verò ſub ficta amicitia *Albertum* egregiè fefellit. (x) *Fridericus*, cognomentō *parvus*, *Henrici* illuſtris ex *Maltizia* filius, precibus Patris, à *Ru-*
1278. *dolfo* Imp., quòd impare genitus foret matrimonio, dignitatem Principis nactus, poſſedit *Haynenſem* Præfecturam, circulum & urbem *Dresdenſem*, tùm
*Dresda erepta, recepta, vendita*, Præſulis Miſnenſis feudum. Dresdam enim ſibi ereptam, atque *Wenceslao* II., Bojemiæ Regi, ab *Alberto* fratre datam, recepit, eamque *Woldemaro* Brandenburgico, acceptis undecim marcarum millibus, ad vitæ dies vendidit: ſeptem marcas ſtatim accepit, reliquas deinde exſolvebant *Budiſſinenſes* & *Görlicenſes*.

1279. §. 65. *Otto* I. & Senior, Comes *Kirchbergenſis*, *Tidericum* & *Wittigium*, Fratres de *Conditz*, ſibi in *jure Smurdorum* ab antiquo adſtrictos, è ſervitute manumittit. Quas literas integras ſubjiciam, ut habeant Curioſi occaſionem
*jus Smurdorum*, ſcrutandi, quodnam fuerit *jus* iſtud *Smurdorum*;

Nos *Otto*, Burggravius de *Kerchberg*, de pleno noſtro arbitrio omnibus hoc ſcriptum intuentibus notum eſſe volumus, quòd Nos *Dietrichen* & *Wittigen*, Fratres de *Conditze*, ex ipſorum ſervilitate, nobis in JURE SMURDORUM ab antiquo adſtrictos, manumittimus à tali latè & liberè ſervitute, & conferimus ipſos cœnobio Sanctimonialium in *Kappelndorf*, daturos ipſos ſingulis annis ſolidum denariorum in feſto B. Michaëlis monetæ illius fori. In hujuſ-

(m) L. IV. Antiquit. Fuld. p. 311. (n) c. 67. (o) in Glor. Fuld. p. m. 141. (p) l. c. (q) Eckſtorm. in chron. Walckenried. p. 103. ſeqq. (r) Pertuch. chron. Portenſ. L. I. p. 55. ſeq. (s) hiſt. Landgrav. c. 69. (t) ad ann. 1260. (u) German. ſacr. P. II. p. 35. B. (vv) annal. Bojor. L. VII. p. 429. (x) hiſt. Landgrav. c. 70. Conf. Sifrid. Presbyt. ad ann. 1275.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

huju ſmodi manumiſſionis teſtimonium perennale, & ut talis donatio à noſtris inpoſterum non poſſit oppugnari, præſentem literam fecimus conſcribi, & noſtro ſigillo fecimus corroborari. Hujus rei teſtes ſunt *Meinhartus* de Leſten, *Gotfridus* miles de Kirchberg, *Henricus* miles de Jene, *Albertus* de Schvvabenhuſen, *Wiricus* de Kirchberg, *Th.* Dize, & alii plures fide digni. Datum in caſtro noſtro *Wintberg* anno Domini M.CC.LXXIX. ſexto Idus Junii.

*Smurdi* utique genus *Slavorum* & *Soraborum*, ad Salam habitantium, fuerint, qui à Germanis in ſervitutem redacti, quos inter etiam *Suardi* & *Suardones* numerantur, (y) nec non *Varini* & *Suarini.* (z) Suſpicatur vir aliquis Eruditus, pro *Smurdorum* legendum eſſe *Svvurborum.* Ceterùm ipſe judicat, genus quoddam Slavorum, præſertim *Soraborum*, hîc intelligendum eſſe, qui in antiquis documentis *Suurbi* & *Svvurbi* dicuntur. Interim de *Smurdis*, ſeu jure eorum, nec apud *Schottel.*, (a) aut in Gloſſar. & Dictionar. *Lindenbrog.*, *Goldaſt.*, *Speelmanni*, *Wendelini*, *du Freſne*, *Hofmanni*, *Somneri*, & aliorum quicquam reperies. Hinc Jus *Smurdorum* Jus *Svvurborum*, ſeu *Soraborum*, eſſe dicit, ut ſit ſenſus literarum: *Condizios* iſtos à jure *Sorabo-Wendico* nunc eſſe exemtos. *Autor Colloqu. menſtr.* (b) ait: binos iſtos fratres è *Kirchbergicis* Slavis fuiſſe natos. Notum enim eſt, conſtatque inter omnes, quàm cruenta prœlia Slavi cum Germanis geſſerint, licèt cum interitu ſuorum. Capti enim & in miſerrimam ſervitutem tracti publicè venibant ubivis, inde adhuc mancipia dicuntur *Slavi.* Ut ita per *jus Smurdorum Otto Kirchbergicus* intellexerit jus ſervorum in Germania uſitatum, & ita *Smurdorum*, ſeu *Svvorborum*, vel *Suardorum* rectiùs legi debeat, ſiquidem adhuc pauperculum & miſellum vocitamus einen armen Schwardten. Sed de his fortè fuſiùs, σὺν Θεῷ, in *Hiſt.* mea *Kirchbergica.* *Smurdi.*

§. *66.* Propullulârant hactenus diſſidia in monaſteriis *Vallis Georgianæ* & *Joannitica*, quæ *Albertus* ita diremit & approbavit, ut jus Patronatûs Eccleſiæ S. *Joannis* penes ipſam maneret perpetuò. Teſtes hujus reformationis & donationis erant *Heinricus*, Præpoſitus S. Nicolai in Yſenache, *Albertus* Præpoſitus in Cruceborg, *Conradus* Plebanus S. Georg. in Iſenache, *Heinricus* Plebanus S. Mariæ ibid., & alii quàmplures tàm Clerici quàm laici. Acta ſunt hæc in Iſenache anno MCCLXXX. pridie Non. Jan. Eôdem annô Idem *Albertus* licentiam dabat univerſis, Clericis & Laicis, cujuſcunque dignitatis ſtatûs ve forent, cum mobilibus & immobilibus ſuis rebus in valle *Joannitica* habitandi, recipiens eos in protectionem ſuam ſpecialem. Subnectemus integras literas. 1280. *tranſactio vallis Georg. cum Ioannitica.* *licentia in valle S. Ioannis habitandi.*

Quia

(y) Brotuff. L. I. chron. Merſeburg. (z) conf. D. Pregizer. diſſ. ſecund. de Gent. & Regn. Europ. primar, ex Suevis p. 43. ſeq. (a) in ſing. libr. de jurib. Veter. Germanor. (b) ann. V. p. 87. ſeq.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quia caritatis dona ac ſpiritualis converſationis opera his volumus erogare, quos ſinceræ mentis devotio ſtudioſiùs efficit impetrare, unde Nos *Albertus*, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius, & Saxoniæ Com. Palat., univerſis Chriſti fidelibus has literas inſpecturis volumus eſſe notum, quòd, propter ſpiritualem favorem, ad Dominos & fratres Vallis *S. Joannis* habitum, & contractum *in catena puræ dilectionis*, quâ ipſis adſtricti ſumus, indulgemus, concedimus, & fideliter volumus, ut perſonæ nobis attinentes, vel noſtris civitatibus, villis & oppidis commanentes, cujuſcunque ſint conditionis, ſeu dignitatis, ſeu Clerici ſive Laici, qui ſe cum ſuis rebus mobilibus, ſive immobilibus, valli S. *Joannis* gratiâ commanendi obtulerint, ſive in habitu religioſo, ſive habitu ſeculari, à Nobis liberam & plenariam habeant poteſtatem, permittentes eisdem fideliter eſſe & haberi ſub noſtra protectione & tuitione ſpeciali, adjungentes, ut quicunque ſæpe dictos verbo, opere, vel facto promoverit, *noſtram conſequi amicitiam & favorem ſpecialem*, qui verò, quod abſit, indebitè invaſerit, vel turbaverit in rebus, vel perſonis, noſtram offenſam promereri debeat. Et ut donatio & tam ſollempnis conceſſio firma & inviolabilis perſeveret, noſtrum ſigillum huic ſchedulæ duximus apponendum. Dat. anno Domini MCCLXXX. pridie Non. Auguſt.

1281. *bellum inter Patrem & filios*, §. 67. Nunc Ilium fumat! Sævit in viſcera ſua *Albertus* crudeliter, in *Fridericum* & *Theodoricum*. Hi verò in lumbos recalcitrant, è quibus prodierunt. Nobilis bolus erat, quem Marchio utrique dederat, hunc ut præriperet Parens, omni contendit niſu. Rem ordine recitabit *Langius*. (c) Albertus, *Landgravius Doringiæ*, potens & magnus, *habuit fratrem Henricum* (Theodoricum dicere debebat,) *qui dominabatur in Marchia Miſnenſi & Luſatiæ provinciis. Is vicinus morti prædictos nepotes ſuos, Fridericum & Theodoricum, ad ſe venire juſſit, hisq; multis Proceribus & Nobilibus adſtantibus, omne Miſniæ, Luſatiæ* & Libonotriæ *imperium reſignavit, deditq;, cùm heredem alium non haberet. Sicq; Princeps pius his ordinatis quievit in pace. Quod Pater eorum* Albertus *audiens, vehementer indignari cœpit contra filios, ſeq; Fratris Succeſſorem eſſe allegans, & verum bonorum ſuorum heredem. Et niſi ſpontè cederent terris, eos bello & vi profligare minabatur. Verùm filii minas Patris floccipenderunt. Cùm enim ambo eſſent* ſtrenui, & multâ probitate decori, *à cunctis Satrapis & terræ Nobilibus, omni denique populo, ſummo diligebantur affectu. Et quia habuerunt amorem omnium*, & militiam fortem & bellacem, copioſumque peditum exercitum, *Albertum Patrem multis prœliis ſuperârunt unà cum Marchione* Brandenburgenſi, *quem conductum Albertus contra filios miſerat, licèt magna damna in villis & agris fecerit. Anonymus Monachus* ita: (d) *Gravis guerra orta eſt inter Seniorem Landgravium* Albertum *& filios ejus, civibus Erphordenſibus aſtantibus* Land-

(c) chron. Citiz. ad ann. 1293. (d) in addit. ad Lambert. Schafnab. ad ann. 1281.

*Landgravio ſeniori, quibusdam verò Miniſterialibus adjuvantibus partem junioris Landgravii: in qua etiam guerra Dominus* Chriſtianus, *Epiſcopus domûs Teutonicæ, captus eſt à juniore Landgravio, & aliquandiu detentus in caſtro* Slacheim; (Schlotheim,) *qui tandem coactus redemit ſe cum CCC marcis. Quô ſolutô, & ipſe junior Landgravius captus eſt* ( Fridericus ) *à Comite de* Kevernburch, & *traditus eſt Patri ſuo, qui per integrum annum detinuit eum in caſtro* Wartberck *juxta* Yſenacum, *donec à quibusdam commilitonibus ſuis & ſervis, noctu furtivè caſtrum intrantibus, eundem captivitate viriliter eripuerunt.* Idem dicit *Autor hiſt. de Landgraviis.* (e) Quid autem *Libonothria*, ſeu *Libonothia*, *Libonotria quid?*
aut *Libonotria ?* Oſterlandia olim ſic dicta. Verùm malè derivatur à *Libonotho*, fortiſſimo belli Duce ſub *Arminio*, cujus operam fidemque magni æſtimavit, ut, expulſis Hermunduris, eundem *Oſterlandiæ* donârit terrâ; rectiùs fortè à duobus ventis λὶψ & νόϑος ( auſter & Africus ) deducitur. (f) Volunt nonnulli, anno MCCLXXXII. ſeu tamen ſequente, *Theodoricum*, 1282.
Oſterlandiæ & Landsbergi Marchionem, extinctum eſſe, & *Seuſelizii* in cœnobio, ad Albim à ſe condito, ſepultum. *mors Theodor. March.*

§. 68. Sequente anno *Albertus* omnia privilegiorum chirographa Urbi 1283.
noſtræ data innovavit & confirmavit, ut jacturam iſtam, quâ unà cum æde *Georgiana* anno MCCLXI. cuncta in fumum abierant, ſuppleret.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Quoniam omnes generationes humanæ conditionis de medio hujus terrenæ habitationis diverſis modis tranſeunt, aliæ velociter conſurgunt, unde ſequitur, quòd oblivio dirimit omnia, quæ in mundo fiunt, præter illa, quæ Scriptorum elucidationibus & ſtabili literarum fulciantur firmamento. *Privilegia urbis innovata & confirmata.* Nos igitur *Albertus*, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius & Saxoniæ Com. Palatin., notum facimus univerſis tàm præſentibus quàm futuris, quibus præſens ſcriptum fuerit demonſtratum, Quòd Nos omnia jura & inſtitutiones antiquarum libertatum *prædilectis & fidelibus noſtris Burgenſibus de Yſenach* contradimus & donamus ſub hâc formâ, quemadmodum ab Illuſtri Principe Domino *Henrico* Landgravio, noſtro Avunculo, dilecto B. memoriæ, & ab univerſis Landgraviis, noſtris Prædeceſſoribus, tradita & donata ſunt, eôdem modô prædicta jura ſemper à Nobis inviolabiliter obſerventur.

PRIMUS itaq; modus talem libertatem introducit, quòd quilibet ad civitatem noſtram *Yſenach* liberè accedat & recedat, poſſeſſionem ſuam & omnia bona ſua, tàm hereditaria, quàm feudalia, ſecundùm beneplacitum ſuum vendat, &, ùt jus forale poſtulat, venditor unum ſolidum, (Schilling) emtor ſex denarios, (Pfenninge) præſentibus Scabinis, Villico (Schulteiſſen) ſolvat. I.

SECUNDUS modus libertatis talis eſt, quicunq; prædictam noſtram civita- II.



(e) c. 71. (f) vid. D. Sagittar. corollar. V. ad hiſt. Eccardi II. Miſn. March. & Schwartzii Oſterland. ver. 5. 6. ſeq.

civitatem per annum unum & diem inhabitaverit, non requiſitus ab aliquo, cujuſcunque conditionis ſit, noſter liber civis ſemper habetur. Si autem infrà finitionem illius anni ab aliquo impulſus fuerit, & in forma judicii coram noſtro Præfecto & Scabinis victus fuerit, ſecundum quod dictaverit ordo juris, tamen Actori nequaquam eſt præſentandus, ſed omnes portæ civitatis aperientur, in pace recedat, quocunque velit.

III. TERTIUS modus libertatis tale jus pronunciat; Si perpetrator homicidii, ſeu vulneris, vel qualitercunque exceſſerit, aufugerit, uxor ejus & liberi ſui per circulum unius anni & diei, donec idem malefactor gratiam noſtram recuperaverit, ipſius poſſeſſionem illæſam tenebunt, & abſque omni perturbatione & penitus ſine damno.

IV. QUARTUS modus libertatis hoc declarat: Si quis homicidium commiſerit, aut ſtuprum, vel violentiam fecerit, aut in quocunque caſu exceſſerit, ædificia ſua non ſunt deſtruenda, ſed omnibus modis illæſa permanebunt.

V. QUINTUS modus libertatis illud jus inducit: Quicunque civitatem noſtram memoratam inhabitaverit, & in ea hereditatem habuerit, de qua ſingulis annis quinque ſolidos recipit, ſi forſan idem aliquam inſolentiam fecerit, propter hoc in cyppum (in einen Stock) non ponendus, neque in vinculis detinendus, ſed ſtare juri ſub titulo ſuæ hereditatis ſe obligabit.

VI. SEXTUS modus libertatis proteſtatur: Si aliquis Burgenſium, quâcunque neceſſitate ingruente, domum, vel curiam comburgenſis ſui intraverit, in fugam converſus, illæſus & abſque omni gravamine intus manebit: ſed hoſpes domûs pro ipſo reſpondebit, ſeu ipſum ad cenſuram juſtitiæ reformabit.

VII. SEPTIMUS modus libertatis publicè manifeſtat, quòd nullus extraneus præfatos noſtros cives vel vadimonio, ſeu cauſa conventionali aliquâ impugnare præſumat, niſi primò coram noſtro Villico & Scabinis noſtris ipſos in facie judicii conveniat, ſecundùm quod dictaverit forma juris.

VIII. OCTAVUS modus libertatis tale jus enarrat: Si quis Burgenſium in recenti facto non deprehenditur, de quacunque re incuſatus fuerit, ſub ſuæ hereditatis cautione vinculis non detentus, uſque ad debitum diem de impoſita ſibi culpa, quemadmodum jus exigit, coram noſtris Scabinis ſatisfaciat.

IX. NONUS modus libertatis hoc teſtatur: Quicunque extraneorum, vel advenientium, emit in præfata noſtra civitate vina, frumentum, bernas, cereviſiam, vel hujuſmodi mobiles res, talis negotiator non dabit ducatum, (Geleit/) ſed theloneum, (Zoll) ſicut ab antiquis eſt conſuetum.

X. DECIMUS modus libertatis talis eſt: Quod nullus extraneus noſtros cives

cives prædictos duello poteſt impetere, quicunque interveniat eventus, aut de quacunque cauſa fuerint inculati.

*Item* recognoſcimus, tenore præſentium publicè proteſtantes, quòd nemo infrà murum prædictæ noſtræ civitatis *Iſenachæ* aliquem duello poteſt impetere, niſi tantùm pro homicidio, ubi mortua manus interfecti coram noſtro Præfecto & Scabinis demonſtratur. XI.

*Item* quicunque occaſione litis gladium ſuum evaginaverit, & nullum vulneraverit: Si juſto judicio de illa inſolentia convictus fuerit, quinque ſolidos denariorum ( fünff Schilling Pfenninge ) villico dabit, & gladium, quem evaginaverit, tamen gratiâ Villici mediante. XII.

*Item* declaramus, quòd Burgenſium prædictorum communitates infrà civitatem & extra civitatem, in plateis & in vicis, in viis & in ſemitis, nullus occupare præſumat, niſi fuerit de conſenſu & bona voluntate ipſorum. XIII.

*Item* narramus literas per præſentes, quòd nullus prædictorum civium, dives vel pauper, magnus vel parvus, ab aliquo noſtro Sculteto, ſeu Officiali, vel ab aliqua noſtra familia moleſtias, vel aliquas perturbationes, contra juſtitiam ſuſtineat quocunque modo. XIV.

*Item*, quicunque de exceſſibus ſuis & malefactis majoribus & minoribus Nobis & noſtro Villico, & actoribus, ſecundùm conſuetudinem civitatis prædictæ, ſatisfecerit, nunquàm de cetero prædictam cauſam Nobis vel aliquibus emendabit. Der ſoll fort nimmer die vorgenandte Sache von jemand büſſen. XV.

*Item* decrevimus, quòd nemo infra ambitum civitatis armatus incedat, & etiam nullus ſub ſilentio intempeſtæ noctis in civitate vagari debet, niſi viæ ſuæ legitimam & honeſtam cauſam aſſignet; & ſi hoc non fecerit, deputabitur pro iniquo. XVI.

*Item* dicimus, quòd omnes aliæ noſtræ civitates, & illa oppida, quæ pertinent ad dominium noſtrum & Principatum, ex antiquo jura ſua requirant apud præfatos cives noſtros de *Yſenach*, & recurſum ad ipſos habeant, aliquas percipiendo ſententias difficiles & obſcuras. XVII.

*Item* nullus Burgenſium pretium, quod vulgariter dicitur Wegemieth/ de curribus dare debet. Ligna enim ſicca, ſeu ventis dejecta, vel de ædificiis abſciſſa in noſtris ſylvis & nemoribus prænominatis noſtris Burgenſibus cedant ad utilitatem & profectum. XVIII.

*Paſcua* etiam in omne futurum, & communitates, ante omnes portas & valvas civitatis, ſecus fluvios & torrentes, circa montes atque valles, ſæpe dictis noſtris Burgenſibus, & eorum heredibus, tàm modernis, quàm futuris, jure proprietatis contulimus & donavimus, ſicut ab omnibus noſtris Prædeceſſoribus contradita fuerant & collata, & in aliis quippe locis virentibus & in campis, ſitis in confinio civitatis, paſcantur eorum pecora, jure prænotato. XIX.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XX. *Dicimus* etiam, quòd nullas petitiones, ſeu exactiones, vel precarias indebitas à prædictis noſtris Burgenſibus aliqualiter requirimus, ſed annis ſingulis centum marcas uſualis argenti, nomine petitionis, nobis dabunt, de qua pecunia quinquaginta marcas dabunt in feſto S. *Michaëlis*, & in feſto S. *Walburgis* alias quinquaginta.

XXI. *Volentes* etiam propter utilitatem prædictorum civium, ne aliqui à præfata noſtra civitate *Iſenach* infrà unum milliare aliquam cereviſiam vendibilem braxare præſumant, & ne aliqua cereviſia extranea ad jam dictam noſtram civitatem, ſeu ad villas in termino memorato ſitas, aliqualiter deducatur.

XXII. *Item*, ſi quis homicidium, ſpolium, furtum, aut violentiam commiſerit, ſi in recenti facto deprehenditur, ſententiam damnationis accipiat, & ſecundùm quod deliquit, morte moriatur. Si verò aliquis propter homicidium, furtum, ſpolium, ſeditionem, vel quâcunque morte damnatur, uxor ejus & liberi ſui omnia bona ſua, tàm propria, quàm hereditaria, obtinebunt in poſſeſſione pacifica & quieta.

XXIII. Inter cetera inhibemus, ne aliquis ambitum & aditum apud murum ædificiis ſuis, vel aliquibus impedimentis occupare præſumat.

XXIV. Nemo etiam murum, turres, propugnacula, foſſatum, ſepes civitatis & ſalices per aliquas deſtructiones debet vaſtare. Si quis autem fecerit, nobis & noſtris Burgenſibus memoratis dignâ ſatisfactione emendabit.

XXV. Nullus etiam aliquem pignore vel vadimoniis debet inquietare, niſi primò in noſtro judicio coram noſtro Villico & Scabinis juſtè in eum egerit, ſecundùm quod dictaverit ordo juris.

XXVI. Item quemcunque thelonearius pro ſubtracto theloneo captivaverit, illum coram judicio & Senatoribus civitatis convincere debet, & poſtmodum, ſicut jus dictaverit, juſtitiam ſuam proſequatur.

XXVII. Iterum adhæc extraneus quisque de carrata cupri vel vini quatuor denarios dabit, cereviſiæ, ſeu annonæ duos dabit; ſi maldrum vendiderit, denarium, ſi dimidium, obulum dabit. De mulo quatuor denarios, de aſino triginta duos, pro equo vendito duo denarii dentur, de bove, vel porco denarius, de ove, capra, vel porcella obulus. De carrata pannorum quatuor denarii, de ſarcina equi duo, de faſciculo ſellæ alligato denarius, de ſarcina dorſi denarius, de ſella vel gladio denarius; de ſolido unum denarium, de ſex nummis obulum, infra ſex denarios nihil detur.

XXVIII. Item cives noſtri *Iſenach* ſæpe dicti in tota terra Thuringia penitus exemti ſint ab omni ducatu (Geleit) in negotiis ſuis peragendis. Sed ſi ultrà Salam perrexerint extra terminos terræ dimidium ducatum ſolvent. Inſuper ab omni theloneo in *Hayn*, in *Diſſenhort*, in *Bercka* & in *Gerſtungen* feria tertia in feſto & ſeptimana Pentecoſtes liberos dicimus & ſolutos.

Item

Item in feſtis videlicet *S.Georgii*, *S. Joannis Bapt.*, *nativitatis S.Mariæ*,& *S.Matthæi* Apoſtoli omnes, qui ad noſtras liberales nundinas *Iſenach* venerint, noſtrum ducatum firmum tribus diebus antea, & tribus diebus poſtea habebunt pariter & favorem, exceptis illis, qui proſcripti ſunt & fures. Hujuſmodi homines funditus ſint excluſi. XXIX.

Item puer infra novem annos in quibuſcunq; excederet, pater & mater manebunt innocentes,& propter ſuos exceſſus nullum detrimentum corporis vel rerum patiantur. Et ne hujus libertatis donatio tam ritè & rationabiliter tenore præſentium in iſta parte confecta,& ea,quæ alia parte præſentis paginæ ſunt inſerta,per Nos,vel per Noſtros Succeſſores, inpoſterum prædilectis civibus noſtris de *Iſnach* confringantur, præſens privilegium ad petitionem eorum conſcribi juſſimus, & cum ſigillo *aureo* fecimus inſigniri. Datum Lipziæ, ubi tunc curia noſtra erat, & quidem *potiores & meliores* noſtri cives de *Iſnach* etiam tunc temporis apud Nos erant, ſua dicta jura impetrantes. Facta ſunt hæc anno Domini MCCLXXXIII. in feſto Aſſumtionis Sanctiſſimæ Mariæ Virginis. XXX.

His omnibus noſtrâ largâ conceſſione indultis dicimus etiam, quòd nemo ducatum alicui ad civitatem noſtram *Iſenach* veniendi præbeat, niſi fuerit de licentia noſtrorum Burgenſium & bonâ voluntate.

Item quicunque pro debitis vel delictis, ſeu pro aliqua rixa occupabitur,non habens hereditatem,nec fidejuſſorem, in carcerem,aut in locum deſpectum non ponat, neque in domum pedelli, ſed honeſtè ſervetur, quoque ad juſtum terminum judicii producatur.

Item ſi res furtiva emta,vel vadio depoſita apud Judæum reperitur, ipſe juret,ſe neſcire, rem furtivam eſſe, & nummos ſuos ſine uſura recipiat, & vadium reddat. Si autem Chriſtianus apud Judæum pro pecunia vadium ſuum depoſuerit, & in tempore redemtionis de ſumma pecuniæ, vel de termino obligationis diſſenſio inter eos oriatur,Judæus ſecundùm legis ſuæ juſtitiam pecuniæ præſtitæ ſummam ſuper vadium obtineat, niſi Chriſtianus teſtimonio Chriſtianorum & Judæorum illum manifeſtò convincat.

Item Judæus Chriſtianum teſtimonio non convincat, niſi cum Chriſtianis hominibus pariter & Judæis. Chriſtianus nempe Judæum teſtimonio non vincat,niſi Judæi interſint & homines Chriſtiani è converſo.

Nemo etiam aliquem in facie judicii coram noſtro Præfecto & Scabinis pro pecunia,vel rebus mobilibus & immobilibus, teſtimonio æqualiter conveniat,niſi noſtris civibus mediantibus fide dignis.

Quilibet etiam pro diſcordia, ſive pro rixa teſtimonium perhibeat, qui fidem ſuam & honorem cuſtodivit. Inter cetera nullus teſtimonium contra aliquem producat,per quod vita hominis & honos confuſionem patiatur.

Item ſi extraneus extraneum pro debitis, pro pecunia, ſeu pro talibus

rebus in præfata noſtra civitate occupaverit, illum teſtimonio non poteſt vincere, ſed in quibuſcunque ipſum incuſaverit, juramento ſe expurgabit, ſecundùm quod dictaverit ordo Juris.

§. 69. Annô M. CCLXXXV. fraternitas facta eſt inter monaſterium 1285. *fraternitas monaſtica,* Nicolaitanum & Reinhardifontanum. Sequente componit *Albertus* litem inter *Ulricum*, Comitem Hohnſteinenſem, & monaſterium *Walckenridenſe*, ex 1286. *lis compoſita,* prœdio *Riethof* ſætam. (g) *Rudolfus* I. pacem & tranquillitatem redditurus Provinciæ noſtræ, magnam habebat curiam Erfurti. *magna curia Erfurti,* Aderant *Moguntinenſis*, *Salisburgenſis* & *Magdeburgenſis* Archi-Epiſcopi; Antiſtites *Herbipolenſis*, *Babenbergenſis*, *Hildeſienſis*, *Padebornenſis*, *Numburgenſis*, *Merſeburgenſis*, *Miſnenſis*, *Halberſtadienſis*, *Eyſtedtenſis*, *Ferdenſis*, *Conſtantienſis*: Abbates *Fuldenſis* & *Hersfeldenſis*: Principes *Brandenburgicus*, Marchio *Miſnenſis*, *Albertus* noſter cum filiis ſuis, & alii. Adque magis ſtabiliendum bonum, quod cupiebat, opus, *Rudolfus* juſſit deſtrui ſexaginta ſex caſtra diverſis in Thuringia locis, in *multa caſtra deſtructa,* quibus hactenus cubuerant latrones, & reliqui ex rapto viventes. (h) Verùm, non obſtante pace, *Albertus* filios ſuos exhereditare voluit, datis *Apollonio* notho, nunc legitimato, caſtris cum Præfecturis ſuis *Tenneberg*, *Brandenberg*, *Breitenbach*, *Brandenfels* & *Wildeneck*, imò longè plura dediſſet, ſi per 1288. *dementia Reinholdi,* Ordines Provinciales licuiſſet. Habeo ex vetuſtis membranis, *Reinholdum*, *de Weberſted*, Canon. B. V., *nimis protervè & aculeatè* contra Landgravium, *& jura ejus Principalia*, pro Diæceſano, *à quo tot beneficia ſumſiſſet*, loquentem, *terribiliter* caſtigatum fuiſſe à Capitulo ſuo. Idem ferè dixerit, quod *Gudenus* ad nauſeam repetit. Ait hiſtoria, (i) *Conradum* Imp. mandâſſe *Bardoni*, ut amore ſui, & propter ſervitium Fratris ſui *Hugonis*, aliqua beneficia conferret cognato ſuo *Ludovico* in *Diœceſi* in feudum. Si *mandavit*, non Dominus Thuringiæ tunc fuerit *Bardo*, (quorſum aliàs mandatum?) ſed Cæſaris in Provincia hac adminiſtranda Vicarius. Quàm notanter verò dicitur: *in Diœceſi*, non in Principatu. *Diœceſis* Moguntini erat, *Ducatus* autem, ſeu 1289. *Provincia* adhuc vacans, Imperatoris. Prudenti ſat! Anno MCCLXXXIX. *Albert. captus,* captus *Albertus* à *Friderico* Filio Gotham inter & Iſenacum deducitur *Landsbergam*. *Fridericus* hac de cauſa apud Imp. accuſatus, Patris in matrem & filios injurias atroces exponens, ſe à crimine purgavit facilè, adque preces Thurin- *dimiſſus,* gorum eum hâc lege, volente ita *Rudolfo* Cæſare, dimiſit, ut Præfecturam *Tennebergenſem* Provinciæ reſtitueret. Verùm oppignorabat eam *Albertus* *Henrico de Myla*, Capitaneo Gothano, mittebatque pecuniam *Apollonio* ſuo, quem *Lang.* (k) & *Peccenſtein* (l) Ludovicum vocant. Refert *Rechenberg.* (m) cuſtodiâ liberatum *Tennebergam* Abbati *Reimhardiſontano*, acceptis decem

(g) Eckſtorm. chron. Walckenried. p. 339. (h) Conf. Hiſt. Landgrav. c. 76. (i) vid. §. 9. (k) chron. Citiz. ad ann. 1294. (l) l. l. Th. Saxon. p. 21. (m) l. c. Sect. II. c. 2. §. 2.

decem argenti marcis, pignus dediſſe, eamque pecuniam *Cunegundæ*, & filio ejus, donâſſe.

§. 70. At non ſemper *degener*, ſeu ἄϛοργος, fuit *Albertus*. Multa quippe prudenter fecit & cordatè. Næ Collegiatam Eccleſiam *B.V. in monte* ipſe fundavit & dotavit munificentiſſimè. Anno MCCXCI. *Henrico de Perdicen*, Camerario ſuo, propter fidele ſervitium, duos agros humularios, propè molendinum in monte *Haſenbühl* ſitos, in feudum contulit. Qui *Henricus* pro remedio animæ ſuæ unum talentum ceræ de iisdem aſſignavit B. Virg. noſtræ, in vigilia B. Martini quotannis erogandum, ita, ut particeps fieret omnium bonorum, *quæ in ipſa Eccleſia fieri dederit Filius Dei*. Quæ omnia confirmat *Albertus* in Wartberch IV. Non. Jul. Teſtes erant *Germanus*, Magiſter Curiæ Principis, *Waltram. Theod.* de Mehe, *Ludov.* Goltſchmied, *Heinric.* Hellegrave, *Theod.* Fil. Magiſtri monetæ, & alii quàmplures. Eod. anno die Jacobi confirmat *Theodoricus* Landgravius *Henrico* Militi de Myla, & Sculteto Gothano, feudum *Crauelenſe* cum omnibus pertinentiis, ab *Alberto* obtentum. Hic mandârat, ut nullus in urbe, ſeu Clericus vel laicus fuerit, à tributo annuo, quod Geſchoß vocant, exemtus ſit, præter paucos Officiales Principis. Tranſegit Idem cum Præſule Merſeburgico *Henrico* ſuper jurisdictione extra muros urbis Lipſienſis; nec non ſuper jure fiduciario obtinendi Lipſiam, & tribunal ſuburbanum. Diploma dabit Ampliſſimus *Peifer.* (n) Anno MCCXCIII. XVIII. Maj. *Bruno*, Epiſcopus Cizenſis, multas indulgentias largitur cœnobio *Cathariniano*. Et monaſterium *S. Crucis* Ordin. Ciſtercienſ. extra muros Gothanos in ſingularem clientelam recipitur abs *Alberto*.

*non ſemper degener*, 1291. Haſenbühl/ *feudum Crauelenſe*, *tranſactio*, 1293. *indulgentia*,

§. 71. *Cùm igitur* Albertus (infit *Langius*, (o)) *contra Filios prævalere nequiret, illos exhæreditare cupiens, terras eorum, quas enſe non potuit acquirere*, Marchiam *videlicet* Miſniæ *&* Luſatiæ, *terramq;* Pliſnenſem Adolfo Naſſovico *Imp. vendidit, &* Landgraviatum Doringiæ *filio ſuo* Luvico, *quem ex concubina ſuſceperat, relinquere ſtatuit.* Adolfus *itaque Rex circa id tempus, valido exercitu Suevorum & Rhenenſium collecto, ad poſſidendas dictas, quas ab* Alberto (pro duodecim millibus marcarum puri argenti) *emit, provincias*, Philippum, *Patruum ſuum, Ducemq; ſui exercitûs miſit. Qui multa mala patravit in patria, ſtuprans virgines, Eccleſias vaſtans, innocentes & juſtos ſpolians, opprimens & occidens, & alia plura perpetrans contra normam juſtitiæ*, quæ *Sifriedus Presbyter* Miſnenſis ridiculâ ferè, at turpi, hiſtoriâ deduxit longiùs. (p) Accidit nimirum, cùm *Adolfus* tranſiret per villam *Summeringen*, juxta quam extructa eſt Eccleſia *S. Gangolfi* Militis & Martyris, ut *duæ anus* ad ſacram ædem cum ſuis reculis confugerent, quas pedites quidam captas *nudatasq;* perunxerunt *pice cum ſebo mixta, dein in plumis volutatas dimiſerunt.* Quas videns *Ditericus*, Comes

1294. *Albert. vendit Provincias.* *facinora Adolfi*, *hiſt. ridicula*,

(n) L. II. rer. Lipſ. §. 4. ſeq. (o) l. c. (p) L. II. epit. ad ann. 1294.

Comes *Honſtenius*, lachrymans acceſſit Regi, dicens: *Domine, videte, & miſeremini.* At Rex, ecquis modò poterit invenire reos? ſic mulieres ad ſua ſunt converſæ cum mœrore, nullam gratiam conſequentes. *Hiſt. de Landgrav.* (q) Adolfinam immanitatem depingens alia inter ſic: *Totam terram*, ait, *devaſtans rapinis & incendiis, nulli hominum parcens, nec viduis, nec pupillis, nec Eccleſiis, nec Eccleſiarum rebus, nec Sacerdotibus, nec monaſteriis Sanctimonialium; ſed ſponſas Chriſti violantes ac Thuringiam in maximam miſeriam ponentes.* Eadem latiſſimè perſecutus eſt *Autor addition. ad Lambertum.* (r)

*Adolf. invadit Miſniam,* §. 72. Tot ergo *facinoroſæ immanitatis* ſignis ubique poſitis graſſabatur in Oſtlandiam *Adolfus* Naſſovicus, & porrò in Miſniam. Conjunxerat ſe cum eo *Albertus*, Marchio Brandenburgicus, ſub ſpe obtinendæ Luſatiæ inferioris. Anceps utrinque belli fortuna. *Albertus* obſidione cinxit *Luccam*, inferioris Luſatiæ urbem. *Lucca obſeſſa,* Inde depulit eum *Dicemannus*, cæſis hoſtium tribus millibus. *Fridericus* interim alibi novum conſcribebat militem contra *Adolfum*. Sed *Brandenburgicus* acceptâ clade in auxilium accivit *Eberhardum* (ſeu potius *Bernardum* II.) Anhaltinum, qui arcem Juliam obſedit. Unde rejecit eum *Fridericus*, tempeſtivè monitus ab *Alberto* Saxone, qui licèt à bello abſtineret, tamen cauſæ *Friderici* erat æquior. Occupârat *Adolfus* Bornam, tenebatque *Altenburgum*, *Cygnéam* & *Chemnitium*, quæ tunc erant civitates Imperii. *Borna occupata,* Reliquerat *Adolfus* in Miſnia exercitum Suevicum, cui *Philippum* Naſſovienſem, fratris filium, præfecerat. Huic inchoatam *Friberga* obſidionem demandavit, ad quam rediit ipſe, continuatam integro anno & quatuor menſibus. Urbs, quæ nec armis, nec igne, nec fame expugnari poterat, turpi civium proditione capta eſt. *Friberga prodita,* Comprênſos in arce quadraginta præcipuæ nobilitatis Viros ſecuri percuſſit, rens, reliquos ſupplicii atrocitate territos ſpontè deditionem facturos eſſe, præſertim cùm urbem teneret, quæ *opibus affluebat ex ubertate venarum metallicarum.* (s)

*multa bona B. V. data, Grubena* §. 73. Eôdem annô *Reinholtus* de *Weberſtedte*, Cantor B. V., pro aſſignatione præbendæ ſuæ, bona quædam in villa *Gruben*, propè *Scharſenbergam* ſita, duas marcas annuatim reddentia, à Fratribus ſuis *Arnoldo* & *Heinrico*, qui ea abs *Alberto* in feudo tenuerant, pro XXII. marcis argenti comparârat, confirmante hunc contractum *Alberto*. Teſtes collationis erant Dominus *Hermannus* & Dominus *Heidenricus* Capellani ſui, *Albertus* de Brandenburg, *Gottfriedus* Marſchalcus, Milites, *Henricus* de Porditz, & quàmplures alii fide digni. Act. in *Wartpurch* in vigilia S. *Jacobi* Apoſtoli. *& Crovvela,* Idem Princeps bona *Crovvelenſia*, & multa alia, B. Virgini obtulit, cujus facti teſtes erunt literæ.

In

(q) c. 78. (r) ad ann. 1299. (s) Sifr. Presbyt. ad ann. 1296.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. Ne ea, quæ aguntur in tempore, ſimul labantur cum fluxu temporis, cauto ſtabilique hujuſmodi ſubveniendo defectui conſilio ſcriptorumq; conſueverunt obſervantiis perennari. Nos igitur *Albertus*, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius, Saxoniæque Comes Palatinus, notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus, quibus præſens ſcriptum fuerit exhibitum, tàm præſentibus quàm futuris, Quòd cùm Viri providi & diſcreti, Dominus *Hartungus*, Dominus *Henricus*, Capellani noſtri dilecti, plebani parochiarum *S. Mariæ* & *S. Georgii* noſtræ civitatis *Iſennache*, nec non *Wilhelmus*, noſtræ curiæ Notarius, fideles & ceteri, quorum devotio acceſſerit, divinit⁹ inſpirati, Eccleſiam Conventualem & Canonicam de parochia *S. Mariæ* memorata, ad ſuſcitandam ibidem divinorũ officiorum ac obſequiorum celebrationem reliquorum, in laudem nominis JeſuChriſti, nec non Glorioſæ Matris ejus Mariæ, Patronæ ibidem, gloriam ampliorem, inſtaurare & fundare deſiderantes, noſtrum ſuper eo conſenſum & auxilium humiliter imploraverint, & devotè; Nos ipſorũ piæ devotionis conſtantiam laudabilem propoſitam quàmplurimùm approbantes, de futurorum nihilominus prædictæ Eccleſiæ beneficiorum allecti quaſi ſuffragio & confiſi, in remiſſionem peccatorum, nec non pro ſpe redemtionis æternæ, ſæpedictorum Virorum devotioni, ac juſtis dignè petitionibus annuentes, conſenſu ad hoc noſtro præſtito benevolo, in ſubſidium inſtaurationis præſcriptæ, ipſam Eccleſiam parochialẽ *B. Virginis*, cujus jus Patronatûs ad nos pertinebat, legavimus, dedimus, & damus præſentibus eam cum omnibus ſuis juribus, quibus ad Nos pertinuit, aſſignando eis, qui in loco fuerint, Canonicis perpetuò liberè poſſidendam. Item legavimus, dedimus & damus præfatæ Eccleſiæ in uſum & ſuſtentationem Canonicorum, qui in eadem ſe receperint, largiorem, proprietatem noſtræ villæ *Crovvela*, cum univerſis proventibus, redditibus, juribus & pertinentiis, quæ Nobis ab ipſa competebant, cedebant, aut cedere potuerunt, ut exinde ipſi Canonici, quicunque pro tempore fuerint, in ſæpe dicta Eccleſia diſponant & ordinent pro ſuis uſibus, jure proprietatis perpetuò poſſidendis. Ceterùm affecti pro hujuſmodi Canoniæ opere ac divino, dedimus & damus præſentibus Eccleſiæ & Canonicis antè dictis triginta & duos ſolidos denariorum monetæ *Iſenacenſis*, & totidem pullos, qui Nos de villa dicta *Sygils* in redditibus annuis contingebant, ut iidem Canonici ipſos reditus annis ſingulis percepturi, liberè proprietatis titulo poſſideant perpetuo in ſua ipſorum commoda redigendo. Item dedimus & damus Eccleſiæ & Canonicis præhabitis totum ſylvæ ſpatium, quod incipiens in via protenſa inter locum, qui dicitur vulgariter Wolffslöcher/ & inter montem, dictum Eſſerburg/ attingit ſylvam Fratrum *Vallis S. Joannis* ex una, nec non ſylvam Sanctimonialium *B. Nicolai* in *Iſenache* parte altera, & ſic in medio horum trium locorum hinc inde diſtenditur per circuitum, ut ipſi Canonici prædictam

dictam ſylvam ad uſus ſuos convertere poſſint liberè, perpetuo proprietatis jure ſimiliter poſſidendam. Teſtes hujus noſtri facti ſunt Dominus *Hermannus* de Myla, *Otto* de Wechmar, Milites, noſtri Conſiliarii, *Matthias* curiæ noſtræ Proto-Notarius, cum pluribus aliis fide dignis. Ut autem hæc noſtra donatio inviolabilis ac memoriter conſervetur, præſentem paginam ſuper ea conſcriptam noſtri dedimus ſigilli robore communitam. Datum anno Domini MCCLXXXXIV. VI. Idus April. indictione ſeptimâ.

1295. *immunitates B. Virgin.* §. 74. Idem *Albertus* Canonicis B. Virg. *Iſnaci* eaſdem largitur immunitates & privilegia, quæ habebant S. Mariæ Canonici Erfurti. Et veluti *Adolfus* Imp. Erfurtenſibus d. 17. Januar. hîc omnia jura ſua confirmârat; ita ſpecialiter Iſnacenſibus Canonicis omnes donationes & privilegia, ab *Alberto* factas & data, ſolenniter corroboravit.

ADolfus, Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Univerſis S. Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Cùm Illuſtris *Albertus*, Thuringiæ Landgrafius, Princeps noſter dilectus, *eligens abdicare terrena, ut perpetua conſequatur*, parrochiam Glorioſæ Virginis *Mariæ*, in oppido *Yſenache* ſitam, cum jure Patronatûs ejusdem, ac ſuis pertinentiis univerſis, hereditati aggregans JEſu Chriſti, ipſam donaverit & tradiderit, ad inſtaurandam *Collegiatam Eccleſiam*, ex eadem redditibus parrochiæ, ſeu Eccleſiæ ejusdem, in præbendas rationabiliter dividendis & ibidem inſtituendis Canonicis, præbendis eisdem, prout facultas ſuppetit, aſſignandis, ut exinde divinorum cultus augeatur & creſcat, prout ibidem ſervientium numerus creverit perſonarum. Cùmque ob cauſam eandem Princeps noſter prædictus dictæ Eccleſiæ Collegio conceſſerit, *ut in curiis ſuis, & in omnibus aliis, eisdem emunitatibus & libertatibus gaudeant, quibus Canonici Eccleſiæ S. Mariæ in Erfordia perfruuntur*, & inſuper contulerit proprietatem villæ *Crovvelo*, & jus Patronatûs Eccleſiæ ibidem, nec non proprietatem cujusdam nemoris, & inſuper quosdam redditus, prout hæc omnia in literis à dicto Principe noſtro ſuper eo traditis ſunt expreſſa. Nos, *qui ad hoc ſummum noſtræ Clementiæ ſtudium decrevimus convertendum, ut cultus divinus noſtris temporibus augeatur, ut ex hoc Dei miſericordiam, cujus munere vivimus & regnamus, æternæ beatitudinis præmia ſalubriùs conſequamur*, donationes & libertates prædictas factas & conceſſas, ùt præmittitur, præviâ ratione ex certa ſcientia, auctoritate Regiâ approbamus, ratificamus, innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Præterea omnia bona, ſeu poſſeſſiones, quæ dicta Eccleſia piâ largitione Principum, ſeu quorumcunque fidelium, quocunque acquirendi dominii juſto titulo, ùt antea, poterit adipiſci, cum libertatibus & gratiis univerſis dicto Collegio faciendis, ex nunc approbationis & ratificationis patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ confirmationis & innovationis paginam infringere,

gere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, gravem indignationem noſtræ offenſæ ſe noverit incurſurum. Datum in *Yſenache* ſexto decimo Cal. Febr. indict. octavâ anno Domini MCCXCV. Regni verò noſtri annô tertiô.

§. 75. Tantâ autoritate polluit vetus *Iſenacum*, ut multa alia oppida in re dubia & dirimendis litibus ſuis, illud, ceu *æquiſſimam* elegerint arbitram, prout ſuprà dictum eſt, (t) idque *Chriſtophorus Haſſe* ſpecialiter commendat. *Iſnacum judex multarum urbium.*

Iſnacum *gaude, famamq́; capeſſe ſuperbam,*
quæ laudem *( ùt digna es ) vulget in orbe tuam.*
*Namq́; celebris apex & honor, qui maximus ambit,*
*hæc voluêre quidem pulcra tropæa tibi.*
*Et non immeritò: nam ſi penſeris, & omne,*
*quod tibi conceſſum, munera laudis habet.*
*Vrbibus in cunctis locuples, quas* Thuria *jactat,*
*eſſe potes* ſummum præcipuumque jubar.
*Inſuper* exemplar, ſpecimen, typus, unaque imago,
cujus ab intuitu ſolius ordo fluat.
Thuria *quam ſi tota nequit feciſſe quietum,*
*per te ſuſcepta* fœdera pacis *habet.*
*Litibus implicitus cauſam ad te rejicit omnem,*
*expectans trutina rem poſuiſſe tuâ.*
*Omine ſic cujusq́; malo quod ſurgit iniquum*
*ad te vi properat rem periiſſe putat.*
*Gaudent ergo tuis ſub legibus oppida quaque*
*ſiſtere: & attribuas ſi quid habere ratum.*
*Et bene cùm* Imperii *geſſiſſe* inſignia *quondam*
*te hiſtoria prodant: dent apicesq́; fidem.*
*Deinde etiam leges ſint tales, quas tibi* Adolfus
*Rex dedit, ut poſſis quosq́; juvare viros.*
*Ergo cùm tibi tale decus felicia fata*
*ſpirârint, agedum ſis memor uſque tui.*
*Sta, vigila ſemper, metuens, ne jure relicto,*
*unde tibi laus eſt præcipitare grave.*
*Quod leve erit factû, ſolito ſi jura vigore*
*aſſerves: curſu rem teneasq́; ſuo.*
*Flocci vix faciens, ſi quid malè ſuaſor in aurem*
*deferat: occulta fallere vulpe vaſer.*



(t) §. 68. num. 17.

*Sic fac, ùt ſuêſti, pede ſtet tua regula firmo,*
*excutias quicquid ferre novena poteſt.*
*Hos bene ſi captes monitus, ſi pectore figas,*
*te facile eſt cunctis præradiare locis.*

Sed redibimus ad *Adolſum.*

§. 76. Hic cum milite novo in Thuringiam irrumpens caſtrum *Fran-*
*Adolf. rurſus invadit Thuring.* *ckenſtein* diu obſeſſum haud ſine magna exercitûs ſui clade in deditionem recipit. Deinde *Crucisburgum* properat, quod fortiter reſtitit, donec ob penuriam aquæ ſuccumberet, ut alio loco plenius dicetur. (u) Vide interim additiones ad *Lambert. Schafnaburg.* (w) Odio tandem cœpit eſſe Rex, ſpretus ab omnibus, ut etiam *nomen ejus ſputis & maledictis obnoxium amariſſimis imprecationibus oneraretur.* (x) *Gerardus* Moguntinus, impulſo ad capeſſendum imperium *Alberto* Auſtriaco, *Rudolfi* I. filio, eâdem facilitate, quâ antea evexerat *Adolſum,* dejecit eundem. (y) *Philippus* Naſſovienſis abs hoc (qui jam occurrerat *Alberto*
1297. *Philipp. captus,* ad Rhenum,) in Miſnia relictus Dux belli, capitur Bornæ. Dimiſſus quidem eâ conditione, ut cederet oppidis, quæ occupârat. Sed ille receſſit à fide. Cumq; audiiſſet, Imperio potitum *Albertum* Auſtriacum bello & Principum ſuffragiis, nulli alii, quàm *Alberto*, ſe reliqua traditurum eſſe oſtendit. Id verò ne fieret, prævertentes *Fridericus* & *Theodoricus* à municipibus oppidorum poſtulant, ut ab *Adolfi* legato ad juſtos Dominos redeant, fidemque, quam ille datam flagitâſſet, jam nullo juramenti vinculo amplius obſtricti, ſuis Princi-
1298. *Adolf. occiſus,* pibus præſtent, ut cuncta poſt alios fuſiſſimè tradit *Peiſerus.* (z) Cecidit tandem *Adolfus* propè Wormatiam, non *ſolùm gladiis vulneratus, ſed & ungulis equorum conculcatus, & in proprio ſanguine volutatus, miſerabiliter animam exhalavit.* (a) Eòd. annô *Albertus* Eccleſiæ B. Virg. lignetum Haſenbühl donat, ſecundùm tenorem literarum:

*donatio ligneti Haſenbühl,* Nos *Albertus*, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius Saxoniæq; Com. Palat., moti affectu, quem, ob ſpem ſalutis futuræ, circa Eccleſiam *B. Virg. Mariæ* noſtri oppidi *Yſenachenſis*, & ipſius Collegium gerimus confidenter, ipſi Eccleſiæ & Collegio pro incremento & ſuſtentatione pinguiori dedimus, damus, &, tenore præſentium, donatione inter vivos, devotè ac largiter erogamus totum ſitum & terræ ſpatium, quod inter ſubſcriptorum protenſionem & connexionem locorum mediotenus, ſive in montibus, ſive ſub ipſis montibus, vel in eorum declivitatibus dinoſcitur, & reperiri poterit ſituatum, proſequendo ergo connexionum extremitates dicti ſpatii, procedendum eſt à loco, dicto *Haſenbühl*, ſito juxta vallem S. *Joannis*, per medium cacumen montis, qui dicitur *Vthynrodt*, ad montem dictum *Thorynmarth*, & ab hoc monte ulteriùs uſq; ad

(u) in hiſt. m. Crucisburgica, (w) ad ann. 1295. (x) loc. jam cit. (y) Sifr. Presbyt. L II. ad ann. 1292. (z) L. IV. rer. Lipſ. §. 15. ſeqq. & Rechenberg. l. c. Sect. 2. c. 2. §. 3. (a) Sifrid. l. c. ad ann. 1298.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ad ſemitam, quæ ducit in ſylvam, quæ dicitur der Browen holtz/ & ſic ultrà deſcendendo ad locum, qui dicitur *Kallzroſe*, & ulterius ab illo ad locum, dictum *Vyrnberthen Wyſen*, & ab hoc loco revertendo ad locum inceptionis *Haſenbühl* prædictum, in quo iſte ambitus terminatur. Totum ergo ſpatium hujuſmodi extremitatibus intermedium ſecundùm omnes ſuas partes, ùt prædiximus, dicta Eccleſia & Collegium proprietatis titulo in ſuos uſus ducendum liberè poſſidebunt. In hujus autem rei memoriæ perſeverantiam noſtrum ſigillum huic cartæ duximus appendendum. Dat. & actum anno Domini MCCXCVIII. Idus Junii, præſentibus *Alberto* de Brandeburgh, *Ottone* de Wechmar, *Hermanno* de Haſynrode, Magiſtro curiæ noſtræ, noſtris Conſiliariis, *Henrico* de Melre, *Harthungo* de Bruheim, cum pluribus aliis fide dignis.

§. 77. Idem *Albertus* monialibus S. Nicolai hanc dederat licentiam, ut nullum hoſpitem per noctem in cœnobio ſuo retinerent. *Cunegunda Iſenbürgica*, ſeu *Iſenbergica*, cum *Apollonio* ſuo Wartburgi obiit. Quieſcunt ad S. Catharinam. Ab his *Langenhaynium* antè tradebatur monaſterio Cathariniano. *Bernhard. à Flacheim*, Præpoſitus S. Jacobi Crucisburgi, emtâ *Weiſenbornâ* à nobili de *Salza*, cœnobium *Wilhelmitanum* hûc tranſpoſuit, adque regulam S. Benedict. reformavit. (b) *Albertus* Landgravius duxit *Adelheidam*, divitem viduam (alii malunt filiam) Comitis *Arnshaugiani*; & filius ejus *Fridericus*, tunc Marchio Miſnenſis, ſequente anno junxit ſibi *Adelheidam*, (al. Eliſabetham) *Adelheidæ* novereæ filiam, quæ *Neuſtadium* & *Jenam* in dotem ei attulit. *Haymmannus* de *Haym* quatuor maldra tritici dedit B. V. in molendino retrò caſtrum in *Iſenac*, die Burckmühle dicto, ùt ex literis *Alberti* Landgravii in octav. Trinit. dat. vidi. Caſtrum *Hopſgartenſe* funditus evertitur à Landgraviis & Erfurtenſibus. Qui poſteriores etiam deſtruxêre arces *Ottonis*, Comitis Kirchbergici, *Grifenbergam*, *Winthergam*, *Kirchbergam*, *Leiſtenium*, ſolâ *Greifenbergâ* (non *Brinſenbergâ* (c)) ei redditâ. (d) Idem *Albertus* largitur valli Joanniticæ manſum cum dimidio. Turres B. Virg. à Senatu urbano dirutæ. Poſtea verò cùm ex mandato Summi Pontificis, operâ Abbatis Hersfeldenſis, Senatus cum Canonicis tranſegiſſet, datâ iis certâ pecuniæ ſummâ, ab his reſtitutæ ſunt, quod *Fabricius* neſciit. (e) Etiam *Clemmia* deſtruitur. Cùmque *Albertus* cives Iſenacenſes (ut ipſe loquitur) *in ſingulis erga ſe mandatis, ſervitiis & præceptis pronos & hilares* ſemper invenerat, ſpeciali gratiâ eos proſecuturus licentiam dedit, *exactionem*, quam vulgò Ungeld vocant, inter ſeipſos ordinandi, proque ſuâ utilitate ſtabi-

1299. *licentia S. Nicolai. Cunegund. & Apollon. obit.* 1300. *Langenhayn, Weiſenborn/ Alberti & Frid. nuptiæ,* 1301. *donatio Haymii,* 1303. *multæ arces dirutæ,* 1304. 1306. *& turres B. V. & Clemmia,* Ungeld/



(b) vid. differt. m. hiſtoric. VII. (c) hiſt. Landgrav. c. 80. (d) chron. Citiz. ad ann. 1303. (e) L. VI. orig. Saxon. f. 628.

ſtabiliendi. Literæ datæ ſunt Wartbergæ anno MCCCVI. in craſtino Purificationis B. Mar. Virg., præſentibus Strenuis Viris *Theodorico* de Melre & *Hartungo* de Bruhem, Militibus & aliis.

*turbulentus patriæ ſtatus,* 1307. §. 78. Miſerrimus denuò Thuringiæ ſtatus. *Fridericus* I. cum fratre provinciam jure hereditario, *Albertus* I. Imp. jure emtionis ſibi vindicabat. Inde nulla ſalus! Videntes ergo cives ſe opprimi, abs *Alberto* contra Landgravios auxilia petunt, qui nobilem eis dedit advocatum Comitem à *Wildenau* (non *Milvohenſem*, (f) aut *Milmobeum*, (g) *Henrici* V. Abbatis Fuldenſis fratrem. Is cùm Iſenacenſibus, Cæſari faventibus, in obſidione Wartburgenſi opem ferret, à *Friderico* captus, inque cuſtodia mortuus, & ſepultus eſt in æde Dominicanorum. *Eodem anno* Iſnacenſes *tantum infeſtati ſunt per filios* Landgravii, *timentes tradi, caſtrum in civitate eorum, de voluntate* Alberti *Landgravii, datâ ſibi pecuniæ ſummâ, funditus everterunt, ſimiliter turres in Eccleſia* Mariæ *annexas muro civitatis. Timentes quoque, quòd* Adelheid, *uxor* Alberti *Patris, traderet caſtrum* Wartberg Friderico, *genero ſuo, quem maximè diligebat, obſederunt caſtrum cum Advocatis Regis, & contra reædificârunt montem, qui dicitur* Yſenechisberg, *ubi olim fuit caſtrum; &* Albertum *cum uxore ſua reſidentes in caſtro* Wartberg *ad magnam inopiam victualium deduxerunt. Audiens hoc* Fridericus, *filius Landgravii, precibus uxoris ſuæ, cujus mater erat in caſtro, & ne id etiam perderetur, auxilio ſororii ſui Ducis Brunſvicenſis victualia adduxit, & cives inde fugavit, & Regis advocatum, nobilem de* Wilnove, *cepit, & in vincula in* Wartperg *conjecit. Poſtea verò* Fridericus *per promotionem uxoris* Alberti, *cujus filiam habuit in legitimam, caſtrum* Wartberg *obtinuit, & conſequenter de illo caſtro totam terram Thuringiæ: & Patrem ſuum amovit, qui præbendarius in* Erfordia *factus eſt civium, quibus multa bona prius in odium filiorum ſuorum vendidit: novercam ſuam & uxorem propriam in* Wartberg *locavit, & honorificè tenuit.* (h) Verùm, juſſu *Imp. Alberti*, à Mülhuſinis, Northuſanis & Erfordienſibus obſeſſus *Fridericus*, victûsque inopiâ *Wartburgi* valde preſſus, per medios hoſtes noctu, ſtipatus aliquot equitibus, *Reinhartsbornam* evaſit: adductisque ſibi ab amicis trecentis & triginta equitibus, curribusque commeatu onuſtis rediit *Wartburgum*. Iſnacenſes demum ſupplices factos in fidem recepit.

§. 79. Amotô *Alberto* Patre, mortuoque Advocato Regio, potentiam ſuam validiùs exeruit *Fridericus Magnus*, redactis in ordinem refractariis. Venit *Auſtriacus* cum exercitu, collecto ex Suevis, Bohemis, Bavaris,

*clades Albertina,* cædes & incendia ſpirans; oppugnatur *Lucca*: Fratres verò unitâ vi omnes copias

(f) Idem l. c. f. 624. (g) idem de Marchion. Miſniæ f. 36. (h) hiſt. Landgrav. cit. c. 81.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

copias *Albertinas* fundunt. Quæ ſtrages adeò inclaruit, ut etiam in adagium Myſorum abierit: *Accidit eis, quod Suevis ad Luccam.* *adagium,*

Es wird ihnen glücken /
Wie den Schwaben bey Lücken.

At gaudium hoc magnus ſubitò turbavit luctus. Paucis enim pòſt menſibus *Dicemannus*, inter ſacra nocturna, ipſo natali Dominico, in æde *Thomana* Lipſiæ à ſicario (quem *Philippus Naſſovienſis* ad hoc ſcelus emiſiſſe dicitur,) lethaliter ſauciatus tertiò die occubuit. Epitaphium ejus tale: *Dicemanni mors,*

DITZ - *ego ſum* MANNUS : *me olim genuêre Parentes*
Albertus *Princeps* Margarethaque *pia.* *& epitaphium,*
*Imperiumtitulumq́; dedit* Thuringia *nobis,*
*Marchia* Luſatiæ, Miſena *& ipſa potens.*
*Quaq́; patet vetus in planis* Libonotria *campis,*
*& quæ montano flumine* Pliſna *lavat.*
*Frater erat* Fridericus, *idem Mavortius hæres,*
*pro patria* mecum *prœlia dira ſubit.*
*Nam ſuperare datum eſt nobis victricibus armis*
Boëmiæ *populos,* Saxoniæque *Duces.*
*Marchio de* Brenburg, Woldemar *nomine dictus,*
*agmine devinctus vincula noſtra tulit.*
Aſcaniæ *Princeps cecidit quoque cuſpide noſtrâ,*
*ac vitam ſupplex hic miſer emeruit.*
*Romulidûm Reges* Albertus, Adolfus *& alter,*
*non poterant noſtras frangere Marte manus.*
*Viribus, ô pietas! noſtris ſic terga dederunt,*
*Cæſareis opibus nunc ego dives eram.*
*Innumeri & noſtro cæſi ſunt enſe* Suëvi,
*audentes patrios ſollicitare Deos.*
*Omnia ſic vici, durum ſed vincere fatum*
*non potui, Lacheſis quod dedit atra mihi.*
*Objicit illa mea crudelis pectora ferro,*
*dum ſteteram incautus in medio Eccleſiæ.*
*Sic victor victus cecidi; virtute triumfos*
*& laudes meritas non rapit ulla dies.*

Ultus eſt hanc cædem *Fridericus* frater cognomine *Fortis*. Conſpecto enim 1308.
brevi pòſt *Philippo* in acie, *Bornam* inter & *Frieburgum*, militem ſuum accendit, ipſeque manu ſuâ occidit Naſſovienſem, proſtratis fugatiſque omnibus copiis ejus. Interim *Albertus* Imp. à *Joanne* Auſtriaco, Fratris *Rudolfi* Filio, haud procul *Scaphuſiâ* (Rheinfeldio) miſerrimè opprimitur. Audientes hoc Iſenacenſes, *Friderico* ſe ultrò ſubmiſêre, arcem *Clemmiam*, quam nuper ever- *Philipp. Naſſov. cæſus, uti Albert. Imp. Iſnacenſ. ſubmiſſio,*

everterant, priſtino nitori & robori ſuo reddentes. Sic tandem bona cauſa triumfat! Eôd. annô *Petrus ab Achtzpalt*, Antiſtes Moguntinenſis, XL. dierum indulgentias conceſſit pro inſtauratione monaſterii in valle S. *Joannis*.

*indulgentia*,

*Petrus*, Dei gratiâ S. Moguntinenſis Sedis Archi-Epiſcopus, S. Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, univerſis Chriſti fidelibus has literas inſpecturis, ſeu etiam audituris, ſalutem & ſinceram in Domino Karitatem. Cùm ex officii noſtri debito quosque fideles teneamur ad exercitium bonorum operum incitare, ut ipſorum ſalus in anima & corpore per donum gratiæ Dei multipliciter valeat pullulare, univerſitatem Chriſti fidelium quorumcunque rogamus, monemus, & exhortamur in Domino JEſu Chriſto, quatenus theſaurizantes ſibi theſauros in cœlo, ubi fures non effodiunt, nec furantur, capellæ *vallis B. Joannis Cyſtertienſis Ordinis* propè *Iſenache*, *cui ex antiquorum longitudine dierum ad lapſum caſus ſunt parietes inclinati, nec ipſa capella de propriis facultatibus ullo modo valet*, ſicut intelleximus, *reparari*, niſi bonorum hominum conſiliis & auxiliis adjuvetur, de bonis à Deo ſibi collatis, in remiſſionem peccaminum. Ut ergo ſuas dignentur eleemoſynas in reparationis adjutorium impertiri, quia ſcriptum eſt, quòd ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, hortamur. Omnibus etiam hujuſmodi noſtris monitionibus & exhortationibus ſalubribus aſſentire volentibus, & præfatæ capellæ conſilium, auxilium, vel juvamen præſtantibus, verè pœnitentibus & confeſſis de omnipotentis Dei miſericordia confiſi, *quadraginta dies indulgentiarum* de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer in Domino relaxamus. Dat. Erfordiæ anno Domini MCCCVIII. XVI. Kal. Sept.

*Friderici fors & prudentia*,

§. 80. Extinctis duobus Imperatoribus cum omni manu eorum, redemta Miſnia & Thuringia verticem extulit, agens DEO GRATIAS. *Albertus* Pater, fax & tuba funeſti iſtius belli, ſtupens felicitatem filii, latibulum ſibi fecit Erfordiæ. Omnes ſubditi juſti feliciſque Principis imperium lubenter accipiebant, ſolis Erfurtenſibus, (queîs *Albertus*, egeſtate preſſus, multas poſſeſſiones vendiderat & oppignorârat,) nec non *Hermanno Orlamundano*, aliiſque factioſis hominibus renitentibus. At *Fridericus*, mediis tranquillus in undis, omnes adverſarios brevî devicit feliciter, Patre intra muros Erfurtinos concluſo, Thuringiæ & Miſniæ re illâ, quam omnes Boni poſcimus, glorioſè redditâ, acceptiſque pro damnis & expenſis ſuis tribus Imperii civitatibus *Altenburgo*, *Cygnéa* & *Chemnitio*, (*Peccenſtein* (i) & *Peucer* (k) addunt *Iſenacum*,) ita, ut toto illo bello nil perdiderit præter *Luſatiam inferiorem*, quam Bohemi, ab *Alberto* Imp. exciti occupârant. Quos verò in tam dubio & turbulento rerum ſtatu irritare noluit, dilaturus potius

(i) Theat. Sax. P. III. c. 8. p. 48. (k) L. V. chron. p. 740.

potius rem ſeriam in craſtinum. Tandem omnibus litibus & ſimultatibus, Patrem inter filiumq;, ac urbem noſtram, diremtis, privilegia hujus confirmavit *Fridericus*.

*confirmatio privilegiorum,*

Wir **Friederich** von Gottes Genaden Landgraff zu Thüringen/ Marckgraff zu Meiſſen und in dem Oſterlande/ bekennen und thun kund allen/ die dieſen Brieff gehört/ geſehen/ oder geleſen/ daß Wir mit gutem Willen und Geheiß unſers lieben Vaters/ Landgraffs **Albrechts** von Thüringen/ Uns haben berichtet aller der Brüche/ und aller der Zweyungen/ die Unſer Vater uñ Wir gehabt haben mit unſern lieben Bürgern von Eiſenach alſo/ daß unſer Vater noch Wir des niñer mit argen gedenckẽ ſollen an ihrem Leibe/ noch an ihrem Gute/ Wir geloben auch unſern lieben Bürgern zu Eiſenach/ daß Wir ſie laſſen ſollen bey all den Rechten/ und bey all der Ehre/ die ſie von Alters her gehabt haben/ und noch haben ſollen zu rechte. Daß Wir dieſe vorgenendte Rede ſtedte halten ohn Argeliſt/ dz gelobet unſer Vater/ Wir uñ unſer lieber Sohn **Friederich**/ und geben darüber unſern Brief beſieglet mit unſern Jnſiegeln/ und mit Jnſiegeln der Herꝛn und der Dienſtmanne/ die hernach geſchrieben ſtehn zu einem Urkunde/ wenn ſie an dieſem Thedingen geweſt ſeyn. Darüber bekeñen Wir Graf **Dieterich** võ Hohnſtein/ der áltere/ Graf **Friederich** von Bichlingen/ der áltere/ Graf **Günther** võ Schwartzburg/ Graff **Günther** von Kaferberg/ **Conrad** Schenck von Nebire/ **Ludwig** võ Blanckenhayn/ **Hermann** von Spangenberg/ und **Friederich** von Saltza/ was nach der Rede unſers Herꝛn Landgrafs **Friederichs**/ und nach der Rede der Bürger zu Eiſenach uns rechte düchte/ und ſprechen/ daß die vorgenandten Bürger zu Eiſenach mit Gott und mit Ehren hulden unſerm Hern Landgraf **Friedrich** von Thüringen/ wie hie dück vor geſchrieben ſteht/ und wollen das bekeñen vor Königen/ Fürſten und vor Herꝛn/ oder wo ſie des bedürffen. Des haben Wir unſere Jnſiegel gehangen zu einer Uhrkund dieſes gegenwärtigen Briefes/ weil Wir bey dieſer Rede geweſt ſyn. Dieſer Brief iſt gegeben zu Eiſenach nach Gottes Gebort tauſend Jahr/ dreyhundert Jahr/ in dem achten Jahr an der nechſten Mittwochen vor S. Urbans Tage.

§. 81. Dum verò *Fridericus* oppida, villas, & advocatias, ſeu Præfecturas, à Pa- 1309.
tre Erfurtenſibus injuſtè traditas, repeteret, crabrones irritavit. Illi enim fero-
citer tumultuantes exibant deſtruentes *Andislebium* & *Utenſtedium*. Princeps
ſedebat *Mittelhuſii* in tribunali, vivo adhuc Parente, exceſſus iſtos caſtigaturus.
Advolant armati, impetum facturi in eum. Sed quid ille? cedit, ut cædat. Ociùs
enim rediens ad eundum locum, & fortiùs munitus, ſecundâ vice eos citat,
mandans interim ſuis, ut quisque eos egregiè fuſtiget. (l) Subolfacientes hoc
Erfurtini cives fugam capeſſunt. Jungentes autem ſe cum *Hermanno Orlamundano*, *Mülhuſinis*, *Northuſanis*, aliisque, igne & rapinis longè latèque vaſtant
Provinciam. Obſeſſis verò urbibus, *Vinaria* & *Wibe*, ipſe *Hermannus*
ad deditionem compulſus eſt. *Fridericus Eberhardum Rotenſteinium*,

*novus tumultus Erfurti,*

*Orlamundanus captus,*

(l) hiſt. Landgrav. c. 84.

1310. Abbatem Fuldenſem, cum ſocio ſuo vicino Herſfeldenſi, qui *Rotenburgum*
& 1311. ad Fuldam & *Breitenbachium* depopulabatur, puniturus, arma vertere vo-
*Abb. Herſ-* lebat in Buchoniam. Verùm ob nativitatem *Friderici* filii deſtitit à cœpta
*feld. & Ful-* expeditione. Sed ecce nil hoſtile amplius metuens, à *Woldemaro* I. Bran-
*denſ. puniti,* denburgico propè *Haynam* capitur, filiamque unicam *Alberto Cötenſi*, cum
dote totius ditionis Pleiſenſis, ipſi cum aliis oppidis, Patruo verò *Woldemaro*
*Miſnam* atque *Fribergam* urbes, & inſuper *Luſatiam* cedere, ac 3000. marcar.
1313. promittere cogitur. Quod cùm ſignificaret *Woldemarus* Proceribus Miſnen-
*Frideric. ca-* ſibus, negant illi, ſe fidem literis daturos, niſi ipſum Principem in certo vi-
*ptus,* deant loco, ubi coràm cum eo fari liceret. Interim ad pugnam ſe parantes
uno ore aſſerunt: Si producatur *Fridericus*, ſe, comprênſo *Woldemaro*, Domi-
*& ereptus,* num ſuum redemturos. Utrumque ex voto ſucceſſit. Ille enim ereptus,
& hic *Altenburgum* ductus eſt, omnibus conditionibus, exceptâ *Luſatia* infe-
riori, quæ Brandenburgico conceſſa fuit, non ſolùm reſciſſis, ſed etiam ma-
gno lytro à captivo exacto. Laudanda ſanè Myſorum fides egregiâ ſagaci-
tate permiſta, (m) inprimis *Rehefeldiorum*, qui inde familiæ ſuæ nomen fe-
cêre LÖSERIORUM. (n) Erfurtenſes etiam ad haſce pacis conditiones ade-
git, ut privilegiis ab *Alberto* Parente conceſſis renunciarent, pro certis villis
certam pecuniæ ſummam numerarent, decemque inſuper argenti marca-
1314. rum millia ſolverent. Denique anno MCCCXIV. pauperculus & miſellus
*Albertus* vitæ finem fecit Erfurti, ſepultus ibidem in Eccleſia B. Virg. ætatis
*indulgentia* ſuæ annô ſexageſimô quartô. Eôdem, ſi non ſuperiori, *Ludovicus*, Epiſco-
*& bona* pus Maroccenſis, novas dedit indulgentias Valli S. *Joannis*. Eidem *Marga-*
*Valli Ioann.* *retha*, vidua Strenui Militis *Rudolfi Luſen*, unà cum ſorore *Adelheida*, contulit
*data,* jus hereditarium in piſtrino & fundo ejusdem, ſito ex oppoſito cæmeterii
1316. Eccleſiæ Marianæ, ita tamen, ut Canonicis in monte cenſum annuum, octo-
decim denarios, ſolvat. Inſuper dedêre curiam *Günteri* carpentarii, dicto
piſtrino adjacentem, & quotannis ſex ſolidos denariorum ſolventem. Teſtes
erant *Henricus* Decanus, *Hermannus* Præpoſitus Crucisburgenſis, *Theodoricus*
de Aldendorf, *Hermannus* de Cimmern, *Theodericus* de Güttem Canonici, &
*Henricus* dictus Kremel, Vicarius Eccleſiæ S. Mariæ. Eodem anno dira fa-
*fames,* mes afflixit univerſam patriam. (o) *Fridericus* parvus, *Henrici Illuſtris* & *Eli-*
*obitus Fri-* *ſabethæ Maltizia* F. denatus, Vetero-Cellæ ſepultus eſt, exque *Eliſabetha* ſua
*derici par-* *Schvvartzburgica* nullam ſuſtulit prolem. *Albertus Knut*, nobilis olim Conſi-
*vi, Albert.* liarius *Alberti*, turbulentum ingenium, ob protervam linguæ petulantiam,
*Knut ple-* quòd dixiſſet Principi, ſe eâdem facilitate, quâ evexerat illum, rurſus dejectu-
*xus,* rum, in vincula conjectus periit. Alii in foro capite plexum dicunt. (p) Se-
pultus

(m) ead. hiſt. c. 86. vid. alios citat. à D. Sagittar. in hiſt. Marchion. & Elector. Brandenburg. num. 33. p. 28. (n) Peccenſtein Th. Sax. L. I. c. 13. p. 180. ſeq. (o) Chron. Citiz. ad h. ann. (p) Fabricius L. VI. orig. Sax. f. 616.

pultus in æde Dominicanorum. Erfurti ſepties mille, nongenti octuaginta quinque hominum miſerrimè periêre. Et *Wartburgum* fulmine tactum conflagravit. Anno MCCCXIX. natus *Rochlicii Fridericus*, GRAVIS Fil., difficili partu, nec diu ſuperſtes. *Eliſabetha, Friderici*, Marchionis Admorſi filia, nupſit *Henrico* II. Cattorum Principi. Alii tamen malunt ann. MCCCXVII. Arx *Raſpenbergica*, latronum aſylum, deſtruitur. *Eccardsberga* verò, quam tunc tenuit *Beringerus à Schidingen*, unà cum aliis occupatur. Anno MCCCXXIII. XII. Kal. Mart. fit permutatio *S. Nicol.* cum B. Virgine. *Henricus* Præpoſitus & *Cunegunda* Abbatiſſa tradidêre *Hermanno* Decano, *Henrico* Scholaſtico, *Eckerico* Cantori, totique Capitulo curiam ſuæ proprietatis ante valvam B. Virg. ſitam, & quatuor ſolid. denar., duosque pullos annui cenſûs ſolventem, uti *Wichmanshuſius* hactenus habuerat, recipientes à Collegio B. V. proprietatem ejus quinque agrorum humuleti, XXX. denarios Iſnacenſ. annui cenſûs ſolventium, quos *Petrus* & *Conradus Rymmanni* Fratres, nec non duorum agrorum, ſolidum ſolventium, quos *Adelheidis*, dicta *Albertem*, juxta montem **Goldberg** ſitorum, & hortuli juxta *Hörſelum* amnem ante portam Nicolaïtanam, ſolidum & duos pullos ſolventis, cum ipſo cenſu poſſederunt. Moniales S. Nicolai emerant bona *Streckdenſia* & ſylvam *Moſeberg*, confirmante id *Friderico* Juniore. Literæ hæ ſunt:

*1317. ſtrages Erfurtina, incendium VVartburgi. 1319. Friderici natalis, nuptiæ Eliſabethæ, 1321. Raſpenberg. deſtructa, 1323. permutatio S. Nicol. & B. V. bona Streckdenſia,*

In nomine Domini Amen. Ne piè geſta ab hominibus in oblivionem decidant, aut calumniam patiantur, expedit, ut per vivax hominum teſtimonium recipiant fulcimentum. Nos igitur *Fridericus* junior, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius, Miſnenſis & Orientalis Marchio, Dominusque terræ Pliſnenſis, Ad notitiam univerſorum pervenire cupimus tenore præſentium publicè profitentes, quòd cùm honorabilis Vir Dominus *Heinricus*, Præpoſitus Conventûs Sanctimonialium monaſterii S. *Nicolai* in *Iſnacho*, à fidelibus noſtris *Gotzone* milite de *Remſtete*, dicto *Dorſchale*, *Gotzone* filio ſuo, ceteriſque heredibus ipſius bona in *Streckedhe*, & omne jus, quod habebant tàm intra villam, quàm extra villam in judicio, penſionibus ſeu obventionibus, agris, pratis, paſcuis, & ſylvam, quæ vocatur **Moſeberch** / quorum proprietas ad nos ſpectat, emtionis & venditionis juſto interveniente titulo comparârint, facta in manus noſtras ex parte prædictorum *Gotzonis* Militis & *Gotzonis* ſui filii, & heredum ſuorum reſignatione libera bonorum omnium prædictorum, Nos attendentes, quòd *Sanctimoniales* in dicto monaſterio *jugibus orationibus & crebris jejuniorum ac vigiliarum obſervationibus Domino jugiter famulantur*, in noſtræ ac Progenitorum noſtrorum animarum remedium, emtionis & venditionis hujuſmodi gratum & ratum habentes contractum, ipſum tenore præſentium ratificamus liberaliter & confirmamus, ac proprietatem villæ & bonorum omnium prædictorum cum ſuis juribus, libertatibus ac gratiis quibuſcunque, à noſtris Progenitoribus dictæ villæ ho-

minibus conceſſis, Eccleſiæ & conventui Sanctimonialium Nicol. in *Iſnacho* præfatis ac ipſa bona donamus, damus, ſeu conferimus jure proprietatis perpetuò poſſidenda. In cujus rei evidentiam, & ut præmiſſa robur perpetuæ firmitatis obtineant, præſentes literas ipſis dari fecimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Teſtes verò ſunt Viri Nobiles *Heinricus* Comes de Schwartzburg, *Albertus* Burggravius de Aldemburgk, *Otto* de Berſovve ſenior, *Henric.* de Plavven advocatus dictus Ruzze, *Heinric.* Advocat. de Gera, Magiſter *Walterus* Præpoſitus Miſnenſis, Canonic. Plebanus in Sunneborn, *Petrus* dictus Portzk Marſchalcus noſter, *Hermann.* de Haldecke, *Heinemannus* de Indagine, *Gotzo* de Natza, *Conrad.* de Chazzebode, & quàm plures alii fide digni. Datum Warperch anno Domini MCCCXXIII. pri-

1324. *curia Richelverſdorſiana,* die Non. Octobr. Anno ſequente *Fridericus à Kolmart* curiam *Hizelrodæ*, ab *Henrico Orlamundano* in feudum acceptam, cum omni jure & pertinentiis, permutat cum curia *Richelversdorſiana*, quæ monaſterii Nicolaitani erat.

1325. *bona Rechbergenſia S. Nicol. data,* §. 82. *Fridericus* Landgravius, Marchio Miſnenſis & Orientalis, Dominusque terræ Plyſnenſis, bona *Rechbergenſia*, cum agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſalictis, virgultis, & omnibus ad ea ſpectantibus, *S. Nicolao* contulit. Cujus donationis teſtes erant *Henricus* de Plavven, dictus Rüzze, *Albertus* Burggravius de Aldenburg, N. *Walterus*, Præpoſitus Eccleſiæ Miſnenſis, *Wernher* de Heylmœnſted, Sacerdos, & Genitricis *Friderici* primus Capellanus, *Bertoldus*, Vice-Dominus de Eckeſtethe, *Otto* de Vanre, *Timmo* de Hasdecke, Milites, & alii. Act. & dat. Aldenborg anno MCCCXXV. IV. Id. Novembr. Superatis tandem tot tantisque hoſtibus, utramque Provinciam, Thuringiam & Miſniam, tranquillè & feliciter guber-

1326. *Frid. Admorſi obitus, epitaph.* navit *Fridericus* uſque ad exceſſum. Conditus eſt in ſacello monaſterii *Cathariniani* D. Joanni ſacro. Monumentum ejus, quod in arcem *Grimmenſteinianam*, exque hac ad fontem *Reinhardi* translatum eſt, circumfertur tale: (q)

*Ecce* Fridericus, *cultor virtutis, amicus*
*pacis, conditur hic, ſtirps Imperialis, & illic*
*fulgeat iſte pius Marchio Landgravius.*

*uxores ejus,* Paululùm immutatum dabit M. *Pfefferkorn.* (r) Uxores habuit duas (1) *Agnetem*, Ducis Carinthiæ Fil., Vetero-cellæ ſepultam, quæ mater erat *Friderici Claudi.* (2) *Eliſabetham*, Comitis *Arenshaugii* Filiam, quam, cùm ex arce Wartenburgica diebus ſacris templum quoddam ſæpius frequentaret, interceptam, ac inde Gotham deductam, conſentiente noverca, matrimonio ſibi junxit. Hæc exſpiravit anno MCCCLIX. Iſnaci huma-

(q) Melanthon. T. III. Declamat. p. 131. & Peucer. L. V. chron. p. 741. (r) in Thuring. ſua c. 15. p. 151.

humata. † Ex hac genuit *Eliſabetham*, *Henrici* II. Haſſiæ Principis conju-
gem. *Theodoricus* quondam plebanus novi hoſpitalis extra muros B. Virg. ſex *donatio B V. facta.*
maldra annonæ Erfurtenſis menſuræ, & ſex maldra avenæ Sonnenbornen-
ſis menſuræ, pro remedio animæ ſuæ, coëmit. *Hardevicus* de *Erpeden*, electus 1327.
Antiſtes Magdeburgenſis, pallium & confirmationem à Papa petitu- *Antiſtes Magdeburg.*
rus, in itinere hîc defecit, ſepultus in cœnobio Franciſcanorum. (s) *hîc obit.*

§. 83. Caſtrum oppidumque *Driſurtienſe* vetus latronum furumque *Driſurtienſes latrones,*
diverticulum fuerat. *Fridericus* ſiquidem & *Hermannus*, fratres de *Driſurdia* &
Dynaſtæ *Spangenbergæ*, ex rapto viventes, Cattis, Thuringis & Eichsfeldenſi-
bus, aliisq; multa fecerant damna, *Sonnenbornâ*, *Goldbachiô*, aliisq; pagis exuſtis.
Verùm Generoſus Eques *Frid. Wangenhemius* captos iſtos binos, unà cum *capiuntur.*
*Hundsbergio* & pluribus, adduxit *Wangenheimium*. Reliqui tracti ſunt *Gotham*,
ibique vel ſuſpenſi, ſeu capite plexi, ceteris in fugam pulſis. *Driſurtienſes* Prin-
cipi pro pretio ſalutis dabant partem ditionis ſuæ, ex qua majorem *Beringam*
Wangenhemio donavit, poſtea *Oeſterberingam* & *Wolfsberingam* etiam ſibi
acquiſiverunt nobiles iſti, & adhuc parent illis lineæ *Winterſteinenſis*. Alii
ſcribunt, tres hoſce pagos tunc ſimul ceſſiſſe *Wangenhemiis*. Sed iſti la-
trones antiquum ſuum obtinentes vultum mutabant, non mentem. Ergo 1328.
Moguntinus *Henricus*, Comes *Virnenburgicus*, Principes Haſſiæ & Thu- *privantur*
ringiæ, *Driſurtienſibus* longè profligatis, caſtrum & oppidum eorum inter ſe *ditione ſuâ,*
partiti ſunt, & quiſque adhuc ſuum ibi habet Præfectum. Ceterùm origi-
nes *Driſurtienſium* nobilium (antè dicebantur *Nortmanni*,) ſpecioſè ſatis re-
cenſet *Rivander*, (t) ſed num verè, tute judicabis.

§. 84. Sequente anno *Fridericus*, ob ſpectabilem formam *Gravis*, 1329.
der Ernſthaffte / ob maciem verò *macer*, der Hagre / oder Dörre / *Friderici* *Frideric. Macer,*
*Admorſi* (mit dem Biß) Fil., obtentâ veniâ ætatis, *Henricum Ruthenum*,
Tutorem hactenus ſuum, curâ & onere iſtô levavit. (u) Hic *Fri-*
*dericus* monialibus S. *Nicolai* licentiam dedit, à monaſterio uſque ad pontem *licentia judicialis,*
propè ſacellum D. *Clementis*, judicialia quædam exercendi, præter hæc,
quæ ſanguinem concernunt. At mox fœdæ naſcebantur lites inter *Henri-* 1330.
*cum* Ruthenum & *Fridericum* noſtrum, de quibus vide ſîs Autorem *Stemma-* *lis inter Ruthenum & Frid.*
*tis Ruthenici*. (vv) Huic *Friderico* eod. anno *Joannes*, Rex Bohemiæ, ex He-
truſcis & Inſubribus rediens, eripuit, quicquid adhuc in ſuperiori Luſatia
Miſniæ Marchionibus parebat, quòd, in gratiam Imperatoris, *Juditham*, filiam *ac cum Bohem. R.*
*Joannis*, ſponſam ſuam intactam Patri remiſiſſet, quæ poſtea nupſit *Joanni*,

 Galliæ

(s) Pomar. chron. Sax. p. 372. chron. Magdeb. T. II. rer. Germ. Meibom. p. 339. (t) chron. p. 29. (u) Reußiſche Stammtafel p. 281. † Si prima conjux anno 1308. obiit, ut multi ajunt, qui ducta fuerit altera anno 1303. imò alii mortem Eliſabethæ ad ann. 1359. referunt. Vid. ſpecim. I. Hiſt. Saxon. Prætor. c. 2. §. 3. Lipſ. edit. 1693. & infra §. 92. (vv) p. 286.

Galliæ Regi. Eod.anno naſcitur *Sigiſmundus*, *Frid.Gravis*, ſeu (à gravitate mo-
1331. rum) *Severi* Filius, Præſul poſtea Merſeburgicus. Anno ſequente iſte *Fride-*
*confirmatio* *ricus* omnes donationes, dotationes, libertates, immunitates, jura & privile-
*jurium* gia S.Nicolao confirmabat, ſuperadditis aliis, retinendi ſcilicet omnem cen-
*S.Nicol.* ſum intra urbem noſtram: & ne cives de duobus hortis monaſterii ante val-
vam S.Nicol., quorum unus ſitus eſt juxta molendinum ad *Hörſelum*, alter
verò ex oppoſito, aliquam unquam exactionem faciant, & ſi quæ fuerunt
alia. Teſtes erant Honorabiles Viri Dominus *Albrechtus*, Abbas, Curiæ
Principis Cancellarius, Frater *Otto* de Domyn, ſincerus ejus confeſſor, *Gar-*
*dianus* in Suſeliz, *Frid.* de Wangenheim, *Otto* de Hotevvitz, Marſchalcus,
B.de Netzelröde, *Georg.* dictus Schmedetroſch, *Hermann.* de Annera,
*Hugo* de Curvé & alii. Dat. Wartpurg. anno MCCCXXXI. in die
S. Cyriaci.

*xenodo-* §. 85. Struxerat *S.Eliſabetha* infrà *Wartburgum* xenodochium, in quo
*chium*, XXVIII. pauperes perpetuò alebantur. Quod anno eod. (al. habent
*monaſt.* FF. MCCCXXXVI.) *Fridericus Gravis* in cœnobium *Fratrum Minorum* conver-
*Minorum*, tit, in memoriam B. *Eliſabethæ*. Hinc vocatur *cella ejus*, (x) & *Collegium*
*cella ad Vi-* *Schalbianum*, (y) quia gens *Schalbiana* (cujus memoria in benedictione ſit!)
*erram*, multa ei contulerat bona. Translatum id poſtea in urbem, & ad *Nudipedes*
dictum, fruſtrà aſſeruit *Binhardus*. (z) Idem *Fridericus* inſtauravit Præpoſitu-
*iter in An-* ram, ſeu *cellam*, ad Vierram infrà *Franckerodam*. Eodem anno abiit in An-
*gliam*, gliam ad *Eduardum* III. militaturus contra Gallos. Præpoſitus *S.Jacobi* Cru-
1332. cisburgi S.Nicolao multa contulit. Erant diſſidia inter *Fridericum* & Ma-
*rixa inter* trem ejus ob hujus dotalitium, quod Gotha cum Præfectura ſua. Obtulit ei
*Fil. & Ma-* filius pretium æquivalens, at noluit illa. Sequente anno per *Ludovicum Ba-*
*trem*, *varum* Imp. amica fit tranſactio Wartburgi, ut mater filio *Weiſenséam* trade-
1333. ret, ceteris ſibi ad dies vitæ reſervatis. (a) Indulſit idem civibus libertatem
*tranſactio*, & exemtionem ab omni onere bonorum ſuorum in *Micro-* & *Mega-Lup-*
*exemtio* *nizio*, *Stockhuſii* & *Neukirchæ*. Sæpius citata Hiſtoria ait: (b) *Ludovicus* Imp.
*Iſnacenſiũ*. fecit *treugas* cum Marchione *Friderico*, *Erfurto* & *Mülhuſa* ad biennium
1334. Wartburgi. Anno MCCCXXXIV. mandante Imperatore, judicium exer-
*motus Er-* citurus *Mittelhuſæ* contra Erfurtenſes, qui Clericis multas fecerant injurias,
*furtenſes*, contumaciam eorum ſenſit. Quare igne ferroque eos vaſtabat. Trahunt ad
ſe *Kevernburgicum*, *Orlamundanum*, *Beichlingenſem* & *Rotenburgicum* Comites;
preſſi autem cinctique à *Friderico* mutant vela, transfugientes ad ipſum.
Tunc, duce *Henrico Blanckenhaynio*, *Neomarcum*, *Buttelſtedium*, & *Tamms-*
*brü-*

(x) hiſt. Landgrav. c.95. (y) Luther. T.I. epiſt. p.2. (z) L.II. chron. Thuring. p.251.
(a) Spangenberg. chron. Henneberg. L.V. c.5. f.189. & chron. Saxon. c.282. f.481.
Fabricius L.VI. orig. Saxon. p.644. (b) de Landgrav. c.93. & chron. Sax. Spangen-
berg. l.c.

*brücken* populantur, incenſo *Kranichfeldio* cum arce. *Fridericus* obſidens Erfurtum ad obſequia compellit refractarios, qui demum ſupplices magno argenti pondere pacem emunt. (c)

§. 86. *Joann Huſs* cum conjuge ſua *Mechtildâ* duabus Vicariis *Bertoldi de Dregela* & *Conradi Elizabet* in æde B. Virg. obtulit ſequentes reditus; in duabus domibus in fimo hîc ſitis, quarum unam inhabitat dictus *Veterlin*, alteram *Petrus Calafex*, & *Joannes* dictus *Bernſtein*, in ſingulis earum *unum panem* in feſto nativitatis Chriſti, valentem ſolid. denar., item in qualibet *unum armum agninum* in feſto Paſchatos, & duos ſolidos censûs perpetui. Literæ datæ ſunt III. Kal. Januar. Sequente anno *Fridericus*, ob res ſtrenuè geſtas, creatur *Eques Auratus*, juſſu *Eduardi* III. Britanniæ Regis, à dilecto fidelique ſuo *Friderico Wangenhemio*, cujus terga hoſtis nunquam viderat. Id enim ſpecialiter rogârat Princeps. Redux Comites ſuos Iſenaci convivio excepit. Eod. anno naſcitur *Balthaſar* Landgravius *Weiſenfelſæ*. *Henricus Hoymius*, Canonicus B.V. in memoriam 11000. Virginum, *S. Vincentii*, *Martini* & *Julianæ* inſignem fundat Vicariam in ædicula S. *Annæ*, ita ut ad hanc conſtitutus Presbyter *ſpecialis Vicarius Senatûs urbisq;* ſit & dicatur, uti ex literis vidi, quarum initium hoc:

1335. *legatum ad pias cauſas*. 1336. *Frid. fit Eques*. *natalis Balthaſari*. 1337. *fundatio Vicariæ*.

Nos *Henricus*, dictus Nekel, & *Joannes* dictus Sterre, Magiſtri Conſulum, *Bertoldus* de Frimar, *Conradus* & *Ludevvicus*, fratres germani, dicti Ziegenfleiſch, *Hermannus* de Nuvvenkirchen, *Günterus* Gottſchalci, *Günterus* & *Theodoricus* fratres uterini, dicti de Mechele, *Chriſtophorus* Hellegrafe, *Heinricus* dictus Stierer, *Henricus* Rymann, *Joannes* Steinfeld, *Conradus* de Crovvela, *Gyſelerus* de Franckenſtein, *Albertus* dictus Ackermann, *Heinricus* de Hoeych, *Nicol.* de Urſa, *Heinricus* de Buffeleyben, *Joannes* dictus Segewyn, *Ditherus*, dictus Mützehen, *Conradus* Nöting, & *Theodoricus* de Köngiſſe, Conſules, nec non tota Univerſitas oppidi Yſenach. Datum anno MCCCXXXVII. Sequente fit tranſactio cum monaſterio S. Nicolai ratione *molæ*, quam vocant die Mittelmühle. *Eliſabetha*, *Friderici* I. filia & *Henrici*, Haſſiæ Principis, conjux, vixit hîc in eremo religioſa. Apud maritum à fratre ejus *Ludovico* falsò adulterii crimine delata ad fratrem confugerat, illoque ſæpius eam repetente, tamen hîc manſit. Eod. anno naſcitur *Ludovicus* Wartburgi, *Frid. Gravis* Filius, Epiſcopus poſtea Halberſtadenſis, Bambergenſis, Moguntinenſis & Magdeburgenſis.

1338. *Mittelmühle*. 1340. *eremus Eliſabethæ*, *natalis Ludovici*.

§. 87. *Hermannus Orlamundanus* & *Günterus Schvvartzburgicus* unà in curia, ſeu diverſorio, Erfurtenſi ſcyphos inter & choreas fabulantes, cernunt fortè *Fridericum* noſtrum per urbem equitantem; quorum ille: *heus! Friderice*, clamat, *unde, ſeu quò te pedes?* Fritz woher? Fritz/wo hinauß? Princeps verò: *peream*, dixit, *ni brevi parciùs & modeſtiùs faturus mihi ſis.* Sumtis ergo in adju-

1342. *petulantia linguæ plexa*.

(c) Conf. Gudeni hiſt. Erfurt. L. II. p. 95. ſeqq.

adjutorium Erfurtenſibus, deſtructisque oppidis & caſtris *Kobelſtedio*, *Hardeslebio*, *Breitenheerda*, *Otterslebio*, *Witzlebio*, *Kirchhemio* &c. utrumque ſanſonem egregiè punivit, omnesque belli impenſas cum magno fœnore ab iis extorſit. Vinarienſem quippe ditione ſuâ exuit, alterum obſidionem *Arnſtadii* ſolventem Erfurtum uſque inſecutus profligavit, cumque Patre *Henrico* cepit. Ad *Arnſtadium* verò regreſſus, ingenti clade ab *Henrico Firnbergio*, qui urbi præerat, affectus eſt. Vinarienſis tamen victori ſuo *Orlaniündam*, Erfurtinis *Zimmeram* cedens, veniam ſupplex impetravit. *Schvvartzburgici* autem anno MCCCXLIV. dimiſſi ſunt. (d) Ingens etiam hoc anno inun-
*inundatio*, datio. Vierra enim *Crucisburgi* mœnia urbis ferè tranſcendit.

1343. *incendium*, §. 88. Quantum aliquando incendium puſilla excitet ſcintillula, triſtiſſimus patriæ interitus comprobat. Saliebat flammula ultra foci ſui limitem, apprêndens aſſerem, quam una manus facilè reſtinxiſſet. At neglecta ſubitò fiebat ferocior, majus appetens pabulum. Duæ tresve amphoræ è rivo coriariorum, (Löbersbach) qui ædes iſtius Presbyteri propè templum Nicolaitanum præterlabebatur, hauſtæ omni ſuffeciſſent voto; ſed quò diſcordia cives perduxit miſeros? cùm enim edentuli veſcentium dentibus inviderent, mala ſuccedebant malis. Verùm juſtiſſimum Numen graviſſimè plexit invidos vicinos, riſusque eorum in amariſſimum fletum convertit. Vix enim paucula fugerant momenta, cùm, Deo ſic volente, & vento favente, per totum *forum Saturninum* (Sonnabend-Marckt) ſublimior graſſaretur Vulcanus. Quicquid offenderat in *platea inferiori*, (Unter-gaßen) circa arcem *Clemmiam*, *templum Jacobaum*, in latere inferiori *plateæ Judæorum*, in foro *Mercuriali*, (Mittwochen-Marckt) propè *artœcum*, (Brod-Hauß) in platea *cultrariorum*, (Meßerſchmiedsgaßen) *Georgiana*, *vietorum*, (Büttnersgaßen) id omne & longè plus ociùs conſumſit. Nec *S. Annæ*, nec ſuburbio vel *piſcatorum*, (Fiſchersſtadt) vel toti *Georgiano*, aut domunculis ad *ſemitam* (Stiege) hærentibus, furioſum pepercit elementum. Unus quippe cinis erat, una favilla, unus omnium planctus. Verè Pſalmographus: (e) niſi Dominus cuſtodiat civitatem, fruſtrà ſpeculantur vigiles in excelſo. Naſcitur hoc anno *Friderico Gravi* Wilhelmus *monoculus*, ſeu *Cocles*, Dresdæ.

1344. §. 89. Anno MCCCXLIV. ſynodus habita in Collegio *Dominicanorum*, cui intererant multi Doctores Theologi. (f) *Henricus Hoymius* (Hay-
*fundatio Vicariæ*, nius) denuò Vicariam *SS. Barbaræ*, *Dorotheæ* & *Jodoci* fundat & dotat cum *Joanne Bernio* in æde B. V. Sic enim literæ:

In nomine Domini Amen. Cuncta, quæ geruntur in tempore, ſimul labuntur cum tempore, niſi Virorum idoneorum literarum teſtimonio fuerint peren-

(d) Conf. Gudeni hiſt. Erfurt. L. II. p. 98. ſeqq. (e) Pſ. CXXVII. 1. (f) Spangenberg. L. V. chrön. Henneb. p. 195.

perennata. Hinc eſt, quòd Nos Decanus, Scholaſticus, Cantor, Cuſtos, totumq; Capitulum Eccleſiæ S. Mariæ Iſnacenſis, tenore præſentium recognoſcimus omnibus & ſingulis, quibus noſſe fuerit opportunum, Quòd honorabiles Viri, videlicet Dominus *Heinricus* dictus de *Hayn*, Canonicus dictæ noſtræ Eccleſiæ, & Dominus *Joannes*, dictus de *Bern*, ibidem Vicarius, *divinâ* ipſos *inſtigante gratiâ, cupientes ipſis & ipſorum parentibus & amicis perpetuæ beatitudinis bravium comparare*, ad honorem omnipotentis Dei & Glorioſæ Matris ſuæ Mariæ, ùt & Sanctarum Virginum *Barbaræ*, *Dorotheæ* & *S. Jodoci*, in noſtra prædicta Eccleſia, certis reditibus intra & extra civitatem *Iſenach*, unam Vicariam perpetuam dotaverunt, inſtaurârunt & fecerunt. Inſuper ſcire cupimus univerſos, quòd nominatus Dominus *Joannes* à nobis favorabiliter obtinuit, quòd, poſt ipſius deceſſum, ſui ſanguinei & amici proximi unam perſonam Domino Scholaſtico ſuprà dictæ noſtræ Eccleſiæ & noſtro Capitulo præſentandi habebunt & habent facultatem liberam *ad obedientiam debitam, & conſuetam faciendam*, cui præſentato à prænominato noſtræ Eccleſiæ Scholaſtico prælibata conferetur & confertur Vicaria, dummodò præſentantes perſonæ, ſeu præſentata, aut utraq; pars, *unam marcam puri argenti* certorum redituum ſingulis annorum revolutionibus memoratæ Vicariæ præordinent, tribuant, & procurent. Præterea poſt deceſſum aut receſſum, liberum hujus perſonæ poſt mortem præmemorati Domini *Joannis* ſit præſentare, ùt in ſuperioribus enarratur: ſæpe dictus Dominus Scholaſticus, qui pro tunc in noſtra Eccleſia conſtitutus fuerit, memoratam Vicariam perſonæ, cui magis ſua favorabilitas decreverit, conferendi liberam habet & habebit facultatem. Nos verò Domini ſæpedicti Capituli volentes memoratam dotationem & inſtaurationem perenniter habere gratam & ratam, præſentem literam unanimi conſenſu noſtri Capituli, accedente noſtro ſigillo, duximus roborandam. Actum & datum præſentibus Honorabilibus Viris & Diſcretis Domino *Hartungo*, Presbytero in Warza, Domino *Bertoldo* Presbytero in Oſtheim, *Conrado* dicto Elizabeth, noſtræ Eccleſiæ Vicario, *Joann.* Dilherr., *Joann.* dicto Gottſchalck, *Tizelino* dicto Königsée, *Hermanno* dicto Nevvekirchen, civibus Iſenacenſibus & aliis pluribus fide dignis. Publicat. anno Domini MCCCXLIV. in octava corporis Chriſti. Eod. anno in ſolenni pugna equeſtri *Iſnaci* palmam meruit *Fridericus*. *pugna equeſtris.* Sunt, qui ajunt, filium ejus *Frid.* Juniorem, ſeu *ſtrenuum*, nuptias ſimul celebrâſſe cum *Catharina Hennebergica*, Henrici XII. Filia. Ambiit quidem amorem ejus, verùm nihil utrinque concluſum, quòd Senior *Fridericus* tot & tanta caſtra & oppida in dotem poſceret, ægerrimè id ferente *Hennebergico*. (g) Sequente anno MCCCXLV. 1345. autem in matrimonium ejus elocata eſt. Cùm verò Præfecturam *Coburgenſem* *nuptiæ Friderici.*



(g) Idem lib. cit. c. 9.

*genſem* doris loco promiſſam, nuptiis finitis, tradere nollet *Hennebergicus*, domum remiſit illam *Fridericus*. Exorto inde bello, victus fugatusq; *Henricus*. Pace demum factâ filiam Genero ſuo remiſit, eique *Coburgum*, *Sonnebergam*, *Königsbergam*, *Neuſtadium*, *Rotachium*, *Umſtadium* &c. tradidit. So kam die Henne um das gute Ey. (h) Eod. anno Ec-
*Ecclesſ. Ordrufiana.* cleſia Collegiata *Ordrufiana* transfertur Gotham. *Altenſteinium* [ imò *Saltzunga* & *Franckenſtenium*, (i) ] à Dominis de *Salza* emtum. Qui nobiles fratres in venditione urbis ſuæ *Salzæ* (Langenſaltz) non bene conveniebant. Duo quippe portiones ſuas obtulêre *Moguntino*, major natû verò ſuam *Friderico* II. Hinc urbs obſeſſa; cùmque cives Principi noſtro nudata poſteriora monſtrâſſent, ignominiam ulturus ipſe ignem
*Salza exuſta,* ſubdidit tectis, quô flammam concipiente DCCCCLXXVIII. ferè mortales periêre. Ex diviſione oppidi tandem concordia inter vicinos. Emit poſtea *Balthaſar* Landgravius partes Moguntini, adeoque to-
*Frid. elect. Imperat.* tam *Salzam* dominio ſuo ſubjecit. Defuncto *Ludovico Bavaro* Socero electus noſter *Severus* contra *Carolum* IV. Imperator, quod onus ille humiliter declinans, (ob ſenectutem putat alius, & tamen anno MCCCX. natum, denatumque anno MCCCXLIX. tradit,) in prœmium modeſtiæ
*mors Eliſabethæ,* ſuæ à *Carolo* accepit 10000. marc. argenti. Deceſſit tandem in ergaſtulo ſuo religioſo *Eliſabetha*, *Henrici* II, Haſſiæ Principis, conjux.

1346. *Frid. Drifurt. libido,* §. 90. *Fridericus*, Dominus *Drifurtiæ* & *Spangenbergæ*, (alii eum vocant *Hermannum*,) literis bene tinctus, ſed monſtroſè libidinoſus, omnes matronas & virgines ferè in ſua ditione corruperat, adeò, ut ſi quis filiam caſtam tutamque ſervare vellet, vix ultra annum ætatis duodecimum ſecum retineret. Hic noctu aliquando ſolus montem
1347. *Hellerſtein* tranſiturus Eques, devius in altiſſimum montis jugum præruptumque ſaxum conſcendit. Cùm inde præcipitem ſe daret cum equo, ſtatim periit beſtia, ipſe tamen, ephippio licèt cum gladio fracto, incolumis evaſit, ope (ùt crediderat) B. Virg., quam in ipſo lapſu implorârat. Impuriſſimus homo erat, ſacris tamen crebriùs adſtabat.
*& pœnitentia,* Agens tandem pœnitentiam apud *Nudipedes* noſtros, victum oſtiatim in urbe petiit. Mortuus anno MCCCXLVII. Sepultus in loco ſordidiſſimo, intra mœnia ſcilicet & ædem B. Virg., quò ſaturi ire ſolebant ſcholaſtici. Hunc verò ipſe ſibi elegerat. Intoxicâſſe dicebantur Judæi puteos fon-
1349. *Judæi occiſi,* teſque, ideò omnes in Thuringia occiſi. *Carolus* IV. in æde Prædica-
*tranſactio,* torum placidè diremit, quas cum *Ludovico* Brandenburgico hactenus habuerat, ſimultates. (k) Tandem *Fridericus* fato functus ſuo XIX.
*mors Frid. II.* Nov. anno ætatis XXXIX. Jacet Vetero-Cellæ apud Patres ſuos. Genue-

(h) l.c. (i) Id. l.c.p.196. (k) Krantz.L.IX.Sax,c,26. Spangenberg.chron.Sax.c.288.p.490. Cuſpinian. in Carol.IV. f. 478.

Genuerat ex *Mechtilde* ſua, *Ludov. Bavari* Imp. F., ſex filios & quatuor filias, *liberi ejus.*
( 1 ) *Frideric.* Rochlitii haud diu ſuperſtitem, ( 2 ) *Fridericum Strenuum*, quo de infrà. ( 3 ) *Sigiſmundum*, natum Miſnæ, Præſulem pòſt Merſeburg. (4) *Balthaſar.* (5) *Ludovicum*, (6) *Wilhelm. Coclitem*, (7) *Eliſabetham*, *Friderici* Burggravii Norinberg. uxorem, (8) *Beatricem*, Abbatiſſam *Seuſelizenſem*, (9) *Annam*, (10) & *Claram*, gemellas, Miſnæ natas & in infantia extinctas.

§. 91. *Carolus* autem in urbe noſtra morans *Mülhuſæ* non tantùm multa privilegia conceſſit, (1) ſed etiam hanc ſpecialem gratiam civibus & oppidanis in tota Provincia promiſit fecitque, ut ipſi bona *feudalia equeſtria* jure emtionis, ſeu quôvis aliô, legitimè acquirere valeant, omni impedimento penitùs ſublato. Literæ demum Budiſſæ datæ ſunt, quas ſubnecto: 1350.

*Carolus*, Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boëmiæ Rex, ad univerſorum S.R.I. fidelium volumus notitiam præſentibus pervenire &c. Quod ad inſtantiam, ſupplicationem & petitionem ſupplicem Illuſtrium *Friderici*, *Balthazar*, *Ludovici* & *Wilhelmi* Thuringiæ Landgraviorum, Miſnenſium Orientalium & in Landisberg Marchionum, Comitum in Orlamunde, Dominorumque terræ Pliſnenſis, Avunculorum & Principum cariſſimorum, *univerſis civibus & oppidanis per Principatus, terras & civitates ſuas, quas nunc poſſident, vel poſſidebunt in futurum* in hereditates, hanc gratiam facimus ſpecialem, *quòd ipſi bona feudalia, quæ Equitibus propriè debentur, emere, vel quôvis alterius contractûs titulo recuperare valeant, habilitantes præfatos cives & oppidanos univerſos ad quælibet bona feudalia, undecunque vel à quocunque deſcendentia, ſupplentes auctoritate noſtrâ per præſentes literas omnem defectum, quem à jure, vel à conſuetudine poſſent habere, vel pati aliqualiter viderentur, ſic quod eis & eorum proventibus liberè gaudere poſſint, ut ea cum omnibus juribus ſuis, tanquam naturales vaſalli, ex noſtra permiſſione præſentibus eis conceſſa & glorioſiùs indulta queant poſſidere, lege, ſtatuto, aut conſuetudine propriè aliqualiter non obſtante, quibus omnibus auctoritate & de plenitudine noſtræ poteſtatis præſentibus penitus derogamus, decernentes eas omninò in antea quoad abolitas, mortuas & exſtinctas.* In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum *Budiſſin* anno Domini MCCCL. quinquageſimo Jubilæo, indictione tertiâ, octavo Id. Febr. Regnorum noſtrorum anno quarto. *Jus acquirendi feuda equeſtria.*

Admodum potentes in Thuringia fuêre Comites *Orlamundani*, qui *Vinariam*, aliaque oppida plurima poſſidebant, *feudi Imperialis* nomine. Quo titulo ſuperbi multas creârunt moleſtias Landgraviis. Nihilominus tamen hi Comites iſtos pro *Landſaſſiis* habebant, & ùt tales coërcebant, eòuſque ut tandem à *Carolo IV.*, ceu probatur diplomate anno MCCCL. *Orlamundanorum potentia.*

 XII. Kal.

XII. Kal. Mart. *Budiſſini* dato, feudi illius jus Principibus Thuringiæ *Frid.*, *Balthaſ.*, *Ludov.*, & *Wilhelmo* prorſus reſignaretur, volentibus Comitibus, qui, dicente Imperatore, *ſub umbra alarum Magnificorum* (quos dixi) *Principum*, & *Friderici* Patris illorum, *ob ſpem ſpecialis protectionis, ſe ac ſua bona, ſpontaneâ ac liberâ voluntate, ſubjecerunt gubernationi & ordinationi Principum prædictorum, ſperantes, conditionem ſuam hac in parte non deteriorem, ſed meliorem facere.*

1356. *permutatio juris Patronatus Stedfeldiani, Balthaſ. fit Eques,* 1357. *munus ad altare,* 1359. *elogium & obitus Eliſabethæ,*

§. 92. Anno MCCCLVI. in vigilia converſionis S. Pauli fit permutatio Juris Patronatûs in ſuperiori & inferiori *Stedtfeldia* inter *Hersfeldenſem* Cœnobiarcham & Collegium B. Virginis. Eod. anno, ætatis ſuæ XX., *Balthaſar* Landgrav. *Eduardo* III. Angliæ Regi in auxilium contra Gallos profectus, & cum eodem in Angliam rediens, militari baltheo à Rege donatus eſt. Sequente dedit *Fridericus Strenuus* ad altare S. *Joannis* in monaſterio *Cathariniano* decem marcas puri argenti. *Eliſabetha* (Arnshaugiana) *Friderici Admorſi* Vidua, *mulier vitâ & Chriſtianâ religione ſtrenua, ingenio ſapientiſſima, animo & facto liberalis, cunctis virtutibus mundanis prædita, in conſilio ſuprema, linguâ diſerta, pauperum nutritia, religioſorum defenſatrix, aſſidua pacis terræ Thuringiæ amatrix atque fideliſſima Procuratrix, in cultu divino diligentiſſima*, ſepulta eſt *Iſnaci* apud fratres Prædicatores. (l) *Bangius* (m) & *Binhard* (n) ſubſtituunt *Margaritam*, primam *Balthaſaris* Landgravii conjugem, quam diu pòſt duxit. Pro ſalute animæ ſuæ *Eliſabetha*, Haſſiæ Landgravia, Collegio *Mariano* XL. marcas argenti dederat. Non pigebit literas, ſimplicitatis ſeculi teſtes, apponere.

*legatum Eliſabethanum,*

Fiſcher/eins einer genandt **Heintze Gärtener** / und eins einer genandt **Mertin Mußbach**/die jährliche Zinſe davon geben/das meinte der Gvardian und ſeine Brüder obgenandt/die Häuſer ſolten gehören zu dem Steige bey Yſenach hinter S. Kathrinen Kloſter/und ſind doch nahmlich in ihrem Brieffe/als ihnen der Steig verſchrieben iſt/ nicht benandt. So legten vor der Dechant und Capitul unſer Eltern Brieff/der älter iſt/ denn des Gvardians und Brüder obgenandt Brieff / den ſie haben über den obgenandten Steig/und darin nemlich benandt iſt das Thaal unter dem Metenſteine / und die Aecker darum / daß die gegeben würden von unſern Eltern Ern **Heinrich Pardiz** genandt/der ein Dechant der obgenandten unſer Frauen Kirch vor viel Jahren geweßt iſt/die fürter zugeben und zubeſcheiden/wohin ſein Wille wäre / von dem die Güther an die obgenandte Dechant und Capitul kommen ſind zum Gebau derſelben Kirchen und ewigem Seelgeräthe. Wann nun die obgenandte vier Häuſer in dem obgenandten Thaal und auf die obgenandte Aecker gebaut ſind / als wir künlich ſyn unterwieſet/ So haben Wir ſie entſchieden / daß die Zinſe/die ſich gebühren von den obgenandten vier Häuſern / und was der hernach mehr in das mehrgenandte Thaal und auf die Aecker gebaut würden/ folgen ſollen ewiglich vom vorgenandten Dechant und Capitel zum Gebaue der vorgenandten Unſer lieben Frauen Kirchen und zu ewigem Seelgeräthe / daran der obgenandte Gvardian und Brüder / und alle ihre Nachkommen ſie ewiglich nimmermehr hindern/ noch darein legen ſollen / doch alſo / daß die Leute / die wohnhaftig ſeyn und werden / zu Gerichte gehen ſollen / alß die Leute / die da wohnen an dem obgenandten Steige/ und von Gerichtswegen pflegen / was ihnen gebürt / und Recht und Gewonheit iſt ohne Gefährde. Auch langten der Dechant und Capitul vorgenandt an die vorgenandte Gvardian und Brüder üm zwey Pfund Wachſes / die ſie ihnen ſolten geben järlich uff unſer lieben Frauen Tag Liechtweyhe/ von des obgenandten Steiges wegen / zu einem Zeichen / daß die obgenandte Gvardian und Brüder / oder wer den Steig inne hätte / von ihnen haben ſolten / von einer Handfeſten wegen / die ihnen von unſern Eltern gegeben iſt. Deß legten Sie beyderſeits ihre Briefe vor uns und unſern Rath / daran Wir erkandten / daß die Briefe des Dechants und Capituls mehrgenandt älter waren / denn des Gvardians und Kloſters mehrgenandt/ und haben ſie freundlichen daraus auch entſchieden/ alſo daß der Gvardian und Kloſter vorgenandt / und alle ſeine Nachkommen / oder wer den obgenandten Steig inne hätte / dem ehgenandten Dechant und Capitul fürter mehr zu ewigen Zeiten alle Jahr jährlichen auf unſer lieben Frauen Tag Aſſumt. geben ſollen ein Pfund Wachſes / und ſollen des andern Pfunds ledig ſeyn / ohne Gefährde.

Hiebey ſind geweſt und Gezeugen die Geſtrengen/unſre lieben Getreuen Er **Dieterich von Bünewald**/ Er **Fritz von Witzleiben**/ Ritter / **Apel von Beſa** der ältere Voigt zu Wartburg/ **Herman von Harſtall**/Land-Richter/ **Herman Kuchenmeiſter** / Voigt zu Yſenach/ und andere erbare Leute gnug / denen wohl iſt zu glauben. Des zu Uhrkund haben Wir unſer Innſiegel an dieſen Brieff laßen hängen / der gegeben iſt zu Iſenach nach Chriſti Geborth Anno 1399. am Dienſtage vor Unſer lieben Frauen Tage Aſſumtionis.

*ignes in aëre,* Eôd. annô in vigilia S. *Eliſabethæ* viſi ſunt tres ignes in aëre [*caudæ* magnæ *ignitæ*, (q)] propè *Iſnacum* & *Scharfenbergam*, qui aliquandiu arſerunt, poſtea conjuncti, iterumque ſejuncti ceciderunt in montem *Hörſelum*. (r)

1400. *Nobiles ab Hörde,* §. 109. Circa annum MCCCC. fortè Nobiles ab *Hörda* ex Weſtfalia in Haſſiam, exque hac in Thuringiam primùm migrârunt. Inſigne eorum *Maurus* valde *auritus* in rubro campo, uti *Rotenburgi* ad Fuldam cum hoc diſticho videmus:

> Hördis *maſculeam faciem ſignare* nigrantem
> *in* rubro binis auribus *illa nitet*.
> Die **Hörden** führen in ihrem Schildt
> mit **großen Ohren** ein Mannes-Bild /
> ſchwartz und **roth** ihre Farben ſind /
> gieb acht auf die Schantz wiedern ſind.

*Cottarum origo in urbe,* *Burcardus Cotta*, Romanus, eod. anno ſedem hîc fixit ſuam. Filio ejus *Bonaventuræ Sigiſmundus* Imp., cujus conſiliarius erat, ob virtutem fidemque contra Venetos, Auſtriacos, alioſque tunc Imperii hoſtes, animosè & conſtanter exhibitam, abs *Ottone* III. circa annum MCCIII. innovata & aucta nobilia inſignia jure hereditario denuò adauxit & ſplendidiora fecit Pragæ anno MCCCCXX. in die S. Bartholomæi. Sed vide, ſi vacat & placet, de inclyta
1401. & antiqua hac gente nos alibi latiùs. (s) Sequente anno *Fridericus* IV. ſeu
*Frid. IV. Eques,* *Pacificus*, Eques creatur auratus. *Balthaſar* noſter à *Joanne* de *Merlau*, Ab-
*Gerſtungen,* bate Fuldenſi, Præfecturam *Gerſtungenſem* juſto pretio emit. (t) Nec hîc audiendus *Brovverus*, contrarium aſſerens. (u) Salzam quoque juri & domi-
1402. *Salza,* nio ſuo totam addidit. *Conrad.* ab *Utterodt* pro ſe, conjuge, liberis, Parentibus, totaque familia ſingulis annis Monachis Dominicanis legabat octo
1403. *legatum,* gallinas, tot caſeos, ſexaginta ova, & nummos aliquot. Quàm bellum animæ remedium! Altari B. Virginis, S. Matthiæ Apoſtoli, S. Mar. Magdalenæ & S. Eraſmo conſecrato in æde B. V. præfectus erat *Conradus Tritzſcher* Preſ-

(q) Hiſt. Landgrav. c. 141. (r) Rivand. chron. Thur. p. 457. & Bang. chron. p. 150. A. (s) diſſert. m. hiſtoric. XIV. (t) Albin. chron. Miſnenſ. tit. XV. p. 202. (u) L. IV. Antiqu. Fuldenſ. p. 326.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Presbyter, cui, ejusque ſucceſſoribus, *Balthaſar* & *Fridericus* multum lega- *aliud*,
bant. Teſtes erant *Theodoricus* à *Beernvvald*, Aulæ Magiſter, *Nicolaus Liſt*,
Marſchallus, *Theodoricus* à *Weberſtedt*, & *Hermannus* ab *Harſtall*, quos *Baltha-*
*ſar* ſeine Heymeliken und liebe Getreuen vocat. Eod. anno circa feſtum
Pentecoſtes fuit validus ventus cum tempeſtate magna, quæ multa millia *ventus ma-*
arborum in nemoribus radicitùs de terra ejecit, & ſpecialiter ſub caſtro *gnus*,
Wartpurg prope *Yſenach*. (vv) Duxit *Balthaſar Annam*, Filiam *Wenceslai*, & *ſecundæ nu-*
*Rudolfi* Elect. Sax. ſororem, *Friderici*, Ducis Brunſvicenſis, Electi Romanor. *ptiæ Bal-*
Imp., viduam, quæ ſterilis manſit. † Anno ſequente aſperrima hyems *thaſari*,
erat per octodecim ſeptimanas continuò. Suppeditabat tamen Iſnacum 1404.
*Buchoniæ*, *Haſſiæ*, *Eichsfeldiæ*, & *Franconiæ*, imò *Coloniæ* ad Rhenum farinam. *hyems aſpe-*
Verè igitur de *Neſſo* noſtro *Portmannus*. *ra*,

> *Fons* eſt *Görſtadium*: (x) vires dant *Hörſelus* atque *Neſſus*,
> *Lina* (y) tibi, tandem curva *Vierra* capit. (z)
> Temperiem calidam nactus, tu volveris uſque,
> *dorſum* & *ventrem* vix aſpera denſat hyems.

Sed *Balthaſar*, *nobiliſſimus Princeps*, (a) decedit Wartburgi, non *Vogtsburgi*, (b) 1406.
aut *Würtzburgi*, (c) jacetque ad fontem Reinhardinum, cùm ſuperiori anno *obitus Bal-*
generalem exactionem in terris ſuis inſtituiſſet, in ſingula capita duodena- *thaſari*,
rium. Peſtis etiam aliquot millia hominum ſuſtulit. *peſtis*,

§. 110. Quid pauperibus in anniverſario *Ludovici* Pii Abbas Rein- *legatum in*
hardifontanus delegârit, literæ ſequentes dicent tibi verboſiùs. *anniver-*

In nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. *Dytherus*, Dei & Apo- *ſario Lu-*
ſtolicæ Sedis gratiâ Abbas monaſterii in *Reinhersborn* Ord. S. Bened., omni- *dovici Pii*,
bus, tàm præſentibus quàm futuris, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſa-
lus. Quoniam Apoſtolica exhortatione miſericordiæ operibus ſtudere jube-
mur ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei, & etiam his, quæ ad cul-
tum pertinent Dei omnibus viribus inſudare & intendere. Hinc eſt, quòd
Nos de conſilio in Chriſto Nobis dilectorum Fratrum noſtrorum *Joannis*
Prioris, *Evvaldi* Cellerarii, *Matthiæ* Camerarii, *Bertholdi* Cantoris & Cuſto-
dis *Heinrici*, *Joannis* Infirmarii, & totius noſtri Conventûs, propter Deum &
Glorioſæ Virginis Mariæ Genitricis ejus, nec non ob reverentiam & ho-
norem Glorioſi Patroni noſtri Domini *Ludevvici* Landgraffii, Mariti



(vv) Hiſt. Landgrav. c. 149. (x) oritur Neſſus propè Gorſtadium, qui pagus inter Erfurtum & Gotham eſt. (y) Hörſelus ſcaturit propè monaſterium Reinhardifontanum, præterfluit Waltershuſam, & conjungitur ante urbem noſtram cum Neſſo. Lina verò manat ex ſylva Thuringica per urbem Gotham, & propè Goldbachium illabitur Neſſo. (z) Prope Neuſtadium infra Gerſtungam præcipitat ſe in Vierram. (a) Hiſt. Landgrav. c. 152. † ſororem habet cit. Landgr. hiſt. c. 150. Agnetem (Annam) ead. l. c. (b) Laur. Fauſt im Sächſiſchen Stammbaum p. 240. (c) Binhart. L. II. chron. Thuring. p. 289.

S. Elizabeth, dedimus & approbavimus villam noſtram *Kauvvers* cum omnibus ſuis proventibus & pertinentiis, quæſitis & inquirendis, cum prato in *Taufert*, & etiam decem talenta denariorum censûs reemptionis pro centum talentis denariorum communis Warandiæ ad ſtipam unam faciendam, ad dandam conſueto modo ſingulis annis in panibus & carnibus omnibus pauperibus advenientibus in anniverſario die prædicti Domini *Ludevvici* Landgraffii, perpetuis temporibus peragendis &c. Dat. anno MCCCCVI. in die S. crucis exaltationis.

1407. §. 111. Ex diſperſa Univerſitate *Pragenſi* colligitur *Lipſienſis*. Prin-
*initium* ceps *Anhaltinus* captus ducitur Wartburgum, qui tamen ſe redemit
*Acad Li-* 4000. marc. argenti. Diſſidia inter *Fridericum Pacificum* & *Wilhelmum*,
*pſienſ.* Marchionem Miſniæ, eorumque fœderatos, operâ *Alberti* Mansfeldici &
*Anhaltin.* *Friderici* Beichlingenſis Numburgi componuntur & extinguuntur. *Iſena-*
*captus,* *cenſes, Weiſenſeenſes, Jenenſes, Gothani* & *Salfeldenſes*, cum licentia Superiorum,
1408. *concordia,* nummos cudunt argenteos. *Merlenius* (d) hac de re ita:

1409. Hat man zu Iſenach Müntz geſchlagen/
*moneta* wie die Hiſtorien davon ſagen/
*Iſnacenſ.* man hat die Stemffel noch bey Wegen/
darinnen man ſolche Müntz thát prágen.

*Heil. Puſeman.* *Heilemannus Puſemann.*, Prior Dominicanorum, Vir ſeverus & doctus, cum laude hîc vixit. 1410. *Nic. Lübich,* D. *Nicolaus Lübich*, Iſnacenſis, fit primò Decan. B.V. Erfurti, poſtea *Friderici Bellicoſi* Cancellarius, & anno MCCCCXI., conſentiente *Joanne* XXIV. Papa, Epiſcopus Merſeburgicus XLVII. (e) al. XXXVII. (f) & XXXVIII. (g) Callidum ingenium, & primus jure hereditario Cancellarius Univerſitatis Lipſienſis. (h) Multa adjecit Diæceſi ſuæ, inprimis caſtra *Scopau* & *Lubenau*. Interfuit Concilio Conſtantienſi. 1411. *Petr. Dreſdenſis.* *Petrus Dreſdenſis*, qui primus Pragæ mutilationem cœnæ Dominicæ impugnavit, in Miſniam venit, rexitque ſcholas *Miſnenſem*, & pòſt *Chemnicenſem* ac *Zviccavienſem*. Hic cantica notabilia compoſuiſſe fertur, in quibus latina ſunt mixta germanicis, ùt: *Puer natus in Bethlehem*: *In dulci Jubilo*. (i) *Judæi occiſi,* Eod. anno Judæi in Miſnia & Thuringia occiſi ob iniquiſſima lucra, quæ exercuerant hactenus trium literarum homines. *ſocietas tritarum,* Rabiit etiam *ſocietas tritarum*, die Flegler-Geſellſchafft. (k) Acceperant *Jodocus* & *Procopius* fratres, Marchiones Moraviæ, à *Sigiſmundo*, *Mariam* uxorem ab Ungaris liberaturo, Marchiam Brandenburgicam:

(d) in chron. ſuo rythmico MS. ſed ad ann. 1332. usque ad 1335. (e) Broteff. chron. Merſeb. (f) Bucelin. Germ. ſacr. p. 42. (g) Albin. Chron. Miſn. tit. XXII. p. 283. (h) Dreſſer. P. IV. Iſag. hiſt. f. 906. (i) vid. integr. differt. de eo M. Thomaſii, nuper Lipſ. in vernacul. verſ. (k) hiſt. Landgr. ad h. ann.

cam: (l) à *Jodoco* autem Gener ejus *Wilhelmus Monoculus*, Landgrav. Thuring., ut etiam dictus fuerit *Potens Procurator veteris novaq; Marchiæ*, ein mächtiger Vorſteher der alten und neuen Marck. (m) Abs hoc demum anno MCCCCXI. redemit *Sigiſmundus* Imperator. (n) *VVilhelm. Procurat. Marchiæ.*

§. 112. Anno ſequente exarſit bellum inteſtinum, cujus faxque fomesque *Anna* Schvvartzburgica, *Friderici* IV. conjux. Hæc deſponſata fuerat *Philippo* Naſſovico. Parens verò, re curatiùs penſiculatâ, mentem mutabat ſuam, datâ tamen *Philippo* Genero certâ pecuniæ ſummâ, quam pro dote accepiſſet. Ideo *Lichtenberga* & *Saltzunga*, in præjudicium Provinciæ, *Joanni* Naſſovienſi, Archi-Epiſcopo Moguntino, vendita. *Güntherus* Schvvartzburgicus *Fridericum* Generum aſtû & facundiâ totum ad ſe pertraxerat, dominans Thuringiæ pro lubitu, quam etiam (ùt ajunt) inter Bohemum, Moguntinum & Haſſum partitus eſſet, niſi obicem poſuiſſet *Fridericus Bellicoſus*. *Günterus*, ait Hiſt. de Landgrav. noſtris, (o) *Comes de* Schvvartzburg, *pater uxoris* Friderici *Junioris*, *terram Thuringiæ humiliare, volens, ideo partem* Regi Bohemiæ, *partem* Landgravio Haſſiæ, *&* Epiſcopo Moguntinenſi *vendere volebat in præjudicium Dominorum de Miſna, prout tunc præſumebatur ab omnibus, videlicet* Friderico *&* Wilhelmo *Patruis ſuis, qui naturales heredes fuerant. Ob quæ* Fridericus *Senior, Marchio Miſnenſis & Orientalis, ac frater ſuus* Wilhelmus, *quia copiam Patrui ſui habere non poterant, nec literæ eorum ad manus ſuas pervenire poterant, (ùt ſuprà patet,)* Friderico de Wangenheim *Duce uſque in* Wangenheim *pervenerunt cum exercitu ſatis bono, ſexta ante feſtum* S. Mar. Magdalenæ, *& non poterant habere introitum cujuscunque civitatis Thuringiæ propter inhibitionem illius de* Schvvartzburg *& ordinationem. Nam & omnes civitates Thuringiæ cum ſigillo* D. Friderici *Junioris ſub pœna decapitationis civitatis inhibuit, ne eos immitterent. Tandem Spiritu S. Duce, qui omnia in finem bonum ordinat, Dominus* Wilhelmus *de Erphordia veniens, applicuit civitati* Gottenſi, *ubi portæ (ſicut in aliis civitatibus fiebat,) armatâ manu cuſtodiebantur, ne intrarent, intrare temptavit, & intravit, propriâ manu catenam portæ aperuit, ſolusq; uſque ad oppoſitum Eccleſiæ* S. Margarethæ *venit, ibiq; à Pro-Conſulibus arreſtatus ultrà procedere non audebat: ſed Communitas adveniens eum recepit. Et in ſequenti die Conſiſtorium aſcendit, & cauſam ſui adventûs civibus expoſuit, quòd in ſalutem Patrui ſui veniſſet, & totius terræ Thuringiæ, quod & eis placuit. Ex exinde ad alias civitates venit, & primò* Yſenacum, *quintâ poſt feſtum Jacobi, ubi ſimiliter introitus ſibi* 1412. *bellum inteſtinum.*



(l) Crantz L. IX. Vandal. c. 16. Albin. l. c. tit. XV. p. 204. (m) Id. l. c. (n) Fabric. L. VI. Orig. Sax. p. 681. Krantz l. a. Sagittar. in hiſt. March. & Elect. Brandenburg. §. 42. (o) c. 156.

*ſibi denegabatur. Et tandem cum paucis intra duas portas S. Nicolai ſtetit, ubi concordavit cum civibus in priorem concluſionem* Gotthenſium, *& immiſſus fuit, fratre ſuo* Friderico *adhuc in* Wangenheim *expectante eum. Et ſic de aliis civitatibus Thuringiæ. Sed finis ſequebatur bonus.* Tandem comitate & prudentiâ *Friderici* Marchionis bellum hoc componitur.

*Vicaria in hoſpitali.* §. 113. Fundârat dotâratque *Nicol.* Presbyter altare in memoriam *B.Virgin. Andreæ* Apoſtoli, *Nicol.* & *Barbaræ* in novo hoſpitali, contiguo valvæ S. Georgii Iſenacenſis, confirmante omnia *Hermanno*, Abbate Herſfeldenſi eod. anno die S. Nicolai.

1414. *bona Carthuſianis vendita.* Vendiderat prædictus Abbas Fuldenſis, *Joann. à Merlau*, Carthuſianis noſtris omnia bona, cum cenſibus & reditibus in Mega- & Micro *Lupnitzio*, *Hitzelroda*, *Burnefelda*, *Megaharteroda*, *Haſtrungfelda*, *Kelberfelda*, *& Burbichio*; ideo *Fridericus* & *Wilhelmus* Fratres, nec non *Fridericus* Junior, protectorium dedêre Monachis, ſalvis tamen Principum juribus in locis iſtis omnibus. So haben wir in Ehre Gotis/ ſyner lieben Mutter Marien / der Heilgen Frouwen / Sente Elſebeten/ unde allen Gotis Heiligen unſer Eyldern / unſer Erven und Nachkommen Seelen Seeligkeit zu Troſte den ehgenandten die Gnade gethan &c. Teſtes erant (die Edlen und Geſtrengen) *Fridericus*, Comes Beichlingenſis, *Albertus* Mansfeldenſis, *Albertus* Burggravius de Kirchberg, Dominus in Kranchfeld, *Joannes*, Dominus in Querenvord, *Hugold* à Slynitz, *Ditericus* de Witzleben, *Buſſo* Vitzthum, Milites, *Günterus* à Bünovv, & *Conrad.* à Brandenſtein, unſre Heimlichen/und andre unſre erbare Månner gnug. Dat. Iſenaci anno MCCCCXIV. ☿ poſt Dominic. Quaſimodogeniti.

1418. *Cingari.* Anno MCCCCXVIII. *Tartari*, ſeu *Cingari*, Zigeuner / genus hominum erroneum & maleficum, primùm in his regionibus viſum, propter furta & libidines ex Miſnia ejicitur.

1421. *Farenrode.* Anno MCCCCXXI. claruit *Joannes* de *Farenrode*, *armiger & Scultetus* de Yſenaco, nec non *Oſanna* de *Farenrode*, Abbatiſſa cœnobii Cathariniani. *Nobiles* inter *Strenuosque* teſtes reperi anno MCCCLXXX. *Conrad* de *Farenrode*. De *Theodorico Farenrodo* Satrapa anno MDXXV. vide *Brovver*. (p) At ſuperiori ſeculo vetuſta & nobilis hæc gens deſiit.

*bellum in Bohemia.* Duxerant *Fridericus* & *Wilhelmus*, Marchiones Miſniæ, validum exercitum in Bohemiam, & congreſſione factâ ante Bruxiam duo millia interfecêre Huſſitarum, cùm vix quinquaginta ex ſuis caderent; qua victoria ingentem gratiam apud *Sigiſmundum* inierunt. (q) Nihilominus tamen

*Ziſca.* *Ziſca* perrexit, inque obſidione *Rabi* etiam alterum oculum ſagittâ ictus perdidit, nec tamen caſtrenſem laborem, aut rei militaris curam remiſit, ſed cœcus quoque multas victorias obtinuit.

1422. §. 114. *Conradus Tuntzebachius*, Decanus, *Joannes Rothius*, Scholaſticus, *Fridericus Albern*, Cantor, *Henricus Arnoldi*, Senior, *Hermann Scheibenrück*, *Joan-*

(p) L.IV. Antiquit. Fuld. p. 339. (q) Calviſ. chronolog. p. 874.

*Joannes Oleator*, Canonici, & *Joannes* Huckenthier / *Hermann. Croll*, *Günterus* *concordia*
*Schmiere*, *Ditericus Lentzenburg*, *Hartung. Crutzeborgk*, *Henric. Kintleiben*, *inter Canon.*
*Henric. Eſsluner*, *Joann. Happ*, *Joann.* Waſſerloch / *Hermann. Kratz*, *Henric. Vn-* *& Vicar. B.*
*gevvitter*, *Joann. Dankmarshuſen*, Vicarii B. Virgin., omnes controverſias li- *Virgin.*
teſque Canonicos inter & Vicarios B.V. diremerunt. Vix autem Fratrum concordiam ſperâſſes, niſi *Fridericus* Junior, cum Doctorum Clericorum conſilio, (mit gelehrter Pfaffen Anweiſung /) autoritatem ſuam interpoſuiſſet, iſtosque ad chorum ſuum amandâſſet, uti patet ex inſtrumento, à *Joanne Hebelern*, Not. Cæſ., confecto. Erant autem, quorum conſilia popoſcit, ſequentes: *Joann. Scheybing*, Præpoſitus Dorlanus, *Joann. Graneborn*, Mag. Theol. *Hermann. Riem*, *Henric. Dorof*, Decretorum Doctores, & *Joann. Wolf*, Canon. B. Mar. & S. Sever. Erfurti. *Albertus*, Dux Sax., cùm animi *Alberti*
causâ venatum abiiſſet in ſaltus *Lochavios*, inque caſam ruſticam divertiſſet, *D. S. mors.*
ortô incendiô nocturnô, vix nudus evaſit, morboque ex terrore contracto paucos poſt dies mortuus eſt, ſepultusque Wittebergæ.

§. 115. Anno MCCCCXXIII. *Sigiſmundus* Imp. *Friderico*, Mar- 1423.
chioni Miſniæ & Landgrav. Thuring., contulit dignitatem *Electoralem* pro *primus Sa-*
navata & adhuc navanda opera in bellis Bohemicis, hâc tamen conditione, *xon. Elector.*
ut *Friderico*, Electori Brandenburgico, (qui Imperatorio nomine ditionem illam occupârat) ſolveret 28000. marc. argenti. Literæ datæ ſunt *Budæ*. *Ericus* contra, Dux Saxon., Angriæ & Weſtfal., ab Epiſcopo Bambergenſi *Archi-Marſchallatum* Saxonicum in feudum accipit, & ad Imperatorem abiens docet, ſe legitimum heredem eſſe. Verùm *Sigiſmundus* eum ad Electores remittit. Et quamvis omnibus ferè Comitiis rem ſuam ſeriò ageret, nihil tamen profecit. (r) Ceterùm de Septem-Virali præeminentia Saxonum in quinque familiis ſtante vide poſt alios *Sprengeri ſynopſin Juris publi-* 1424.
*ci.* (s) Sequente anno obiit *Dives* Marchio *Wilhelmus*, qui nuper heredita- *obitus VVil-*
rium fœdus inter Saxones & Cattos renovârat. Acceptâ verò dignitate *helmi*
Electorali Principes noſtri Aulam ſuam *Wartburgo* & *Iſnaco* in Miſniam *March.*
tranſtulêre. Dubitare cœperat *Joannes* à *Güttern*, Canon. B.V., de certitudi- 1426.
ne baptiſmi ſui, & magis ſanè dubitâſſet, ſi legiſſet Papiſtam non baptizatum *dubium de*
*D. Olearii*, Prof. Lipſ. (t) *Conradus Tuntzebathius* autem Decanus, mandante *baptiſmo.*
*Conrado* Moguntino, ſcrupulum ei exemit. Idem torquebat anno 1427.
MCCCLXX. *Hiddam*, laicam ſororem in Valle Dei. (u) Interea *Fridericus* *Frider.*
Elector d. 4. Januar. MCCCCXXVII. moritur. Sequente fit tranſactio *Elect. mors.*
cum *Henrico* Scharfenſtenio & Collegio B.V. ratione bonorum *Wartzenſium.* 1428.
Præceperat Fridericus Comitibus, Dynaſtis, Nobilibus, & ſingulis ſubditis *tranſactio.*
ſuis, ut, ſi quæ reſtarent debita, cenſus &c. ſine mora Clericis, ſpecialiter B. Virg., 1430.
*mandatum de ſolvendis debitis.*



(r) Idem l. c. p. 875. (s) c. 10. p. 256. (t) anno 1689. (u) chron. Henr. Svvart. Vall. Dei ſ. 53.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perſolverent. Sequente anno obdormivit *Lubichius*, Antiſtes Merſeburgicus, ipsâ Dominicâ Palmarum. (w)

1431. *Lubichii obitus.*

1433. *jus Patronatus Settelſtedt & Hörſelgau*

§. 116. Anno MCCCCXLIII. *Fridericus* jus Patronatûs Eccleſiarum parochialium *Settelſtettenſis* & *Hörſelgauenſis* B. Virgini tradidit.

In nomine Domini Amen. Dominus noſter JEſus Chriſtus de ſublimi ſuæ Majeſtatis habitaculo, in quo in unitate S. Spiritûs Deo Patri manet ſemper coæqualis, hunc mundum ingredi, noſtræque carnis ſubſtantiam ſumere dignatus eſt, ut peccatores ſalvos faceret, & lapſum per inobedientiam mulieris antiqui ſerpentis diaboli calliditate ſeductæ hominem ad viam ſalutis æternæ dirigeret, &, ad implendum numerum ſupernorum civium, labe peccati graviter evacuatum revocaret. Qui etiam in terra poſitus unam ſanctam & catholicam Eccleſiam, per quam ſub obedientia fidei ſalvi fieri nos poſſemus, ſuâ pretiosâ morte conſtituit, & eam ſibi ſponſam ſuo pretioſiſſimo ſanguine ſubarrhavit. Nos igitur Dei gratiâ *Fridericus*, Thuringiæ Landgravius, Marchio Miſſenenſis, Saxoniæque Com. Palatinus, ad Principatûs ſolium, licèt immeritus, divinâ diſponente gratiâ Nos ideò cenſemus vocatos, ut de conceſſis Nobis à Deo bonis puta temporalibus, maximis autem in his, quæ Eccleſiam eandem ſuam, & Miniſtros ejus, inibi cottidie divino cultui & ſuis laudibus vacantes, contingere dinoſcuntur, Deo cum intento cordis deſiderio reddamus, quæ ſunt Dei. Quamobrem Nos, inſpectâ affectione Honorabilium Virorum nobis in Chriſto devotorum, Decani & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ & Glorioſæ Virginis *Mariæ* in *Iſennach*, ipſis & eorum Eccleſiæ jam dictæ, ut Canonici & Capitulares dictæ Eccleſiæ ad eandem ſpectantes, præſentes & futuri, commodiùs de victualibus ſuis ſuſtentari, Deoque inibi laudes debitas perſolvere valeant, & felicis recordationis *Annæ* conthoralis noſtræ, noſtrorum & Progenitorum noſtrorum pariter & heredum animarum, ſingulis ebdomadis ſemel duntaxat ejus temporibus vigiliis & miſſis pro defunctis memoriam agere debeant perpetuam, Jus Patronatûs Eccleſiarum parochialium in *Settelſtedt* & *Hörſelgavv* appropriavimus & donavimus, appropriamus, donamus, annectimus & unimus, ac perpetuo proprietatis titulo tenendum & habendum tradimus per præſentes. Ut autem hæc noſtra benigna donatio firma & ſtabilis in perpetuum perſeveret, nec valeat ullo unquam tempore per quempiam oblivione, vel quâvis aliâ ſiniſtrâ intentione quomodolibet violari, præſentem paginam ſigilli noſtri majoris munimine roboratam dari deſuper juſſimus & conſcribi, præſentibus & teſtibus Nobili *Bodone* Comite de Stollbergk, Magiſtro curiæ noſtræ, *Fridrico de Hopſgarten* Milite, *Henrico* de *Huſſen*, noſtro Marſchalcko, *Berthone* de *Aſſenburgk*, Domino *Tho-*

(vv) Brotuff. L. II. chron. Merſeburg. c. 47. M. Paul. Martin. Sagittar. diſſ. de Cancellariat. Altenburg. edit. anno 1676.

*Thoma de Bottelſted* noſtro Proto-Notario, fidelibus noſtris dilectis, pluri-
busque aliis fide dignis. Actum Gotæ annô MCCCCXXXIII. proximo die
Sancti Joannis ante portam latinam.

§. 117. Crediderat plebecula, *ligneam crucem* in ſacello montis *Petrini* *miracula*
aſſervatam, multa edidiſſe miracula, ideo multæ migrationes & largæ elee- *ligneæ cru-*
moſynæ tantùm non quotidiè fiebant. (x) Sed mox tepuit fervor. Sic de ſta- *cis,*
tuâ B. Virg. in æde *Dominicanorum* referunt alii, quòd Monachus eam ar- *& ſtatuæ,*
tificioſè rexerit, ut Jeſulus, brachiis maternis tentus, ad accedentes, ſi
nummos darent, verticem flecteret; ſin: retrorſum eum torqueret. (y) Anno
MCCCCXXXIV. *Tidericus Kelbra*, Canon.B.V., aliquot agros Eccleſiæ ſuæ 1434.
contulit, ſitos im Jlgengrund/ rectiùs Egidiengrund/ ubi ſacellum quondam Jlgen-
ſtetit in honorem S. *Egidii* conditum. Idem *Fridericus* eidem Eccleſiæ grund/
B. V. non tantùm confirmavit 400. florenorum aureorum donationem, 1436.
quos pro remedio animæ ſuæ dederat Parens, ſed etiam lancem adjecit *confirmatio*
ſaturam. Et *Anna*, *Pacifici* conjux, eid. Collegio 170. florenos largitur. *donationis,*
Initium literarum eſt: Wir Theodoricus Lange/ Teche/ Caſpar Ko- 1439.
ning/ Schulmeiſter/ Jodocus Kaufman/ Sänger/ Gerhardus Gladia- *alia dona-*
toris, Henricus Brengebier/ Henricus Knittelieb/ Thomas von Bottel- *tio,*
ſted/ Hermann Schutteſel/ Günterus Boſel/ Hartungus Frier/ Her-
mann Wylcke/ Conrad Wendilmut/ Fredericus Somerde/ und
Joann. Molitoris, Canonike und de gantze Capitul U. L. F. Kirch
zu Gotha &c. Tandem Dominicâ *Exaudi* mortalitati exemtus *Fri-* 1440.
*dericus* ἄπαις, (num Weiſenſeæ vel Weiſenfelſæ?) cubat ad fontem Rein- *mors Fride-*
hardi. *rici,*

§. 118. Sic Thuringia, quæ à pacificatione, anno MCCLXV. inter *Thuring. ad*
*Sophiam* Brabantinam & *Henricum* Miſnenſem facta, CLXXVII. annis ſub *Elect. Sax.*
fauſto regimine Marchionum Miſnenſium floruerat, ad *Fridericum* II. Elect. *devoluta,*
Saxon., ejusque fratrem *Wilhelmum*, devoluta eſt. Ille *Miſniam*, hic *Thurin-* 1442.
*giam* occupavit. Imperârunt ergo *Wartburgi*

I. Ludovicus *Saltator*, ſeu hujus nominis II. Comes Thuring. *Principes*
natus, *VVartburgi*
II. Ludovicus III. *primus* Landgravius, *reſidentes,*
III. Ludovicus IV. *ferreus* dictus.
IV. Ludovicus V. *Mitis*, der milde.
V. Hermannus,
VI. Ludovicus VI. *Pius* dictus,
VII. Henricus, poſtea *Imp.* Roman.
VIII. Conradus,
IX. Henricus *Illuſtris*,

P X. Al-

(x) vid. §. 7. (y) Vid. Manlii T. II. colloqu. p. 27. & Wolf. T. II. memorabil. f. 303.

X. Albertus *Degener*, ſeu ἄϛοργος.
XI. Fridericus I. *Admorſus*,
XII. Fridericus II. *Gravis*,
XIII. Fridericus III. *Strenuus*,
XIV. Balthaſar,
XV. Fridericus IV. *Pacificus*.

1444. *prædia emta*,

§. 119. Emerat *Catharina*, Rectrix cœnobii Cathariniani, prædium ad ſemitam, am Stiege / aliudque den Schaffhoff dictum, am Wolffis im Gang gelegen / cum paſcuis, quod *Fridericus* & *Wilhelmus* Fratres Vinariæ ipſo die Petri ad vincula confirmant.

*qui Ducatus Lützelburgicus ad VVilhelm. venerit?*

Quartus *Fridericus* Auſtriacus *Wilhelmo* pro certa pecuniæ ſumma tradiderat Ducatum *Lützelburgicum*, qui eò miſit Gubernatorem cum exercitu Comitem *Glichenſem*. Duciſſa Bavarica *Jacoba*, quæ heres erat Ducatûs ejus, ſi in feminas deſcendere poſſet, jus ſuum vendiderat Duci Burgundiæ *Philippo*, qui omnia præparabat, & captatâ occaſione Menſe Novembri *Glichenſem* obſidebat diebus ſeptendecim, & tandem intempeſtâ nocte urbem *Lützelburgum* proditione civium expugnavit, ut *Glichenſis* ex præſidio, cùm incendio urgeretur, vix evaderet. Miſnenſes omnes cedere urbe juſſi in Thuringiam redibant. *Piſtorius* (y) ait, *Wilhelmum* heredem fuiſſe iſtius ditionis ex uxore Lützenburgica. (z)

*vineæ Iſnacenſ.*

Multas olim vineas fuiſſe in monte *Cathariniano*, & alibi circa urbem, vidi ex literis feriâ ſextâ proximâ poſt diem S. Severi Confeſſoris datis.

1445.

Comites Thuringi, & nominatim quidem *Bodo* Stollbergenſis, *Erneſtus & Adolfus* Glichenſes, *Güntherus* Beichlingenſis, *Henricus* Schvvartzburgicus, *Güntherus* Mansfeldenſis, & *Erneſtus* Hohnſteinius, in literis communi conſilio *Wilhelmo*, Duci Sax. & Thuring. Landgravio, die & poſt Lucæ anno MCCCCXLV. exhibitis, profitentur inter alia, Principatum

*ſplendor Principatus Thuringiæ,*

Thuringiæ inde à prima fundatione, vel origine, laudabiliter & ſplendidè magnâ copiâ egregiorum *Comitatuum*, *Dynaſtiarum* & *Nobilitatis*, ad Principatum pertinentium, dotatum & inſtructum eſſe, nec Principem, quicunque rerum potiatur, dignitatem poteſtatemque ſuam rectè tueri poſſe, niſi ei Comites, Dynaſtæ, & Nobiles, ad Principatum pertinentes, fideliter obediant, atq; adjumento ſint. Significantiùs in germanico idiomate ita dicitur: Das Fürſtenthum Thüringen ſey gar löblich und achtbarlich mit einer **trefflichen Menge redlicher Graffſchafft / Herrſchafft und erbarer Mannſchafft** / zu demſelben Fürſtenthum gehörende / **von Anbegin** ausgeſetzt / gewiedmet und herkommen. Item: Daß ein jeglicher Fürſt / der daßelbe **ehrliche** Fürſtenthum innen hat / und eingewinnet / könne durch keinen Weg baß bey Fürſtlicher Würdigkeit / Ehren / Macht / Furcht und Gewalt bleiben / denn durch getreuen Beyſtand / Hülff / Rath

und

(y) in genealog. Landgrav. (z) Vide sîs Calviſ. l. c. p. 883. B.

und Gehorſam ſeiner Grafen/Herrn und erbarer Mannſchafft / zum Fürſtenthum gehörend.

§. 120. Nunc de bello quinquennali inter Illuſtriſſimos Fratres, quod Langius ita deſcribit. (a) *Inter* Fridericum, *Ducem Saxon. & Imperii Electorem, fratremq; ejus* Wilhelmum, *æquè Ducem Saxon. ac Doringiæ Landgravium, graviſſima exorta eſt diſcordia. Quâ concitati alterutrum terras ſuas hoſtiliter & miſerabiliter ferro & igne deſolaverunt. Et duravit hæc diſcordia cum exterminio provinciarum & bonorum utrorumque per quinque annos.* Guilhelmus *tamen, auxilio Bohemorum, majora damna* Friderico *in Miſnia intulit, quàm* Fridericus *illi in Doringia. Qui tànquam Dux & Pius Princeps Doringiam cum exercitu ingreſſus, ſeipſum vincens, eam, intuitû pauperum, penè intactam reliquit. Propter ejuſmodi deniq; guerras plures expoſt memorati Duces habuerunt diatas in* Hallis *videlicet, in* Nurenberga *& in Mülhuſen, ſed bonum pacis & concordiæ, quod quærebatur*, Apollonius, *vulgò* Apel de Vitzthum *dictus, ſemper impedit &c.* Et rurſus: (b) Guilhelmus, *Dux Saxon., & Landgravius Doringiæ, junctis ſibi Bohemis hoſtiliter Miſniam provinciam ferro & incendio vaſtavit; Bohemis tunc crudeliter graſſantibus & oppidorum expugnatione ſævientibus. Tunc etenim* Mitweide, Dobela, Lombitz, Geraha, Aldenburg, *oppida expugnata & capta, diripuerunt, & plerunque igne injecto incenderunt. Dominum & Baronem de* Geraha *captum in Bohemiam duxerunt, ubi etiam poſt aliquot annos in captivitate obiit. Maluit quippe optimus Vir exul & captus mori, quàm cum pauperum ſuorum gravamine & jacturâ redimi magnâ.* Fridericus *itaque Dux Saxoniæ & Marchio Miſniæ percipiens ſuarum vaſtationem terrarum, hoſtili & ipſe exercitu Doringiam ingreſſus non minora* Guilhelmo *intulit damna, licèt antea (ùt ſuprà dictum,) clementius, intuitû pauperum, pius Princeps egerit. Calviſius* ex Fabricio ſic: (c) *Comes* Schvvartzburgenſis Henricus *depopulatus fuerat Baronis* Gerani *oppida*, Fridericus *Elector Tutor defendit pupillum, & hâc ratione offendit* Wilhelmum. *Inde* Wilhelmo, *quòd cuperet ducere uxorem, permittitur, ut dividat Provincias*: Friderico *verò, ut eligat. Hic*, Wilhelmo *reclamante*, Thuringiam *cupit; inde orta diſcordia, quæ in bellum quinquennale erupit. Conſultatum eſt de ſarcienda fratrum inimicitia inter Provinciales Epiſcopos, Abbates & Nobiles, ſed nihil effectum eſt, cùm* Apel de Vitzthum *ſuperbior eſſet apud omnes, & tamen apud* Wilhelmum *gratioſiſſimus.*

*bellum fraternum.*

§. 121. Sequente anno Menſe Junio nuptias inſtituit *Wilhelmus* 1446.
Jenæ cum *Anna*, *Alberti* II. Imp. Filia. Ipſo feſtivitatis die *Fridericus* Elector conventum habuit Lipſiæ, ubi agebatur de injuriis *Apollonii Vitzthumii*, qui autor fuerat diſſidiorum inter Fratres. Fama ociùs effertur Jenam, nuptiarum gaudio valde interturbato. Brandenburgicus verò Elector occurrens ſuadet perſuadetque, ut à bello abſtineat. *Wilhelmus* contrà

*nuptiæ Wilhelmi interturbantur.*

P 2 ad

(a) in chron. Citiz. ad ann. 1445. (b) ad ann. 1450. (c) l. c. p. 885.

*ad arma* clamans, Epiſcopi Numburgenſis Eccleſiam mirè vaſtavit. Nobiles interim plerique, quòd *Vitzthumius* inſolentiùs ſe gereret, ab eo
1447. receſſerunt. Proceres quippe Thuringiæ Erfurti, quaſi ad Bacchanalia convenientes, fœdus pangunt contra *Wilhelmum*, hortantes Electorem, ut ſuo honori conſulat. *Erneſtus* Glichenſis pagos & oppida *Vitzthumii* deprædatur. Hic verò ex Bohemia militem accerſit. Tandem induciæ fiunt. Cùmque Bohemi valde moleſti eſſent *Wilhelmo*, & Colonienſis, Sulatenſes ad obſequia redacturus, iſtos evocaret, ſtipendia ſub eo
1448. meruêre. Ceterùm *Wilhelmus* ab *Auguſtinianis* recipitur in fraternitatem.

*Vitzthumius,*

*receptio in fraternitatem,*

Illuſtri Principi & Domino *Willehelmo*, Duci Saxonie, Landgravio Thuringie, Marchioni Miſſene &c. fRater *Julianus de Salem* de Sicilia, Sacre pagine Profeſſor, Prior Generalis immeritus Ordinis fratrum Heremitarum S. Auguſtini, cum devotiſſimo orationum ſuffragio cæleſtium incrementa donorum, Eximie devocionis atque benignitatis gratiâ, quam Illuſtriſſima Dominacio Veſtra omnibus ſemper rebus erga Ordinem meum exhibuit, tùm eciam egregia beneficia aſſidua in ipſum liberalitate collata, merito omni grati animi ſtudio, quod ejusdem Ordinis facultas preſtare poteſt, compenſanda eſt, ac perpetuo humilitatis noſtre obſequio proſequenda. Quod tum diligenter à nobis fieri Dominacio veſtra, qua eſt divinis rebus pietate affecta, exiſtimabit: ſi ipſius deſideria continuis fratrum Deo famulantium precibus juvarentur, fieretque eadem Dominacio meritorum univerſe noſtre religionis conſors, ut vota que humane fragilitatis labe à ſuo ſalutari effectu nonnunquam differuntur, fideli oracionum efficacia eſſent Altiſſimo commendata. Hâc igitur ſinceritate fidei Veſtra Dominacio excitata adhiberi ſibi religionis meæ auxilia poſtulavit. Quæ ego eâ pietate & deſiderio tribuo, ut omnipotentis Dei miſericordia, & Beatiſſimi Patris noſtri Auguſtini meritis, quorum intuitû hanc religionem colitis, optem fieri ſaluberrima; *Dominacioni itaq; Veſtre omnium oracionum, vigiliarum, Miſſarum, jejuniorum, abſtinenciarum, predicationum, laborum, ceterorumq; bonorum operum, que per fratres noſtri Ordinis in univerſo orbe conſtitutos* operari dignabitur Clemencia Salvatoris, tenore preſencium, participationem tribuo, in vita pariter & in morte. Addentes igitur & penitus decernentes, ut cùm obitus veſter in noſtro generali ac etiam Provinciali Capitulo fuerit intimatus, omnia pro Veſtra anima devota ſuffragia fiant, quæ pro noſtris defunctis fratribus fieri præcipit noſtri Ordinis conſtitutio generalis. In cujus rei teſtimonium ſigillum confraternitatis noſtri Ordinis preſentibus duximus appendendum. Dat. Herbipoli in noſtro Conventu annô Domini Mileſimo, quater centeſimo quadrageſſimo octavo, die feſtâ decimâ Menſ. Aprilis.

§. 122.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 122. Monente autem Moguntino *Fridericus* IV. Imp. magnæ autoritatis legatos mittit,qui jubent Fratres pacem amare,additis,nî velint,minis. Omne verò malum recidit in autores *Vitzthumios*, qui totâ Thuringiâ è ſedibus ſuis in exilium pulſi conceſſerunt in Bohemiam. Solus, qui *Apoldæ* erat,quia non conſenſerat cum ceteris,in patria manſit.(d) At non contentus erat *Wilhelmus* fraternitate *Auguſtinianâ*, cupiebat quoque *Nudipedum* Societati inſcribi. Placet eandem formulam Patrum Ordinis Seraphici curioſo lectori exhibere. 1450. 1451. *Vitzthumii plexi.*

Illuſtri Principi & Domino,Domino *Wilhelmo*,Duci Saxoniæ,Landgravio Toringiæ,Marchioniq; Miſnenſi &c.ac omnibus liberis ſuis,*Ordinis Seraphici* Patris noſtri *Franciſci* benefactoribus, devotiſſimus Frater *Joannes de Capiſtrano*,ejusdem Ordinis minimus & indignus,ac Reverendiſſimi Patris Generalis in omnibus partibus Ciſmontanis,quoad fratres *de obſervantia* nuncupatos,immeritus Vicarius Generalis,cum orationum ſuffragio ſalutari omnium incrementa virtutum.Quamvis ex caritatis debito omnibus teneamur,illis tamen longiùs obligamur, quorum dilectionem certis beneficiorum indiciis frequentiùs experimur; Proinde Veſtræ devotionis ſinceritatem attendens, quam ad noſtrum & præfati Patris noſtri *Franciſci* geritis ordinem, veluti clara experientia cognovi, dignum putavi *& divinæ acceptabile voluntati*, ut ab ipſo Ordine prærogativam ſentiatis ſpiritualium gratiarum. Verùm quia nudi temporalibus bonis caritatis veſtræ ſubſidiis dignam rependere vicem nequaquam temporaliter valemus, ſpiritualibus nihilominus beneficiis, prout in noſtris apud Deum Dominum noſtrum ſervamus deſideriis compenſare, ſpiritualiter affectamus. Eapropter ego, qui,licèt indignus, curam *fratrum minorum de obſervantia* nuncupatorum, & *ſororum Minoriſſarum S. Claræ*, ſeu *S. Damiani de obſervantia* nuncupatorum, & eorum Religioſorum *de pœnitentia* ordinum in partibus Ciſmontanis habeo generalem, *Vos, Illuſtrem Principem, & omnes poſteros veſtros, nec non & animas veſtrorum defunctorum, & omnes, pro quibus intenditis, ad Confraternitatem noſtram, & ad univerſa & ſingula religionis ſuffragia* in vita recipio pariter & in morte; plenam vobis participationem *omnium cariſmatum & ſpiritualium bonorum, videlicet Miſſarum,orationum,ſuffragiorum, officiorum divinorum, jejuniorum,abſtinentiarum, diſciplinarum, pœnitentiarum, inſpirationum, prædicationum, lectionum,meditationum,contemplationum,obſervantiarum,devotionum,& omnium aliorum ſpiritualium bonorum*, tenore præſentium, affectuoſè conferendo, quæ per fratres noſtros & dictorum Ordinum ſorores, nec non & aliarum *de pœnitentia*, ſive de tertio Ordine *B. Franciſci*, in partibus Ciſmontanis degentes,operari & acceptare dignabitur Clementia Salvatoris.Addens inſuper *de dono & gratia ſingulari*, quòd cùm divinæ placuerit voluntati de exilio inſtantis miſeriæ Vos vocare,veſterq; obitus multo, annuente Domino, tempore *repetita receptio in fraternitatem.*

(d) Idem l. c. p. 886. a.

pore differendus, Noſtro fuerit Capitulo nunciatus, Idem volo, ut pro Vobis fiat officium, quod pro Fratribus Veſtris defunctis recitari ibidem annuatim ex more *per totum orbem* fieri conſuevit. Valete feliciter *Veſtra devota & fervens caritas gratiarum omnium rore perfuſa* in Chriſto JESU Domino noſtro Amen. Wyennæ die ♀is viceſima tertia Julii anno Domini M.CCCCLI.

Sigillum erat in forma oblonga in rubra cera, oſtendens Virum ſtantem, & humeris ſuis portantem crucem: ad pedes ejus jacebat monachus complicatis manibus, cum epigraphe:

SIGILLV̄ VICARII GN̄ALIS ORDINIS MINOR̷ CITRAMONTANI. ✠

*monaſt. Nudipedum*, §. 123. Sunt, qui rentur, circa hunc annum conditum eſſe monaſterium *Nudipedum* eo in loco, ubi nunc Viridarium Principis eſt, in memoriam *S. Paulli*. Alii malunt MCCCLXVI. ſeu Franciſcani anno MCCVI. (e) ſeu biennio pòſt primùm prodierint, (f) non tamen hoc templum vetuſtius erit *Georgiano*; ſiquidem *Franciſcus Aſſiſienſis* anno MCCIX. novum ſuum Ordinem à Pont. Rom. *Innocentio* III. confirmari petiit, licèt repulſam tulerit. (f) *Joann. Reyentantz*, Vicarius B.V., hiſtoriam Cleri Iſnacenſis carminicè

1452. *I. Reyentantz*, à ſe conſcriptam Abbatiſſæ S. Catharinæ obtulit. *Joann. de Iſenach*, Decan. Eccleſ. Numburg., confirmavit pactum *Henrici Mangoldi* Canonici apud *Pertuchium*. (g) *Wilhelmus* multos cenſus reditusque B. Virgini liberaliter

*legatum*, donat, ùt ex literis anno MCCCCLII. in vigilia Petri & Paulli datis latiùs vidi.

1454. *concordia*, Anno MCCCCLIV. *Fridericus* & *Wilhelmus* Fratres poſt diutina bella in colle quodam propè *Numburgum* ad familiare colloquium congredientes, poſtea in monaſterio Portenſi convenerunt, cùm *Fridericus* Fratri in memoriam revocâſſet verba Pſalmi: (h) *Non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta*. (i)

1455. *plagium Kauffungianum*, §. 124. Anno MCCCCLV. *Friderici* II. Electoris Filii, *Erneſtus* & *Albertus*, clandeſtinâ fraude quorundam nobilium, perjurii crimine infamium, (quorum anteſignanus erat *Conradus* (Kunz) *à Kaufung*,) ex arce Altenburgica circa mediam ferè noctem ſurripiebantur. (k) Scilicet lis ferbuit inter laudatiſſimum Electorem & ſceleſtiſſimum iſtum *Conradum*, orta ex prædiis & pagis quibusdam, tempore belli injuſtè occupatis à *Kauffungo*. Elector verè in hac re *Placidus* noluit in ſua cauſa judicare, ne adverſario ſuſpecta fieret judicis ſententia. Totum ergo negotium arbitris quibusdam com-

(e) D. Luc. Oſiander in epit. hiſt. Eccleſ. Cent. XIII. p. 330. Magdeb. Hiſt. Eccleſ. C. XIII. c. 6 col. 643. (f) Spangenberg. P. I. Adelſpiegels L. XII. c. 8. f. 378. J. Hent. Alſted. chronol. tit. 39. p. 410. edit. IVtæ. (f) Brev. Rom. edit. Mogunt. ad 4. Octob. p. 756. (g) chron. Portenſ. L. I. c. 3. p. 147. (h) CXXVII. 5. (i) Vid. Pertuch. chron. cit. p. 148 (k) Vid. Albin. chron. Miſnenſ. tit. XXI. Lang. chron. Citiz. ad h. ann. Calviſ. chronol. p. m. 888. A. M. J. G. Prætor. ſpecim. ſecund. Hiſt. Sax. Sect. III. c. 2.

commiſit, qui ſecundùm fas & æquum illud dijudicarent. Hi verò Judices
ipſi decernere veriti, adeunt collegia JCtorum, quæ tunc *Lipſiæ, Magdeburgi*
& *Freybergæ* florebant, poſteaquam ſententiam, quam tulerant iſti Legum Ju-
riſq; periti, *Kauffungo* dictitârunt, rentes, hâc demum ultimâ ſententiâ decre-
toriâ ipſum acquieturũ eſſe. At *Kauffungus* nihil morans hoc judicium contra
ſe latum, ſannas & convitia in judices pariter ac Electorem effudit. Paulò poſt
ad tribunal vocatus, torvâ facie verbiſq; minacibus excipit Electorem, tunc
Judicii Præſidem, ceteroſque Aſſeſſores. Cùm igitur nec rationibus, nec
ſuaſu reliquorum moveretur perverſiſſimus homo, exire jubebatur è Senatu.
Interea omnes cuniculos atque meatus arcis Altenburgicæ, qui ad cubiculum
juniorum Principum ducebant, accuratè perveſtigat, & circa medium fermè
noctis ſequentis tertii diei utrumque malitioſè abducit, quos Dei providen-
tia mirabiliter ſervavit & eripuit. Legi meretur epiſtola ipſius Electoris,
rem integram prolixiùs narrans, apud M. *Joann. Georg. Hattenbachium.* (l)
Verùm quî plexi fuerint hi plagiarii, vide apud *Albinum.* (m) Sed cùm Exc.
*Rechenberg.*, Hiſt. Prof. Lipſ., *de raptu hoc* eximiam diſſertationem (n) divul-
gârit, & cuncta ad lancem veritatis examinârit, nolo prolixior eſſe. *Wil-*
*helmus*, D.S., oblatum ſibi regnum Bohemicum modeſtè declinans, ſuâ ſorte 1457. *dignitas Re-*
vixit contentus. *S.Catharina*, conſentiente eo, emit curiam *Salzæ* à *Nico-* *gia ſpreta,*
*lao*, Abbate Reinhardifontano. Anno MCCCCLIX. referente *Henrico Bot-* *curia Salzæ,*
*telſtedio*, Decano B.V., paſſim periêre anſeres *phtiriaſi*, ut etiam feſtum Mar- 1459.
tinianum haud potuerit juſtè celebrari. (mann hat ihm ſein alt Recht nicht *ſtrages an-*
thun können.) Ruſtici ergo vota nuncupantes *S. Martino*, dextrâ ſcævâque *ſerina,*
ſpondent, ſi, intercedente iſto Sancto, lues hæc ceſſaret, quemlibet eorum duos
anſeres in honorem ejus mactaturum.

> *Si pellis*, Martine, *necem*, *duo ruſtica ſpondet*
> *turba*, *pio zelo*, *fercula*, *Sancte*, *tibi*.

§. 125. Floruit inter Carthuſianos noſtros *Joannes ab Indagine*, vom 1460.
Hayn/oder Hagen/ Prior eorum, Vir doctus & ſedulus, qui ultra CCC. li- *Ioh. ab In-*
bros compilâſſe fertur. Eod. anno *Wilhelmus* abit in terram ſanctam. Se- *dagine,*
quente ducit *Catharinam Brandenſteiniam*, cui hactenus aſſueverat, *Annâ* con- 1461.
juge, *Alberti* II. Cæſaris F., pulsâ & Eccardsbergæ incluſâ. Idem licentiam *iter in Pa-*
dedit braxandi *Friderico Golmatſchio* & *Hermanno Boyneburgio*, ſic tamen, *læſtinam,* 1462.
daß Sie in ihrem Burckſitz zu Stedtfeld für ſich und ihre Haußgenoſſen *Cathar.*
brauen/ und über das von ſelbigem Bier nur zehn Faß in ihren Kretſchmar *Branden-*
zu Stedtfeld legen und verſchencken möchten/ das übrige aber entweder hie *ſteinia,*
in Eiſſenach/ oder denen benachbarten Städten/ als Kreutzburg/ Langen- 1463.
ſaltz/ Goth/ oder Waltershauſen holen/ auch kein ander frembd Geträncke/ *jus braxan-*
außer bey Kurmeſſen acht Tage lang/ verſchencken ſolten. Diſſidia inter *di Stedfeld.*
mona-

(l) diſſert. de Plagio c. 3. Sect. 3. §. 20. (m) tit. jam cit. (n) anno 1690.

*tranſactio* monaſterium Catharinianum & dictum *Boyneburgium*, ob bona *Etten-*
*Boyneb. cum* *rodenſia*, à *Conrado Treuſch* Seniore, *Bernhardo Vitterodio*, Vogtero War-
*S. Cathari-* tenburgico, & *Friderico* Königſee/ Sculteto Iſnacenſi, tanquam Com-
*na,* miſſariis, componuntur. *Beata* **Bachrabin**/ Monialis S. Catharinæ,
*monialis* monaſterio ejicitur, quòd improvidè dixiſſet: Principem *Wilhelmum* idem
*ejecta,* feciſſe, quod olim ἄϛοργον *Albertum*. Uti enim hic *Cunegundam Iſenbergi-*
1469. *cam*: ita ille *Catharinam Brandenſteiniam* arſit. Anno MCCCCLXIX. in-
*privil. Car-* novatur privilegium Carthuſianis à *Martino* V. & *Benedicto* XIII. datum,
*thuſian. in* ut ad nulla alia monaſteria ſeu Ordines, ſine ſpeciali Superiorum con-
*novat.* ſenſu & juſſu, iis abire liceat. *Nicolao* & *Conrado Witzlebiis* inſignia re-
1471. novata confirmat *Fridericus IV.* Imp. *Erneſtus* Elector Saxon. unà cum
*inſignia* Fratre *Alberto* Ducatum *Saganum* in Sileſia à *Joanne*, Duce Lignicenſi,
*VVitzlebia-* 55000. flóren. Ungaric. emit, quô etiam biennio pòſt à *Matthia*, Hun-
*na,*
1472. gar. & Bohem. Rege, infeudatus eſt. Manſit penes Saxones ſeptua-
*Ducatus* ginta & ſeptem annis, donec per *Ferdinandum* I. anno MDXLIX. ab Ele-
*Saganus* ctore *Mauritio* ad Bohemiæ regnum rediret. (o) *Apollonius Vitzthu-*
*emtus,* *mius*, vindictæ cupidus, (p) per monachum Portenſem, *Ditericum*
*Bercker*, (al. *Baur & Burcardi*) antea Centurionem d. XIX. Jun. Erfur-
*incendium* tum incendit, ut intra ſex horas 6000. ædificia igne conſumta ſint. *Ber-*
*Erfurtenſe,* *ckerus* ociùs cum ſocio ſuo, laico fratre, & ſartore, qui Iſnacenſis erat, urbe
exiens, properat Gotham. Hic divertit ad hoſpitale, laicus currit *Iſena-*
*cum*, monachus latibulum reperit Gothæ. Sartor, quem nec prece aut
pretio ad tantum ſcelus compellere poterant, ſtatim ardeliones prodit, qui
capti adque juſta ſupplicia rapti, omnem culpam in *Vitzthumium* re-
jecerunt. (q)

1474. §. 126. *Harſtallii*, vanitatis & æternitatis memores, pias fecêre fun-
dationes, juxta tenorem literarum ſequentium: r)

*legatum Harſtallia-num,* Wir **Hanß**/ **Ditrich** und **Werner** von Harſtall/ Ernſt und Hanſens Söhne/ bekennen mit dieſem offnen Briefe vor Unß und unſre Nachkommen des **Fleckens** und Geſeße Mihla/ Nachdem Wir erkennen/ daß alle Dinge auf dieſem Erdreich vergehn/ und daher allen Chriſten gebührt dem Allmächtigen Gott/ wegen ſeines bittern theuren Leydens/ zu unſer ewigen Seligkeit dancknehmig zu ſeyn/ darin Wir unß bißher gar verſäumlich gehalten haben/ nu aber zu Beſſerung unſers Lebens/

(o) conf. D. Lucæ chron. Sileſ. P. IV. c. 6. p. 1092. ſeq. (p) vid. §. 121. (q) chron. Citiz. ad ann. 1427. Compilat. chronolog. ad h. ann. Rivand. in chron. Thur. p. 485. J. Bang. in chron. Thur. p. 164. b. Pertuch. chron. Portenſ. L. I. p. 150. M. Pfefferko n in Thuring. ſua c. 28. p. 373. Guden. L. II. Hiſt. Erfurt. p. 144. ſeq. (r) ex ſchedis Henr. Himmelii, Paſt. Mihlani.

Lebens / lauter durch Gottes Willen / dem allmächtigen Gott zu Lob geben Wir ewiglich / in Krafft dieſes Brieffs / zwölff Schock vier Groſchen Thüringiſcher Wehr / fünff Gänſe / und zehn Michelshühner zu Erbzinß alle Jahr auf Michaelis. Item eine Fiſchweide / gelegen in der Werra über dem langen Fart ꝛc. Und geben ſolche Erbzinſe die Häuſer / Gärten und Hoffreiten in dem groſzen Baumgarten bey der Kreutzburgiſchen Gaßen alhie. An ſolchen Güthern behalten Wir die von Harſtall ſpecificè ſieben Pfenninge / genandt **Marckrecht** / und die Lehn / auf daß die Zinſen deſto baß bey Weſen bleiben / und ein Prieſter alhie erhalten werde. Da auch unſer gnädiger Herꝛ von ſeiner Prieſterſchafft ſubſidium nehmen ſolte / ſo gereden Wir vor uns und unſre Nachkommen / unſerm gnädigen Hern ein Schock Groſchen dafür zu geben / daran ein Prieſter nichts tragen ſoll. Daß nu alle dieſe Reden zu ewigen Zeiten feſt gehalten werden / haben Wir obgenandte von **Harſtall** vor uns und unſre Nachkommen unſre Innſiegel hieran gehangen. So bekennen Wir **Curt Haſert** / und **Henrich Funck** / jetzige Alterleute und Vormünder der Kirchen zu Mihla / vor unß und unſre Nachkommen / ſolche Zinſen alle Jahre einzumahnen / willig auf Uns genommen haben / und haben gebeten den erbarn Prieſter Hern **Johann Riemenſchneider** / jetzund unſern Pfarꝛhern zu Mihla / ſein Siegel noch hieran zu hangen. Das ich obgenandter Pfarꝛherꝛ alſo bekenne. Geben nach Chriſti Geburt 1474. Jahre am Donnerſtag S. Martins Abend.

§. 127. *Villam rubram* extra portam Nicolaitanam jure heredita- 1478.
rio ſibi acquiſiverat *S. Nicolaus*. Tenuêre eam cives, de *Byſa* dicti; **Der rothe**
Queîs extinctis, recidit ad cœnobium unà cum ligneto, die Lützeln **Hoff /**
Hayn / confirmante id *Wilhelmo* die Jovis poſt feſtum Laurent. Vica-
riæ *S. crucis* in monaſterio Nicolaitano *Joannes* Wiedeners / Presby- 1480.
ter Sonnenbornenſis, multa donavit. Abeunte Principe *Wilhelmo* ad *Vicaria*
thermas, Vicarius relinquitur *Henricus Brandenſteinius*. Circa hunc an- *S. crucis*, 1481.
num familia *Himmeliana* in Thuringiam ſata eſt. *Joann.* **Himmel** / *H. Branden-*
Wächtersbachenſis, (quod oppidulum ad fluvium *Kintzig* eſt propè *ſtein.*
*Saalmünſter*,) tres genuerat filios, *Joannem*, qui Erfurtum migravit, fa- *origo Him-*
ctus cœnobii alicujus œconomus: *Henricum*, qui in acie cecidit, & *Mi-* *meliorum*
*chaëlem*, qui ad Matruum ſuum *Georgium Kochium*, Canon. B. V., ſe *apud nos.*
contulit, manſitque Iſenaci. Habitabat *Kochius* in ædibus propè ſca-
lam lapideam ad ſiniſtram plateæ Prædicatorum. *Himmelius* verò (Michaël)
factus Cantor in templo Franciſcanorum. Anno MDL. ad parochiam
Neukirchenſem vocatus domicilium *Kochianum* vendidit Senatui, qui Ar-
chi-Diacono dedit. Duxit *Eliſabetham Schvvertinam*, obiit in Paſtoratu

Q Pferds-

Pferdsdorfiano anno MDLIX. *Wilhelmo* autem Duce anno ætat. LVII. Vinariæ mortuo, inque monaſterio Franciſcanorum, à ſe condito, ſepulto, *Iſnacum, Vinaria, Jena, Crucisburgum* &c. *Erneſto* Electori fiunt ſubdita. *Joann. Crutzeborg*, Presbyter S. Michaëlis prope urbem noſtram, B. Virgini 100. florenos dedit. In vertice montis ad viam, quâ itur *Crucisburgum*, ſtabat olim ſacellum, *Michaëli* Archangelo ſacrum, in quo miſſa celebrabatur quotidie. Adhuc dicitur die Michels Koppen / & anno MDXV. Presbyter hujus oratorii erat *Juſtus Oltzen*. Vineas etiam fuiſſe in, circa & infra montem iſtum, vidi ex literis anno MCCCCLXXXII. Meminit enim *Joann.* Presbyter vinearum unter S. Michel gelegen/ quæ cenſum dabant Parocho Michaelitano.

*VVilhelm. D. S. obit*, 1482. *legatum, capella S. Mich.*,

*Ioann. Hilten*,

§. 128. *Joann. Hiltenius*, Monachus Franciſcanus, Vir piè doctus, & candidus Thuringus, ùt *Melchior Adam* (s) bene conjicit, *Danielem* & *Apocalypſin* illuſtravit Commentario, inque articulo Juſtificationis, bonorum operum, S. cœnæ ſub utraque porrigendæ, & aliis, à ſociis ſuis diſſenſit maximè. Ideo in carcerem conjectus, nihil verò mutare voluit. Meminit ejus *Apologia Auguſtanæ confeſſionis*, (t) inquiens:

*laudes ejus*,

*Apud nos in oppido Thuringiæ* Iſenaco *Franciſcanus quidam fuit ante annos* XXX. Joannes Hilten, *qui à ſuo ſodalitio conjectus eſt in carcerem, propterea quòd quosdam notiſſimos abuſus reprehenderet. Vidimus enim ejus ſcripta, ex quibus ſatis intelligi poteſt, quale fuerit ipſius doctrinæ genus. Et qui nôrunt eum, teſtantur, fuiſſe ſenem placidum, & ſine moroſitate gravem. Is multa prædixit, quæ partim evenerunt hactenus, partim jam videntur impendere, quæ non volumus recitare, ne quis interpretetur, ea aut odio cujusquam, aut in gratiam alicujus narrari. Sed poſtremò, cùm vel propter ætatem, vel propter ſqualorem carceris, in morbum incidiſſet, accerſivit ad ſe* Guardianum, *ut ſuam valetudinem ei indicaret. Cùmque* Guardianus *duriter objurgaret hominem, ob doctrinæ genus; tùm iſte cum gemitu:* propter Te, mi JESU, has injurias æquo tolerabo animo. Nihil ſcripſi, nihil dixi, quod ſtatum monaſticum labefactare poſſet, notos ſaltem abuſus reprehendi. Sed alius veniet anno MDXVI. qui deſtruet eos, & Vos huic vix poteritis reſiſtere. *Hoc vaticinium etiam inſperſit Commentario ſuo in Danielem.* Repetunt eandem hiſtoriam *Lutherus* (u) & Mattheſius, (vv) qui addit: *Bartholdum Gruntzebachium*, Diaconum in valle Joachimica, monachum olim Franciſcanum, adoleſcentulum huic *Hiltenio* ſerviiſſe. Ab aliis quatuor recenſentur vaticinia, quæ edidit *Hiltenius*. (1) anno MDXVI. erit reformatio Cleri, poſtea annis XXX. erit regnum Chriſti. Item:

*& vaticinia*,

(s) in vita ejus, (t) cap. de votis monaſticis, (u) in libr. de Conciliis T. VII. Germ. Jenenſ. f. 254. B. (vv) in concione I. de vita Lutheri p. 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item : brevî futura eſt mutatio religionis, in qua prior abrogabitur. Conſentit hoc cum eo, quod *Apologia de monachis* habet, & ab aliis ſic narratur. Anno MDXVI. ſurget Heros, qui Vos monachos adorietur acriter, & contra quem ne hiſcere quidem audebitis. (2) anno MDC. Turca potenter dominabitur in Germania & Italia. (3) varia prædixit, quæ evenerunt in urbe Gotha, cùm olim, tùm tempore belli Germanici, & noviſſimæ demolitionis arcis Grimmenſteinenſis, (4) monaſterium Franciſcanorum Iſenaci, quod ipſe incoluit, ut & cœmeterium, in quo cubat, mutabitur in viridarium, uti factum. Dixit etiam, notante *Melchiore Adamo*, (x) ex monaſterio Franciſcanorum Vinarienſi *armamentarium*, ex Magdeburgenſi *ſcholam*, ex Wittebergenſi *granarium* factum iri. Sœpiùs quoque dixiſſe fertur : Sub *Leone* exorietur *Eremita*, qui reformabit Sedem Romanam. Per Eremitam intelligunt *Lutherum*, qui ſub *Leone* indulgentias impugnavit. Auguſtiniani enim dicuntur Eremitæ. Deceſſit circa exodum ſeculi XV. *M. Chriſtoph. Winerus* ita in eum : (y) *ac obitus,*

*Qui Pater* Hilteni *fueris, quæ gratia ſancta,* *epitaphium.*
*ſancta prophetandi fulſerit ore tuo.*
*Illâ vivorum regione videbimus omnes,*
*quam cum Martyribus Martyr & ipſe tenes.*
*Nam poſtquam Monachos ſcriptis & voce notâſti,*
*carcere perpetuo pœna luenda fuit.*
*Vox tua completa eſt : te poſt apparuit alter,*
*tollere quem nullis prævaluêre dolis.*
*Nunc quæ temporibus ſupereſt completa futuris,*
*digna Prophetia eſt iſta notanda tua.*
*Poſt mille à partu ſexcentos Virginis annos*
*Auſonios Turcæ Teutonicosq; regent.*
*Poſteritas attende pia, & properantia fata*
*mitiget ut Deus hæc triſtia, funde preces.*

Angulo exteriori templi Georgiani, è regione arcis Ducalis, juſſû & ſumtibus *Chriſtianæ*, viduæ *Joannis Erneſti*, Saxoniæ Ducis, monumentum affixum eſt, cui M. *Valentin. Weinrichius*, Scholæ noſtræ Rector, ſequentes verſus inſcripſit.



(x) in ej. vita p. 5. Conf. M. Nic. Rebhanii Hiſt. Eccleſ. Iſnac. MS, & Toppii hiſt. Iſnacenſ. MS. p. m. 29. (y) L. I. Tumulor. num. I.

JOHANNI HILTENIO, MONACHO FRANCISCANO, PROPTER CONFESSIONEM EVANGELICÆ

ET REFUTATIONEM PONTIFICIÆ RELIGIONIS A

FRATRIBUS Aō M.CCCC.XCVI. IN CARCEREM CONJECTO, IN EOQUE VITA DEFUNCTO,

DUO VATICINIA JOHANNIS HILTENII,

UNUM:

EXSURGET HEROS, QVI VOS MONACHOS ADORIETUR ACRITER, CONTRA QVEM NE HISCERE QVIDEM AUDEBITIS.

ALTERUM:

ANNO M. DC. MUNDUS VERBERABITUR GLADIO MAHOMETICO VEHEMENTER.

# CENOTAPHIUM.

Hiltenii *Patris Monachi ſimul atque Prophetæ*
*non procul hîc recubant oſſa ſepulta loco.*
*Qui cùm voce Dei Fratrum taxârat abuſus,*
*pectore contendens vivere juſta fide.*
*Carceris enectus tandem ſquallore fameq;,*
*mæſta Prophetarum præmia more tulit.*
*Sed prius appellans ad Chriſti voce tribunal,*
*cùm peragenda, Deo Judice, cauſa foret.*
TeMpora prInCIpII CeCInIt tVnC pLana LVtherI, (z)
*ſignaque ſupremum dans præitura diem.*
ItaLa regna ſtatIM VICtorI & teVtona tVrCæ (a)
ſVCCVbItVra, pIIs VatICInatVs, aIt:
*Prima quod evenit prædictio vera, fateris;*
*altera ne fiat vera, precare Deum.*

Renovatum annô CIↃ. IↃCLXIX.
Sumtibus Joh. Mockens.

NON CULTUS, SED MEMORIÆ CAUSA, FF. ANTIQ. STUD.

(z) 1517. (a) 1600.

M. V. W.

§. 129. *Erneſtus* & *Albertus* Fratres B. Virgini omnia documenta, im- 1483.
munitates, bona, privilegia, & jura, vetera ac recentiora, confirmant eô- *confirmatio*
dem jure & effectu, ac ſi verbotenus ea repetiiſſent ſuis manibus ſcripta. *jurium B.V.*
Conceſſit ſimul *Erneſtus* Gothæ anno M. CCCCLXXXVI. die Lunæ poſt 1486.
Dominicam *Cantate* urbi noſtræ duas nundinas, ſcilicet die Solis & Lunæ poſt *nundinæ,*
feſtum *Martini*, & Dominicâ *Reminiſcere*, ereptus nobis eôd. annô XVI.
Aug. ætatis ſuæ XLVI. Succeſſit *Fridericus*, *Sapiens* Filius, ſummusque Eru- *Frid. Sa-*
ditorum Patronus, & Fundator Inclytæ Univerſitatis ad Albim, quam *piens,*
*filiam ſuam* vocare ſolebat. *Chriſtoph. Wezelium* & *Joann. Kroneburg* Vi-
carios reperi in literis, in die Criſpini & Criſpiniani datis, exque iis ſpecia-
liter vidi, quàm pingues bolos olim dederit S. Catharina. Hoc anno ſcor- *ſcorbutus,*
butus his oris primùm innotuiſſe creditur. (b) At vide ſîs epiſtolam meam
*de Thuringia ſcorbutica.* (c) F. *Joann. Ulrici*, Prior Dominicanorum, Vir *J. Ulrici,*
eruditus & promptus Poëta, *Iſenacum* ſtylo ligato deſcripſiſſe fertur. *Her-* 1487.
*mann. de Hinckelbein* fundat Vicariam S. Jodoci ad S. Georg. Vendidit *Burcar-* 1489.
*dus Wolframsdorfius Joanni Meiningio*, Priori Carthuſianorum, omnia & ſingu- *Vicaria,*
la bona & jura ſua in *Mega Lupnizio*. 1498.

§. 130. M. *Luterus* anno ætat. XV. ſtudiorum causâ hûc conceſſit. *bona Mega Lupnizenſia,*
Natus is annô MCCCCLXXXIII. in vigilia S. Martini Islebiæ Patre *Joanne*,
Metallifoſſore, matre *Margaretha Lindemannia*. (d) Alii malunt *Ziegleriam*. *M. Luterus,*
At nos vix mutabimus verbum. Puerulus ductus eſt in ſcholam Mansfel-
denſem, decimo quarto ætatis annô in Magdeburgenſem, ex hac in noſtram,
ubi ingenium & induſtriam docentium probavit maximè, panem propter
Deum cum ſociis ſuis oſtiatim hîc petens. Cùm aliquando tertias ædes nunc
fruſtrà pulſans, vacuus & ſubtriſtis diſcedere vellet, pia Sunamitis in platea
Georgiana, *Conradi Cottæ* vidua, miſerta pauperculi, oblato pane refecit *benefa-*
eum, inque ædes ſuas recepit. Ich bin auch/ait ipſe, (e) ein ſolcher Parteken *ctrix ejus,*
Hengſt geweſen/und habe das Brot für den Häuſern genommen/ſonder-
lich zu **Eiſenach/in meiner lieben Stadt**. De hac ſua hoſpita narrâſſe
dicitur: es iſt kein lieber Ding auf Erden denn Frauen Liebe/wem ſie mag
werden. Quæ verba proverbiis Salomonéis (f) ſubjecta ſiniſtrè alii expli-
cant, queîs dudum reſponderunt defenſores ejus. (g) Erat autem ludus
iſte literarius retrò cœnobium Franciſcanorum eo in loco, ubi nunc cere- *& Præce-*
viſia Principis coquitur. Præceptores ejus *Joann. Trebonius*, quo, laudante *ptores,*

 *Melan-*

(b) Binhart. chron. L. III. p. 25. Spangenberg. chron. Sax. c. 343. (c) Dec. II. Eph. Nat. Cur. ann. VII. annex. (d) Chytræus L. VII. chron. f. 223. (e) T. V. Jen. f. 181. B. (f) Vid. colloq. menſal. Luter. f. 320. B & Prov. XXI. 10. (g) Vid. defenſum Luterum D. Joh. Mülleri c. 7. p. 90. ſq. & ejusd. defenſion. defenſ. Luter. c. 7. p. 226. totamque ejus vitam & defenſionem fuſiſſimè congeſtam à Domino Seckendorfio in comm. hiſt. & apologet. de Luteraniſmo edit. anno 1692.

*Melanthone*, (h) nemo rectiùs & dexteriùs tradebat Grammaticam ; &
*Wolſgang. Oſtermeyer*, vulgò *Cappelmeyer*, Th. D., cui canenti aures ſemper
movebantur. (i) Memini, ait *Luther*, (k) me puero *Iſenaci* formoſam & pu-
*mus ex femina natus,* dicam matronam enixam eſſe *glirem*, quod eò accidit, quia ex vicinis aliquis
gliri nolam ſuſpenderat, ad cujus ſonitum reliqui fugarentur. Is mulieri
gravidæ occurrit, quæ ignara rei ſubitò occurſu & adſpectu gliris ita territa
eſt, ut fœtus in utero degenerârit in formam beſtiolæ. *Glirem* vocat Lu-
ther, nihil aliud autem intelligas velim, quàm *murem majorem*, quem plebs no-
ſtra eine Ratze/ ſeu Ratte appellat, uti ex *Andreæ Toppii Hiſt. MS. Iſnacenſi* (l)
aliisque (m) apertè videre eſt. (n)

1500. §. 131. Anno MD. templi Nicolaitani hierophylax erat *Conrad. Lut-*
*Conr. Lutter.* *ter*, Martini affinis, cujus in prima epiſtola ad *Joann. Braunium*, Eccleſia-
ſtem Iſnacenſem, meminit. Quâvis ſeptimanâ olim in utroque xenodo-
*xenodochia,* chio *S. Spiritûs* ad ſemitam (dicitur etiam vor den Eichten/) & D. *Clementis*
extra portam Nicolaitanam recitabantur ſermones ſacri. Vendunt Car-
Langſtreit/ thuſiani villam Langſtreit & bona *Hetzelrodenſia*. Circumibat in Saxonia
1502. *Raymundus*, natione Gallus, Cardinalis & Epiſcopus Gurcenſis in Carin-
*Raymundus,* thia, Alexandri VI. Legatus, indulgentias diſtribuens, & Principum civita-
tumque controverſias componens. Is *Erneſtum*, Antiſtitem Magdebur-
genſem, monuerat, ut fratri *Friderico*, Sax. Electori, hortator eſſet, quò Aca-
*Acad. VVittenberg. origo,* demiam in ſua provincia tandem inſtitueret. Qui cùm ingenio & ſapientiâ
excelleret, bonarum literarum amantiſſimus, easque in gubernatione ma-
ximo uſui ac præſidio eſſe perſpiceret, *Maximil.* I. Imp., qui omnium libe-
ralium Artium, & præcipuè hiſtoriarum ſtudia in Germania excitavit, & ali-
quoties in Comitiis Principes hortatus erat, ut ſinguli in ſuis territoriis
Academias conderent, autoritate & exemplo invitatus, poſt diuturnam
conſultationem, *Mellerſtadio* & *Staupitzio* inprimis bonum opus urgenti-
*primus ejus Rector,* bus, Wittenbergenſem ad Albim die XVIII. Octobr. ſolenni ritu introdu-
ctam inchoavit. Primus ejus Rector erat *Martin. Polichius*, Mellerſtadius,
1503. excellentis ingenii & doctrinæ famâ eo tempore celebris, cùm trium Fa-
*tranſactio Carthuſianor.* cultatum Doctor & Electoris *Friderici* Medicus primarius eſſet. (o) Anno
ſequente fit tranſactio Carthuſianorum cum ſororibus S. Nicolai, nec non
*Kappelndorf,* *Joanne* & *Henrico* ab *Erfa* Fratribus, ratione Mega-Lupnizii. *Fridericus* Ele-
ctor Præfecturam *Kappelndorfenſem* 8000. floren. emit. Naſcenti *J. Frid.* Ele-
*crux aurea in dorſo,* ctori poſtea, die XXX. Jun. horâ ſextâ poſt meridiem *crux aureo colore* ful-
gens

(h) Declamat. T. IV. p. 498. (i) D. G. Franck. ſat. med. contin. X. §. 9. (k) comm. in Geneſ. c. 30. p. 424. B. Conf. Weinrich. de monſtris. c. 17. p. 160. B. (l) c. 7. p. 84. (m) Spangenberg Eheſpiegel. concion. 56. Caſp. Titii Exempelbuch c. 26. vom Eheſtand/ Membr. I. hiſt. 3. p. 605. (n) conf. faſcic. II. obſ. m. Med. Phyſ. num. 54 (o) Chytr. chron. Sax. L. V. p. 146.

gens in dorſo apparuit, quæ omen erat futuræ tempeſtatis. (p) Liberiùs 1504.
hactenus vixerant Canonici B. V., quos ideò ſeriò caſtigat *Joannes* Dux. *Canonici*
Gratus ubique *Luterus* erga Doctores ſcholæ noſtræ & Clericos. Primitias *caſtigati,*
ſacerdotii celebraturus amicè invitat *Joann. Braunium*, quem *ſacerdotem* Chri- 1505.
*ſti Mariaq;* vocat, quòd fuerit in Collegio B.V., optans, ut datâ occaſione *gratitudo*
gratitudinem ſuam declarare valeat erga Collegium *Schalbenſe*, excuſansque *Luteri,*
ſe, quòd inſalutatô eô Wittebergam abierit. (q) Dirutis ædibus parochia- 1507.
libus cum veteri ſchola eo in loco exſtruitur domus telonii, Zollhoff/ quæ Zollhoff/
poſtea in arcem Ducalem converſa eſt. *Hartmannus*, Comes *Kirchbergicus*,
J.U.D. fit Coadjutor *Joannis* II. Comitis Hennebergici, Abbatis Fuldenſis,
cujus epitaphium: QUID MORTUI VIVENTIUM LEGITIS EPITA- *notabile*
PHIA? (r) *epitaphium,*

§. 132. Anno MDIX claruit Vinariæ D. *Biermoſt*, Iſnacenſis, *Joannis*, 1509.
Saxoniæ Ducis, Cancellarius. Huſanus noſter ita: *D. Biermoſt,*

*Barbara non ideò debent* Neſſæa *vocari*
*mœnia; nam claros ſæpe dedêre Viros.*
*Notior externis eſt* Trutvetterus *in oris*, (s)
*cùm docet externi myſtica jura Dei.*
*Hic eſt Theologus, quô non ſublimior alter,*
*inter qui meruit nomina prima Sophos.*
*Cantatus toto Doctor* Biermoſtus *in orbe*, (t)
*ingenii tantùm dotibus ille valet.*
*Hic eſt, qui poterat magnos anteire Solones,*
*atque ſonos Tulli, vincere, Marce tuos.*
*Et ſua* Vymerides (u) *committit nomina famæ,*
*& ſic Palladiis carior uſque Viris.*
*Dulcia non facili modulatur carmina plectro,*
*& callet, quicquid turba diſerta probat.*
*Hi tres Iſiacam defendunt artibus urbem,*
*mœnia ne maneant barbara, ritè vetant.*

§. 133. Celebrem ſemper fuiſſe familiam *Purgoldinam* etiam apud ex- 1512.
teros, teſtatur *M. Andreas Wilckius*, Gymnaſiarcha Gothanus, qui ſic de *Gens Pur-*
ea: *goldina,*

Pur-

(p) Dreſſer. Millen. VI. Part. 2. in vit. ej. Chytr. L. II. Sax. p. 51. Calviſ. chronol. ad h. ann. p. m. 908. Heider. orat. IV. Vol. I. D. Spener. in ſyllog. genealogico-Hiſtor. p. 355. Part. II. Zeitk. erbaulich. Luſt them. 13. (q) vid. epiſt. Luteri ad hunc Braun. ſcript. anno 1509. L. I. epiſt. 2. f. 3. B. (r) Brovver. L. IV. Antiquit. Fuld. p. 331. Spangenberg L. V. chron. Henneberg. c. 32. Eberhard Fabricius in gloria Fuldæ p. 172. ſeq. (s) Jodoc. Trutvetter, S. Theol. L., Rect. olim ſchol. Iſnac., Lutheri Præceptor, (t) D. Biermoſt, Cancellar. Vinar. anno 1509. (u) Weymar/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Purgoldinorum *terráq; poloq; mariq;*
*Gens celebris, magno nomine, req; ſimul.*
*Principibus gens grata Viris, gens nata gerendis*
*publicitus curis, gens adamata Sophis.*
Gallia *quam coluit, mirata* Britannia, *cujus*
Italus *eloquiis hæſit ad ora potens* &c.

*Ioann. Purgold,* Inprimis ſimplex & rectus, juſti æquique tenax erat *Joannes Purgold*, Senator, qui jus *Iſenacenſe* ſuâ manu deſcripſit, & multa ſaluberrima monita reliquit.
1513. *monumentum Ottonis III.* *Fridericus* Elector *Ottoni* III. Imp. auguſtum poſuit monumentum Auguſtæ Vindelicorum cum inſcriptione:

Ottoni III. S. Rom. Imp. Auguſto, ex Gente Widekindi Magni Saxonum Regis, qui Otto diem ſuum obiit X. Kalend. Febr. anno ſalutis MII. monumentum fieri curavit Fridericus III. Elect. Saxon., Imperii locum tenens annô M. D. XIII. V. Idus Maji.

1515. *Herman. Sauſevvind,* §. 134. Anno MDXV. naſcitur Natzæ *Hermann. Sauſevvind*, ſeu *Trebelius*, elegans Poëta, quo de dialogus adhuc ſupereſt *Huſani:*

*Viat.* *Phœbe quid ad ſacri ploras monumenta ſepulcri?*
*Aönii periit gloria magna chori.*
*Phœb.* *Illene* Trebelius, *pergratus in* Iſidis *urbe,*
*Viat.* *arx ubi de* ſpecula *nomen adepta jacet.*
*Ipſe meo curam dat materiamq; dolori;*
*nam meus hic omni tempore cultor erat.*
*Ante diem Parcæ ruperunt fila Poëtæ,*
*quæ ſua cuiq; ſolent tempora nere colo.*
*Viat.* *An Phlegetontæis inferni mergitur undis?*
*anne per Elyſios umbra vagatur agros?*
*Phœb.* *Ille beatorum cœleſti vivit in aula,*
*& videt æterni nomina trina Patris.*

*S. Georg. renovatur,* Eôd. inſtauratur renovaturque ædes *Georgiana*, teſte pila exteriori, cui hæc verba inciſa legimus:

*Anno* MDXV. *incepta eſt hæc Baſilica.*

*latrones capti,* Cives nonnulli Erfordienſes latrocinia publica exercentes capti, eorumque alii Gothæ, alii hîc capite plexi ſunt. (w) Sequente anno rogat Luterus *Langum* Erfurtenſem, ut literas ſuas plenas quæſtionum adverſus
1516. *Lang. Erfurtenſ.* Ariſto-

(w) Topp. hiſt. cir. c. 7. p. 49.

Ariſtotelem, Porphyrium, & ſententionarios mittat ad *Eximium Doctorem* Jodocum Iſenacenſem, *Virum optimum*, ejusdemque & aliorum judicia exquirat.

§. 135. Memorabilis annus MDXVII. ob reformationem *Luteri*, 1517. toti orbi notiſſimam. Ultimus, quem vidi, Præpoſitus S. Nicol. erat *Wernerus*. *reformatio* Anteceſſores ejus: *Luteri,*

Bertholdus - - -
Fridericus - - - 1033. *Præpoſiti*
Henricus - - 1280. 1285. *S. Nicolai,*
Henricus - - 1323. 1338.
Giſelerus - - - 1353.
Henricus - - - 1372.
Ludovicus - - 1378. 1381.
Hermannus - - - 1392.
Nicol. Reinbeer - - 1392. 1403.
Joann. Stirhayn - - 1413.
Conrad. Hugke Probſt und Vorſteher - 1457.
Joann. Enſtel - - 1459. 1467. 1469.
Conrad. Becker - - 1461.
Conrad. Stegmann - - 1464.
Conrad. Kloſterſchmied - - 1491. 1495. 1499. 1500. 1503.
Wernerus Hack, Probſt und Vorſteher - 1509. 1515. 1517.

*Lutherus* Auguſtâ Vindelicorum reverſus lubens locutus fuiſſet cum *Jodoco*, quem *egregium* Virum *& optimum*, *Theologum & Philoſophum primum, Reverendum & ſuaviſſimum Præceptorem, ſibi in Domino majorem, ſemper venerabilem*; 1518. *Iodoci laus,* etiam *Principem Dialecticorum* vocat; (x) ſed morbo præpeditus haud potuit. Erfurtô igitur ei ſcripſit & ſe excuſavit. Anno ſequente XIV. Mart. 1519. *Joannes* D. S. diſcordiam inter *Philippum* Haſſiæ, & *Wilhelmum*, Henneberg. *concordia,* Principem, hîc diremit. (y) Eôd. die ♂tis poſt Dominic. Exaudi juſſu *Friderici* Elect. & *Joann.* Duc. Sax., Fratrum, *Georg. Burggravius Kirchbergicus*, ùt Præfectus Saxon. Cruciſburgi, *Joann. Staupitzius*, D. & Vicar. General. S. Auguſtin. Ord. Eremitar., *Gerhard. Marſchalcus*, Decan. Gothan., & *Caſp. Boyneburg.*, Eques ac Præfectus Wartburgi, omnia diſſidia litesque inter *Gertrudem* ab *Hundelshauſen* Prioriſſam, totumque Conventum cœnobii Jacobæi propè Cruciſburgum, & inter *Eucharium Spicherum*, Decan. & Capitul. B. V. Iſnac., ex cenſibus ſuperioris molæ auf der alten Iſſta natas, ſuſtulerunt & extinxerunt.

§. 136. Tandem *Jodocus Trutvetterus* eod. anno IX. Maj. placidè obiit, inclytus in Univerſitate Erfurtenſi Profeſſor, *Vir ſapientiſſimus*, judicio *Iodoci mors,*

R Mater-

(x) in epiſt. ad Spalatin. (y) Cyr. Spangenberg. chron. Henneberg. L. V. c. 44. p. 254.

*Materni Piſtorienſis*, & in *Hagiographia apprimè colenda Licentiatus*. Sunt, qui venenô ſublatum ajunt. (z) Cubat in templo primario ibidem. Edidit ſyſtema *phyſicum*, quod annô ante exceſſum ultimô contractius prœlo ſubjecit Erfurti *Joann. Cannabius*, cui *Eoban. Heſſus* hos præfixit verſus :

*Phyſica.*

*Garrula ſtelliferum mirari deſinat orbem*
*fama, Syracuſium compoſuiſſe Senem.*
*Vulcani clypeos Aſiam, Europamq; ferentes*
*adſerat, invenit fabula priſca fidem.*
*Quandoquidem exiguo Naturæ ſumma libello*
*tam bene compoſita eſt, docte Jodoce, tibi.*

*Logica.*

Idem *Eyſenacenſis Philoſophus* & *Theologus* (uti paſſim audit,) edidit *Logicam*, (majus opus vocat,) cui *Nicol. Marſchalcus* hoc præmiſit carmen.

NicolaiMarſchalci Thurii in Jodoci Trutvetteri, Iſennachenſis Philoſophi & Literaturæ Eccleſiaſticæ Licent., *opus majus* de Logica, ad juventutem Erphordienſem.

*Quisquis amat veram methodum cognoſcere; & imos*
*autorum ſenſus, grandia dicta Sophûm.*
*Quisquis & Archiatros tractat, ſacramvé Minervam*
*ambit, vel famâ ditia jura refert.*
*Quisquis Apollineos Vates, aut Rhetoris artes*
*perſequitur,* Logicen *ſummo in honore colat.*
*Hâc poterit* Scyllas, *Lyſiam ſuperare* Chimæram,
*vincere &* Harpyjas; Stymphalidasque feras.
*Spargite jam viridi Vos candida lilia ramo,*
*ſampſucos, hederas, gramina, thyma, roſas.*
*Quando hic* Chryſippus, Zenon, *Phaniusq;* Cleantes,
*magnus* Ariſtoteles, Porphyriusque *cubant.*

*Winerus* noſter hoc ei poſuit monumentum; (a)

*Epitaph.*

*Hic ſenis* Iſiaci *cineres poſt fata quieſcunt,*
*corpore qui magnus, nomine major erat.*
*Nota Viri pietas, nota eſt ſanctiſſima vita,*
*notus ſinceræ relligionis amor.*
*Doctrinæ excellens ſtudium, digniq; labores,*
*quos de* Naturæ cognitione *dedit.*
*Relliquiæ quædam, pie* Trutvettere, *ſuperſunt,*
*de menſis quondam quæ cecidêre tuis.*
*Quas patrio ſervans diſpenſat amore Senatus,*
*inque uſus confert hæc alimenta pios.*

*Hic*

(z) vid. tr. m. de Anguilla S.III.c.2.§.6. (a) L.I. Tumulor. num. 2.

*His fruitur ſtudiis nunc exercenda juventus,*
*ut ſervire Deo promtiùs inde queat.*
*Ergo tuum vivet nomen, dum carmina vivent,*
*lausque ea, Te patriæ conſuluiſſe tuæ.*
*Quam ſi præripient alii, qui plura relinquent,*
*ipſe loco primo commemorandus eris.*
*Templa tibi curæ cum relligione fuerunt,*
*oſſibus hinc requiem dant pia templa tuis.*

Ipſe de eodem: (b)

*Sunt duo, quæ famæ monumenta æterna miniſtrant,* *aliud.*
*quæ pia poſteritas commemorare queat.*
*Ponere ſtructuras, & tecta relinquere magna,*
*quæ patriæ exornent amplificentque decus.*
*Inde bonæ frugis ſobolem generare paternam,*
*quæ patriæ poſſit conſuluiſſe ſuæ.*
*Ut, cùm fata jubent Patres decedere mundo,*
*illorum accipiant pignora ſancta locum.*
*Nil* Trutvetterus *genuit, qui cælibe vita*
*pro ſecli vixit conditione ſui.*
*Nec lepidi ſimilem ſtructuram liquit in orbe,*
*quæ domus haud Romæ pulcrior ulla fuit.*
*Nam luxum hæc augent, quem pòſt incendia plectunt,*
*pro luxu hic patriæ fœnora ſacra dedit.*
*Quô ſumtu voluit teneras adoleſcere plantas,*
*quæ patriam poſſint ædificare ſuam.*
*Tempore fatali & lapſis ſuccurrere rebus,*
*ne pia relligio, templa ſcholæve cadant.*
*Scilicet hæc ſanctæ pietatis mincula parva,*
*in vidua quam vel prædicat ipſe Deus.*
*Exſuperat Regum gazas & ſplendida tecta,*
*in quibus hic mundus luxuriare ſolet.*
*Tu, pia poſteritas, micis his utere ſanctè,*
*utque pia hæc recubet molliter umbra, roga.*

Ceterùm diſplicuiſſe *Jodoco* reformationem *Luteri*, hic ipſe fatetur. (c) *diſplicentia,* *Inprimis* Doctor Iſenacenſis *omnibus placitis meis nigrum theta præſigit ad me datis literis, quibus & Dialectica quoque ignarum, nedum Theologiæ arguit.* (d) Contrà *Paul. Langius*, Monachus Bozavienſis, Ord. Benedict., (e) Luterum vocat



(b) lib. dict. p. 3. (c) T. I. epiſt. f. 60. (d) f. 62. ad Spalatin. (e) in chron. Citiz. p. 897. ſeq.

cat *Venerandum Virum & profundiſſimum Theologum*; imò *omnium Theologorum ſuæ tempeſtatis facilè ſapientiſſimum Principem*, & doctrinam ejus prædicationemque *mirabilem*.

1521. *Luteri pathmus,* §. 137. Anno MDXXI. ingreditur Pathmum ſuam Luterus, *Wartburgum* ſcilicet. Vocatus à *Carolo* V. Wormatiam, ut coram Statibus Imperii rationem fidei ſuæ redderet, comparuit. In reditu divertit ad Abbatem Hersfeldenſem *Cratonem Meilium*, cujus inſignem humanitatem & liberalitatem ita commendat. (f) *Non credes, quantâ nos humanitate Abbas* Herſfeldenſis *exceperit.* Cancellarium & Quæſtorem *obviam miſit milliario magno : tùm ipſe ad caſtrum ſuum multis equitibus nos excipiens in oppidum comes fuit. Senatus intra portas nos excepit. In monaſterio ſuo nos pavit lautè, & in* cubili ſuo *me locavit.* &c. *Altero die nos ad ſylvam uſque proſecutus eſt, & Cancellario adjuncto in* Bercka *nos iterum pavit omnes.* Sic ille. *Berckâ* eôpſe die *Iſnacum* delatus; inde ſequente luce *Möram* properavit *ad carnem ſuam*, (ùt conſanguineos vocat,) &, ſumto hîc prandio, viâ regiâ *Waltershuſam* perrexit.

*excipitur benignè,*

*fata ejus,* Omnes in caput ejus conſpirârant. Papa fulmine percuſſerat, Pariſienſis, Lovanienſis, & Colonienſis Univerſitates dogmata ejus damnârant, Imperator planè proſcripſerat, edito terribili mandato, ut nullus, ſub pœna criminis læſæ Majeſtatis, ſub excommunicatione majori & maxima privatione regalium, feudorum, immunitatum &c. *Luterum* reciperet, foveret, aleret, aut verbis factisve, clamve palamve, adjuvaret, ſed potius omnes & ſinguli caperent, proderent, traderent. Hinc *Friderico*, Elect. Sax., admodum grave erat, contra hoc edictum Martinum in provinciis ſuis tueri, nec tamen vel capere, ſeu tradere cupiebat. Suadent tandem Conſiliarii, ut à fide dignis clanculum alicubi cuſtodiatur, adeò ut nec ipſe Elector locum ſciret, & verè dicere poſſet: ſibi non conſtare, ubi latitaret iſte. Jubentur ergo *Joann. Berlepſchius* [non *Pralops*, quod vitium *Toppii* eſt, (g)] Capitaneus Wartburgicus, & *Burcardus Hund* Senior à *Wenckheim* in Altenſtein, [non *Steinberg*, ùt idem ſcribit *Topp.* (h)] ut in loco ſecretiori Virum cuſtodiant. Luterus de futura captivitate *Amsdorfium* ocius monuit, at locum reticuit. Cùm igitur mille circiter paſſus à caſtro *Altenſteinio* jam progreſſus eſſet, dicti nobiles cum larvatis ſociis ſuis ſimulatâ hoſtilitate eum adoriuntur. Frater

*capitur,* ejus *Jacobus* viſis equitibus ſtatim de curru deſilit, feſtinans *Waltershuſam*. *Amsdorfio* paventi ſubridens dixit Luterus: *confide, amici noſtri ſunt.* Mutatis igitur veſtibus abducunt eum in vigilia Dominicæ Jucunditatis, i.e. die quarto Maji intra quintam & ſextam veſpertinam, perque varios ſylvarum ambages undecimâ noctis horâ *Wartburgum* tandem deferunt, quod *eremum ſuam, regionem avium, & volucrum regnum* paſſim nominat. Hoſpes ejus, cujus operâ interceptus fuerat, *Berlepſchius*. Hîc in decimum uſque menſem deli-

(f) in epiſt. ad eund. f. 328. (g) hiſt. Iſnac. MS. (h) l. c.

delituit nunquam otioſus, nunquam ſine vexationibus. Sic enim ipſe ſcribit: Als ich anno 1521. von Worms abreiſete / und bey Eiſenach gefangen auf dem Schloß Wartburg im Pathmo ſaß / da war ich ferne von den Leuten in einer Stuben / und konte niemand zu mir kommen / denn zween Edel-Knaben/die mir des Tages zweymahl Eſſen und Trincken brachten. Nun hatten ſie mir einen Sack mit Haſelnüßen gekauft / davon ich zu Zeiten aß / denſelben hatte ich in eine Kiſten verſchloßen. Als ich aber des Nachts zu Bette gieng / zog ich mich in der Stuben aus / thät das Liecht aus/und gieng in die Kammer/und legte mich nieder. Da kommt mir es über die Haſelnüſſe / hebt an und quetſchte eine nach der andern an die Bäncke mächtig hart / rumpelte mir am Bette / aber ich fragte nichts darnach. Wie ich nun ein wenig entſchlieff / da hebet es an der Treppen ein ſolch Gepolter an/als würffe man ein Schock Fäßer hinab/ ſo ich doch wohl wuſte/daß die Treppen mit Ketten und Eiſen wohl verwahrt/daß niemand hinauf konte / noch fielen ſo viel Fäßer hinunter. Ich ſtehe auf / und gehe auf die Treppe / wil ſehen/was das ſey/ da war die Treppe zu. Da ſprach ich: biſtu es / ſo ſey es / und befohl mich dem HErn Chriſto / von dem geſchrieben ſteht: Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, (i) und legte mich wieder zu Bette. Similes hiſtorias, poſt alios, affert CL. *Kirchmayer.*(k) Pathmum verò *Luteri* diligentiùs inquiſivit elegantioris doctrinæ Juvenis *M. Auguſtin. Antonius* Zittavienſis, in nova *Fridericiana*, quæ eſt Halæ Magdeburgicæ. (l) *vexatur.*

§. 138. Eod. anno cœnobium Catharinianum vendidit *Henrico Lunen* molam in ſuburbio piſcatorio, die Oehl- und Schlag-Mühle in der Fiſchers-Stadt pro 100. florenis rhenenſibus. Placet hìc enarrâſſe Abbatiſſas aliquot ejusdem monaſterii. *mola in ſuburbio,*

*Abbatiſſæ S. Catharin.*

| | | |
|---|---|---|
| *Agnes* à Wangenheim | - - | 1397. |
| *Oſanna* de Varenrode | - - | 1421. |
| *Anna* à Wangenheim | - - | 1471. |

Wir Anna von Wangenheim von Gottes Gnaden Aebtiſſin des Kloſters zu S. Cathrin vor Eiſenach/ Ciſtercienſer Ordens / (oder Grauen) 1475. 1485. 1489.

*Agnes* - - - 1492.

Meminit *Piſtorius* (m) Agnetis, Landgraviæ Haſſiæ, Abbatiſſæ Iſenaci. Fortè hæc illa fuerit.

| | | |
|---|---|---|
| *Catharina* Möllerin | - - | 1493. |
| *Ida* à Wangenheim | - - | 1513. |
| *Margaretha* de Farenrode | - - | 1519. & 1522. quam poſtea duxit M. *Balthaſar Fach*, Prof. Wittebergenſis. |

 Cùmq;

(i) Pſ. VIII, 7. (k) in diſſ. de apparitionib. ſpectror. Witteb. 1692. (l) anno 1696. (m) in Genealog. Landgrav. Haſſ.

1522. & S. Nicolai, Cùmq; circa annum MDXXII. defecerint Abbatiſſæ *S. Nicol.*, & iſtas, quotquot mihi notæ ſunt, ſubjungam.

*Iſentrudis* - - 1282. 1285.
*Cunegunda* - - 1323.
*Sophia* de Tanne - - 1377. 1382.
*Sophia* von Gottes Gnaden/ Ebbetiſſin des Heiligen Kloſters S.Nicol. Kirch in der Stadt Eiſenach gelegen/ 1392.
*Joanna* - - 1405.
*Jutta* - - - 1421.
*Luccardis* - - 1444.
*Gela* von Eſchwege/ Ebtißin / Margret Storn / Priorin/ Gertrud Cuſterin / und die gantze Sammening des Kloſters Nicolai. 1454. 1459.
*Cunegund.* Storn / - 1464. 1467. 1469.
Die Ehrwürdige und Demüthige Frau **Jutta** von Eſchelberg - - 1474.
*Jutta* von der Molßburg - 1476. 1482. 1485.
*Judith* - - - 1486.
*Eliſabetha* Craueln Ebtißin/Eliſabeth Backhuſen Priorißin/ Cathrin von Degern Kellnerin - 1507. 1509.
*Catharina* Sixtin - 1513. 1518. 1522.

Prioriſſæ hujus fuêre:

*Margaretha* Steinmetzin - 1512. 1517.
*Eliſabetha* Winckelmannin - 1515.
*Lucia* Winckelmannin - 1522.

Dicebantur olim Ciſtercienſes *griſei* monachi, quòd floccos gererent *griſeos.* (n) Cur verò Sorores *Nicolaitanæ* Ord. *Ciſtercienſ.* (o) & *griſeæ* (p) dictæ ſint, ſcire velim. Certum enim eſt, ab ipſa fundatione eas fuiſſe *Benedictinas.*

*nugæ Carolſtadianæ,* §. 139. Sub idem tempus ſurrexit novus Eccleſiæ turbo *Andreas Bodenſtein*, à patria *Carolſtadius* dictus, das böſe A.B.C., Profeſſor & Archi-Diaconus Wittebergenſis, homo ambitioſus & fatuus. Jus civile Romanum è Rebusp. Chriſtianis ejiciebat, aſſerens: ſecundùm leges Moſaicas pronunciandum eſſe. Studia literaria temſit, & Academias earumque gradus deſpexit, garriens: Apoſtolos ſimpliciter à Sp.S. edoctos, ſimplicesque fuiſſe piſcatores: ſic & nos à Deo immediatè erudiendos eſſe. Hoc enim vivæ vocis Dei revelatione perfici. Hujuſmodi ineptias ſparſit frater *Andreas* cum maximo ſcandalo. Motibus quippe hiſce Acad. Witteberg. diſſipata, & diſcen-

(n) Chron.Citiz.ad ann.1275. (o) in lit, anno 1338. (p) in aliis anno 1411.

diſcentes plurimi à libris ad mechanica opificia delapſi ſunt: ſchola etiam Senatoria ab omnibus derelicta vendendis panibus deſtinata fuit. Socios fatuitatis ſuæ habuit *Philippum*, Prof. ibidem Philoſophiæ, [ non Melanthonem, ùt *Surius* (q) opinatur, ] & *Gabrielem Didymum*, qui tamen reſipuit, *Nicolaum Pelargum*, (Storch/) Cygnéum, *Marcum* Stübenern/ *Marcum Cellarium*, *Thomam Monetarium*, qui in Thuringiâ, Voitlandia, & alibi multos ſpurcitie ſuâ contaminabant. Senatus verò Wittebergenſis totam rem *Lutero*, Wartburgi adhuc hærenti, exponit, qui ſubitò VI. Mart. Wittebergam abit, motus iſtos brevî componens, & Eccleſiam ſcholamque priſtinæ integritati & tranquillitati reddens. (r)

§. 140. Cùm integro ſeculo elapſo, parietes cœnaculi, quos intra Wartburgi latuerat *Luterus*, incruſtarentur & renovarentur, hos verſus inſcribi curavit *M. Nicol. Rebhan*, Antiſtes Iſnacenſis. *cœnaculum Luteri renovatur,*

*Tertius* Elias *en! Teutoniæq; Propheta*
*Luterus, quondam Vangionum urbe redux.*
*Pontificis propter minas & Cæſaris iram*
*hîc velut in* Pathmo *conditur exul inops.*
CarLſtaDII ob fVrIas aD SaXona teCta reCVrrIt,
faVCIbVs eX ſœVIs rVrsVs oVesqVe rapIt.
*Vile licet, claret meritò tamen hoſpite tanto,*
*clauſtrum hoc, quod latus, Lector amice, vide.*

A. C. N. M. D. XXI. IV. Maj. Wartburgum deductus
D. Mart. Luter. in hoc conclavi delituit uſque VI. Mart.
anno M. D. XXII. quo Wittebergam iterum abiit.
M. N. R.

*Elias Gottlieb à Proëck*, Conſiliar. Saxon., in idem cœnaculum hoc ſcripſit:

*Hoc ſpatii non magni conclave magnum recepit* Luterum, *anno à nato Chriſto* MDXXI. *redeuntem* Wormatiâ, *ubi in Comitiis, Cæſare coram & Statibus Imperii univerſis, rationem fidei ſuæ atque doctrinæ reddiderat incredibili conſtantia & invicto planè robore animi, unico tantummodò adjutore uſus, Deo ſuo ſuffultus. Per decem autem integros menſes, velut in* Pathmo *& eremo, hîc deliteſcens (cùm ob fidiſſimum rariſſimumq; caſtri hujus Præfecti* Ramsdorphii ( Berlepſchius fuit ) *ejusdemque conjugis ſilentium & taciturnitatem, nec hoſtibus veritatis cœleſtis pateſieret, maximè licèt inquirentibus, & ex ipſo etiam ſpiritu maligno ſcire nitentibus, quô ille locorum lateret, ) multa & egregia ſcripſit; quibus abſolutis, ac tutior jam redditus, àq; periculis antea imminentibus liberatus, hinc iterum* *aliud monumentum;*

(q) in Comment. p. 115. (r) T. II. epiſt. Luteri Lat. Jenenſ. f. 515. T. II. Germ. Jenenſ. f. 70.

*rum abiit, ſuamque demum repetiit* Wittenbergam. *Tu, lector orthodoxe, recole piam memoriam Tanti Viri, tamque inſignis atque fidelis Domini dominantium ſervi, cujus opera merces gratioſa die illo retributionis noviſſimo abunde ſequetur.*

*Luteri amici & inimici.* §. 141. Reperiebat *Luterus* fidos & invidos *Iſenaci.* Hi omnes ferè Clerici & Monachi erant, qui ſermones ejus non poterant concoquere. Pignus dederat Parochus in omnes vaccas ſuas, ſi non ante feſtum *Michaëlis* ille cum omnibus aſſeclis ſuis confunderetur publicè. Et *Albert. Krantz*, D. primùm Theolog. in Acad. Roſtoch., poſtea Lector in Collegio Hamburgenſi, cùm paucis ante mortem diebus decumbens propoſitiones Luteri de indulgentiis accepiſſet: *ô frater*, dixit, *abi in cellam tuam, & dic: Miſerere mei Deus!* (s) Senſim tamen mentes & verba cuncti mutârunt ſua; *Fr. Lambertus,* ſiquidem *Franciſcus Lambertus* (in exilio ſuo *Joann. Serranus* dictus) monachus circa natalem Domini ex Galliis hûc conceſſerat, quem *Luterus* Wittebergam ire juſſit, ſumtibus Electoris ibi ſuſtentandum. (t) Factus
1523. demum Profeſſor Theologiæ Marburgi. (u) Primos & primarios inter, *Iac. Straus,* hîc qui conſenſerant, fuit *Jacobus Strauſſius*, S. Th. D. Extat quædam ejus homilia typis exſcripta, quam anno MDXXIII. in templo Franciſcanorum recitavit ex verbis Paullinis: (w) *qui mortuus eſt, juſtificatus eſt à peccato;* in qua purgatorium fortiter oppugnavit. Eod. anno prodiit *Joannis Plun- I. Plunder, deri* Carthuſiani (in ordine Hieron. dicti) epiſtola, in qua rationem reddit deſertæ ſuæ religionis Priori & Viſitatori Norinbergenſi. *Strauſius* à Ca- *conciones ſeditioſæ,* rolſtadianis jam infectus haud firmo ambulabat paſſu, docens publicè: *Uſuras in genere eſſe illicitas.* Quam theſin, ſcripta de hac ſingulari epiſtola ad D. *Gregor. Pontanum*, Cancell. Elect. Sax., ſeriò improbat Luterus, autorque eſt, ut ad publicam palinodiam compellatur iſte. Plures ſubinde conciones habuit planè ſeditioſas, ut odiſſe eum cœperint Clerici & cives cordatiores; *Müntzerianæ* cohorti & tumultuantibus ruſticis haud parùm favere videbatur. Quod ſubolfaciens *Luterus*, ad *Spalatinum*, Aulæ Elect. Sax. Eccleſiaſtem, ita ſcribit: (x) *Valde vellem*, D. Strauſ., *ſua quoque regna quærenti, per Principes inhiberi. Non deeſt homini* furor, *ſed* locus & tempus. *Jamdudum licèt occultè nos ei parùm probamur, qui ruſticum illum ſeditioſum* (Th. Müntzer.) *totum* Carolſtadienſem, *nobis longè præfert, quem tu Norinbergæ mirabaris, ſed nequam inventus eſt, &, ùt dicitur,* monachus ſimulatus *ruſtici turbatores occiſi,* *vultu.* Mirum ſanè, *Strauſium* in famoſa iſta ſeditione non fuiſſe cum ceteris ad ſupplicium capitale raptum, quod tamen ruſticis duodecim contigit, qui rebellium turbæ ſe immiſcuerant, ideoque capti inque foro decollati fuerunt unà cum Eccleſiæ Diacono *Paullo.* Contra *Georg.*, Parochus ad D. Georg.

(s) Chytr. L. VII. Hiſt. Sax. p. 223. (t) T. II. epiſt. Luteri p. 110. B. 121. A. 126. B. 128. B. (u) Joſias Simler in Bibliothec. f. 203. (w) Rom. VI. 7. (x) T. II. epiſt. f. 289.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. Georg. & *M. Thom. Neuenhagen*, quem Luterus *Evangeliſtam Iſnacenſem* vocat, dogmata ejus conſtanter defendebant. Interim *Henricus Pfeifer* & *Thom. Müntzer.* multos ciebant motus in Imperiali Mülhuſa, ut, Senatu à rabioſa plebe dejecto, novus ſubſtitueretur, quem *perpetuum* (den ewigen Rath) appellitabant. Exituri jam urbe monachi congregabantur ante *Nudipedum* ædem, & ſic bini ac bini, præeunte ſervo publico municipali, (Frohnboten) muſcarium dextrâ gerente, per portam Nicolaitanam educebantur. Capitaneus ruſticorum, lanificus Facchenſis, qui in urbem irruperat, cum ſociis ſuis extra portam Prædicatorum capite truncatus eſt. Memorabilis hiſtoria, quam *Joann. Schraderus*, Paſtor Alvenſlebienſis, (y) ex autographo *Strauſiano* refert de veſano quodam Senatore, qui anno MDXXIII. die ♂tis poſt Margareth. in curia, templo vicina, concionem inter choreas inſtituere volens, eò dementiæ pervenit, ut *Strauſium*, preces populo de cathedra ſacra prælegentem, ita affatus ſit: Wenn hat dein Waſchen ein Ende? müſſen wir dir alle zuhören? &c. Quem ille, ob execranda ſcandala, ſacro & terribili fulmine percuſſit. Ex Judæo baptizato fit Monachus Dominicanus, ex hoc verò bipedum nequiſſimus, qui *Franciſcanis* multas injurias fecit, ut vix tuti amplius in urbe forent, prolixiùs id exponente *Annâ* Mecklenburgicâ, tanquam ſorore Ord. Franciſcan. ſtrictioris obſervantiæ, *Joanni*, Sax. Duci, cujus auxilium & protectionem imploraverat illa.

*D. Georg. & M. Th. conſtantia, motus Mülhuſini, Monachi ejecti, ruſticor. Capitan. Senator excommunicatus. Iudaeus baptizatus nebulo.*

§. 142. Suprà dixi (z) de fonte in foro *mercuriali*, protulique literas Senatûs, queîs alias nunc ſubjungo.

1524. *fons in foro mercuriali.*

Wir Rathmeiſter / Räthe und gantze Gemeinde der Stadt Eiſenach thun kund und bekennen hiemit offenbahr / vor Uns und alle unſre Nachkommen / Nachdem Wir hiebevorig Jahre vor Alters gemeiner Stadt halben mit den Achtbarn und Würdigen Hern Dechant / Capitul und Vicarien gemeinlich U.L.F. Stifft-Kirchen alhie zu Eiſenach / des Borns halber / im Krimmelbach gelegen / welcher bemeldtem Capitul und Vicarien die Helffte / uns und gemeiner Stadt die andre Helffte zuſtändig / durch verſiegelte Contract verbrieffet / und gegeneinander verſchrieben / wie es allenthalben auf Ewigkeit damit gehalten werden ſol. Dieweil aber jetzt künftig vorgefallen / daß Wir der Rath / mit Vollwort der Gemeine / vorgenommen / gemeinem Nutz zu gut / ein neu Brauhauß zu bauen / dazu Uns Waßers vonnöthen / Haben Uns gedachte Herzn Dechant / Capitul und Vicarien Frl. Meinung und Nachbarſchafft zu Förderung ſolches Gebaues und gemeinem Nutz dieße frl. Gunſt und Willen gethan / daß Wir den Uberfall / ſo doch überflüßig an Waßer vorhanden / und vergebens über-



(y) Part. I. p. 170. ſeqq. des ausführlichen Kirchen-Formulars / (z) vid. ſuprà §. 93.

überfällt / und hinweg fleußt / in beſondere eigne Röhren auf unſer eigene Koſt faßen und führen ſollen und mögen / doch alſo beſcheidentlich / daß dieſelbe Röhren / darin ſolcher Uberfluß gefaßet wird / zweyer Finger breit höher über der Grund-Röhren Waßer ihrem Capitels Born zuführen/allezeit gelegt werden ſollen / wo aber ſolche Neuerung des Uberfalls/wie oben berührt / an Zutragunge des Waßers ihnen an ihrem Born Abbruch thäte / oder ſchädlich wäre / ſo ſoll dieſer neue Contract / welchen ſie aus Frl. Gunſt und Willen nachgelaſſen / die vorigen alten aufgerichten Briefe und Verſchreibungen von Unß beyden Theilen bewilligt und angenommen / hiemit und durch unverkleinert / ungeſchwächt und unvertadlet / ſondern ihres Inhalts bey voller Krafft und Macht ſeyn und bleiben / alles treulich und ohne Gefehrde. Des zu Uhrkund haben Wir obgedachte Rathsmeiſtere und Räthe zu ſteter Feſthaltung dieſes mit unſerm Stadt-Secret vor Unß und alle Unßre Nachkommen wißentlich verſieglet / Geſchehen im Jahr nach der Geburt Chriſti JEſu unſers lieben HErn 1524. aufm Sontag nach Corporis Chriſti.

Eod. anno edidit *Menius* Commentarium in *Acta Apoſtolorum* impreſſum Norinbergæ, teſte *Georg. Draudio.* (a)

1525. *Frid. Sapientis mors, ruſticor. tumultus, ſcriptum Strauſii,*

§. 143. Interim *Fridericus Sapiens*, relicto diademate Imperiali *Carolo* V., nephritide extinguitur. Ruſtici ſeditioſi populantur urbem, monaſteria & agros. (b) *Wicelius* Iſnacum profugus, ob deſertum Papatum, delituit hîc aliquandiu, donec conflatæ per ruſticos publicæ ſeditionis & adulterii falsò inſimulatus, à *Theodorico Farenrodo* Satrapa factus eſt extorris. (c) *Pſeiferus* autem, *Müntzerus*, & alii turbatores, Mülhuſæ pœnas dedêre inſaniæ ſuæ. (d) Divulgârat *Strauſius* ſcriptum ſub titulo: Aufruhr / Zwietracht und Uneinigkeit zwiſchen wahren Evangeliſchen Chriſten fürzukommen &c. In hoc excuſat purgatque ſe à ſeditionis ſuſpicione, referens: ſe odio & calumniis preſſum iſto anno è Thuringia fugiſſe, in qua tribus annis ſacro munere functus erat. Addo epiſtolam à Lutero M. *Neuenhagio* inſcriptam d. 3. Sept. 1526.

1526. *epiſt. Luteri ad Neuenhagium,*

Gratiam ac pacem in Domino. Locutus ſum cum *Georgio*, Parocho tuo, de his, quæ poſtulâſti, mi *Thoma*, placetque, ut libertatem Evangelicam verbo tractes, tùm ceremoniis prorſus liberè utaris, contemto Satana cum ſuis contentioſis, ſciens quoniam Satan eſt. Denique malo Te in deſpectum *Strauſii Strauſianorumq;* excedere in hanc partem, quàm uno digito illis in ſuam partem cedere. Quòd ſi in te multa blaterent, tu fortiter contemne, ac neque audias, neque nôris eas. Imparem Te & *Strauſio* longè inferio-

(a) in catalog. catalogor. ſeu biblioth. claſſica pag. 2. (b) Spangenberg. chron. Sax. c. 362. f. 648. (c) Brovver. L. IV. Antiqu. Fuld. p. 339. (d) Spangenberg. chron. cit. l. d. Fabric. L. VII. orig. Sax. f. 968.

ſeriorem jactabunt. Hoc tu pro laude ducas, & Deo gratias age, quòd perniciოſo contentioſoque, denique ſeditioſo diſſimilis traducaris. Tu ſervito Chriſto, ille Satanæ ſerviit. Tantum verbo conſcientias liberas ſerva & id diligenter. Indignæ ſunt ceremoniæ, ut propter eas contendamus; tamen ne contentioſis ſubjiciamus, fortiter contra eos ſunt ſervandæ. Vale & ora pro me.

§. 144. Anno ſequente d. 2. Jul. *Joann. Frideric.* I. Torgæ in matrimo- *1527.*
nium duxit *Sibyllam*, Joannis III. Ducis Jul. Cliv. & Mont. Fil. Scripſit etiam *nuptiæ*
*Menius* apologiam contra *Conradum Klingium*, monachum Erfurtenſem, ſub *I. Frid. I.*
rubro: Verantwortung der Evangeliſchen Lehre / cum præfatione Luteri.
Anno MDXXIX. mandante Elect. Sax. *Joanne*, prima viſitatio eccleſiaſtica, *1529.*
quæ ſuperiori anno in Electorali Saxonia cœperat, continuata eſt, eaque de- *viſitatio*
mandata *Chriſtophoro Plaunitzio*, Equiti Aurato, *Friderico Wangenhemio*, M. *eccleſiaſtica,*
*Philippo Melanthoni*, *Frid. Myconio & Juſto Menio*. Relatû digna hiſtoriola à *hiſtoriola,*
laudato *Melanthone* notata. Cùm, finitâ hac viſitatione, *Myconius* & *Menius*
ab Electore peterent confirmationem donationis, Eccleſiæ ejusque miniſtris
factæ, inque literis ſuis citâſſent dictum Eſaiæ: (e) *Reges erunt nutritores Eccleſiæ, & Reginæ nutrices*: ita delectabatur Bonus Princeps, ut juſſerit ſibi locum monſtrari, ſtatimque donationem clementiſſimè confirmavit. Hâc occaſione *Menius* primò Gotham, inde *Iſnacum* pervenit, factus hujus Eccle-
ſiæ Paſt. & primus Superintendens. Natus erat Fuldæ anno MCCCCXCIV. *vita Me-*
XIII. Octobr. (alii malunt MCCCCXCIX. XIII. Decemb. Adoleſcens li- *niana,*
teris bene tinctus Monaſterium Fuldenſe ingreſſus, mox verò à Nuncio Apoſtolico, cujus ſcriba poſtea erat, à votis ſuis abſolutus eſt. Divulgatis Luteri ſcriptis doctrinam ejus amplectitur, diſcipulis ſuis *Erfurti*, quò ſe contulerat, privatim eam inſtillans. Factus deinde Eccleſiæ *Mülbergenſis* in Thuringia Diaconus, Collega & Vicarius *Joannis Bockii*. Quam parochiam cum *Auguſtiniana* Erfurti (ſeu, ùt alii volunt, *Thomana*) anno MDXXII commutavit. Inde cœpit innoteſcere Lutero anno MDXXVII. qui quater ei ſcripſit, & ſequente anno bis, (f) faciens mentionem apologiæ *Menianæ* contra *Klingium*, lapſus item Sacramentariorum, ſimul & ingratitudinem Erfurtenſium
erga Evangelium reprehendens. Eod. anno Luterus edidit fidelem admo- *liber contra*
nitionem ad omnes pios Chriſtianos Erfurti, in qua laudat *Menii* citatum li- *Klingium,*
brum contra *Klingium*. (g) Tandem conceſſit Gotham *Menius*, ubi diſcipulos Erfurto ſecum tractos erudiit, & ſimul publicè in templo ſermones ad populum habuit. Edidit ibi libellum, cujus rubrum: *Oeconomia Chriſtiana*: quem
*Luterus* præfamine auxit, & Capitaneo Wittebergenſi, *Joanni Metſchio*, dedi- *œconomia*
cavit. *Chriſtiana,*



(e) c. XLIX. 23. conf. Melanthon. T. II. Declamation. in orat. de Joanne, Sax. Elect., (f) vid. T. II. epiſt. Luter. p. 331. a. 342. b. 360. b. 375. a. 378. b. (g) vid. T. IV. Jen. Germ. f. 334. & T. II. Isleb. f. 498.

cavit. (h) Ipſe verò *Menius* eum inſcripſerat *Sibyllæ, Joann. Frid.* Elect. conjugi. Licèt verò ille tùm vocaretur ad gubernationem Eccleſiæ *Iſenacenſis*, quam & ſuſcepit, tamen à Saxonibus noſtris, ſuadente forſan *Lutero*, ad alia negotia eccleſiaſtica adhibebatur, ſiquidem omnibus viſitationibus in Thuringia interfuit, etiam cum *Eberhardo de Tanna*, Præfecto Iſnacenſi, ſynodo *Marburgenſi*, ſeu colloquio Theologorum Saxonicorum, Helvetiorum, aliorumque, de re ſacramentaria conferentium, ùt ex carmine *Euricii Cordi*, ad Theologicum hoc Collegium ſcripto, patet.

*ſynod. Marburg.*

Inſignes verbi Proceres, argute *Lutere*,
ſuavis *Oecolampadi*,
Magnanime *Zvvingli*, pie *Schnepſe*, diſerte *Melanthon*,
fortis *Beucere*, candide
*Hedio*, præcellens *Oſiander*, ſtrenue *Brenti*,
amice *Jona*, acer *Crato*.
*Et ſolidâ plus mente valens, quàm corpore, Meni*,
magne *Dionyſi* & *Myconi*;
Ac reliqui, bona turba, Viri, quos inclytus Heros
Princeps *Philippus* acciit.
Chriſticolæque ſuos urbes misêre Miniſtros,
& Præſules Epiſcopos.
Ut nova tollatis diviſæ ſchiſmata ſectæ,
veramque monſtretis viam.
En cupido ſupplex nunc vera Eccleſia voto
veſtros cadit flens ad pedes,
atque per intima Vos communis viſcera Chriſti
adjurat, obſecrat, monet,
ut ſanctis ſtudiis Superi pro laude tenentis
& omnium fidelium
Quærenda (hæc vobis incumbit cura) ſalute
tractetis hoc negotium.
Unde ratum judex decretum prædicat orbis
Sancto profectum Spiritû.

*poëma Euric. Cordi.*

Erat verò *Menius* auditor ſaltem, ideo in indice colloquentium non reperitur apud *Luterum*. (i)

§. 145. Nec ingratæ erunt literæ D. Juſti Jonæ *Gvilielmo Reifenſtenio*, Conſiliario Stollbergenſi, de hoc conventu tranſmiſſæ.

Gratiam & pacem Dei in Chriſto JESU. *Iſennachi* proximè, cariſſime *Gvilhelme*, Amice ac Patrone vetus, recepi, me tibi ſcripturum per occaſionem de rebus *Conventus* illius quorundam in Germania, qui nunc, autore

*litera D. Ionæ ad Reifenſtenium.*

(h) vid. T. IV. Jenenſ. Germ. f. 504. (i) & cit. Tom. f. 511. & 51[illegible]

autore & auſpice Heſſorum Principe in Marburg ( *Philippo* ) inſtitutus eſt. De hoc breviter ſic habeto. Alterâ die poſt *Michaëlis* pervenimus *Marburgum*, ut uno verbo dicam, clementer omni genere humanitatis & planè βασιλικῶς excepti à Principe Haſſiæ. Diverſoria quidem primùm nobis deſtinata erant ſatis commoda in urbe, ſed ex certis cauſis mutavit Heros Haſſicus ſententiam, & nos omnes excepit in arce hoſpitio & menſa regali. Is honos habitus in his ſylvis non tantùm literis & Muſis, ſed etiam Deo vero & Chriſto, cujus verbum prædicamus. Utinam ad gloriam Chriſti omnia dirigantur! Sextâ feriâ poſt Michaëlis, privatim, ſic rem ordinante Principe, collocuti ſunt hi, qui utrinque ſunt duces doctrinæ, *Luterus* cum *Oecolampadio*, *Philippus* cum *Zvvinglio*: ſed tùm non convenit inter eos. Die mox ſequenti, Sabbatho poſt Michaëlis, cœptum eſt colloquium, non quidem publicum per omnia, ſed tamen coram Principe, admiſſis Aulicis Principis Haſſiæ & Conſiliariis primæ notæ, & his, quos utrinque Antagoniſtæ ſecum adduxerant. Aderant ex altera parte *Zvvinglius*, *Oecolampadius*, *Bucerus*, *Hedio*, & cum his *Jacobus Sturm*, Senator ſummus Argentinenſis, quem nôſti, Vir minimè mediocris; item *Ulricus Funck*, Tigurinus Senator, *Rodolfus Frey*, Baſileenſis Senator: ex altera parte *Luterus*, *Philippus*, *Eberhard à Thann*, Præfectus Iſnacenſis, ego *Jonas*, *Caſpar Cruciger*, & reliqui noſtri. Coram Principe, aſſidentibus Aulicis omnibus, menſa poſita conſederunt quatuor illi, *Luterus*, *Philippus*, *Zvvinglius*, *Oecolampadius*. Cùm ventum eſſet ad colloquium, & jam propoſita utrinque argumenta, *Oecolampadius* urſit penè toto biduo hoc argumentum: *Chriſtum habere verum corpus, & eſſe in cœlo. Nullum autem verum corpus poſſe eſſe in pluribus locis.* Secundò ſic immoratus eſt ſexto capiti Joannis de *ſpirituali manducatione carnis & bibitione ſanguinis*, ut rem eandem tantùm aliis verbis dixerit. *Luterus* non paſſus ullâ vi aut aſtu extorqueri verba Chriſti in cœna ſimplicibus & claris verbis pronunciantis: *hoc eſt corpus meum*: & verba Paulli: *hoc accepi à Domino.* Hoc malè habuit adverſarios, ac per ſtomachum ferè vorârunt petitionem principii. De hoc acerrimo certamine coràm Tibi dicam, aut è Witeberga ſcribam, & aliquid etiam audies à præſenti latore, tuorum liberorum pædagogo. Dominicâ poſt Michaëlis reditum eſt ad colloquium ſub ſpe concordiæ, ſed tamen diſputatio protracta eſt penè uſq; ad veſperam. Tandem adverſariis ſuum errorem mordicus tenentibus, & nobis etiam nihilo ſegnius partes veritatis defendentibus, diſceſſum eſt. Et haud ſcio, an ulla unquã nunc futura ſit de ſacramento inter Nos concordia. Hodie, die Lunæ, Princeps per ſuos Conſiliarios & eruditos adhuc quærit vias ſyncretiſmi alicujus. Sed de re & negotio ſacramenti non ſarcietur gratia aliqua, non coibit concordia. Vellem, mihi tui copiam dari jam coram, ut audires, quid de ingeniis ſingulorum judicem. In *Zvvinglio* agreſte quid & arro-

gantulum: In *Oecolampadio* mira bonitas Naturæ & clementia: in *Hedione* non minor humanitas ac liberalitas ingenii. In *Bucero* calliditas vulpina, perverſè imitata prudentiam & acumen. Docti ſunt omnes: nihil dubium, præ quibus Papiſtæ non ſunt adverſarii habendi. Sed *Zvvinglius* iratis Muſis & invitâ Minervâ videtur verſatus in literis. Sed de his omnibus coràm. Princeps ſpectator unus omnium in hoc theatro excellentiſſimus fuit, & dicitur palàm proclamâſſe: *nunc malo ſimplicibus verbis Chriſti credere, quàm acutè cogitatis hominum.* Sed Deo res tota eſt in manu. Ex eruditis, qui non ſunt incelebres, adfuerunt *Oſiander* è Noriberga, *Brentius* ex Hala Suevorum, uterque doctiſſimus & humaniſſimus; deinde *Hedio, Lonicerus*, D. *Stephan.*, Concionator è Francfordo. Confluxerunt plerique alii ex Rhenanis partibus è *Colonia, Argentina, Baſiléa, Helvetiis* &c. ſed non ſunt admiſſi ad colloquium. Fiebat enim hoc in interiori hypocauſto ad cubiculum Principis. Exceptis nobis reliqui ſunt excluſi. *Bucerus* etiam prolixo colloquio privatim mecum multa diſſertavit in maximis articulis de *Trinitate, de peccato originali* &c. Concordavimus, tantùm relicto articulo Euchariſtiæ, in quo non concordatum eſt. Vale. Datæ raptim Marburgi in mediis occupationibus.

*Menius primus Superint.* §. 146. Finitâ hâc ſynodo & viſitatione Thuringica *Menius* Iſenacum migravit, conſtitutus ibi Paſtor & Superintendens. Conciones habebat in templo *Franciſcanorum*, quod jam dudum *Strauſius*, ejectis monachis, occupârat. Cùmque pro Paſtore tunc non eſſent in urbe commodæ ædes, *ædes ejus,* ipſe ſuas emit in ſuperiori platea Prædicatorum, (in der obern Prediger Gaßen/) quas poſtea incoluêre *Amsdorfius, Stambergerus*, Conſiliarius Ducalis, & *Widemerckerus*, Phyſ. Iſnacenſis, nunc *Bartholomæus Kelner*, Secret. Ducalis. Vide ſis etiam memorabilem hiſtoriam, quam ex *Melanthonis* ore recitat *Manlius* (k) de mendico homicida.

1530. §. 147. Cœperant Anabaptiſtæ in urbe & agro noſtro nidulari, de quorum perverſa doctrina elegantem libellum edidit *Menius, Philippo*, Haſſiæ Principi, inſcriptum, citatumque à *Lutero*. (l) Turbæ huic ſeſe aſſociârant *Melchior Rinck*, Paſt. Eccardshuſæ, (vulgò *Græcus* dictus,) & *Joannes Römer*. *& liber contra Anabaptiſtas,* Eod. anno *Joann. Frideric.* confeſſioni Auguſtanæ ſubſcripſit, eamque cum reliquis Imp. Proceribus *Carolo V.* obtulit Auguſtæ Vindelicorum. *oblatio confeſſ. Aug.* Sequente XXIX. Mart. *Joann.*, Saxon. Elector, cum quibusdam Principibus & urbibus 1531. Germaniæ ſingulare fœdus in annos ſex conſtituit, quod à *Schmalcaldia* civitate, in qua primùm convenerant fœderati, *Schmalcaldicum* appellari, magnumque exin nomen habere cœpit. *fœdus Schmalcaldicum,* Præcipuè verò hôc ipſo cautum eſt, ut, ſi cui ſociorum fortè vis à Pontificiis inferretur, atque adeò religionis ergo periclitari contingeret, à reliquis auxilia in tempore præſtarentur; id quod

(k) T. II collect. p. 5. (l) Tom. V, Jenenſ. f. 531. B.

quod ſacramento fuit confirmatum. Cœptam viſitationem eccleſiaſticam pertexturus *Joann. Frideric.* Elector tempora cautè temperabat tempore. Deſiderabantur idonei miniſtri, (hinc fabri & ſutores aliquando in ſacra cathedra conſpiciebantur,) deerant ſtipendia & nervus rerum gerendarum, inprimis cùm adhuc multi alendi forent, qui Papæ nuncium miſerant, ſed ob ruditatem ad officia ſacra minimè promoveri poterant. Interim tamen ſcholis & Eccleſiis præfecti Doctores, qui Artes liberales verbumque Dei methodicè & orthodoxè traderent. Edidit hoc anno *Menius* explicationem ſuper I. & II. Samuel. libr. impreſſam Wittenbergæ. At ille humani quid patitur in reformatione minoris Catechiſmi *Luteri*, ſubſtituendo ſcilicet ſuum cum inſcriptione: CATECHISMUS JUSTI MENII. Quamvis enim nihil admiſcuerit, quod doctrinæ *Luteri* repugnet, eamve obfuſcet, labor tamen inutilis erat. Ideo publicâ autoritate abrogatus, & *Luteranus* integritati ſuæ redditus, quod etiam in conſtitutionibus eccleſiaſticis Elector. Sax. cautum eſt.

1532. *Eccleſiarum ſcholarumq; defectus,* *reformatio Catechiſmi Meniana,*

§. 148. In gratiam poſteritatis variationes iſtas ſubnecto.

In Decalogo

Præcepto primo addidit voculam **allein**. Wir ſollen Gott (**allein**) über alle Dinge fürchten.

*variationes Meniana,*

Exordio explicationis Luteranæ in reliquis præceptis omnibus inſerta particula **alſo**:

Wir ſollen Gott (**alſo**) fürchten und lieben &c.

Præceptum quartum ita docet: Du ſolt deinen Vater und deine Mutter ehren / auf daß du langes Leben habeſt auf Erden.

In Symbolo Apoſtolico

Articuli primi rationem ſic reddidit:

Jch glaube/daß mich Gott und alle Creatur/mit Leib und Seel/Sinn und Vernunfft/und allen Gliedern geſchaffen hat/ und noch immerdar mit aller Noturfft und Nahrung verſorgt/für allem Ubel bewahrt/und das alles aus lauter väterlicher Güte und Barmhertzigkeit / das iſt gewißlich wahr.

Artic. II.

Jch glaube/daß JESUS Chriſtus/wahrer Gottes und Marien Sohn/ſey mein HErr worden/der mich verdammten Menſchen von Sünde/Tod/und aller Gewalt des Teufels erlöſet hat durch ſein unſchuldig Leyden und Sterben/auf daß ich ſein eigen ſey/ ihm zu leben und zu dienen in ewiger Gerechtigkeit/gleichwie er aufferſtanden iſt vom Tode/lebet und regiert ewiglich/das iſt gewißlich wahr.

Artic. III. Jch glaube/daß mich nicht mein eigne Vernunft/ ſondern der H. Geiſt durchs Evangelium zum Chriſtlichen Glauben bracht/und

darin

darin geheiligt habe / gleichwie er die gantze Chriſtenheit auf Erden in ſolchem Glauben verſamlet und heiliget / in derſelbigen alle Sünde vergiebt / am jüngſten Tag alle Todten aufferwecken wird / und mir mit allen Gläubigen in Chriſto ein ewiges Leben geben wird. Das iſt gewißlich wahr.

In oratione Dominica.

Totam præfationis expoſitionem omiſit : Gott wil uns damit locken &c.

Petitio prima ita habet :

**Wie heißt die erſte Bitte?** Vater unſer/der du biſt im Himmel/ geheiligt werde dein Nahme.

**Was iſt das geſagt?** Das iſts : Hilff uns lieber Vater / daß wir deinen Nahmen/wie der an ihm ſelbſt heilig iſt/alſo durch dein heilig Wort erkennen/und nach demſelben ein göttlich Leben führen mögen. Behüte uns lieber Vater / daß wir mit falſcher Lehre und böſem Leben deinen Nahmen nicht entheiligen noch verunehren.

Petitio ſecunda : **Dein Reich** &c. Das iſt : Gieb uns lieber Vater deinen H. Geiſt / daß wir deinem heiligen Wort durch deine Gnade glauben/ und göttlich leben mögen hie zeitlich und dort ewiglich.

Petitio tertia : **Dein Wille** &c. Das iſt : Hindere / lieber Vater/ allen Rath und Willen des Teufels / der Welt / und unſers Fleiſches / die uns deinen Nahmen nicht heiligen / noch dein Reich nicht kommen laßen wollen ; Stärcke und behalte uns in deinem Wort und Glauben biß an unſer Ende. Das iſt dein gnädiger Wille.

Petitio quarta : **Unſer täglich** &c. Das iſt : Laß uns/lieber Vater/von dir gewarten/ und mit Danckſagung empfahen / auch recht und wohl gebrauchen unſer täglich Brot / das iſt/ allerley Leibes Nahrung und Notturft dieſes Lebens.

Petitio quinta : **Und erlaß uns** &c. Das iſt : Laß uns / lieber Vater/ unſrer manchfaltigen täglichen Sünden in unſerm täglichen Gebethe gegen dir nicht entgelten/ſondern ſey uns gnädig/und vergieb uns. So wollen wir üm deinetwillen wiederum hertzlich vergeben und wolthun allen denen/die uns beleidigen.

Petitio ſexta : **Und führe** &c. Das iſt / behüte uns / lieber Vater/wenn wir vom Teufel / der Welt / und unſerm Fleiſch mit Mißglauben / Verzweifelung/und andern großen Sünden und Schanden angefochten werden/daß wir doch nicht überwunden werden / ſondern endlich obliegen/ und den Sieg behalten.

Petitio ſeptima : **Sondern erlöſe** &c. Das iſt : Erlöſe uns / lieber Vater/von allerley Ubel Leibs und der Seelen/Gutes und Ehre. Beſcheere

uns

uns ein ſeliges Ende / und nimm uns mit Gnaden von dieſem Jammerthal in dein Himmelreich.

**Amen/** das iſt: es iſt gewißlich erhört / dieweil Er uns zu bitten befohlen und zu erhören verheiſſen hat/ Amen!

In cap. de Baptiſmo.

**Was iſt die Tauffe?** Die Tauffe iſt nicht allein ein ſchlecht natürlich Waßer &c.

**Wie kan Waßer ſolche große Dinge thun?** Schlecht Waßer thuts freylich nicht/ſondern das Wort Gottes/darein ſolch Waßer verfaßt iſt/das thuts/ſo man glaubt und machet/daß die Tauffe ein gnadenreich Waßer des Lebens/und ein Bad der neuen Geburt iſt im Heiligen Geiſte.

**Wo ſtehet das geſchrieben?** S. Paullus zum Tito cap. 3. ſpricht: Nach ſeiner Barmhertzigkeit hat uns Gott ſelig gemacht durch das Bad der Wiedergeburt und Erneuerung des H. Geiſtes &c.

In cap. de S. Cœna.

**Wie kan leiblich Eſſen und Trincken ſolche große Dinge thun?** Schlecht leiblich Eſſen und Trincken thuts freylich nicht/ſondern das Wort Chriſti: **Für euch gegeben und vergoßen zur Vergebung der Sünden.** Um welches Wortes willen das leiblich Eßen und Trincken auch eingeſetzt iſt. Daſſelbige thuts/ſo man glaubet. Und das macht / daß der Glaubige nicht allein ſchlecht leiblich ißet und trincket / ſondern daß er auch geiſtlich und in rechter Warheit empfäht das jenige / ſo die Worte ſagen und lauten/als nemlich Vergebung der Sünden.

**Wer empfäht das Sacrament würdiglich?** Der iſt recht würdig und wohl geſchickt/der in Reu und Leyd an dieſe Worte glaubet: **Für euch gegeben und vergoſſen zu Vergebung der Sünden.** Wer aber an ſolche Worte nicht glaubt/der iſt unwürdig und ungeſchickt. Denn das Wort (**Für euch**) wil ein glaubig Hertz haben.

§. 149. Panlò ante obitum *Joannis* D.S. variæ apparitiones in aëre viſæ, *arbor* ſcilicet vetus, ſed *marcida* & everſa. Tum *cataphractus* eques, arborem *viridem ramis truncatam* geſtans. Sequebatur *canis albus venaticus*, & *crux atra* in denſa nube. Denique fulmen, ex eadem nube magno cum fragore prorumpens, tantam vim flammarum ſecum ad terram detulit, ut vicinum pagum, in quem mittebatur, incenſurum videretur. (l) Anno MDXXXV. 1535.
*Joann. Frideric.* Vinariæ confirmat privilegia urbis noſtræ. Idem *fœdus Schmalcaldicum* à Patre inchoatum renovat. (m) *Chriſtiani Cottæ* filia muta, conſiliô *Luteri*, ad ſacram ſynaxin acceſſit. Audiit ex ore Luteri *Sebaſt.* *Boë-*

*præludia mortis.*

*privileg. confirmata.*

*muta ad S. Cœnam admiſſa.*

T

(l) Melanthon Declamat. T. III. p. 117. Roſin. in exempl. pietat. illuſtr. de Joann. Elect. Sax. Mich. Sachs Kaiſers-Chronic in Carolo V. c. 8. f. 344. Titius im Exempelbuch c. 29. membr. 3. hiſt. 3. p. 708. (m) Chytræus L. XIV. Saxon. Sleidan. L. VII. & IX. Thuan. T. I. hiſt. L. I.

*Boëtius*, Superintendens poſtea Hallenſis; *quòd ſi adſint indicia, ut deſideret, admittatur.* (n) Anno ſequente XIV. Maj. conventus inſtitui debebat *Iſnaci* Theologorum Saxonicorum & ſuperioris Germaniæ propter ineundam concordiam in cauſa ſacramentaria. Comparuêre *Wolfgangus Capito* & *Martin.* Strasburgenſis, L. *Martin. Frecht*, Ulmenſis, L. *Jacob Other* Eslingenſis, *Gervaſius* Scholaſticus Memmingenſis, *Joannes Bernardi* Francfordenſis, M. *Bonifacius Lycoſthenes*, & *Wolfgang. Muſculus*, Auguſtani: *Martin. Germanus* Fuldenſis, *Matthæus Aulberus*, & *Joannes Schrodinus*, Reutlingenſis Eccleſiæ Miniſtri. *Luterus* verò morbo impeditus venire haud potuit. Ergo *Crimmam* eos evocavit, diemq; XXI. Maj. conventui dixit. Quia verò exteri Theologi Wittebergæ videndæ deſiderio tenebantur, ad *Crucigerum* & *Philippum* [iter Grimmenſe jam tum ingreſſos] tabellarium ablegantes rogârunt, ut domum redirent ociùs, quò diuturni voti ſui compotes facti Wittebergæ cum Lutero & ipſis colloqui poſſent. Die XVII. Maji venêre Gotham ad *Frid. Myconium.* Qui unà cum *Menio* noſtro Wittebergam uſque eos comitabatur, flexisque non parùm animis illorum ad concordiam, rem ſuam egerunt feliciter, perducto conventu ad optatum finem. (o) Eod. anno omnes campanæ, exceptis iis, quæ in æde *Nicol.*, *Georg.* & *B. V.* pendebant, fractæ, inque tormenta bellica converſæ, quæ verò direpta, inque Italiam, Belgium & Hiſpaniam vecta ſunt. Anno MDXXXVII. *Menius* erat Aſſeſſor Synodi Schmalcaldenſis, cujus mentionem ipſe facit, narrans hiſtoriam memorabilem in libro, cujus rubrum: Verantwortung Juſti Menii auf Illyrici Verleumdung und Läſterung. (p) Cumque ad alia negotia citiùs avocaretur, vice ejus *Myconius*, Antiſtes Gothanus, *articulis Schmalcaldicis*, nec non tract. *de primatu & poteſtate Papæ*; item *de poteſtate & juriſdictione Epiſcoporum* ſubſcripſit. (p) Sermones Luteri, in morbo ſuo nephritico prolatos, & à *Myconio* notatos, repetit *M. Nic. Rebhan.* (q) Finem *Luteri* autem vide poſt alios apud *D. Sagittarium.* (r)

*1536. conventus Theologor.*

*campanæ in tormenta bellica verſa,*

*1537. Menius in conventu Schmalcald.*

§. 150. Anno ſequente Congregatio Ordinum Proteſtantium hîc erat, cui Legati Principum interfuêre. Tractata potiſſimum politica *de auxiliis contra Turcas*, de *pace religioſa* inter Status Imperii, de cauſa *Goslariæ & Brunſvici*, fœderi Schmalcaldico addictarum civitatum, quas *Heinricus* Brunſvicenſis rapinis & incendiis miſerè vexârat. (s) Recepta in id fœdus tùm fuit *Eliſabetha*, Haſſiæ Principis ſoror, vulgò dicta die Hertzogin von Rochlitz / *Joannis* D. S. vidua. Petiere quoque admitti Hallenſes, Suevi & Heilbrunnenſes, idque per Auguſtanos & Ulmenſes. Quoad eccleſiaſtica, Hel-

*1538. conventus Ord. Proteſtantium,*

(n) Dedekenn. in conſil. & deciſion. Vol. I. P. II. f. 299. Balduin. L. II. caſ. conſc. c. 12. p. 458. col. 2. Conf. P. II. Zeitkürtz. erbaulich. Luſt them. 115. (o) vid. Oſiand. Hiſt. eccleſiaſt. Cent. XVI. p. 248. (p) edit. Wittenb. 1558. (p) Luter. T. VI. Jen. f. 558. a. & 556. a. (q) L. II. Hiſt. laudat. (r) in hiſt. Joann. Friderici p. 25. ſeqq. (s) Idem l. c. p. 23.

Helvetii literas aliquot, unà cum reſponſo Luteri, ad Elect. Sax. & Landgrav. Haſſiæ mittebant, quæ in hoc conſeſſu publicè lectæ fuerunt, creditumque eſt, multum boni inde oriturum. Finem conventus habuit IX. Aug. (t) Eod. anno Dominicâ *Eſto mihi* deceſſit *Erneſtus Håarſtallius*, cujus epitaphium, ob titulum tunc uſitatum, addo: Anno 1538. iſt der Edle und **Ehrnveſte Ernſt von Harſtall** auf Sontag Eſto mihi in Gott ſelig verſchieden. Gott V. L. I. E. F. Aufferſtehung. Hic arcem *Milæ*, quam vulgò das **blaue Schloß** nominant, condidiſſe fertur. *E. Harſtallii obitus*, das blaue Schloß/

§. 151. Anno MDXXXIX. vocat *Henricus* D. S. *Menium* ad viſitandas & reformandas Eccleſias Miſnenſes. Collegas habuit *Luterum*, (ad tempus ſaltem) *Juſtum Jonam*, *Georg. Spalatinum*, *Caſp. Crucigerum*, *Joann. Pfeffingerum*, *Frid. Myconium*, *Joann. Weberum*, & aliquos ex nobilibus & politicis. Scilicet *Georgius*, D. S., pertinax Papiſta, die XXIV. April. fato functus ſuo. Succeſſorem habuit *Henricum*, Fratrem Luteranum. Cautum erat teſtamento *Georgiano*, ne forma religionis Romano-Catholicæ in regione ſua mutaretur unquam: miſsâ inſuper legatione ad *Henricum*, conſenſus ejus petebatur, additis magnis & ſpecioſis pollicitationibus, ſi hac in re gratificaretur Fratri. Sed *Henricus* doctrinæ Luteranæ amantiſſimus, mortuô *Georgiô*, operâ Electoris Sax., totam Provinciam occupat, inque ea Eccleſias reformat. Conſcripta tùm fuêre à Viſitatoribus *Agenda Eccleſiaſtica*, queîs adhuc utuntur Eccleſiæ Saxonicæ, quibusque *Menius* cum aliis ſubſcripſit. (u) *Joann. Frid.* Elector Burggraviatum *Norinbergenſem* Magdeburgenſibus oppignoratum numeratâ pecuniâ redemit. (w) *Conradus Creutznacher*, inter Mercatores noſtros tunc facilè primarius, domum illam è regione templi Georgiani, quam nunc das Reſidentz-Hauß vocant, condidit. Conjux ejus *Catharina ab Ende*, nobilis Matrona. De colloquio habito *Bercka* ad Vierram inter Elect. Sax. & Landgrav. Haſs. miniſtros vide *Seckendorf.* (x) Fabricari juſſerat *Fridericus*, Thuring. Landgrav., novum altare in Eccleſia B. Virg., quod in hunc modum dotavit: *1539. Eccleſ. Miſnenſ. viſitatio, ejus cauſa, Agenda Eccleſiaſtica, Burggraviat. Norib. Conr. Creutznacher, colloquium Berck.* 1540. *novum altare B. V.*

In nomine Domini Amen. Nos *Fridericus*, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius, Miſnenſis & Orientalis Marchio, Dominusque Treplitzſuenſis, recognoſcimus publicè, & ad univerſorum, quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit, pervenire volumus notionem, quòd, ob honorem Omnipotentis Dei & intemeratæ Virginis Mariæ ſuæ Matris laudem, *ad ſempiternum animæ noſtræ remedium*, altare novum in Eccleſia S. Mariæ Iſnacenſis conſtruendum decrevimus & dotandum juxta modum inferiùs annotatum.

 Debet

(t) Sleidan. L. XII. p. 336. Melanthon in epiſt. ad Camerar. p. 306. Spangenberg. chron. Saxon. p. 370. (u) Vid. ordinat. Eccleſ. Elect. Auguſti Sax. f. 12. (vv) Chytr. Sax. L. XV. Hortleder. de C. B. G. Part. I. L. IV. c. 9. & L. V. c. 29. (x) comm. de Luteraniſmo L. III. Sect. XIX. §. 74. p. 232. a.

Debet etenim ad prædictum altare per Nos & noſtros Succeſſores idonea perſona, *actû Presbyter* exiſtens, præſentari, qui quotidie Miſſam de B. Virgine legere ac ſervare in prædicto altari debet, & ad hoc nihilo minùs eſſe adſtrictus, qui etiam adinſtar *Vicarii perpetui* Eccleſiæ & choro S. Mariæ prædictæ in ſpiritualibus tenebitur deſervire. Cùm & ad dictum cultum divinum perficiendum & ſervandum inibi commodè ſtudeatur, quinq; marcas annui cenſûs de Prætoria civitatis, ſeu oppidi *Crutzeborgk* ſingulis annis circa feſtum *S. Michaëlis* Nobis dari ſolitas, ſeu conſuetas, ad dictum altare dotis nomine, & ad Dominum *Joannem* de *Berterode*, cui purè propter Deum & dicto altari providimus, jure eum, qui pro tempore fuerit, deputamus Rectorem, quouſque quinquaginta marcas argenti puri dederimus ad comparandum reditus ex tunc apparandos, ritè & incorporandos altari ſuprà dicto. In cujus creationis ac dotationis evidentiam, pleniorem hanc literam conſcribi deſuper juſſimus, ne ullis obſtaculorum intervallis conceptus noſter poſſit ac valeat mutari, ſed potius illibatum ſuſcipere incrementum, præſentibus & teſtibus Nobile *Henrico de Plavven*, dicto *Rizze*, Avunculo noſtro, Fratre *Theodorico de Myncke*, Guardiano & Confeſſore noſtro, *Arnoldo de Hersfelde*, Marſchalco, *Friderico de Housberg*, *Kunemund* de *Stotternheim*, *Joanne de Eyſenbergk*, Proto-Notario, Secretariis & Fidelibus noſtris, aliisque fide dignis. Datum Gothæ anno Incarn. Dominic. MDXL. Sabbatho proximo ante diem Priſcæ B. Virgin.

Eôd. anno *Joann. Frideric.* Elector, & *Joann. Erneſt.* D. S., cum *Philippo*, Haſſiæ Principe, amicam fecerunt tranſactionem, Præfecturam *Frauenſeenſem* concernentem. Datæ literæ die ☿ poſt Alexii ie. XXI. Jul. Eôd. vitâ functus dicitur Salzæ *Georg.*, Parochus hîc ad S. Georg. Et *Philipp.* *Marſchallus* inſigne fecit legatum Eccleſ. Georgianæ. Fuerit ille ex *Marſchallis* Thuringiæ hereditariis, qui ſucceſſerunt *Ebersbergiis*. (y) Ex horum gente *Joann. Georg.*, Senior totius familiæ, Toparcha in *Brottendorf*, hiſtoriam Marchionum Miſniæ & Landgraviorum Thuring. linguâ vernaculâ conſcripſit typis publicandam, cujus delineationem nuper vidi.

*tranſactio*

*Georg. Paſt. obit,*

1541. *tertia viſitatio, colloquium VVormatienſe,*

§. 152. Tertiò nunc viſitârat *Menius* omnes Thuringiæ Eccleſias Electori ſubditas, adjutus à *Melanthone*, *Myconio*, *Plaunitzio* & *Frid. Wangenhemio*, queîs additus *Joannes Cotta*, Senator, Vir piè doctus & prudens. Cùm idem *Menius* ad colloquium Wormatienſe iret cum *Franciſco Burcardo*, Cancellario, *Melanthone* & *Crucigero*, tùm Notario, iſte *Melanthon* in itinere Iſnacô d. XXIV. Sept. Wittebergam ſcripſit *Paullo Ebero* de obitu *Eobani Heſſi*, adjectis hiſce diſtichis:

Oppreſ-

(y) vid. §. 24.

*Oppreſſit reducem, quem vexit Jaſona, navis,*
*qua tulit auricomi velleris acer opes.*
*Non Te Chriſte tamen, quam Tu regis, opprimet* Argo,
*ſed victor ſerves hanc etiam incolumem.*
*Nos ergo in portum deducas atque gubernes,*
*deleri nautas nec patiare tuos.* *in obitum Eob. Heſſi,*

Debebat hîc baptizati Judæus converſus. Conſuluit *Menius*, Luterum de modo & ceremoniis, qui dixit: exuendas eſſe Apellæ veſtes *albâ indutâ*, ſicq; in labrum aquæ plenum collocandum & ſubmergendum capite, more veterum. Ex gentilitate enim recèns converſi feſto Paſchatis baptizabantur, comparentes proximâ Dominicâ in *veſtimentis albis*. Unde Dominica iſta *in Albis* dicta eſt. Vivere deſiit Margaretha de Thanne, cui liberisque ſuis monumentum poſuit Eberhardus: *baptiſmus Iudæi,*

EBERHARTUS POSTERITATI.

*Hac memor officii ſtatuo monumenta Parenti,*
*& gnatis, brevis hæc quos tenet urna, tribus.*
*Felices animæ, mea dulcia pignora, Chriſto*
*vivite: ſic fato rite trahente ſequar.*

§. 153. Sub finem hujus anni mortuo *Philippo*, Com. Pal. Rheni, Duce Bavariæ, Epiſcopo Friſingenſi & Numburgenſi, in ejus locum electus erat *Julius* Pflug/ Eques Miſnicus, Vir præclarè doctus, at contumax Papiſta, quo de ipſe *Luterus*: (z) Er/ *Julius* Pflug/ hat Vernunft/ Kunſt/ und viel mehr Gaben Gottes genug/ wäre wohl zum Pabſthum ſelbſt tüchtig. Aſſerens verò *Joann. Frideric.*, Elect. Sax., non licere id Collegio, quod *Capitulum* vocant, abſque ejus conſenſu, remotô *Pſlugiô*, *Amsdorfium* ſubſtituit Magdeburgô evocatum, quem die xx. Januar. anni ſequentis Luterus publiè inauguravit præſentibus & unà manum imponentibus *Nicolao Medlero*, S. Th. D. Paſt. & Superintend. Numburgenſi, M. *Georgio Spalatino*, Paſt. & Superint. Altenburgenſi, & M. *Wolfgango Stein*, Paſt. & Superint. Weiſenfelſenſi. *Luterus* integrum libellum hac de re edidit; (a) verùm *Pſlugius* emiſſis aliis ad Ordines Imperii jus ſuum aſſerebat, conquerens de injuria. *Menius*, conſentiente Electore, *Mülhuſam* ſe aliquamdiu contulit, vocatus à Senatu, ut Eccleſias ſcholaſque ibidem reformaret. Primam concionem recitavit d. XIV. Sept. Claruit etiam *Bernhardus de Myla*, Elector. Saxonic. ſupremus excubiarum Præfectus & Eques, (b) oberſter Befehlhaber zu Grimmenſtein/ Land- *Pſlugio remoto* *ſubſtituitur Amsdorf,* *Menius reformat Mulhuſa,* *Bernhard. à Myla,*



(z) T. VIII. Germ. Jenenſ. f. 5. B. (a) vid. in frontiſpicio T. VIII. Germ. Jenenſ. (b) Meibom. T. III. rer. German. p. 381.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*utricularius* Land-Hofmeiſter und Rath; (c) De utriculario à dæmone necato vide tra-
*à Satana* gicum caſum apud *Luterum*: (d) Edebat *Menius* ſecundum librum con-
*necatus*, tra Anabaptiſtas Wittebergæ de *ſpiritu* eorum, inſcriptum Senatui Mülhuſi-
1543. no,cum præfatione *Luteri*. (e) Succeſſorem Mülhuſæ habuit Menius M.
*Seb.Boëtius*, *Sebaſt.Boëtium*, Rectorem ſcholæ noſtræ, pòſt Diaconum Eccleſiæ. Vide-
rat *Amsdorſius* Melanthonem clanculùm colludere cum Zwinglianis. Ergo
non ſolùm alieno ab illo animo eſſe cœpit, ſed quoque *Luterum* hac de re
monuit, qui jam antè id ſubolfecerat. Ægrè hoc *Philippus* tulit, idemq́ue
complices ejus in literis ad amicos ſubinde in Amsdorſium invehebantur.
1544. *Joann. Frideric.* Elector, ad ſollicitationem *Menii*, die Saturni poſt Galli in
*ſtipendia* mandatis dedit redituum Magiſtro in Thuringia & Voitlandia, *Henrico*
*ſcholaſtica* *Monnichio*, ut ſalariis Pædotribarum ſcholæ Iſnacenſis quotannis adderet
*aucta*, XV. florenos, & quinque medimnos, ſeu modios Erfordienſes frumenti.
*Collega* Idem eôd. die, datis ad *Menium* & Senatum literis, mandat, ut nullus Col-
*ſcholæ qui* lega ſcholæ, ſine conſenſu Superintendentis, vel eligatur, ſeu conſtituatur
*conſtituen-* unquam. Cœnobium *Dominicanorum* in ſcholam provincialem converti-
*di?* tur. Idem Elector promoturus ſtudia pauperculorum, ſtipendia dedit cen-
1545. tum & quinquaginta. (f) Idem Luterum Islebiæ in patria ſua defunctum
*ſtipendia* Wittebergam deferri, ibique in templo arcis cathedrali honorificè ſepeliri
*150.* juſſit. Valedixit etiam *Fridericus Myconius*, Staffelſteinenſis Francus, Eccle-
1546. ſiæ Gothanæ Paſtor & Superintendens, cui *Menius* ſermonem funebrem di-
*Luteri obi-* xit, Wittebergæ poſtea typis exſcriptum, factus ſucceſſor ejus,& tàm Gotha-
*tus*, *& Myconii*, næ, quàm noſtræ Eccleſiæ Ephorus, ùt ex M. *Joannis Wiperti*, Sch. Gothan.
Con-Rect., poſtea Paſt. Sundhuſani, MS. aliquo vidi, licèt aliis ann.
*I. Himmel/* MDL placeat. Natus hôc annô Proavus meus maternus *Joann. Himmel.*

§. 154. Cùm verò *Amsdorſius* de omni periculo ſecurus in aula Vi-
1547. narienſi moraretur, à *Mauritii* D. S. & *Joann.Georg.*, Comit. Mansfeldenſis,
*Amsdorf* milite Diœceſis ejus occupatur & *Pflugio* redditur. (g) Elector quoque d.
*Epiſcopatu* XXIV. April. cum *Carolo* V. Mülbergæ ad Albim ſtrenuè pugnans victus
*privatur*, *Elector ca-* captusq́ue. Quod infelix prœlium multa præceſſerunt & comitata ſunt
*ptus*, prodigia, quæ ſingula exponit *Sagittarius*. (h) *Boëtius* librum, quem *Interim*
1548. vulgò dicebant, approbare recuſans, Menſe Julio Mülhuſâ in exilium pulſus
*Boëtius pul-* *ſus*, Halas Saxonum migravit, functus ibi Paſtoris officio uſque ad exceſſum.
Scilicet Imperator promulgatam hanc religionis formulam interimiſticam
Auguſtæ Vindelicorum etiam Saxonibus noſtris miſerat, mandans, ut ſe-
*Interim*, cundùm eam in regionibus ſuis doceri & ceremonias inſtitui curarent. Illi
d. XXVI. Jul. omnes Eccleſiarum Antiſtites, aliosq́ue doctos Viros, è pro-
vin-

(c) D. Sagittar. in memorabil. hiſt. Gothan. c. 8. p. 67. (d) in Tiſchreden f. 214. (e) Vid T. VIII. Jen. f. 222. (f) Hortleder de C. B. G. Lib. V. c. 22. num. 2. (g) Sagittar. in hiſt. Episcop. Numburg. §. 40. (h) in hiſt. J. Frid. 1. theſ. 20.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vinciis ſuis Vinariam vocant, tradentes illis formulam *interreligionis* ad lydium lapidem Scripturæ examinandam. Præſul Moguntinus Menſ. Nov. in ſynodo Provinciali decreta quædam condiderat, illaque typis evulgata per totam Thuringiam ſparſerat, Paſtoribus, *Iſenacô*, *Gothâ*, *Crucisburgô*, *Waltershusâ* &c. in aulam ſuam Erfurtenſem evocatis, obtrudere ea nitens. At nullus comparuit. Interim *Amsdorſius* oppugnat Wittenbergenſes & Lipſienſes in puncto de adiaphoris, multa edens opuſcula hîc & Magdeburgi in cauſa *Interemiſtica* & *adiaphoriſtica*. Prodiit etiam libellus ſub titulo: Antwort/ Glaub und Bekäntniß auf das ſchöne und liebliche Interim Niclas von Amsdorff/ des verjagten Biſchofs zu Naumburg. M. *Winer.* in natalem M. *Mich. Uranii*, Philologi, Philoſophi, Poëtæ & Theologi, Rect. poſtea Gymnaſ. Hersfeldenſis, ita luſit: (i) *ſynodus provincialis*, *certamina Amsdorſii*, *natalis Mich. Him̃mels/*

*Annua ſacra para: crucis exaltatio ſurgit:*
*nox ea præcedens te tulit* Uranie.
Uranie, *Aonidum cultor, Chriſtiq; ſacerdos*,
*quem celebrem docto carmine Muſa* facit.
Lectio *multijuga & variarum copia rerum*,
*ſed ſtudiis ſors eſt iſta noverca tuis.*
*Indocti cœlum rapiunt: merguntur ad orcum*,
*ingeniô famam qui meruêre ſuo.*

§. 155. Cæſar & Moguntinus fortiùs urgent apud juniores Saxones noſtros acceptationem libelli *religionis* uſque ad Concilium generale obſervandæ *Interemiſticæ* à *Julio Pflugio*, Antiſtite Numburgenſi Electo, *Michaële Heldingio*, Epiſcopo Sidonio, & *Joanne Agricola*, Elect. Brandenburg. Eccleſiaſte, conſarcinati, annexâ graviſſimâ pœnâ. Placuit Ordinibus confeſſionem Eccleſiarum Thuringicarum, (à *Menio* conſcriptam) cum deſignatione rituum ſacrorum hactenus receptorum, unô codice comprenſam, S.Cæſ. Maj. humillimè offerre, ne contra conſcientiam ad aliam religionis formulam compellerentur, etiam atque etiam obteſtantes. Gothæ autem *exorciſmus* multas peperit lites. M. *Georg. Merula*, Diacon. ibid., aliquoties adjurationem Satanæ in actu baptiſmali ſua ſponte neglexerat; & quamvis à *Menio* ceteriſque collegis moneretur, ne novatione ſcandaloſa Eccleſiam turbaret, ille tamen antiquum ſuum obtinuit. Secutus eum Waltershuſæ M. *Petrus Fuldener* Paſt., qui, mutatâ priori voce, cum Diacono ſuo pro *adjurare* toto biennio ſubſtituerat *præcipere*. Contentio hæc primùm ad Senatum Gothanum, denique ad *Joann. Frid.* delata. *Merula* Vinariam vocatus à *Schnepſio*, *Joanne Caſio*, & *Stolſio* meliora edoctus in viam rediit, Eccleſiæ Symmiſtiſque ſuis reconciliatus. *Fuldenerus* quoque errata agnoſcens obſequium promiſit. Motus autem hâc controverſiâ *Menius*, 1549. *Cæſar. & Moguntin. repetita poſtulatio*, 1550. *rixæ ob exorciſmum*, *Merula*, *P. Fuldener*,

(i) anno 1548. 14. Sept.

*Menii libellus de exorciſmo,*

*nius*, libellum ſequente anno edidit, omnibus Eccleſiæ Miniſtris in Ducatu *Gothano* & *Iſnacenſi* inſcriptum: Vom exorciſmo, daß der nicht als ein zauberiſcher Greuel zu verdammen / ſondern in der gewöhnlichen Action bey der Tauff mit Gott und gutem Gewiſſen wohl behalten werden möge.

*ædes Nobilium clauſæ, Menius Paſt. Goth. tantum, I. VVeiſ, 1551. Amsdorf. Ephorus Eccleſiar. vita ejus,*

§. 156. Multi vicini nobiles domicilia ſtruxerant aut emerant in urbe, ſed ob munia non præſtita, juſſû Superiorum, clauduntur. Latuerat hactenus *Amsdorfius* Vinariæ & Magdeburgi ùt exul. *Menius* molem utriusq; Eccleſiæ haud valens amplius ſuſtinere, omnem operam addixit *Gothanæ*, ſurrogato in ejus ſedem hîc *Joanne Weiſio*, Berckâ-Vierrano, antea Paſt. Schvveinenſi, tunc verò Diacono Iſnacenſi. *Amsdorfius* etiam Conſiliarius eccleſiaſticus & Generalis Eccleſiarum Inſpector in Ducatu Saxonico, cum ſtipendio annuo trecentorum florenorum, conſtituitur, incola ædium *Menianarum*. Nobilis hic Miſnicus natus erat *Zſchepæ*, propè oppidum Würcenum d. 3. Sept. 1483. Gradum Magiſterii anno MDIV., & brevî pòſt licentiam Theologicam adeptus *Wittebergæ*, factus demum ibi Canonicus, Profeſſor, Collega & intimus *Luteri*, qui eum ſummos inter & doctiſſimos Theologos retulit, (k) dicens: *Spiritus meus requieſcet in Amsdorfio.*

*& laudes,*

Nullus enim ex indole *Luteri* plus hauſit, quàm ille, cenſente *Hieronymo Wellero*, imò fatente ipſo *Lutero.* (l) Hinc alibi eum vocat (m) einen treuen Mann / der ihm lieb; Myconius *Virum potentem in ſermone & doctrina*, Laurentius Surius (n) *inſignem*, & *egregiè Luteranum*, (o) Pezelius (p) *vehementiſſimi ingenii Virum.* Anno MDXIX. interfuit Colloquio Lipſienſi inter *Luterum* & D. *Joann. Eccium*, Anno MDXXI. Comitiis Wormatiæ habitis;

*officia,*

Anno MDXXIV. Magdeburgum abiit ad *D. Ulric.* Paſt. ordin. & aliarum Eccleſiarum in veteri oppido Ephorus conſtitutus. Articulis in Conventu Schmalcaldico anno MDXXXVII. à *Lutero* collectis & ab aliis approbatis ſubſcripſit. Anno MDXLII. d. XX. Januar. Epiſcopus *Numburg.* electus, & inveſtitus fuit ab ipſo *Lutero*, præſentibus *Joanne Friderico* I. Elect. Saxon. ejusq; Fratre *Joanne Erneſto*, Comite *Erneſto* Regenſteinenſi, Præpoſito Eccleſiæ Cathedralis Numburgenſis, *Thoma* Hebenſtreit S. Georgii, & *Chriſtophoro* S. Mauritii Præpoſitis, *Georg. Forſtnero*, Canonico octuagenario, M. *Georgio Spalatino* Altenburg., D. *Nic. Medlero* Numburg., M. *Wolfgango Stein* Weiſenfelſenſi Superint. & *Melanthone.*

*& fata,*

Electore autem anno MDXLVII. XXIV. April. capto, exul rediit Magdeburgum. Profuit & interfuit poſtea Studii Jenenſis cùm *fundationi* anno MDXLVIII. XIX. Mart. tùm *inaugurationi* ſolenniori anno MDLVIII. 2. Febr. Interea Jenæ ſcripta Luteri unà c. M. *Georg. Rorario*, veterano hujus amanuenſi, ex autographo reviſit, inque Tomos diſtribuit Germanicos VIII. & latinos IV. Ideo *Jenenſes* dicti,

(k) in colloquiis menſalib. p. 416. (l) in epiſt. ad Jodoc. Iſnacenſ. anno 1518. (m) in cir. colloqu. p. 331. (n) in Comment. p. 376. (o) p. 433. (p) T. VIII. object. p. 260.

dicti,& à *Wittebergenſibus* ac *Islebienſibus* diſtincti ſunt. Illi enim XII. Germanici,& VIII. Latini: hi autem duo ſunt. Theologorum Jenenſium Primas fuit, quo de M. *Adrian. Beyer.* (q)

*Theiologi cœtûs* Nicolaus *plantat ab* Amsdorf
*hortum*, *&* Luteri *ſcripta reviſit idem.*
*Hic in* Salana *celebratur nomine* primi
Theiologi, primi Theioſophiq́ue *ſcholæ.*

§. 157. M. *Bartholomæus Roſsfeld*, ſeu *Roſinus*, Peſnicenſis Variſcus, ex Rectore hujus ſcholæ fit miniſter Eccleſiæ, & ſucceſſor *Weiſii* in Diaconia. In Rectoratu eum excepit *Andr. Boëtius* Senior Gubennâs. Die Lunæ feſtum Trinitatis proximè ſequente ſtupenda & terribilis inundatio *Gotham* inter & *Iſnacum* oborta eſt; *Teutlebii* quinque ædes ſubverſæ, paterq́ue cum quinq; liberis periit. Miraculum profectò, quod de puſiunculo in cunis ſervato recenſet *Huſanus* noſter. (r) *M. Barthol. Roſinus, Andr. Boëtius.*

*Ipſe puer quondam* Thuringos *inter &* Haſſos *Miraculum.*
*urbs ubi de* ferro *nomen adepta jacet.*
*Quæ mihi naſcenti vitales præbuit auras,*
Iſidis, *ùt perhibent*, *ædificata manu.*
*Quaque arguta cient per amœnas murmura valles*
*Neſſus & irriguis* Hörſelus *uber aquis.*
*Imbribus aſſiduis duo flumina creſcere vidi*,
*perq; liqueſactas aucta tumere nives.*
*Limitibusq; effuſa ſuis ſpatiataq; latè*
*omne paludoſis rus operire vadis.*
*Et pecudes pecudumq́, habitata mapalia turbæ*
*cumq; ſua raptas volvere plebe domos.*
*Non erat armentis ibi fortibus utile robur*,
*non ibi veloces eſſe juvabat equos.*
*Omnia ſtagnabant, peregrinasq; advena paſſim*
*junxerat invitis fontibus humor aquas.*
*Turbineo verò quà vertice plurimus ibat*,
*jam ſociâ currens amnis uterq; viâ.*
*Et quà contorquens avulſas undiq; prædas*,
*crebra per ablutam ſaxa rotabat humum.*
*Quis putet? hîc* cunæ cum parvo infante natabant,
quas fluvius tergo dulce vehebat onus.
*Cùmque vacillarent inſani fluminis æſtu.*
*ut ratis in tumido claudicat icta freto.*

V *Non*

(q) in nomenclat. Prof. Theol. edit. ſec. p. 442. (r) in carmine de Angelis.

*Non tamen his fluctus vis ullis ulla nocebat,*
*ſed puer* in medio funere vivus *erat.*
*Donec adhærerent nudæ incunabula ripæ*
*parva, ſed hoſpitii maxima jure ſui.*
*Dic, ſapiens, qui cuncta Dei miracula rides,*
*quæq; tua pugnant cum ratione negas.*
*Dic, agè, quis rapidis hanc cymbam rexit in undis,*
*arcuit & cumulos aſſilientis aquæ?*
*Venturæ quis ſtravit iter, preſſitque procellas,*
*ut placidâ poſſet currere tuta viâ?*
*Nemo mihi caſum, fortunam nemo loquatur,*
*res hæc angelicam teſtificatur opem.*
*Teſtificatur opem, quæ non contingere caſu,*
*Numinis æterni nec ſine mente poteſt.*
*Quòq; minùs dubites, oculis præſentia luſtres,*
*hæc ætas etiam, quò probet illud, habet.*
*Non alias adeò ſævi tremuêre tyranni,*
*non alias juſtos tot petiêre minis.*
*Dum Te, Chriſte, throno Patris exturbare laborant,*
*notitiamq; ſtudent obtenebrare Tui.*
*At chorus expanſis nos cœlitus obtegit alis,*
*& mundi fabricas non ſinit eſſe ratas.*
*Hinc fluit & retrò ſublapſa potentia fertur,*
*quam Reges audent oppoſuiſſe Deo.*
*Hinc velut adverſas perrumpens fortiter auras*
*tendit ad obſtantem miſſa ſagitta ſcopum.*
*Sic vox vera Dei, quam noſtrâ voce ſonamus,*
*per medias victrix itque reditque minas.*

*furor Anabaptiſticus, hiſtoria.* §. 158. Tumultuantur iſto tempore Anabaptiſtæ *Mülhuſæ*, hîc & alibi in vicinia, ut *Menius* tertium librum elencticum Erfurti impreſſum ediderit von den Bluts-Freunden aus der Wiedertauff. Dedicavit illum Ordinibus Provincialibus Thuringiæ. *Crauela* quidam abjurârat iſtam hæreſin, ociùs tamen cum ſue ad volutabrum. Qui, ob alia facinora, propè *Hayneccium* patrata, die Lunæ poſt *Burcardi* poſtea combuſtus eſt. *Georg. Schuchart*, civis & lapicida Crucisburgi, fatuitate iſtâ dementatus, de baptiſmo infantum & ſacra cœna horrendas evomuit blaſphemias, communionem bonorum uxorumque acriter defendens. Hinc ſuam conjugem publicè proſtituit, vagæ libidinis inſatiabilis beſtia. Blaterabat os maledictum, ita homines invicem mutuæ benedictionis participes fieri, addens: Deum ſingu-

*G. Schuchart,*

ſingulari miraculo eum erepturum, ſi ad rogum aliquando traheretur. Quid
fit? captus tandem, ſpretâque omni Chriſtianâ informatione, errores ſuos
pertinaciter defendens ad ignem damnatus crepuit ſine ullo miraculo. Socii
ejus longè latèque in vicinia barrientes ſchedulas affixerant ubique, queîs
monebant Magiſtratus, ut *Schuchartum* dimitterent, ſeu coram populo ſi-
ſterent, quò fidei ſuæ confeſſionem omnes perciperent. Interea Optimus 1552.
Princeps *Joannes Fridericus* quinquennali captivitate à *Carolo* V. liberatus, *I Frid. li-*
cum jubilo omnium ad ſuos rediit. Vinariam intrante eo, *candida crux* in *beratio.*
nubibus refulſit. Hîc in occurſum ejus proruebat omnis ordo, ſexus &
ætas: matronæ, pueri, innuptæque puellæ, *corollis rutaceis* cincti, hymnum
Davidicum cantabant: *Pſallite, pſallite Deo noſtro, quia mirabilia fecit.* Quam
pietatem non ſine lachrymis intuens Princeps, aſſidenti *Amsdorfio* dixit:
*Quis ego ſum? cui Deus talem exhiberi fecit gloriam.* Majoris lætitiæ teſtandæ
causâ in area intra arcem Ducalem & ædes parochiales luculentus ignis ac-
cendebatur, tripudiante totâ Civitate.

§. 159. Crenam ſtrinxit *Amsdorfius* cum *Menio* in vagos *Andreæ Oſi-* *errores*
*andri* errores, cumprimis *quòd juſtitiâ Dei eſſentiali homo juſtificetur.* Cenſu- *Oſiandri,*
ram eorum jam antea petierat *Albertus*, Pruſſiæ Dux. Triplex ergo confe-
cta typisque impreſſa, in Pruſſiam miſſa, cui ſubſcripſerunt *Amsdorfius*, *Juſtus*
*Jonas*, D. *Erhardus Schnepſius*, D. Maximilianus *Mörlinus*, Paſt. Coburg. *Juſt.*
*Menius*, *Joann. Grajus*, Paſt. Vinarienſ., *Victorin. Strigelius*, *Joann. Stolſius*, *Joann.*
*Aurifaber*, *Joann. Birnſtiel* M. & Concionator Coburg., *Joannes Feſellius* M.
apud S. crucem Coburg. Implevit tunc *Menius*, quod jam olim ominatus
fuerat *Mörlinus*, dicens: Ich kenne D. *Menii* Feder / wird die rauſchen / ſo *& Majoris.*
wird der Teufel auf dem Gegentheil Abt werden. Eod. anno prodiit libel-
lus: Kurtzer Unterricht von D. Majors Antwort / daß er nicht unſchuldig ſey /
wie er ſich rühmt &c. Nic. von Amsdorf exul. (s) Et licèt *Joann. Frideric.* 1553.
ad extinguendum *Oſiandriſmum* Theologos & JCtos in Pruſſiam ablegaret, *multas cre-*
re tamen infectâ diſceſſerunt. Erant verò illi *Frid. Wangenhemius*, D. *Juſtus* *ant mole-*
*Menius*, *Chriſtoph. Elephantus*, J.U.D., & *M. Joann Stolſius*, Concionator Au- *ſtias.*
licus. *Mauritio*, Electore Saxon., in acie cum *Alberto* Brandenburgico com-
miſſa, ſauciatô, & brevî pòſt occumbente, propè *Iſenacum* (alii malunt *ſerpentes*
*Iſenbergam*,) duo *ſerpentes ignei* in ipſo meridie Menſe Junio in aëre pugnan- *ignei in*
tes viſi ſunt, in quorum medio *crux ignea* fulſit. (t) Elegans Poëta *Petrus* *aëre.*
*Lotichius* de hac viſione ita: (u)

*Hoc cœlum, & magnus, quô circumfundimur, aër,*
*indicio produnt ſæpe futura ſuô.*



(s) vid. hunc tractat. in L. VI. catalog. hæreticor. Schlüſſelburg. p. 202. (t) Mich. Sach-
ſens Kayſers Chronic in Ferdinand. I. c. 8. f. 368. (u) L. II. carmin. p. 187.

*Portentisque monent, offenſo Numine Divûm,*
*poſt caput ultrices Numinis eſſe manus.*
*Cur exempla petam Veterum? cùm tempore noſtro*
*prodigiis careat nullus in orbe locus.*
*Vicino ſpecies & nuper in aëre viſa eſt,*
*non ſpernenda metus nuncia dira novi.*
*Urbs antiqua jacet (* ferri *vocat incola* montem,) (vv)
Tyrigetûm *à* Myſis *ſeparat illa ſolum.*
*Ad* Zephyri *flatus* Thuringia *panditur, inde*
Solis *& Eoos* Myſia *ſpectat equos.*
*Illic, cùm nulla cinxiſſent æthera nubes,*
*& media Titan lucis haberet iter.*
*Ecce volubilibus rapidi duo nexibus angues*
*aëris obliquas corripuêre vias.*
Igne *micant ambo, rutilant per cœrula flammæ;*
*fallor? an ille* color ſanguinolentus *erat?*
*Protinus adverſas magno ſtridore per auras*
*orta repentino bella furore movent.*
*Implicitisq; trahunt* ſinuoſa volumina caudis,
*tortilis ùt nudos implicat alga pedes.*
*Mutuaq; alterno laniant ita vulnere terga:*
*ſollicitus populi concutit oſſa pavor.*
*Adde, quòd in medio funeſtos inter hiatus,*
*flammea terrificæ fulſit* imago crucis.
*Credite, mortales, horrentia prœlia reſtant,*
*horrida pro patria prœlia, proque fide* &c.

1554. §. 160. Cùm ſub æſtate anni MDLIV. Conſiliarii Dresdenſes Eccleſiam Magdeburgenſem vexarent, literas dedit *Amsdorfius* ad Senatum Magdeburgicum d. XXIX. Auguſt. monuitque, ut ſimplicitatem aſtu fermentantes non cuique ſpiritui crederent. *Menii error,* Defenderat hactenus *Menius* voce & crenâ articulum juſtificationis orthodoxè, nunc verò *Majoriſtico* errori affinis, neceſſitatem bonorum operum ad ſalutem propugnabat, miſſis poſitionibus ſuis, per totam Thuringiam. *Amsdorfius* alias ei oppoſuit primò quidem CXCV. poſtea pauciores XLVI. quarum epilogus hic eſt:

*perſtringitur,* *In ſumma: omnes rationes, omnia argumenta* Menii & Majoris, *quibus hæreticam & impiam ſuam propoſitionem confirmant & defendunt, ſuâ naturâ meritum operum includunt. Quare ſit maledictus, qui ipſorum propoſitionem credit, docet, tuetur, & defendit;* *J. Frid. obitus,* *nempe* bona opera ſunt neceſſaria ad ſalutem. (x) Tandem *Joann. Frider.* curarum vitæque ſatur placidè obdormivit in Domino

mino

(vv) Eiſenbergam indicat Lotich. (x) Rebhan. L. II. hiſt. eccleſ. MS. p. 162. ſeqq.

mino d.3.Mart., Vinariæ ad latus *Sibyllæ ſuæ* (quæ eod. anno XXI. Febr. præceſſerat) conditus. Sermones funebres recitârunt *Amsdorf.*, *Stolſius* & *Menius*. Hic veracitatem & beneficentiam Principis ſingulariter commendaturus retulit, quòd minorennis adhuc, peſte *Torgæ* graſſante, aliquandiu latuerit *Wartburgi*, & agaſoni, pauperculo homini, togam promiſerit. Senuerat inops iſte, Principe ad clavum Reip. interim ſuffecto. Itaque miſellus libellum ſupplicem obtulit, promiſſa in mentem humiliter refricans. Qui, lectis literis, ociùs togam, quâ indutus erat, exuit, & homini dedit, inquiens: Was ein Fürſt zuſagt / das ſol er auch billich halten. Magnificum utrique monumentum poſuêre Filii, quod adhuc Vinariæ in templo ſupereſt. *hiſt. memorabilis*,

Illuſtriſſimis & Inclitis Principibus D. JOANNI FRIDERICO I. Duci Saxoniæ, Imperii Romani nato Electori, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ &c. &c. & D. SIBYLLÆ, natæ Duci Clevenſi, Bergenſi &c. Deſideratiſſimis Parentibus, luctuoſi Filii JOANN. FRIDERICUS II. JOANN. WILHELMUS, & JOANN. FRIDERIC. III. gratitudinis ergo poſuerunt *epitaph.*

Anno Domini M. D. LV.

*Confeſſis ſtabili per ſæva parentibus arma*
*juſtificam pietate fidem, pietatis amantes,*
*grata piis ſoboles, uno tres pectore Fratres*
*hanc tabulam poſuêre, annis ut euntibus eſſet*
*adſertæ fidei monumentum, & pignus amoris.*
*Chriſte tuis præſens qui tuta umbracula præbes,*
*ut ſuperent etiam, quæ non ſuperanda putantur;*
*Da pacem, atque hoſtes compeſce, tuere timentes,*
*Te mediante, Patrem, cujus ſapientia ſplendes.*
*I procul infelix hominum ſapientia, juſtum*
*ante Deum in ſolo reddit fiducia Chriſto.*

Auguſtius Glorioſiſſimo Principi reliquit ſincerus piorum amor apud *Chytræum*, (y) quod verò non reperitur *Vinariæ*, utùt *Reuſnerus* ita putaverit. *aliud*,

Joannes Fridericus, Dei gratiâ Electus Martyr Jeſu Chriſti, Dux afflictorum, Princeps Confeſſorum fidei,

 Comes

(y) L. XVIII. Saxon. p. 531.

Comes veritatis, Signifer Sanctæ Crucis, anteſignanus (z) patientiæ & conſtantiæ, hæres vitæ æternæ, obdormiſcens in Domino migravit ex hac miſerrima vita in cœleſtem patriam Vinariæ Menſe Martio, die III. annô MDLIV. ætatis LI. Sed integram hiſtoriam ejus nobis dedit D. *Sagittarius*. (a)

1555. §. 161. Dicto homagio Illuſtriſſimis Fratribus *J. Frid.* II. *Joanni Wilhelmo & J. Frid.* III. quarta inſtituitur Eccleſiarum viſitatio, cui adjuncti fuêre *Amsdorſius*, *Schnepſius*, M. *Joann. Luter* & *Stolſius*. *Menius* autem Ha-
*Menii reſipiſcentia*, lis Saxonum, quò conceſſerat ad generum ſuum, Gotham evocatus à Saxonibus noſtris comparuit, alienior jam à *Majore*, quod ex literis *Melanthoni* inſcriptis d. IV. Mart. patet, in quibus opinionem illius *fœdum errorem* vocat. *Nec conjicere apud me poſſum*, ait, *quid D.* Majorem *ad hanc aſſertionem, quæ omninò* cum doctrina cœleſti pugnat, *moverit, nec unquam perſuadere mihi paſſus fuiſſem*, hoc illum monſtri alere, *niſi ipſius vidiſſem ipſe & agnoviſſem autographum. Non igitur me deinceps propugnatorem habebit, ſed* oppugnatorem *potius ſententiæ ſuæ, niſi ipſemet eam abjiciat & damnet. Hæc adjicere prioribus literis volui, ut &, quæ me cauſa à* D. Majore *alienârit, & cujus illum admoneri neceſſum ſit, ſcires.* Imò publicô ſcriptô *Erfurti* edito operosè ſe excuſat, quòd ab orthodoxia minimè deflexerit, ſed idem adhuc doceat ſentiatque ùt antea. In hac declaratione acquievêre omnes, meliora quæque de eo ſperantes, inprimis cùm *Majoriſticam* opinionem neque in cathedra, nec in
*fucata*, ſcriptis ampliùs ſpargeret. *Amsdorſius* autem ſiniſteriora ſuſpicans, peculiari libello demonſtrabat: *Menium* à puritate doctrinæ defeciſſe. Idem *Pfeffingeri*, Theologi Lipſienſis, *ſynergiſticum* errorem de cooperatione liberi arbitrii hominis in converſione cum aliis impugnat.

*templum Nicol. renovatur*, §. 162. A tempore reformatæ religionis ultrà XX. annos clauſum neglectumque ſteterat templum *Nicolaitanum*. Sed hoc anno apertum, ſacroque uſui dicatum, ut ſingulis diebus Dominicis feſtisque concio matutina in eodem haberetur. Primam recitabat *M. Bartholom. Roſinus* ipſis
*nuptiæ J. Frid. II.* Kalendis Januarii. *Joann. Frid.* II. duxit *Agnetem*, *Philippi*, Haſſiæ Principis, filiam, *Mauritii*, Electoris Saxoniæ, viduam, quæ verò eod. anno IV. Nov.
*fœdus Sax. cum Haſſ. & Brandenb. renovatum*, ſepulta eſt. Fœdus hereditarium inter *Saxones* & *Haſſos*, nec non *Brandenburgicum* Numburgi renovatur, ubi inter alia obligatio fit. de doctrina Auguſtanæ confeſſionis non mutanda. (b) Anno MDLVI. recoxit *Menius* er-
1556. rorem ſuum. *Schnepſius* ob cem poſiturus cum *Eraſmo Sarcerio* vix cohibere
*Menii inconſtantia*, poterat acerrimum theſium ſuarum tutorem. Conſcripſit libellum *de præpara-*

(z) exemplum (a) Jen. 1678. (b) Calviſ. chronolog. p.m. 933. a.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

XXIX. D. Arnold de *Reyger*, abiit Halas Saxon. & hinc ad aulam Elect. Brandenburg.
XXX. D. Ortolph. *Fomannus*, Siluſiô-Hennebergicus, ob. 1637.
XXXI. D. Jac. *Schröter*, Vinarienſis, ob. 1645.
XXXII. D. Dominicus *Arumaus*, Leovvardiâ Friſius, ob. 1637.
XXXIII. D. Joann. *Svvabe*, Annæbergâ-Miſnicus, ob. 1634.
XXXIV. D. Sam. *Goeckhuſius*, nobilis Saxo, obiit 1658.
XXXV. D. Petrus *Ditericus*, Cizâ Miſnicus, ob. 1640.
XXXVI. D. Oſvvald *Hilliger*, Freibergâ-Miſnicus, ob. 1619.
XXXVII. D. Wolfgang. *Wertherus* Mühlpfort, Rhodâ-Thuringus.
XXXVIII. D. Valentinus *Rimerus*, Hirſchbergâ-Sileſius, ob. 1635.
XXXIX. D. Ortolph. *Fomann.* Junior, Jenenſis, ob. 1640.
XL. D. Zach. *Prüſchenck* ( à Lindenhoven ) Nobil. Palatinus, obiit Jenæ 1678.
XLI. D. Eraſmus *Ungebauer*, Numburgenſis,
XLII. D. Chriſtoph. Philipp. *Richter*, Eisfeldâ-Francus,
XLIII. D. Godfrid. *Fibigius*, Uratislavienſis,
XLIV. D. Andr. *Ramdohr*, ob. Brunſvici 1656.
XLV. D. Rudolf. Wilhelm *Crauſius*, Numburgenſis,
XLVI. D. Joann. Caſp. *Unrath*, Schönaviâ-Francus, ob. 1640.
XLVII. D. Georg. Adam *Struvius*, Magdeburgenſis,
XLVIII. D. Joann. *Thomæ*, Lipſienſis, ob. 1680.
XLIX. D. Joann. *Strauch*, Colditiô-Miſnicus,
L. D. Erneſt. Frid. *Schröter*, Jenenſis,
LI. D. J. Chriſtoph. *Wexius*, Altenburgenſis.

LII. D.

LII. D.Joann. Volkmar. *Bechman*,Fidelhuſâ-Thuringus.
LIII. D.J.Chriſtoph.*Falckener*,Lauſâ-Noricus.
LIV. D.Joann.Jacob.*Avianus*,Erfurtenſis.
LV. D.Joh.Balthaſ.*Roth*,Gerenâ-Thuringus,
LVI. D.Nic.Chriſtoph. *Lyncker*, Giſenſis,
LVII. D. Petr. *Müller*,Northuſanus, poſtea Cancellar. Geranus,ob. 1696.
LVIII. D.J.Philipp. *Slevogt*,Jenenſis,
LIX. D.Chriſtian. *Wildvogel*,Hallenſis Saxo,
LX. D.Wilhelm.Hieron.*Brückner*,Erfurtenſis.
LXI. D.Adrian.*Beyer*,Jenenſis.
LXII. D.Joh. Bernhard *Fries*.

## III. PROFESSORES MEDICINÆ.

I. D.Joann.*Schröter*,Vinarienſis,ob. 1593. *Profeſs. Medicinæ*,
II. D.Janus *Cornarius*,Cygnæus,ob. 1558.
III. Laurent. *Hielius*,Veſalienſis,obiit peſte 1566.
IV. D. Mich. *Neander*, ex valle Joachimica, ob. 1581.
V. D.Ludovic. *Sturm*,Vinarienſis, abit Martisburgum 1569.
VI. D. Andreas *Ellinger*,Orlamundanus,ob. 1582.
VII. D.Gervaſius *Marſtallerus*,Friburgô-Briſgojus,ob. 1578.
VIII. D.Jacob.*Flachius*, Jenenſis,ob. 1611.
IX. D. Henric. *Mulichius*,Wittebergenſis,
X. D.Philipp.Jacob. *Schröter*,Viennenſis,ob. 1617.
XI. D.Joann. Frid. *Schröter*,Jenenſis,ob. 1625.
XII. D. Anton. *Varus*,vulgò Krummfuß/Vinarienſis,obiit 1637.
XIII. D.Zachar.*Brendel*,Burgelenſis,ob. 1626.
XIV. D.Euſebius *Schenck*, Croloppii natus in Bohemia, ob. 1628.
XV. D.Zachar.*Brendel*,junior,ob. 1638.
XVI. D.Guerner. *Rolfinck*,Hamburgenſis.
XVII. D. Paul.*Marquard*. Slegel., Hamburgenſis,ob. 1635.
XVIII. D.Godfried *Mœbius*,Lauchâ-Turingus.
XIX. D.Chriſtoph. *Schellhammer*,Hamburgenſis,ob. 1651.
XX. D.J.Theodor. *Schenck*, Jenenſis.
XXI. D.J.Arnold.*Friderici*,Altenburgenſis.
XXII. D.Georg.Wolfgang.*Wedel*,Sprembergâ-Luſatus,
XXIII. D.Rudolf.Wilhelm *Crauſius*, Vinarienſis.
XXIV. D.Auguſtin.Henric.*Faſchius*,Arnſtadienſis.
XXV. D.Günther.Chriſtoph. *Schellhammer*, Jenenſis, olim Prof.Helmſtad. nunc Kilonienſis.

XXVI. D. Jacob. *Wolf*, Numburgenſis.
XXVII. D. Joann. Hadrian. *Slevogt*, Jenenſis.

## IV. PROFESSORES PHILOSOPHIÆ.

*Prof. Philoſoph.*

I. M. Chriſtoph. Hofman / obiit 1576.
II. M. Mich. Stieffel / Eslingenſis, ob. 1567.
III. D. Vitus *Ortelius*, Francus, ob. 1570.
IV. M. Nic. Backmeiſter / ob. 1551.
V. M. Joann. *Stigelius*, Frimariâ - Turingus, ob. 1562.
VI. M. Victorin. *Strigelius*, Kaufbeyerenſis, ob. 1569.
VII. D. Mich. *Neander*, ex valle Joachimica, ob. 1581.
VIII. D. Chriſtoph. *Dürfeld*, Gothanus, ob. 1583.
IX. M. Joann. *Roſa*, Hellingâ - Francus.
X. D. Jobus *Fincelius*, Vinarienſis.
XI. D. David *Voitius*, Ronnebergenſis, ob. 1589.
XII. D. J. Frid. *Cæleſtinus*, diſceſſit 1571.
XIII. M. Joann *Langer*, Coburgenſis, ob. 1560.
XIV. M. Andreas *Fulda*, Saltzungenſis, ob. 1596.
XV. M. Ægidius *Salius*, Gorckâ - Bohemus, ob. 1580.
XVI. D. Frideric. *Widebramus*, ob. 1585.
XVII. M. Joann. *Merolinus*, Kaufbeyerenſis.
XVIII. M. Frid. *Penſoldus*, Variſcus, ob. 1589.
XIX. M. Adam *Byſſander*, vulgò Biederman / Peſniciô - Variſcus.
XX. D. Ægidius *Hildericus*, Jeverâ Friſius.
XXI. M. Paul. *Cruſius*, Coburgenſis.
XXII. M. Hieron. *Oſius*, vulgò Ehelich / Schlotthemio - Turingus.
XXIII. D. Joann. *Debelius*, Rhemdâ - Turingus, ob. 1610.
XXIV. D. Jacob. *Zoberus*, Vinarienſis.
XXV. M. Wolfgang. *Zeiſenus*, Fuldenſis.
XXVI. M. Owenus *Güntherus*, Holſatus.
XXVII. D. Ambroſ. *Reudenius*, Groitſchâ - Miſnicus, 1615.
XXVIII. D. Juſtus *Lipſius*, Iſcano - Brabantinus, acceſſit 1572. diſceſſit clam 1574.
XXIX. D. Joann. *Mylius*, Liebenrodâ - Turingus, ob. 1575.
XXX. M. Caſp. *Arnurus*, vulgò Lämmerzahl / Ilmena - Turingus, ob. 1586.
XXXI. M. Sebaſt. *Scheffer*, Altenburgo - Miſnicus, ſucceſſit Lipſio clam abeunti anno 1574. quô etiam obiit.
XXXII. M. Paul. *Didymus*, vulgò Zwilling / Torgâ - Miſnicus, obiit 1581.

XXXIII. M.

XXXIII. M.Balthaſ. *Brunner*, Hallenſis Saxo, ob. 1581.
XXXIV. M. Andr. Nehrkorn/ Walhusâ-Aſchenburgicus, abiit clanculum 1590.
XXXV. M. Joann. *Piſcatorius*, Norinbergenſis.
XXXVI. M. Juſt. Ludov. *Bryſomannus*, Triptitio-Variſcus.
XXXVII. D. Jac. *Welſenius*, Landsbergenſis, ob. 1609.
XXXVIII. D. Zach. *Brendel*, ſenior, Burgelâ-Turingus, ob. 1626.
XXXIX. M. Joann. *Züllner*, Jenenſis, ob. 1628.
XL. M. Albert. *Voitius*, Regiomontanus Pruſſus.
XLI. M. Wolfgang. *Heider.*, Guelphiſio-Turingus.
XLII. M. Georg. *Limnaus*, aliàs Wirn, Helvetus, ob. 1611.
XLIII. D. Ortolph. *Fomann*, ſenior, Siluſio-Hennebergicus, obiit 1634.
XLIV. D. Andr. *Libavius*, Hallenſis Saxo, abiit Rotenburgum ad Tubarim 1591. fit poſtea anno 1605. primus Gymnaſ. Coburg. Direct.
XLV. M. Chriſtoph. Hammer/ Hilperhuſanus, ob. 1597.
XLVI. M. Laurent. *Rhodomannus*, Cheruſco-Stolbergicus, abiit Stralſundam 1598.
XLVII. Lic. Elias *Reuſnerus*, Leorinus Sileſius, ob. 1612.
XLVIII. D. Petr. *Piſcator*, Hannoviâ-Rhenanus, ob. 1611.
XLIX. D. Thom. *Sagittarius*, Stendaliâ Marchicus, abiit 1616. Breslam, Gymn. Eliſabethani & reliquarum ſcholarum Inſpector, obiit ibi 1621.
L. M. Balthaſ. *Gualterus*, Allendorfio-Haſſus, ob. Brunſvvigæ 1640.
LI. M. Mich. *Wolf*, Ratisbonenſis, ob. 1623.
LII. D. Joann. *Gryphiander*, Oldenburgo-Friſius, diſceſſit 1618.
LIII. M. Henric. Hoffman/ Jenenſis, ob. 1652.
LIV. M. Theophil. *Ænetius*, Königsfeldâ-Miſnicus, ob. 1631.
LV. M. Quirin. *Cubachius*, ob. 1624.
LVI. D. Salomon. *Glaſſius*, Sondershuſanus, poſtea Superint. Gothan.
LVII. M. Philipp. *Horſt*, Brunſvicenſis.
LVIII. M. Daniel *Stahl*, Hamelburgo-Francus, ob. 1654.
LIX. D. Henric. *Neuenhahn*, Iſnacenſis, diſceſſit 1625.
LX. D. Ortolph. *Fomann*, Junior, Jenenſis, ob. 1640.
LXI. M. Paul. *Slevogt*, Poſſendorfio-Turingus, ob. 1655.
LXII. M. Hieron. *Prætorius*, Hamburgenſis, obiit Schmalcaldæ, 1651.
LXIII. M. Joh. Mich. *Dilherr*, Themarenſis, diſceſſit Norinbergam 1642.
LXIV. M. Joann. *Zeiſold.* Altenburgo-Miſnicus.
LXV. D. Joann. *Muſæus*, Longoprato-Schvvartzburgicus.
LXVI. D. Joann. Chriſtfried. *Sagittarius*, Uratislavienſis, abiit Orlamundam 1651. factus poſtea Superint. General. Altenburg. in Miſnia.

LXVII. M.Joann.**Friſchmuth**/Werthemio-Francus.
LXVIII. D.J.Erneſt.*Gerhard*,Jenenſis.
LXIX. M.Caſp.*Poſner*,Gerâ-Variſcus.
LXX. M.Georg.*Götz*, nunc Superint.Jenenſ.
LXXI. M. Erhard.*Weigelius*,Lipſienſis.
LXXII. M.J.Andr.*Boſius*, Lipſienſis.
LXXIII. M.Sever.Chriſtoph.*Olpius*, Iſnacenſis, poſtea D.Th.& Superint. Römhildenſ.
LXXIV. M.Friedeman *Bechman*,nunc D.Th.& Prof. Jenenſ.
LXXV. M.Godfried *Zapf*, Vinarienſis.
LXXVI. M.J.Chriſtoph.**Hundshagen**/Mülhuſinus Turingus.
LXXVII. M.Valent.*Veltheim*,Hallenſis Saxo,nunc D.Th.& Prof.Jenenſ.
LXXVIII. M.Phil.*Müller*, nunc D.Th.& Prof.
LXXIX. D.Caſp.*Sagittarius*,Lyneburgenſ., Hiſtoric. Ducalis Saxon.
LXXX. Georg. *Schubart*,J.U.D.Heldburgô-Francus.
LXXXI. Carolus *Caſſa*, Italus,D.Theol.
LXXXII. M.J.Andr.*Schmiedt*,Wormatienſis,nunc D.& Prof.Theol.Helmſt.
LXXXIII. M.J.Paul.**Hebenſtreit**/Thuringus.
LXXXIV. M. J. Andr.*Dantz*,Gothanus.
LXXXV. M.J.Jacob.*Müller*,Jenenſis.
LXXXVI. M.Georg.Albert.*Hamberger*,Francus.

*nuptiæ ſecundæ J.Frid. II.* *Amsdorf. labitur,* 1559. *excuſatur,*

§. 169. Eod. anno ad ſecunda vota tranſiit *Joann. Frideric.* XII. Jun. cum *Eliſabetha* Palatina. *Amsdorfius* in æſtu certaminis Majoriſtico-Meniani nimiùm excandeſcens humani quid pati viſus, aſſerens: *bona opera non tantùm non neceſſaria eſſe ad ſalutem, ſed potius pernicioſa.* Quam aſſertionem ſequente annô publico ſcriptô propugnavit. Sed tùm *pernicioſa* cenſuit, quando in forum juſtificationis invehuntur. Patronos & interpretes nactus eſt D. *Tilemannum Heshuſium*, (z) D. *Balthaſ. Mentzerum*, (a) & M. *Nic. Rebhan.* (b)

*M. Barthol. Roſin.* *Andr. Boëtius,*

M. *Bartholom. Roſinus*, (**Roßfeld**) Peſnicenſis Variſcus, ex Diacono Eccleſiæ Iſenacenſ. fit Paſt.& Superint.Vinarienſis. Succeſſit ei in Diaconia *Andr.Boëtius*, ſcholæ noſtræ Rector, qui verò eôpſe anno XXIII. Octobr. deceſſit. Monumentum ei fecit *Winerus.* (c)

*epitaph.*

*Hâc poſitus recubat tellure* Boëtius *ille*,
Iſiaci *ludi qui moderator erat.*
*Quô Rectore ſcholas* ſchola patria *præſtitit omnes*,
*vicini sêclo quas habuêre ſuo.*

Gram-

(z) in der nothwendigen Entſchuldigung und gründlicher Verantwortung wieder den ertichteten Bericht des Raths der alten Stadt Magdeburg von der Ausführung der Prediger daſelbſt/edit. 1562. (a) in der wiederholten Erläuterung des Communion-Streits/edit. Giſæ 1616. (b) lib.cit.p.218.ſeqq. (c) L.I. Tumulor. pag. 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Grammatices *palmam*, *teſtante* Melanthone, *ſub te*
Iſiaci *reliquis praripuêre ſcholis.*
*Quòd pius & ſanctis fueris virtutibus auctus*,
urbis & eximium præcipuumq́; decus;
*Præclarè doctus*, *præſtans virtute fideq́*,
*mortuus hanc famam poſt pia fata tenes.*
*Tu cum* Wachſmundo, *cenſoreq́*, *cum* Widebramo,
*ad ſacra Muſarum dux mihi primus eras.*
*Dum per Te noſtram deducta ſcaturit in urbem*
*fontis & Aönii vena ſuperſtes erit.*
Andrea, *partem capiens fundator honoris*,
*ore piæ celebris poſteritatis eris.*

In Rectoratu ei ſucceſſit M. *Frid. Widebramus*, etiam Peſnicenſis. *Boëtius*, gradû academico deſtitutus, Inſpectorem ſcholæ nactus eſt à Senatu M. *Barthol. Roſin.*, qui quovis menſe omnes quatuor claſſes (tot enim erant) inſtitutis examinibus viſitabat. Prœmium laboris erant XX. floreni. *Widebramus* verò noluit tolerare rivalem, Rector & Inſpector cœtûs ſui fidiſſimus. *M. VVidebramus*,

§. 170. Anno MDLX. mos pulſandi campanas mane ſeròque abrogatur. Aræ in templis mutantur ſic poſitæ, ut poſt eas ſtarent Miniſtri Eccleſiæ, nec terga amplius obverterent auditoribus. Circa hæc tempora *Strigelius*, Theologus Jenenſis, tùm alia paradoxa, tùm ſynergiſticum errorem inprimis ſparſit & defendit. Quare colloquium *de libero* arbitrio inter ipſum & Matthiam Flacium Illyricum Vinariæ inſtituebatur, quod *Amſdorſio* aliiſque Theologis multum faceſſebat negotii. De uſu clavium quoque lis mota ab Aula Vinarienſi Theologis Jenenſibus. M. *Balthaſ. Winterus*, Vir piè doctus, & Paſt. ibid., *Dürfeldium* JCtum alioſque, ipſius *Joannis Frid.* II. ſententiâ & diplomate damnatos, quòd Theologiam ex Seneca addiſci poſſe clamitarent, alioqui etiam vitæ minùs probatæ forent, ad uſum ſacræ cœnæ admittere noluit, petens unà cum reliquis Theologis Jenenſibus *Muſæo*, *Flacio*, *Wigando*, ut coram orthodoxis Doctoribus ex Dei verbo res dijudicaretur. Princeps verò, inſtinctu *Pontani* Cancellarii, cujus nutu omnia agebantur in Aula, bonum *Winterum* diu vexatum, jamq́ue lecto affixum & ferè agonizantem per Conſiliarios ſuos à ſacro munere deponi juſſit. Ceteri Theologi de gravi violatarum Chriſti clavium peccato, & fidi Paſtoris perſecutione reverenter ſimul & graviter monentes Principem, ad pœnitentiam flectebant. Poſcitur cenſura *Amſdorſii*, qui Miniſterium acerrimè defendit, causâ *Dürſeldii* ſociorumq́; ejus minimè probatâ. 1560. *Aræ mutantur*, *Strigelii error*, *lis de uſu clavium*, *Dürfeldii heterodoxia*, *VVinter deponitur*,

§. 171. Laudatus Princeps alienus primùm & abhorrens erat à doctrina *Victorini* de *libertate arbitrii humani* in converſione peccatoris, aliiſq́; erro- *Princeps alienus à Victorino*,

*favet tamen,* erroribus, perſuaſus tamen à *Pontano*, favere Victorino cœpit, propter eruditionem (quæ tamen magis philoſophica quàm theologica erat) & inſignem eloquentiam. *Theologi remoti,* Removit etiam ab officio *Illyricum* & reliquos Theologos *Victorino* adverſantes. Quem favorem ut eliceret ulteriùs, inque integrum planè reſtitueretur *Victorinus*, Theologis & Conſiliariis Politicis Saxonicis, nec non *Chriſtophori* Würtenbergici Legatis (qui familiariter cum ipſo hactenus Vinariæ congreſſi fuerant,) declarationem quandam confeſ-*confeſſio Victorini,* ſionis ſuæ exhibuit, eamque D. *Maximilian. Môrlinus*, Superint. Coburg., M. *Joann. Stôſſel.*, Superint. Jenenſ., *Andr. Miſenus*, Superint. Altenburg., M. *Joann. Höcknerus*, Paſt. Eiſenberg., & *Joachim. Stigelius*, Gothanus, unà cum Würtenbergicis D. *Jacobo Andreæ*, Præpoſito & Cancellario Univerſitatis Tubingenſis, & M. *Chriſtoph. Bindero*, Superint. Nurtingenſi, Sacræ Scripturæ, Auguſtanæ confeſſioni, articulis Schmalcaldicis, & Illuſtriſſimorum Principum Saxoniæ confutationibus, nec non Ducis Würtenbergici confeſſioni & apologiæ editæ conformem judicabant; mox tamen ipſe *Victorinus*, edito Commentario in Pſalmos Davidicos, & epiſtola ad Ducem Würtenbergicum, contra Theologorum ſuorum cenſuram, ſcriptâ, ſoricis inſtar ſe *proditur,* prodidit, omnemque effudit gratiam, ut etiam *Theodor. Schnepfius*, Erhardi Fil., Theologus Tubingenſis, affinis ejus, in ſolenni diſputatione (ſuppreſſo licèt nomine) dogmata ejus apertè confutârit.

§. 172. Poſt ſeditionem ruſticorum templum *Georgianum* vacuum *templum Georg. parochiale,* ſteterat, *Franciſcanorum* verò parochiale fuit. Cùm autem gravidis ſenioribus, & parvulis nimis moleſtum foret, quotidie in hoc aſcendere, utpote in ſublimiori urbis loco ſitum, Senator etiam nuper in via ob glaciem lubrica lapſus magnam valetudinis jacturam feciſſet, Senatus anno MDLX. *Georgianum* publicis ſumtibus inſtauravit, denuoque parochiale & primarium fecit. Ex æde *Franciſcanorum* fiſtulæ & tubæ organicæ, è templo *B. Mariæ* ſubſellia & aſſeres ad ſtructuram arcuatam, ſeu fornicem, hûc tranſ-*inauguratur, 1561.* lata ſunt. Inauguratio, ſeu conſecratio ſic fiebat. Prodibant Miniſtri Eccleſiæ Scholæque unà cum grege ſuo ex templo Nudipedum in hanc renovatam ædem, cantantes: *Da tuum nobis, Deus alme, verbum, & Papæ & Turcæ prohibeto cædes.* Primam concionem in ea habuit *Joann. Weiſius* *primus in eo copulatus, & baptizatus,* Superintendens. Primus benedictione ſacerdotali copulatus erat *Joannes Hundius à Wengheim* (non Wangenheim) (d) in Altenſtein cum nobili *Magdalena Goldackeria.* Primus in ea baptizatus *Joannes Gôbelius*, Paſt. poſtea Eccardshuſanus. Veteres inter Parochos reperi

*Parochi Veteres,*

| | |
|---|---|
| *Giſelherum* - - - - - | anno 1196. |
| *Ditmarum* - - - - - - | 1326. 1327. |
| *Henricum* - - - - - - - | 1381. |

*Mat-*

(d) M. Pfefferkorn in Thuring. ſua c. 25. p. 308.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Matthiam ab Herberſtein* - - anno 1397.
*Frid. Francum*, Presbyt. & Vicar. - - 1397.
*Henric. Sticheling* - - - 1456. & 1468.
*Chriſtian. Reinhardi* - - - 1486.
*Joann. à Grüſſen*, - - - - 1499.

Inter Vicarios offendi

*Hartung.* - - - 1309. Vicarii.
*Nicol. Larbach* - - - - 1386.
*Joann Roth* &
*Frid. Alber.* Vicar. B.V. & S. Georg. - - 1397.
*Conrad. Treuſchhern* - - - - 1403.
*Joann. Scholl* - - - 1465.
*Petr.* Müntzmeiſter - - - 1511.
*Henric.* Weiſenborn / dict. Schallbe &
*Brunon.* Müller - - - 1498.

Ceteros Paſtores, Diaconos, adeoque integrum Clerum producemus infrà. Nec præteribimus nunc Collectores ærarii eccleſiaſtici, Kirch-Kaſtens / nec Organiſtas hujus templi. Illi fuerunt:

*Joann. Noëda*, Senior, & Conſul, — collectores ærarii eccleſiaſtici.
*Theophilus Schöſſer*,
*Caſpar Purgold*,
*Juſtus* Krantz /
*Chriſtoph. Purgold*, 1579.
*Melchior Körber*, 1613.
*Joann. Rhön*, 1624. 1625.
*Chriſtoph. Purgold*
*Tobias* Himmel
*Jeremias Weymar*,
*Joann. Cunrad.* Krumbein /
*Chriſtoph Schlegel* 1658. 1661.
*Joann. Hartman Wigand*, etiam Conſul.

Hi verò:

*Theophilus Schöſſer*, Organiſtæ.
*Juſtus* Krantz /
*Michaël* Krantz / 1613.
*Joann. Engelhard* 1616.
*Petrus Alberti*,
*Honorius Lambertus*, 1641.

*Andreas Uſwald*, Sen. 1643. obiit 1662.
*Andr. Uſwald*, Jun. 1663.
*Joann. Chriſtoph.* Bach / 1666.

Nec reticebimus *Hierophylaces*, ſeu cuſtodes templi, qui fuêre:
*cuſtodes templi.* *Juſtus* Gürteler / aliàs Eſchenfarb / ab anno 1525. ad 1566.
*Benedict.* Gürtler / Juſti F., olim ludimoderator Milanus & Bergâ-Vierranus, obiit anno 1603.
*Valentin.* Stör / ob. 12. Maj 1626.
*Mich.* Frölich / ob. 1635. M. Octobr.
*Georg.* Boch / bonus Muſicus, ob. 8. Nov. 1668.
*Joann. Emmeric.* Pfefferkorn / Crucisburg., ludimoderator olim Miero-Lupnizenſis, ob. 1695.
*Joann. Georg.* Buch / Iſnacenſ., antea ſextæ Claſſis Collega ſcholaſticus.

1562. §. 173. Interim ad priorem ſuam confeſſionem *Victorinus* Jenæ in locum ſuum honorificè reſtitutus, Miniſtrisque Eccleſiarum in Thuringia *declaratio* ejus approbanda & ſubſcribenda obtruſa fuit, ut ex epiſtola *Joann. Friderici* II. ad *Weiſium*, Antiſtitem noſtrum, patet.

*litera Principis ad Weiſium.* Würdiger / Lieber / Andächtiger 2c. Nachdem Euch und männiglich bewuſt und unverborgen iſt / welcher Geſtalt ſich etzliche Jahr her in der Kirchen dieſes Landes eine langwürige ärgerliche Spaltung / Mißverſtand und Zwietracht vom Articul de libero arbitrio, und anderer etzlicher mehr Articul halber / zugetragen und gewährt. Damit nu der Kirchen Gottes / durch ſeiner Allmächtigkeit / Gnad und Verleihung von ſolchen abgeholfen / und reine Lehre dieſes / wie auch anderer Puncten halber / unverfälſcht erhalten werden möge / ſo iſt für Uns / und von wegen der Hochgebornen Hertzogen zu Sachſen / Unſerer freundlichen lieben Brüder / unſer gnädiges und ernſtes Begehren / Ihr wollet den Pfarrern und Predigern euer befohlnen Superattendentz förderlich und alſobald mit Ernſt auflegen und befehlen / hinfürter von ermeltem Articul / Vermöge und Innhalt Profetiſcher und Apoſtoliſcher Schrifften / Augſpurgiſcher Confeſſion und Apologie / auch unſrer hievorigen ausgegangnen Confutation gemäs / und nicht anders / zupredigen und zu lehren / inmaſſen Ihr für euch ſelbſt auch thun / und mit euern Diaconen dergleichen zu geſchehen verſchaffen ſollet. Was aber Magiſtrum Victorinum betrifft / ſo deßhalben angezogen worden / ſollet Ihr Euch / ingleichniß die andern Pfarner und Prediger / ſamt euren Diaconen / ſeinen Nahmen auf der Kantzel zu melden hinfürter gäntzlich enthalten / biß ihr und ſie / derer mit Ihm durch vieler / gottsfürchtiger / gelehrter / beſtändiger und fürtreflicher / außwärtiger und einländiſcher / Theologen gepflognen Handlunge / auch ſeiner darauf / durch Gottes gnädige Verleihung / gantz Chriſt-

Chriſtlich gegen Uns für wenig Tagen mündlicher und ſchriftlicher gethaner Erklärung / bis auf unſrer und mehr fürhabenden und ſchierſt künfftigen Viſitation nothürfftiglich berichtet werdet/ wie denn zu förderlicher Gelegenheit/wilß Gott/geſchehn / und nicht verbleiben ſol / zuvorſichtig / Ihr werdet Euch/mit und neben den andern/zu Erhaltung Gottes Wortes/und reiner unverfälſchten Lehre / desgleichen zu Pflantzung Fried und Einigkeit in der Kirchen / auch zu Abwendung und Verhütung fernern Mißverſtands/Spaltung/und Trennung / untérthäniglich und gehorſamlich verhalten und erzeigen. Daran geſchieht Unſer und gedachter Unſer lieben Brüder gefällige und zuverläſſige Meinung/Und Wir habens Euch Wiſſens zu empfahen / und darnach zu richten nicht unvermeldet laßen wollen. Datum Weimar Sonnabends nach Exaudi anno 1562.

§. 174. De hoc mandato Principis & *Victorini* reſtitutione ita *Amſdorfius* ad *Roſinum* ſuum. *& Amſdorfii ad Roſin.*

Venerando, pio & fideli Chriſti Miniſtro, Domino *Bartholomæo Roſino*, Paſtori & Superintendenti Vinarienſi, Majori ſuo & Fratri in Chriſto cariſſimo S. Literas tuas, Mi *Roſine*, in Chriſto Frater cariſſime, accepi, & tecum doleo de miſerrimo Eccleſiæ ſtatu. Dominus miſereatur noſtri. Dominus reſtituat eam in priſtinum ſtatum, quod tamen vix ſperare audeo propter ingratitudinem noſtram, quam Dominus omninò punire decrevit non ſolùm bello, fame, & vaſtatione harum terrarum, ſed, quod horribilius eſt, fame verbi Dei. Sed tamen orandum & ſperandum, ut ſaltem aliquæ reliquiæ maneant in his terris, ne in hac terra, ùt Sodoma & Gomorrha, intereat Eccleſia Chriſti. Hoc enim certum eſt: verbum Domini à nobis in aliam regionem migrabit *quoad vim & virtutem, & tantùm paleas & teſtas, ſonum ſcilicet externum, ſed depravatum, in ore nobis relinquet, ut nuſquam appareat publica Eccleſia pura, niſi fortè in aliquibus privatis ædibus conſervetur.* Sed de his ſatis. Ad duo mihi reſpondendum eſt in tua epiſtola: primò *ad mandatum Principis*; deinde *ad reſtitutionem Victorini.* Et quod Princeps mandat, quòd prædicare debemus de articulis contentioſis ſecundùm Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta, & ea, quæ conformia ſunt *Auguſtanæ Confeſſioni* & *Apologiæ* ejus, ac *confutationi Principis*, certè improbare non poſſum. Utinam omnes Reges id facerent, quemadmodum & à Deo mandatum eſt. Quod autem articuli Schmalcaldenſes ſunt omiſſi, ego in bonam partem interpretor, nec puto, fucum aut dolum ſubeſſe propter fidem & doctrinam Principis, quam admodum puram & ſinceram eſſe judico. Ego certè acquieſcerem & expectarem, donec dolus ſe proderet, ne judicarer Eccleſiam perturbare ſine cauſa. De reſtitutione *Victorini* ſubdubito, quid dicam. Ipſe non fuit *excommunicatus*, nec pro excommunicato putandus, nec errorem aliquem aut peccatum agnovit. Ideò non video, quomodo ſit abſolvendus & Eccleſiæ reconciliandus.

andus. Etiamſi errores habeat,tamen non tales eſſe puto, propter quos ab Eccleſia ſit excludendus, cùm ſint *diſputabiles*, & ſcholæ relinqui debeant ejuſmodi articuli. Nam ſe offert ad diſputationem & declarationem. Ergo certè excommunicari non potuit. Non enim propter quemlibet errorem excommunicandus eſt homo & vitandus,maximè cùm provocet ad Eccleſias vicinas.Igitur ante ſententiam vitari non debuit.In hoc enim graviſſimè peccatum eſt ab ejus adverſariis.Hi enim errores publicè taxandi ſunt,qui populum in fide ſua perturbant,& fidem eorùm ſubvertunt.Sed error de his articulis talis,quem *Victorinus* habet,non perturbat populum, nec fidem eorum ſubvertit. Poteſt enim populi fides ſtare cum hac opinione *Victorini*. Ideo quieſcerem, donec viderem, quomodo ſe declarâſſet & cum Theologis conveniſſet, ne majores tumultus ante cauſæ cognitionem excitarem in Eccleſia Chriſti, propter cujus tranquillitatem aliqua diſſimulari poſſunt. His non præſcribo legem conſcientiæ tuæ; nam contra eam agere aut facere nullo pacto debes: ſed amico Tibi conſulo animo, quantum ego intelligo. Unctio Spiritûs & fidei tuæ docebit te omnia. Dominus Spiritu ſuo te dirigat, gubernet & conſervet in cognitione Chriſti Jeſu noſtri Amen. Paſtor *Calenſis*, pius & probus Vir, reliquit miniſterium ſuum, conſcientiâ eum cogente, contra quam conſulere nolui. Vos, qui habetis verbum, judicium, ingenium & memoriam, conſulite inter Vos. Ego omnibus his deſtitutus repueraſco,ut inter Spiritus amplius dijudicare & diſcernere non poſſim. Die Leute ſind mir zu behend. Ego certè in hoc mandato nullum dolum ſubeſſe putâſſem: ſed id monitus,valdè timeo. Sed expectemus, donec dolus prodeat. Die 23.Maj. A.1562.

Nicol. Amſdorfius.

Oppoſuit ſe poſtea prolixiori ſcripto, apertè exponens, cur nemo bonâ conſcientiâ *Victorino* ſimpliciter ſubſcribere poſſit. Formula ſubſcriptionis ejus hæc:

*ſubſcriptio Amſdorfiana,* Dieweil der Herzn Viſitatoren declaratio öffentlich bekennt/ quod homo *purè paſſivè* ſe habeat in ſui converſione; &: quòd modus agendi non ſit modus agendi hominis,ſed Dei, qui per miniſterium verbi, tanquam inſtrumentum, cum homine agit, tùm ego Viſitatorum declarationi conſentio & ſubſcribo, und nicht weiter. Sic ille.

Hoc conſilium pleriq; Paſtores in vicinia ſecuti, Viſitatorumq; declarationi nomina ſua dederunt, & ſic exilii malum effugêre, quod ipſum tamen alii multi conſtanter ſubierunt, inprimis in Inſpectionibus *Jenenſi*, *Vinarienſi* *& aliorum,* & *Salſeldenſi*. *Georg. Rhônius* & *M. Juſtus Evander*, Diaconi Iſnacenſes,hâc conditione approbabant,quatenus cum S. Scriptura, confeſſione Auguſtana, articulis Schmalcaldicis, confutationibus Principum Saxoniæ, & vera orthodoxia conveniret,non aliter.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 175. Erant autem Viſitatores *Mörlinus* & *Stöſſelius* Theologi, nec non Politici, D. *Brückius* Cancellarius, D. *Clodius*, D. *Lucas Tangel.*, & D. *Henr. Huſanus.* Cùmq; plerisque Paſtoribus ſuſpecta foret *Declaratio Victoriniana*, Viſitatores aliam novamque *declarationem iſtius declarationis* proponebant, ut eò promtiùs faciliùsq; ſubſcriptionem elicerent. Erat autem hæc *ſuperdeclaratio* à mente *Strigeliana* aliena. *Declaratio*, quoad caput de *libero arbitrio*, hæc eſt:

In doctrina de *libero arbitrio* duo capita præcipuè conſideranda ſunt, quorum alterum eſt *efficacia*: alterum *modus agendi*, ſeu capacitas. Quod igitur ad δύναμιν, ſeu *vim*, vel *efficaciam* attinet, quâ & cogitamus & volumus, & perficimus Deo grata & noſtræ animæ ſalutaria, non eſt dubium, eam in lapſu primorum Parentum prorſus amiſſam eſſe, & huic contrariam ἀδυναμίαν, ſeu impotentiam, propagari in omnes homines, qui ex immundo ſemine naſcuntur, juxta hæc verba: *animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritûs Dei. Senſus carnis inimicitia eſt adverſus Deum. Legi enim Dei non ſubditur, nec ſubjici poteſt. Non ſumus idonei ad cogitandum ex nobis ipſis.* Item: *ſine me nihil poteſtis facere* &c. At ſi quis hanc impotentiam mentis, voluntatis, & cordis aut omninò negat, aut verbis extenuat, is non rectè ſentit de peccato originis, quod eſt non ſolùm defectus veræ ſapientiæ in mente, & carentia juſtitiæ & ſanctitatis in voluntate & corde: ſed etiam prava inclinatio, quæ parit dubitationes de Deo rebusque divinis, & contumaciam affectuum temerè ruentium contra legem Dei. Reſtituitur autem efficacia, de qua dixi, non humanis viribus, nec ullius creaturæ robore, ſed à Deo, per Filium Mediatorem & per Spiritum Sanctum, ùt hæc dicta clarè affirmant: *nemo poteſt ſibi ſumere quicquam, niſi ſit ei datum deſuper. Nemo venit ad me, niſi Pater eum traxerit. Deus eſt, qui dat velle & perficere. Per patientiam curramus in propoſito nobis certamine, reſpicientes ad fidei Ducem & conſummatorem Jeſum. Non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri loquitur in vobis.* Ex his & ſimilibus dictis perſpicuum eſt, efficaciam, ſeu vim, ſeu potentiam, quâ Deo placentia & nobis ſalutaria aut cogitamus, aut volumus, aut perficimus, non eſſe poſitam in noſtris viribus, quæ poſt lapſum reliquæ ſunt; ſed eſſe donum & opus Dei, renovantis ſuam imaginem in iis, qui propter Filium in gratiam recepti fiunt templa & domus Spiritûs Sancti. Quod verò alterum caput attinet, ſive *modus agendi*, ſive *aptitudo*, ſive *capacitas* appelletur, certiſſimum eſt, hominem differre ab omnibus creaturis, quæ nec mente, nec voluntate præditæ ſunt. Nam truncus nequaquam conditus eſt, ut ſit capax verbi & Sacramentorum, per quæ Deus eſt efficax in Eccleſia. Homines verò ſunt capaces vocationis divinæ, & per Spiritum S. non ſolùm aſſentiuntur verbo Dei, ſed etiam cuſtodiunt hoc præclarum depoſitum & magni pretii theſaurum. De hac aptitudine & capa-

*Declaratio Strigeliana,*

capacitate extat inſignis verſiculus *Nazianzeni* : *Deus me capacem boni poſuit, & robur præbet.* Et *Bernhardus* diſertè inquit : Deus eſt autor ſalutis. Liberum arbitrium tantùm capax, nec dare illam, niſi Deus ; nec capere valet, niſi liberum arbitrium. Quod ergo à ſolo Deo, & ſoli datur libero arbitrio, tam abſque conſenſu eſſe non poteſt accipientis, quàm abſque gratia dantis. Item : *tolle liberum arbitrium, non erit, quod ſalvetur : tolle gratiam, non erit, unde ſalvetur.* Etſi autem appellatio liberi arbitrii multis inviſa eſt, tamen in his dictis *Bernhardi* nihil aliud ſignificat, quàm ſubſtantiam mentis & voluntatis, cui ſi non reſtituatur à Spiritu S. δύναμις credendi, quam Scriptura amiſſam eſſe pronunciat, nec verbo, nec Sacramentis, mens aut voluntas, aut cor movetur. Quamobrem ſi in humano arbitrio poſt lapſum conſideraveris vim agendi, non eſt niſi ſervum, aut captivum Satanæ. Si autem in eo conſideraveris aptitudinem, non eſt ſaxum aut truncus, ſed eſt in hoc divinitus conditum, ut ſit capax cœleſtium donorum Spiritûs Sancti.

*ſubſcriptio Victorini,* Ego *Victorinus Strigelius* hâc ſubſcriptione teſtificor, congruere hanc commemorationem cum iis, quæ & privatim, & coram Nobilibus & Clariſſimis Viris, Dominis Conſiliariis Illuſtriſſimi Principis, Domini *Joannis Frid.* II. Ducis Saxoniæ, & Theologis, ex ſua Provincia delectis, & inter duos Theologos Würtenbergicos, & me acta ſunt M. Majo anno 1562. Et in declaratione, huic ſcripto inſerta, piè ac conſtanter acquieſco.

*& aliorum,* Nos D. *Maximilianus Mörlin*, Paſt. Superintendens Coburgenſis, M. *Joann. Stöſſelius*, Superintendens Jenenſis, *Andreas Miſenus*, Superintendens Altenburgenſis, M. *Joann. Höcknerus*, Paſt. Iſenbergenſis, & *Joachimus Stigelius*, Gothanus, teſtamur, hanc declarationem in publico Conſiliariorum ac Theologorum conſeſſu ita recitatam eſſe, quam judicamus congruere cum verbo Dei, Auguſtana confeſſione, & Illuſtriſſimorum noſtrorum Principum confutationibus.

Nos Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini *Chriſtophori*, Ducis Würtenbergenſis, ſubſcripti Theologi teſtamur, hanc declarationem in publico Conſiliariorum & Theologorum conſeſſu ita recitatam eſſe ; quam judicamus congruere cum verbo Dei, cum Auguſtana confeſſione, cum Schmalcaldicis articulis, & Illuſtriſſimorum Ducum Saxoniæ confutationibus, ac Illuſtriſſimi Ducis Würtenbergenſis confeſſione & apologia edita. Actum Vinariæ XI. Maj. 1562.

*Jacobus Andreæ*, D. Præpoſit. & Cancellar. Acad. Tubingenſ.

*Chriſtophor. Binderus* M. Superint. & Paſt. Nürting.

Sed nimiùm fiſi ſunt *Victorino*, civi ſuo, Würtenbergenſes Theologi ceteriq; Legati.

§. 176. Hæc declaratio cùm mitteretur *Amſdorfio*, de ea rurſus ad *Roſinum* ita:

Vene-

Venerando & Erudito Viro, Domino *Bartholomæo Roſino*, Paſt. & Superint. Eccleſ. Vinarienſ. pio & fideli, Fratri in Domino cariſſimo S. Mi amantiſſime in Chriſto Frater, ſic ſentio de *Victorini declaratione*, quoad *primam* partem de *efficacia*, eſt vera & certa, ab omnibus fidelibus tenenda & credenda. *Secunda* autem pars de *modo agendi* Dei, in qua dicit, Deum aliter agere cum homine, quàm cum reliquis creaturis, ſi id intelligit de *extrinſeco* modo agendi Dei, hoc eſt, de externis mediis, quibus Deus hominem convertit & juſtificat, ſimiliter vera eſt. Nam Deus agit cum homine in converſione ejus per Miniſterium verbi & Sacramenta. Quia homo eſt naturâ ſuâ creatura volens & intelligens, capax verbi & Sacramentorum. Non enim eſt truncus, aut lapis, qui harum rerum non ſunt capaces; ideò aliis mediis opus habent. Et ſic quoque verum eſt, quòd magna eſt differentia inter hominem & reliquas creaturas, quæ omninò nihil intelligere nec velle poſſunt. Si hoc modo quieſceret *Victorinus*, tùm propter pacem Eccleſiæ toleranda eſſet ejus declaratio. Si autem de *intrinſeco* modo agendi Dei id intelligere velit, de verbo cordis ſui, quo omnia creat & facit, & conſervat, ſicut ſcriptum eſt: *Dixit, & facta ſunt, mandavit, & creata ſunt*: tùm eſt falſa & planè contra Paullum. Nam Deus nequaquam aliter agit cum homine, quàm cum reliquis creaturis: ſed uno & eodem modo agit cum omnibus creaturis, ſcilicet ſuo velle & dicere, ùt ex Moſe patet & Pſalmo jam citato. Quem igitur vult & eligit, hunc convertit & juſtificat, juxta illud: *miſeretur, cujus vult.* Et iterum: *non eſt currentis & volentis, ſed Dei miſerentis.* Et hoc modo, quoad Deum agentem, nulla eſt differentia inter hominem & truncum, quæ inter ſe ſunt diverſiſſima, & ideo nos, ùt ex Propheta Paulus inquit, ſumus tanquam *lutum* in converſione noſtra. Ipſe autem Dominus eſt *figulus*, qui ex *luto*, id eſt, ex tota maſſa perditionis humani generis, fingit & format vaſa miſericordiæ, quæ vult, ſecundùm propoſitum ſuæ voluntatis. (e) Habet quidem homo intellectum & voluntatem, quoad creaturas juxta & infra ſe: ſed ille ipſe homo, à Deo intelligens & volens creatus, quoad Deum nec intelligens, nec volens eſt, ſed inſipiens & nolens. Deus autem ex inſipiente ſapientem, & ex nolente volentem facit, quemadmodum ex impio pium & juſtum facit. Et in ſumma: docere & credere, Deum alio modo agere cum homine, quàm cum reliquis creaturis, eſt philoſophicum commentum & humanum figmentum. Aliis quidem mediis externis agit cum his, quàm cum illo: ſed uno & eodem modo, ſuo dicere, electione ſuâ & voluntate. In hac re omnes hallucinantur. Loquuntur enim de voluntate hominis, quaſi eſſet ejusdem efficaciæ & virtutis coram Deo, cujus eſt coram creaturis. Quod planè eſt contra Paullum & Prophetam, qui dicunt, hominem in ſui converſione coram Deo eſſe tanquam *lutum*, quod formatur ad voluntatem figuli

*Judicium de ea Amſdorfii.*

(e) Rom. IX.

guli ſui. Sic & ego cum illis ſentio, à quibus diſcedere non tutum eſt. Quicunque ab eis diſcedunt, periculosè diſcedunt, & impiè detorquent perſpicuos Scripturæ locos ad ſuum ſenſum. His bene vale cum tota familia. XXIX. Maj. Anno 1562.

Nic. Amſdorfius.

Scheda impoſita.

In ſumma coram creaturis homo eſt *nolens & volens*; coram Deo hæc ipſa creatura *nolens & volens*, etiamſi ſit rex & tyrannus, eſt in manu Dei, & inclinat eum, quò vult. Ideo cum voluntate hominis non aliter agit, quàm cum reliquis creaturis, ut nihil *velle* aut *nolle* poſſit, niſi quod vult Deus, hoc eſt, velle ſuo & dicere intrinſeco, ſed diverſis mediis externis agit Deus cum univerſis creaturis. Dat. 3. Jun. A. 1562.

Nic. Amſdorfius.

*M. Roſin. pulſus,* §. 177. Noluit *Roſinus* declarationi Strigelianæ ſubſcribere, cùmque ſimul exceſſus quosdam aulicos, inprimis malitiam *Pontani* Cancellarii, ex officio caſtigâſſet, motus loco ſuo, inque exilium pulſus, Paſtor conſtituitur eod. anno *Waldenburgenſis* in Baronatu *Schönburgico*. Revocatus quidem *Vinariam*, expugnatô *Grimmenſteiniô*, tandem verò Antiſtes fit Eccleſiæ *Ratiſbonenſis*, ubi vitæ finem fecit. Exuli *Amſdorfius* ita ſcripſit:

*litera ad illum.* Reverendo & pio Viro, Domino *Bartholomæo Roſino*, Exuli Chriſti doctiſſimo, Domino & Fratri ſuo in Chriſto amantiſſimo S. Si Princeps has conditiones, quas ipſi præſcripſiſti, admitteret, tùm ſalva eſſet Chriſti Eccleſia in hac terra; & Deo pro ſuo immenſo beneficio non ſatis gratias agere poſſemus. Quid enim amplius optaremus? &c. triſtis eſt anima mea ad mortem uſque, quòd hæc civitas, (Magdeburgum) quæ in curſu verbi tam benè incepit, jam tàm fœdè cadere debeat. Erat enim ſemper tàm pia & benigna erga Miniſtros Chriſti. Quomodo igitur nunc mutata ſit in tantam tyrannidem erga illos, mirari ſatis non poſſum. Sed quia Evangelium à Nobis migrabit, ideo Miniſtri ejus prius ſunt ejiciendi, damnandi &c. His ejectis regnabit vanitas & mendacium, ut ante diem illum, quando Dominus venerit, fides in terra non inveniatur. Dominus miſereatur noſtri, & ſuam Eccleſiam gubernet & defendat, ne à vera fide deficiat. His bene vale. Ult. Nov. 1562.

Nic. Amsdorf. ex corde & animo totus Tuus.

*ſuperdeclaratio,* §. 178. Addo nunc *ſuperdeclarationem*, quæ in hunc modum habet.

1\. Erſtlichen / daß Sie betrachten wollen den ſtatum controverſiæ, welcher im erſten Theil der declaration begriffen / und / Gott Lob / mit Gottes Wort alſo gegründet und befeſtiget / daß er billich von ihnen unangefochten bleiben ſolte. Sintemal dieſes unſer aller einhellige Meinung / daß

dem

dem verderbten Willen des Menſchen gantz und gar keine Krafft / Wirckung oder Mitwirckung in der Bekehrung zu geben ſey / ſondern daß alle gute Gedancken / alles gutes Wollen / Glauben / und Vollbringen allein Gottes Gabe und Geſchenck ſey.

Zum andern / und dieweil alhier nicht allein gefragt wird / von wem die Bekehrung und Wiedergeburt geſchehe und herrühre / und was hiezu des Menſchen Vermögen / oder nicht ſey / ſondern auch / wodurch Gott dieſelbige in dem Menſchen wircke und zurichte / und die Schrifft beyde Stücke unterſchiedlich handelt / ſo hat auch die declaration auf beyde Stücke unterſchiedlich antworten ſollen. Und iſt dieß die Summa des andern Theils / nemlich / daß Gott den Menſchen / nicht ohne Mittel ſeines göttlichen Wortes / bekehre / und mit dem Glauben an Chriſtum begabe / ſondern daß er ſolches durchs Wort und Predigtamt ausrichte / welches dann der Menſch hören / leſen / lernen / auch etlicher Maßen betrachten kan. Solch eußerlich hören und betrachten / welches kein unvernünftig Thier / auch kein Stock oder Block thun kan / auch dazu nicht erſchaffen iſt / wird alhie genandt modus agendi, capacitas, oder aptitudo, darum daß der Menſch / ob er wohl durch die Erbſünde alſo vergifftet und verderbt iſt / daß er in göttlichen und geiſtlichen Sachen / aus natürlichen Kräfften / nichts verſteht / wie der Apoſtel ſagt: animalis homo non percipit &c. dennoch das eußerliche mündliche Predigtamt hören / und etzlicher Maßen betrachten kan / die Verheiſung aber mit dem Glauben annehmen / oder dem Wort des Glaubens zu gehorſamen / iſt und bleibt allein Gottes Krafft und Wirckung. 2.

Zum dritten / ſo iſt ihnen angezeigt / fürgelegt und gewieſen worden / woher dieß andre Stück genommen ſey / nemlich aus den hellen / klaren Zeugnißen Gottes Wortes / und ſonderlich der Epiſtel Paulli / (f) da er weiſet / wie es alſo von Gott geordnet / daß ohne die Predigt niemand zum Glauben kommen könne. Wie ſollen ſie glauben / ſpricht er / von dem ſie nichts gehört haben? Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu &c. (g) Quisquis audierit à Patre meo, venit ad me. (h) Item: aus den folgenden Sprüchen Confeſſ. Auguſtan. Per verbum & Sacramenta datur Spiritus S., qui efficit fidem, ubi & quando viſum eſt Deo in iis, qui audiunt Evangelium. Quando Sancti Patres liberum arbitrium defendunt, capacitatem libertatis ejus prædicant, quod ſcilicet verti poteſt ad bonum per gratiam Dei, & fieri reverà liberum, ad quod creatum eſt. (i) Cenſura Megapolenſis: Daß Gott den Menſchen nicht ohne Mittel ſeines göttlichen Worts / auch nicht / als einen Pflock / der gar nichts thue / bekehre: ibidem; homo cùm aſſentitur promiſſioni, non facit hoc vi, aut dignitate liberi arbitrii, ſed Dei efficaciâ, qui hoc modo per verbum & vocem Evangelii, & non aliter eſt efficax. 3.



(f) c. X. (g) Joh. III. 5. (h) c. VI. 65. (i) Luter. T. I. p. 136.

ficax. Aus dieſen Zeugniſſen wie das ander Theil der declaration genommen iſt/alſo ſol es auch denſelben gemäs/und nicht anderſt/verſtanden werden.

4. Zum vierten/ſo iſt auch alhier vermeldet worden / daß dieß andere Stücke keines Wegs dem erſten zuwieder ſey / ſintemal es nicht von einer innerlichen Geſchicklichkeit/Vermögen/oder Wirckung redet/ſondern nur von der eußerlichen pædagogia, das Wort zu hören / und werde derhalben verſtanden in rebus ſpiritualibus de capacitate, ſeu aptitudine paſſiva, ſeu potentiali, ſeu vertibili, zur Unterſcheid andrer Creaturen / ſo hierzu nicht erſchaffen/auch derowegen das Wort ihnen nicht geprędigt wird / wie auch Luterus im nachfolgenden Spruch zuläßet. (k) At ſi vim liberi arbitrii eam diceremus, quâ homo aptus eſt rapi Spiritu & imbui gratiâ Dei, ut, qui ſit creatus,ad vitam,vel mortem æternam,rectè diceretur. Hanc enim vim,hoc eſt,aptitudinem, ſeu,ùt Sophiſtæ loquuntur,diſpoſitivam qualitatem & paſſivam aptitudinem & nos confitemur,quam non arboribus,neque beſtiis inditam eſſe,quis neſciat? neque enim pro anſeribus,ùt dicitur,cœlum creavit.

5. Zum fünften/ſo iſt auch angezeigt/ daß dieſe vocabula,aptitudo & capacitas,nicht denen opponirt werden/die alles Vermögen des menſchlichen Willens in geiſtlichen Sachen niederſchlagen/und mit Paullo ſagen: animalis homo non percipit ea &c. ſondern den Manicheern/ Enthuſiaſten/ Schwenckfeldiſten/und andern Schwärmern/die außer dem Wort und Predigtamt Erleuchtung und Bekehrung zu Gott ſuchen und vorgeben.

6. Zum ſechſten und letzten / ſo iſt auch dargethan / wie dieſe declaration nicht allein mit göttlicher Schrifft/und andern unſer Kirchen Bekentniſſen/ſondern auch mit den Fürſtlichen confutationibus übereinſtimme/ nemlich das erſte Theil mit dem loco de libero arbitrio, das ander Theil mit der confutation Schwenckfeldii, wie ſolches beydes die Würtenbergiſche und Sächſiſche Theologen, ſo bey dieſer Vereinigung geweſen/ mit ihrer Subſcription bezeugt und beſtätigt haben.

Hanc eſſe meam ſententiam, & me *Victorini* declarationem ita & non aliter intelligere, hâc meâ manû teſtor Ego *Maximilian. Mörlin.* D. Paſt. Coburg.

*Joann. Stößelius* in hanc ſententiam *Victorini* declarationem intellexit, eamque ſubſcripſit.

*Flacii doctrina de peccato ſubſtantiali.*

§. 179. Agitari quoque cœpit eod. anno controverſia de *peccato originali*: an *ſubſtantia* ſit,vel *accidens*? occaſione datâ ex colloquio Vinarienſi, anno ſuperiori habito,in quo *Flacius* prius aſſeruit. Et ſanè *Amſdorſius* maluit *ſubſtantiam*,quàm accidens vocare. Perſuaſus enim erat,ex vocabulo *accidentis* extenuari peccatum originale, quaſi res levicula foret, quæ citra ſubjecti corru-

(k) T.III.p.177.

corruptionem adeſſe vel abeſſe poſſet. Cuncta clariùs expoſuit in literis D. *Monnero*, Prof. Jenenſi, inſcriptis.

Doctiſſimo & Pio JCto D. *Baſilio Monner*, Prof. Jenenſi, Compatri ſuo & in Chriſto Fratri cariſſimo S. Mi Compater amantiſſime, ut mentem meam de peccato originis aperiam, *an ſit ſubſtantia vel accidens?* nihil melius poſſum, quàm quòd verba Scripturæ tibi proponam, nec ſatis mirari poſſum, quòd de hac re philoſophari poſſunt, qui Chriſtiani eſſe volunt, cum Scriptura clarè & apertè dicat: hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei eſſe conditum, nempe integrum & juſtum. Ad *ſubſtantiam* autem & *eſſentiam* integri & juſti hominis requiritur non ſolùm, ut ſit *intelligens & volens*; id enim eſt omnibus & piis & impiis commune; ſed ut ſit *rectè intelligens & bene volens*, h.e. volens & diligens juſtitiam, & odiens iniquitatem, ita, quòd *ſubſtantia* & eſſentia liberi arbitrii hominis duas habeat partes, alteram *intellectum & voluntatem*, alteram *rectum intellectum & bonam voluntatem*. Prima pars manſit poſt peccatum, altera verò tota corrupta & depravata eſt, ut amplius rectè intelligere, & bene velle & intelligere non valeat. Jſt nun das ein accidens, ſo iſts fürwahr ein ſtarck accidens, quod nulla creatura nec in cœlo, nec in terra mutare poteſt. Quomodo enim peccatum originale *accidens* eſſe poteſt, cùm ſemen, pars *eſſentialis* hominis, ex quo naſcitur homo, ſit corruptum & depravatum? ideo ſicut juſtitia originalis fuit *ſubſtantia & eſſentia* hominis integri & juſti: ita peccatum originale eſt *ſubſtantia & eſſentia* hominis corrupti & depravati, quæ mutari & alterari non poteſt, niſi per regenerationem, quæ eſt mutatio non accidentium, ſed *ſubſtantiarum* & naturarum. Ideo Chriſtus dicit: Niſi quis renatus fuerit &c. & propterea ad converſionem & juſtificationem hominis non requiritur *alteratio*, quæ eſt accidentium & qualitatum, ſed *regeneratio*, quæ eſt perſonarum, *ſubſtantiarum* & naturarum. Qui his divinis verbis non credit, ille ſanè credat ſuis philoſophicis ſpeculationibus, & expectet fructum, quem inde habebit. Si *accidens* eſſet peccatum originale, tùm homo ſeipſum ab eo per alterationem liberare poſſet, & non opus eſſet *regeneratione*, quæ fit ver verbum & Spiritum Chriſti regenerantem, id quod vult Satan per ſua organa, ut non ſolùm Chriſto, ſed etiam noſtris alterationibus & operibus ad noſtri converſionem indigeamus, ut ſic non ſolùm in Domino JEſu Chriſto, ſed & de operibus noſtris gloriemur. Hæc eſt voluntas Satanæ, qui his monſtris gloriæ Chriſti & noſtræ ſaluti inſidiatur. Er muß den Samen des Weibs/und ſeinen Anhang in die Ferſen beißen/da wird nichts anders aus. In ſumma: ſi peccatum originale *accidens* eſſet, quid opus eſſet *regeneratione*? *accidens* enim per *alterationem* ſine *regeneratione* tolli & mutari poteſt. Hæc quoque ſcripta eſſe volo Nepoti meo *Friderico*, cui, & omnibus, qui cupiunt, hæc communicare potes. Vale. Datæ Iſenaci 6. Octobr. anno 1562.

*Litera ad Monnerum.*

Nic. ab Amſdorf.

*lites ob Frauenſéam extincta, Stella occiſus, epitaph.*

§. 180. Eod. anno XXX. Auguſt. extincta & amota ſunt omnia diſſidia inter Saxonem *Auguſtum* Elect., *Joann. Frideric.* II. & *Philippum*, Haſſiæ Principem, ob fines *Frauenſeenſes*, hactenus ferventia. *Stella*, inſignis & formoſus juvenis, in ſylva Solitarienſi anno ætat. ſuæ XXIII. à ſicario nefariè occiſus hoc meruit epitaphium à cive ſuo *Winero*. (l)

*Indignè occiſi juvenis miſerabile corpus,*
*quod completa cadens alma recepit humus.*
*Tollite vos Nymphæ, & terrâ componite veſtrâ,*
*atq; viatori hæc verba legenda date.*
*Hic ſitus eſt juvenis, crudeli morte peremtus,*
*cui neque par formâ pulcher Adonis erat.*
*Ceſſit ut inſigni facie Cybeleius Atys,*
*Cyllarus ut Gnidii candida forma Gygis.*
*Qui dum conducto Comiti confidit & anteit,*
*incautum à tergo latro ſecure ferit.*
*Quisquis es, ô hoſpes, ſylvam ſubiturus eandem,*
*obſerva, ne quis ſic tibi monſtret iter.*

*M. Stigel abit, fata ejus, obit. Stigel. Poëta, VVidebramus, vita & fata ejus,*

§. 181. Cùm M. *Stigelius* Diaconus concionem matutinam in æde *Georgianâ* haberet, & neſcio in quos inveheretur acriùs, ſimul officium reſignavit, finitoque ſermone urbe exceſſit. Diu vagatus per oppida & agros nullibi pedem fixit firmum, tandem ruri prope *Altenburgum* in Miſnia peſte extinctus, ſepultusque in pago quodam, cùm paulò antè condixiſſet operam ſuam Comiti cuidam ad Gallos abituro, ſtipendium Eccleſiaſtis caſtrenſis meriturus. Patrueli ejus M. *Joanni Stigelio*, Poëtæ venuſtiſſimo, diarrhæâ præmaturè defuncto, in cathedra Jenenſi ſucceſſit M. *Widebramus*, moderator antea ſcholæ Serveſtanæ & noſtræ. Epitaphium illius dabit *Winerus*. (m) Hic autem Philippiſmo & Synergiſmo infectus cum D. *Matthia Colero*, D. *Nic. Schellero* JCtis, *Ludovico Sturmio* M. D., M. *Ægidio Salio*, M. *Frid. Penſoldo*, & M. *Adamo Byſſandro*, Phil. Prof., dimiſſus anno 1569. Jenâ *Wittebergam* abiit, ſuffectus *Paulo Ebero*, Paſtori & Superint., obtento ibidem Doctoratu Theologico anno MDLXX. XXIX. Mart. Seductus verò à *Peucero*, aliisque, ad Calviniſmum defecit. Seceſſit ergo *Numburgum*, ibique triennium hæſit, ſacris metris tempus & miſeriam fallens demulcensq; ſuam. Crebriùs enim ad familiares ſuos:

*His ſtudiis miſcere preces lachrymasq; ſolebam,*
*pulſus in exilium cùm* Widebramus *eram.*
*Solus eram, nec coram tamen illo tempore ſolus,*
*quando ſuo mecum Numine Chriſtus erat.*

Et ali-

(l) L. II. Tumulor, num. 1. (m) L. I. Tumulor. num. 6.

Et alibi:

*Liber ab exilii dimiſſus carcere tandem,*
*rurſus in exilium triſte profectus eo.*
*Patria terra vale, cœleſtis patria ſalve,*
*qualibet eſt forti patria terra: vale!*

Numburgo etiam ejectus ſacro munere in *valle Deciana*, juſſu *Joannis* Naſſovici, fungebatur. Vocatus denique ad reformandas ſcholas & Eccleſias à *Joanne Caſimiro* Palatino *Heydelbergam*, ubi conditus jacet. Malè à *Nathan. Chytræo* (n) Numburgenſis dicitur, ſiquidem Peſnicenſis erat. *M. Adrian. Beyer* ita de eo:

Fridrico *ſummos* Widebramo *Leucoris offert*,
Philoſophi *titulum* Theiologiq; *gradum*.
Jena *profitenti* Decianaq; *porrigit* aures
Vallis, *defunctum* myrtea *condit* humus.

§. 182. Circa finem hujus anni *Theodor.* Raffenböhl / Paſtor Mengrichshuſanus, M. *Jeremias* Homberg / Fritzlarienſis, *Joann.* Kleinſchmiedt / Paſt. Alrichshuſanus, (qui ſuo & aliorum nomine ſubſcripſerant,) dijudicationem controverſiæ, quæ inter *Mich. Jacobinum*, Calvinizantem, & *Jeann. Lycaulam*, Luteranum, Eccleſiæ Corbachenſis Miniſtros, de ſanctitate liberorum à Chriſtianis ſatorum, & adhuc in utero materno exiſtentium, exorta erat, à Miniſterio Iſnacenſi petiêre & obtinuêre, ut fictitiam illam ſanctitatem ab aliis venditam, tanquam erroneam rejicerent, contra aſſerentes: omnes liberos, etiam ſanctorum, in peccatis concipi, naſci, nec niſi per regenerationem ſanctificari. (o) *Judicium Miniſterii noſtri expoſcitur,*

§. 183. *Joannes Weiſius*, Paſtor tunc Schweinenſis, in famoſo iſto tumultu ruſtico ſeditioſis nonnihil faverat, ſed ociùs rediit in viam. Vocatus deinde Eccleſiæ noſtræ Diaconus, eruditionem cum pietate & induſtria fermentatam exhibuit, ut quoque circa exodum anni MDLI. Antiſtes Eccleſiæ hujus conſtitutus fuerit, ſuccedente ipſi in Diaconia *M. Roſino.* Quô munere cùm XII. annis dexterrimè functus eſſet, Dominicâ *Oculi* inter concionem ſyncope correptus tertio pôſt die placidè exſpiravit. Cubat in cœmeterio juxta ὀςοδοχεῖον. Eo quippe tempore neque nobiles neque ignobiles condebantur in templis. Poſuit ei *Winerus* monumentum. (p) 1563. *Weiſii error, & laudes, & mors,*

*Iſiacos inter celebres pietate Miniſtros,*
*qui populo verbum propoſuêre Dei,*
*Tu quoque non tumulis es prætereundus in iſtis,*
*ô celebris gratâ ſimplicitate Pater!* *epitaph.*



(n) in deliciis Europæis p. 444. (o) Rebhan. l. c. p. 288. (p) L. I. Tumulor. p. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sive mihi Latio* Albinus, *ſeu candidus ore*
*dicere: certè in Te candor honeſtus erat.*
*Pro populi captu non convenientior alter*
*Te fuit, ut pietas cui tua nota fuit.*
*Quippe piâ vitâ, verbô, exemploq́, docebas,*
*& monitis tua vox grata ſenilis erat.*
*Cùm pius è patria diſceſſit* Menius *urbe,*
*illi templorum tradita cura fuit.*
*Hanc aliquot geſſit non infeliciter annis,*
*donec jam vires ſuccubuêre Senis.*
*Ergo Deo reddens animam diſceſſit ab orbe,*
*& requiem in Chriſto çontumûlatus habet.*

*M. Aldendorf ſomnium Amſdorfii,* 1564. *mutatio concionis in ſacello S. Annæ, vocatio Kymæi & Gôbelii, J. Caſimir. nat. D. S. Ann.* Purgold/ *& H. Scholl. obit, epitaph.*

§. 184. Suffectus in ejus ſedem *M. Joannes Aldendorfius*, Weiſmainenſis Francus, Diaconus Coburgenſis. Dormiens aliquando *Amſdorfius* in publico diverſorio à duobus Nobilibus jam pridem vitâ functis, quos duo præceſſerant adoleſcentes, faculas manibus geſtantes, excitatus fuit, juſſusq́;, omni ſepoſito metu, ſurgere. Dicto audiens ille ſurrexit: tùm Nobiles iſti literas ad calamum ei dictârunt, mandantes, ut ſeni cuidam Principi N. offerret. His dictis evanuêre. Amſdorfius verò literas Principi iſti tradidit. (q) Hactenus quâvis ſeptimanâ die ☿ in ſacello *Annæano* à Diacono concio habita erat pro vetulis, (für die alte Leute im Spittel/) quam *Aldendorfius* in diem Dominicam tranſtulit, ſic, ut mane circa ſextam Evangelium ordinarium exponeretur. *Sebaſt. Kymæus* ex Paſtoratu Settelſtadienſi ad Diaconiam, & *Eraſmus Gôbelius* Lengsfeldenſis in ſcholam vocatur. Die XII. Jun. naſcitur *Joann. Caſimir.* in arce Grimmenſtein. Obiêre *Anna Purgoldia, Theophili Schoſſeri* conjux, (cujus epitaphium dabit *Winerus*, (r) ] & *M. Henricus Schollio* COS.

*Hac requieſcit humo reſolutis* Schollio *membris,*
Schollio, *qui patriâ Conſul in urbe fuit.*
*Extinctum deflet civis: ſibi luget ademtum*
*curia: defunctum patria terra dolet.*
*Non rudis aut animi fuit expers: Palladis artes*
*hauſerat, ingenii Vir ſapientis erat.*
*Rebus in ambiguis ſi quæ facienda fuerunt,*
*officio functus Conſulis ille fuit.*
Juſtitiæ fidus cuſtos: tutela piorum,
laus patriæ, Aöniæ gentis amicus erat.
*Conſul erat, curſûq́, fere jam muneris octo*
*lux Octobris ubi viſa ſecunda fuit.*

(q) vid. colloqu. menſal. Luter. c. 24. f. 216. (r) L. II. Tumul. num. 2.

*Vita*

*Vita huic mundana valedixit, & aſtra petivit,*
*jamq́; poli civis munera ſancta gerit.*
*Salve, ſancte Senex, manes ſalvete beati,*
*omnipotens cœli quos Pater ipſe tenet.*

§. 185. Ambulabat quoque viam univerſæ carnis *Amſdorfius* XIV. Maji anno ætat. LXXXII. ſepultus in templo Georgiano. Concionem funebrem recitavit *Aldendorfius.* E regione ſepulcri integra Epiſcopi effigies ſaxo inciſa cum inſcriptione: 1565. *obitus Amſdorf.*

Anno Domini MDLXV. XIV. Maj. iſt der Edle und Ehrwürdige Herr Niclas von Amsdorff/verjagter Biſchoff zu Zeitz und Naumburg/ in Gott ſelig verſchieden/ſeines Alters 82. Jahr. *epitaph.*

Lapidi ſepulcrali hæc verba inſcripta:

Ich weiß/daß mein Erlöſer lebt &c.

Hier liege / ruhe und ſchlaffe ich/
bis Chriſtus am jüngſten Tag erwecket mich/
der da regiert und lebt ewiglich/
und vom Tode erlöſet mich/
als ich entſchlafen und begraben bin/
ſo wird Er mich doch rücken hin
aus dieſem Grabe / und mich ümgeben
mit meiner Haut zum ewgen Leben/
alsdenn wirds gewiß geſchehn/
daß ich in meinem Fleiſch werde ſehn
mit meinen Augen Gott den HErn mein/
und ewig ſein Mitgenoß ſeyn.

Veniens veniet & non retardabit, 1565.

*Ille tuum multos qui verbum, Chriſte, per annos* *aliud,*
*nobile confeſſus, nobilis ipſe fuit.*
*Multa tuo paſſus pro nomine: pro grege multa:*
*ſparſit ubi furias Sphynx truculenta ſuas.*
*Magnus in exigua jacet hîc* Amſdorfius *urnâ,*
*complevit poſtquam luſtra bis octo Senex.*
*Curſum confecit vita: certamen honeſtum*
*certavit; ſervans funus ad usq́; fidem.*
*Quod ſupereſt, vitæ reſtat pars altera reſtat,*
*extremâ Dominus quam dabit ipſe die.*
*Corpora cùm longo jam facta quiete reſurgent,*
*& meriti capiet præmia quisq́; ſui.*

*Interea*

*Interea tumulo requieſcat corpus in iſto,*
*Spiritus in requiem ceſſit ad aſtra ſuam.* (s)

*pœnitentia eccleſiaſtica inſtaurata,* §. 186. Pœnitentia eccleſiaſtica valde collapſa in deſuetudinem ferè abierat, quam inſtauravit *Aldendorfius*, probantibus zelum ejus Theologis Jenenſibus.

*litera Theolog. Ienenſ.* Reverendo Viro, eruditione & virtute præſtanti Domino *M. Joanni Aldendorfio*, Paſtori & Superintendenti Iſennacenſium vigilantiſſimo, ſuo Amico & Fratri S. in Chriſto Jeſu. In omnibus rectè conſtitutis Eccleſiis, quæ veſtigia tantùm veteris diſciplinæ retinuerunt, hactenus uſitatum eſſe meminimus, ne cæde, aut aliis manifeſtis ſceleribus, polluti reciperentur, niſi publica prius pœnitentia & abſolutione Miniſterio & Eccleſiæ eſſent reconciliati, &, ſcandalo abſterſo, ſeriam emendationem promiſiſſent. Eundem morem viſitationis formula in hoc Illuſtriſſimorum Saxoniæ Principum Ducatu Paſtoribus & Miniſterio non modò concedit, ſed etiam imponit, idque juſtis & gravibus de cauſis, ne ſcilicet Eccleſia aliorum ſcelerum ſocietate ſe polluens, alienis etiam furoribus & pœnis implicetur, & ut alii his publicis ſpectaculis, ceu commonefactionibus, deterriti à ſceleribus magis abhorreant. Denique ut perſpicuum fiat, ſeriò & ſincerè lapſos à Deo & ab Eccleſia veniam expoſcere. Neque verò inde ſequitur, quod malitiosè à quibusdam infertur, nos portentoſas de ſatisfactionibus opiniones denuò in Eccleſiam invehere, aut extra Miniſterii metas erumpere, cùm manifeſtum ſit, nos, exploſis ſtultis & impiis monachorum opinionibus, tantùm ad diſciplinæ eccleſiaſticæ inſtaurationem, hæc ἐπιτίμια in Eccleſiam revocare, nec ullam tyrannidem Pontificiam exercere aut ſtabilire. Facies ergò, quod tui eſt muneris, idq; operam dabis, ne tua indulgentiâ & diſſimulatione diſciplina neceſſaria laxetur. Ad Nos etiam provocabis, ſi qui ob hanc neceſſariam ſeveritatem litem Tibi intendere volent. Conjungemus enim operas, autoritatem & ſtudia, ne Miniſterii diſciplina à petulantibus, undecunque etiam armentur, infringatur & labefactetur. Vale, & (ſi placet) concionem in Reverendiſſimi Domini *Amſdorfii* funere habitam ad nos typis excudendam tranſmitte. Jenæ XVI. Cal. Auguſt. anno Chriſti 1565.

Joannes Stöſſelius D.
Nicol. Selneccerus D.

*Cyr. Ittel, Ioann. Cotta,* §. 187. Eod. anno *Cyriac. Ittel*, Crucisburg., & *Joann. Cotta* Iſnac. vocantur ad piſtrinum ſcholaſticum. *Henricus Cotta* verò, Vir amplioris fortunæ, & magnus ſtudiorum amicus, effertur.

*tumulus H. Cotta,*
Cotta *ſub hoc tumulo gelidâ coopertus arenâ,*
*qui fuit* Iſiaca *Conſul in urbe, jacet!*

*Hunc*

(s) Idem Winer. L. I. Tumul. pag. 8.

*Hunc Commenſalem Pater ipſe* Luterus *habebat*,
Albidos *ad docta pulcra theatra ſcholæ.*
*At Themis edocuit perplexa ænigmata juris*,
*tradidit & faſces patria cara ſuos.*
*Obruit ante diem lachrymoſo funere ſpaſmus*,
*corpora conſtituens ſenſibus orba ſuis.*
*Nunc inter ſanctos cœleſti vivit in aula*,
*cumq́; Deo vivis invia regna tenet.*
*Tu, quisquis legis hac oculo properante, Viator*,
*ut* Cottæ *recubent molliter oſſa, pete.* (t)

In Galliam abiturus conſuluit *Luterum* & *Melanthonem*, qui omninò probârunt laudabile propoſitum ejus, ut ex autographis eorum, quæ ſubjungo, vides, ne neſciant μαμμόθρεπτοι, quàm utile & neceſſarium ſit ſola alio ſole calentia perluſtrâſſe. Sic verò ille:

G. U. F. Erbare/Fürſichtige gute Freunde/ **Henrich Cotta**/ euer Bruder und Vetter/ſo bey mir iſt/hat mich zu Rath genommen/ ob es ihm nützlich wäre/ daß er in Franckreich zöge/ daſelbſt auch die jura hörte und Leute beſehe/wie viele andere **vom Adel**/und auch ſonſt Geſellen thun/ welches ich mir gefallen habe laßen/und dünckt mich gut. Wiewol er ſeiner ſelbſt mächtig/hat ers doch ohn euer Vorwiſſen nicht wollen thun/und mich gebeten/des gegen euch ein guter Verfüger zu ſeyn. Iſt demnach meine Bitte/wollet ſolch ſein Fürnehmen euch gefallen/und dazu förderlich euch hierin finden laſſen. Denn ich ihm auch nicht gern rathen wolte/ſo ich wüſte/ daß ihm ſchädlich/oder fährlich ſeyn möchte. Und iſt ſolchen Geſellen gut/ daß ſie die mores hominum beſehen/wie der Poet ſagt/ und ein ungewandert &c. werdet euch hierin wohl wißen freundlich zu erzeigen. Hiermit Gott befohlen/Amen. Vigilia Martini 1541. *litera Luteri,*

Mart. Luther D.

Den Erbarn/ Fürſichtigen **Friedrich** und **Bonaventuren Cotten**/ Vettern/zu Eiſſenach Bürgern/ meinen günſtigen guten Freunden.

Hic autem ita:

Gottes Gnade durch unſern HErn JEſum Chriſtum zuvor/Erbare/ Fürnehme/Weiſe/Günſtige Freunde/ nachdem ich mit eurem Bruder und Vetter **Henrich Cotten**/ als mit einem **ehrlichen**/**fleiſigen Schüler**/ beſundere Kundſchafft habe/bericht er mich/daß er nu fürthin ſein angefangen ſtudium juris gern in andern Nationen/ und fürnemlich in Franckreich volnziehen wolte/denn ihm als einem jungen Mann vonnöthen andre Legenten und Univerſitäten auch zu beſuchen/beſonders da dieſes ſtudium ernſtlicher geübet wird; dieweil ich denn zu ſeinem ſtudio gute Hoffnung *& Melanthonis,*



(t) Id. lib. cit. p. 9.

nung habe / hab ich mir dieſe ſeine Meinung auch gefallen laſſen / denn Ihr als die Verſtändige ſelbſt wißet / daß es jungen Leuten nützlich / daß ſie beſonders im Studieren viele fürtreffliche Leute hören / und mancherley gute Ubung erfahren. Bitte auch derowegen von ſeinen wegen / Ihr wollet euch ſolch ſein ehrlich Fürnemmen auch gefallen laßen / und ihm freundliche Fürderung dazu erzeigen. Denn durch Gottes Hülff zu hoffen/ſolche Erfahrung und Ubung in fremden Nationen werde ihm ſehr nützlich ſeyn. Dieſes habe ich euch freundlicher Meinung anzuzeigen bedacht und bitte/ Ihr wollet meine Schrifft freundlich vernehmen/denn Euch und den euren zu dienen bin ich willig. Datum Wittenberg uff den Abend Martini Epiſcopi 1541.

Philippus Melanthon.

Den Erbarn/ Weiſen/und Fürnehmen / **Friedrichen und Bonaventura Cotten**/ Bürgern zu Iſenach / meinen günſtigen Freunden zuhanden.

1566. *J. Ern. nativitas, annales eccleſiaſtici,* §. 188. Anno MDLXVI. naſcitur *Grimmenſteinii* d. VIII. Jul. *Joann. Erneſtus* D. S., cujus vagitum in utero audiit Mater. *Aldendorfius* primùm inſtituit *annales eccleſiaſticos*, ſeu *Ephemerides*, in quibus vel ab ipſis Eccleſiæ Miniſtris, ſeu æditvo, conſignarentur hebdomatim *baptizati*, *defuncti*, & *matrimonium contrahentes.* Integrum omnium indicem ab illo in hunc usq; annum hîc Tibi ſiſto. Ne neſcias autem velim, eos, qui *ſacrâ cœnâ* uſi ſunt, tunc non fuiſſe notatos. Sed hanc demum conſuetudinem circa annum MDCXI. introductam reperi.

| Annô | Baptizati, | Copulati, | Mortui. |
|---|---|---|---|
| 1566. | 103. | 24. Paria. | 839. |
| 1567. | 122. | 99. | 193. |
| 1568. | 218. | 67. | 100. |
| 1569. | 209. | 44. | 104. |
| 1570. | 228. | 34. | 100. |
| 1571. | 198. | 38. | 124. |
| 1572. | 205. | 29. | 148. |
| 1573. | 202. | 36. | 156. |
| 1574. | 153. | 39. | 156. |
| 1575. | 172. | 40. | 154. |
| 1576. | 195. | 24. | 143. |
| 1577. | 158. | 30. | 2000. |
| 1578. | 147. | 123. | 104. |
| 1579. | 224. | 57. | 86. |
| 1580. | 191. | 19. | 141. |

Annô

| Annô | Baptizati, | Copulati, | Mortui, | Communicantes. |
|---|---|---|---|---|
| 1581 | 163 | 33 Paria | 150. | |
| 1582 | 172 | 35 | 150. | |
| 1583 | 160 | 26 | 84. | |
| 1584 | 160 | 27 | 103. | |
| 1585 | 172 | 33 | 173. | |
| 1586 | 178 | 23 | 131. | |
| 1587 | 170 | 30 | 111. | |
| 1588 | 137 | 36 | 116. | |
| 1589 | 194 | 32 | 105. | |
| 1590 | 158 | 31 | 114. | |
| 1591 | 147 | 32 | 133. | |
| 1592 | 157 | 83 | 85. | |
| 1593 | 149 | 38 | 123. | |
| 1594 | 177 | 32 | 88. | |
| 1595 | 162 | 37 | 116. | |
| 1596 | 163 | 31 | 163. | |
| 1597 | 173 | 36 | 195. | |
| 1598 | 158 | 54 | 146. | |
| 1599 | 169 | 54 | 146. | |
| 1600 | 190 | 45 | 145. | |
| 1601 | 200 | 39 | 137. | |
| 1602 | 135 | 39 | 95. | |
| 1603 | 176 | 29 | 170. | |
| 1604 | 213 | 39 | 118. | |
| 1605 | 169 | 39 | 107. | |
| 1606 | 203 | 41 | 104. | |
| 1607 | 201 | 47 | 84. | |
| 1608 | 199 | 43 | 122. | |
| 1609 | 240 | 49 | 147. | |
| 1610 | 226 | 30 | 143. | |
| 1611 | 178 | 38 | 244 | 3369. |
| 1612 | 192 | 56 | 254 | 3036. |
| 1613 | 168 | 43 | 174 | 2482. |
| 1614 | 196 | 60 | 208 | 2832. |
| 1615 | 220 | 48 | 192 | 3134. |
| 1616 | 204 | 50 | 263 | 3332. |
| 1617 | 211 | 47 | 161 | 3272. |
| 1618 | 215 | 36 | 158 | 3086. |
| 1619 | 200 | 48 | 101 | 3410. |

| Annô | Baptizati, | Copulati, | Mortui, | Communicantes. |
|---|---|---|---|---|
| 1620 | 237 | 54 | 171 | 3586. |
| 1621 | 231 | 40 | 144 | 3409. |
| 1622 | 201 | 53 | 151 | 3749. |
| 1623 | 242 | 58 | 179 | 4039. |
| 1624 | 229 | 53 | 140 | 4195. |
| 1625 | 232 | 66 | 315 | 5474. |
| 1626 | 227 | 25 | 769 | 4805. |
| 1627 | 179 | 78 | 156 | 3504. |
| 1628 | 230 | 64 | 249 | 4061. |
| 1629 | 266 | 60 | 214 | 4210. |
| 1630 | 220 | 47 | 123 | 4309. |
| 1631 | 252 | 36 | 155 | 4351. |
| 1632 | 231 | 44 | 224 | 4537. |
| 1633 | 223 | 53 | 158 | 4189. |
| 1634 | 276 | 50 | 186 | 4788. |
| 1635 | 231 | 37 | 1600 | 6491. |
| 1636 | 228 | 147 | 405 | 4306. |
| 1637 | 273 | 56 | 619 | 4540. |
| 1638 | 146 | 53 | 340 | 4440. |
| 1639 | 140 | 41 | 216 | 3896. |
| 1640 | 196 | 37 | 503 | 4566. |
| 1641 | 159 | 47 | 189 | 4466. |
| 1642 | 176 | 43 | 119 | 4736. |
| 1643 | 157 | 41 | 93 | 4962. |
| 1644 | 186 | 41 | 92 | 4485. |
| 1645 | 149 | 44 | 109 | 4361. |
| 1646 | 205 | 38 | 66 | 4376. |
| 1647 | 213 | 34 | 179 | 4217. |
| 1648 | 181 | 48 | 98 | 4482. |
| 1649 | 167 | 44 | 84 | 4798. |
| 1650 | 183 | 56 | 101 | 4796. |
| 1651 | 27 | 179 | 63 | 4680. |
| 1652 | 153 | 38 | 113 | 4379. |
| 1653 | 174 | 42 | 104 | 4965. |
| 1654 | 156 | 27 | 90 | 5084. |
| 1655 | 181 | 44 | 114 | 5191. |
| 1656 | 194 | 32 | 74 | 5728. |
| 1657 | 162 | 30 | 73 | 5971. |
| 1658 | 192 | 34 | 151 | 6003. |

| Annô, | Baptizati, | Copulati, | Mortui, | Communicantes. |
|---|---|---|---|---|
| 1659 | 201 | 56 | 97 | 5999. |
| 1660 | 185 | 35 | 119 | 6199. |
| 1661 | 177 | 36 | 94 | 6178. |
| 1662 | 164 | 30 | 172 | 6047. |
| 1663 | 170 | 40 | 97 | 6517. |
| 1664 | 188 | 41 | 100 | 6701. |
| 1665 | 164 | 57 | 124 | 6899. |
| 1666 | 174 | 42 | 135 | 6838. |
| 1667 | 175 | 42 | 142 | 6775. |
| 1668 | 197 | 51 | 153 | 6740. |
| 1669 | 176 | 46 | 229 | 6925. |
| 1670 | 175 | 70 | 124 | 6879. |
| 1671 | 205 | 53 | 163 | 7300. |
| 1672 | 197 | 38 | 130 | 7361. |
| 1673 | 190 | 50 | 141 | 7646. |
| 1674 | 214 | 64 | 161 | 7362. |
| 1675 | 208 | 44 | 162 | 7570. |
| 1676 | 179 | 68 | 204 | 7758. |
| 1677 | 229 | 64 | 159 | 7714. |
| 1678 | 201 | 61 | 152 | 7658. |
| 1679 | 209 | 64 | 150 | 7749. |
| 1680 | 223 | 49 | 169 | 7851. |
| 1681 | 185 | 53 | 124 | 8142. |
| 1682 | 245 | 68 | 168 | 8702. |
| 1683 | 256 | 53 | 150 | 8458. |
| 1684 | 233 | 54 | 148 | 8741. |
| 1685 | 238 | 45 | 191 | 9058. |
| 1686 | 248 | 62 | 247 | 9341. |
| 1687 | 244 | 51 | 193 | 9313. |
| 1688 | 250 | 63 | 123 | 9404. |
| 1689 | 249 | 64 | 156 | 9460. |
| 1690 | 241 | 55 | 230 | 9282. |
| 1691 | 237 | 45 | 275 | 9546. |
| 1692 | 226 | 77 | 199 | 9660. |
| 1693 | 232 | 45 | 416 | 9549. |
| 1694 | 186 | 58 | 209 | 8801. |
| 1695 | 194 | 65 | 173 | 9013. |

§. 189. Ob frequentiam & multitudinem communicantium non ſaltem diebus Dominicis, ſed etiam die ♂ & ♃ ſacra cœna publicè diſtribuebatur. *communio ter in ſeptimana,*

*Scabinatus Iurid. Jenæ,* batur. Uti ſuperiori annô *Scabinatus* Juridicus inſtituebatur Jenæ : ita nunc *Curia Provincialis* ibidem. Eſt autem ille Collegium quinque JCtorum, ſeu Profeſſorum Juris, incluſo Præſide, quem *Ordinarium* dicunt. Finis eſt, ut indigenis alienigeniſque ad acta & dubia interrogata, pro re nata, jam informatoria & conſultatoria, jam deciſiva & executoria, reddantur reſponſa.

*Curia Provinc. ibid.* Hæc verò ſummum tribunal eſt, in quo ceu Areopago altero & Auguſto Themidis Nemeſiſque templo, Judex, ſeu Præſes, cum Aſſeſſoribus ſuis, tàm eruditis Nobilibus, quàm Doctoribus, controverſias incolarum & accolarum Provinciæ noſtræ quatuor quotannis vicibus ſine perſonarum reſpectu cognoſcit & decidit. Fuêre olim quatuor Judicia in Thuringia à Carolo M. inſti-

*quatuor Turingiæ judicia,* tuta, (1) *Gothæ*, (2) in diſtrictu *Weiſenſeenſi*, (3) *Vogelsbergæ*, quod inde *Buttelſtadium* migravit, (4) *Mittelhuſæ*, notante *Georgio Schindlero*. (u) Eaq; judicia, juſſu *Wilhelmi* Imp. anno MCCLV. pendente lite & bello fervente inter Marchionem Miſniæ & *Henricum* puerum, Ducem Brabantiæ, de ſucceſſione in Landgraviatu Thuringiæ & Haſſiæ certantes, alacriter reſtituit *Hermannus*, Comes Hennebergicus. (w) Ultimum, putà *Mittelhuſinum*, paſſim nominatur

*Mittelhuſinum,* das höchſte Geding / das Landgericht / des Landgrafen Dingſtuhl / *tribunal Landgraviatûs, ſummum Provinciale judicium, vulgare placitum in Mittelhuſen,* der gêmeine Land-Tag zu Mittelhuſen / *publicum Thuringiæ forum.* (x) Curiæ hæ in quatuor Thuringiæ plagis tandem coaluerunt, & una ex iis conflata eſt, Mittelhuſæ manens, ſenſim tamen in aulas Principum migrans, donec, ad inſtantiam ſubditorum, ad certum transferretur locum, & quidem *Alten-*

*transfertur Altenburgum,* *burgum*, Imperiale quondam oppidum. Ibi verò anno MDXLVII. ob tumultus belli Schmalcaldico-Germanici, turbata & diſſipata per XIX. ferè annos. Quamvis enim in Conventu *Salfeldiæ* anno MDLVII. ſpes de renovanda alibiq; inſtituenda Curia Provinciali, Ordinibus & Statibus eam acriter urgentibus facta fuerit, tamen anno MDLXVI. impleta eſt. Quô die Lunæ poſt *Viti* feſtum Jenæ introducenda, demum die Lunæ poſt *Ægidii* ſolenniter inaugurata eſt, autoritate *Joannis Frid. II.* & *Joann. Wilhelmi* I. Ducum Saxon. & Fratrum. Introduxêre Præſidem & Aſſeſſores, juramento primùm obſtrictos, Commiſſarii Ducales *Wolfgang. Lauenſtein*, Secretarius illius, & D. *Chriſtoph. Dürfeld*, Conſiliarius hujus. Primus Judex fuit

*Iudices ejus,* Theodoricus à *Brandſtein*, in Wermburg, Conſil. Elect. & Ducum Sax. intimus.

Sequentes

Joann. Vit. ab *Obernitz*,

David ab *Uttenhofen* in Zaſcher,

Joann. Erneſt. à *Teutleben* in Laucha & Wenigen Sömmern,

Iſaac

(u) in chron. MS. (w) Spangenberg. P. II. Adelſpiegel L. II. c. 30. f. 116. (x) G. Fabricius L. VI. Orig Saxon. f. 629.

Iſaac à *Brandſtein*, in Oppurg & Kolbe,
Rudolfus à *Pönickau* in Juchſen,
Frideric. à *Coſpoth* in Seibtemdorf & Wölfis,
Joann. Frid. à *Brand* in Haârsdorf &c.
Vit. Ludovic. à *Seckendorf*, Vir Celeberrimus,
Joann. Sigiſmund ab *Oſterhauſen*, in Gotterſtadt.
Joann. Henr. *Rieteſel* in Neumarck,
Joann. Bruno à *Pôlnitz*,

Primi *Aſſeſſores* erant partim *ortu*, partim *dignitate*, ſeu *gradu*, nobiles. Illi: *primi Aſſeſſores*,
Rupertus Treuſch à *Buttlar*,
Joann. Vit. ab *Obernitz*,
Henricus ab *Erfa*
Chriſtoph. à *Thün*. Hi:
D. Melch. *Kling*,
D. Henric. *Schneidevvein*,
D. Matthæus *Weſenbeck*,
D. Chriſtoph. *Dürfeld*.

Primi *Advocati*: *Advocati*,
D. Matthias *Colerus*,
D. Nicol. *Scheller*.,
L. Georg. *Taſch*.
Primus *Proto-Notarius* Albertus *Craus*. *Proto-Notar.*

Eſt ergo Curia Provincialis Jenenſis vetuſtior *Coburgenſi*, quæ cœpit anno MDXCVIII. XXIII. Nov., cujus primus *Judex* erat Valentin. à *Selbitz*. *curia Provinc. Coburg.*

§. 190. Ad meliora transferuntur *Henricus Fulda* COS. & *Martha Neubergeria* graſſante epidemiâ. *H. Fuld.*

Fulda *Vir ingenuus, pulcher, venerandus, honeſtus,*
*nec non perdives, ſed ſine prole fuit.* (y)
Peſtilentiſſima lues tunc populabatur urbem agrumq; noſtrum,
*traderet ut triſti corpora* MILLe *neci*. *peſtis*,

Ipſa *Martha*, pulcherrima Virgo, ſic: *& Marth. Neuberg. obit.*

*Dira lues quando patrias irrepſit in oras,*
*& mihi mors ſævas intulit atra manus.*
*Præceſſit Genitrix, genitricem nata ſequebar:*
*mortuus & pridem jam mihi frater erat.*
*Cur criſtas tollis pulvis? cur terra ſuperbis?*
*ſecula cur fingis canitiemq; tibi?*

*Unius*

(y) Winer. L. II. Tumul. num. 4.

*Unius eſt veluti palmi tua vita, dieſq;*
*hæc, quâ vixiſti, forſitan hora fuit.*
*Nil mea me præſtans juvit nec forma, nec ætas,*
*ſi quam ſervaret forma, ſuperſtes eram.*
*Hora tibi quævis ſit meta noviſſima vitæ,*
*ſic ſanctè vives; ſic moriêre piè.* (z)

1567. *bellum Gothanum,* §. 191. Circa finem hujus anni ortum eſt bellum *Gothanum*, quô ſequente annô munitiſſimum caſtrum *Grimmenſteinium* ſolo æquatum, optimusq; Dux *Joann. Frider.* II. captus eſt. Verùm quia ſexcenti alii [quorum indicem dabit *Sagittar.* (a)] fuſiſſimè id deſcripſerunt, non eſt quòd actum agamus. Erat nugivendulus, qui blaterabat, *Gotham* perfidiâ civium traditam, ùt patet ex *Ottonis Melandri* Joco-ſeriis, (b) cujus verba hæc:

*num Gotha perfidiâ civium tradita?* Cùm *Auguſtus* Dux Saxoniæ Sacriq; Rom. Imp. Septemvir, Princeps benedictæ memoriæ laudatiſſimus, *Gotham*, munitiſſimum Thuringiæ propugnaculum, juſſu atque mandato *Maximiliani* II. Imp. obſidione cingeret & oppugnaret, eô quidem tempore *Petrus Paganus*, confirmandi ſui gratiâ, Marburgo profectus *Wanfridæ* in patria ſua apud Matrem hærebat. Cùm igitur Gotha, licèt & à milite & à commeatu cumulatè inſtructa eſſet, obſidionem diu non ſuſtineret, ſed præter omnium expectationem mox moxque fœdam & pudendam deditionem faceret, incredibile eſt, quàm graviter & indignè eam rem tulerit. Proinde œſtro quodam poëtico percitus ſequens carmen non modò panxit, ſed & parieti, non ita pridem cæmento de integro obducto & incruſtato, carbone quodam, ut ab omnibus maternas ædes ingredientibus perlegi poſſet, majuſculis literis inſcripſit:

*Non bene* Gothenſis *quadrat Reſpublica* Romæ,
*expulit hæc* Reges, *prodidit illa* Duces.
*Inclyta* Tarquinios *ejecit Roma ſuperbos*,
*deſeruit* patriæ *perfida Gotha* Patrem.
Regibus *expulſis Romana potentia crevit*,
*ſed malè deſerto* Principe *Gotha ruit.*
*Atq; utinam ruerent cum mœnibus, urbe foroq;*
*quisquis in hac auctor proditione fuit.*

Ceterùm cùm Elector *Auguſtus* eo ferè tempore, cùm *Gotha* ſe dediſſet, Caſſellis cum Haſſiæ Landgraviis Dn. *Guilielmo*, *Ludovico Philippo*, atq; *Georgio*, qui Patri ſuo *Philippo*, Principi omni laude ſuperiori, juſta jam fecerant, in collocutionem veniret, atque conſilia communicaret, evenit, ut *Gotham* repetiturus *Wanfridæ* pernoctârit. Quamobrem cùm quidam *Auguſti* aulici ad *Pagani* matrem divertiſſent, carmen ipſius parieti inſcriptum admirabundi

(z) Id. l. I. Tumul. p. 37. (a) in memorabil. hiſt. Gothan. c. 3. p. 26. ſeq. (b) pag. 342.

bundi legunt, diligenterque ex ipſa percunctantur, ecquis illud confeciſſet? illa verò verita, ne filio ſuo fraudi foret, ac periculi quippiam inde crearetur, ſi ipſum nominaret, de eo nihil ſibi conſtare reſpondit, cauſata, multa quotidie ſe inſciâ atque invitâ ab hoſpitibus inſcribi parietibus, quorum ipſa rationem reddere poſſet nullam. Itaque aulicus aliquis animadvertens, nihil ſe ex illa exſculpere poſſe, *Pagani* carmen non ſolùm deſcripſit, verùm etiam hoc diſtichon illi ſubjecit:

*Annon rectorum contemtus conſiliorum*
*effectus tales progenerare ſolet?*

*Huſanus* noſter in ſupplicium *VVilhelmi Grumbachii* & complicum ita luſit: *in ſupplicium Grumbachianum.*

*Aſpicis è triplici jam nunc pendentia palo*
*in partes hominum corpora ſecta trium.*
*Hac vindicta Deum culpâ nunc liberat omni;*
*quisquis es, innocuus vivito, Numen adeſt.*
*Numen adeſt: divina gradu venit ultio lento,*
*compenſat pœnæ ſed gravitate moram.*
*Pax quibus eſt cordi, placidè moriuntur: at acta*
*quos violenta juvant, mors violenta rapit.*

§. 192. Anno MDLXVIII. M. *Cyriacus Lindemann.* 1568.

- - - *urbis* Gothæ *memorabile lumen,* *obitus M. Lindemanni,*
*& Patriæ felix Gymnaſiarcha ſcholæ.*
*Præſtans ingenio, ſolidèq; inſtructus ab arte,*
*Grajugenûm linguæ cognitione potens.*
*Sub quo Caſtalius fons hâc erupit in urbe*
*& ſub quo Grajo eſt Muſa locuta ſono;* (c)

mœrore animi & tabe corporis conſumtus, inter curas domeſticas & publicas patriæ miſerias XI. Mart. deceſſit. Quàm carus fuerit *Joachimo Camerario*, teſtatur *VVilckius.* (d) Eandem ingreſſus viam d. 2. Maj. anno ætat. LXXIV. *Nicolaus Evander*, Fuldenſis, cui ob decrepitum ſenium filius M. *Juſtus* adjunctus fuerat, dudum antè rude ſacra donatus. Epitaphium illi poſuit *VVinerus.* (e) *Nic. Evandri,*

Sequitur *Mich. Purgold* XVII. Jul. febre acutâ peremtus, (f) bonus & dives. (g) *& Mich. Purgold.*

§. 193. *Eliſabetha* Palatina, captivi *Joann. Frid.* conjux, cum filiolis ſuis Iſnacum concedens manſerat hactenus in domo telonii, Zollhof. *Eliſabetha Palatina.*



(c) Winer. L. I. Tumul. p. 9. (d) in cit. memorabil. Sagittarian. c. V. p. 53. (e) lib. cit. p. 10. (f) erat Secretar. J. Gvilielmi D. S. (g) Winer. loc. jam cit.

Ob peſtem verò properabat Wartburgum. Pueros illuſtres informabat
1569. *Georg. Rhön*, Diaconus. Annô ſequente nobilis, inque Deum pietate religiosâ
*Phil. Farenrodius*, inclytus *Philippus de Farenrode* XVII. Jul. animam Deo reddidit. (h)
*nova viſitatio*, Eod. anno inſtituitur à *J. Wilhelmo* D.S. viſitatio eccleſiaſtica, commendata D. *Joanni Wigando* & D. *Joanni Frid. Cæleſtino*, Profeſſoribus Jenenſibus, *M. Barthol. Roſino*, Superint. Vinarienſi, & *M. Chriſtoph. Irenæo*, Concionatori Aulico, queîs ex nobilitate adjungebatur *Frid. Wangenhemius* Senior. Erat etiam conventus *Iſnaci*, in quo *corpus doctrinæ Thuringicum* omnibus Eccleſiis
*corpus doctrinæ Thur.* in Ducatu Saxo-Vinarienſi, cui tùm adhuc urbs noſtra paruit, oblatum & commendatum eſt.

§. 194. Anno ſequente in Gymnaſio Hersfeldenſi ſumma cum laude
1570. *M. Himmel*. docuit *M. Mich.* Himmel noſtras, Vir egregiè doctus. *Joann. Wilhelm.* & *J. Frid.* captivus, Fratres, à bello Gothano animis diſcrepantes, in gratiam nunc
1571. *concordia*, mutuo redeunt, hereditariâ territorii diviſione inter illum & hujus filios, *J. Caſimir.* & *J. Erneſt.*, inſtitutâ, in qua reliquas inter urbes & Præfecturas ceſ-
1572. ſit quoque hiſce *Iſnacum*. Homagium igitur præſtitum in aula telonii, præſentibus Legatis & Commiſſariis Cæſareis, nec non Electorum Palatini, Saxonis & Brandenburgici, ceu Tutorum, & tandem ipſius *J. Wilhelmi*, D.S. *Ur-*
*Vrſul. Schvveick.* *ſula*, *Schvveickeri conjux*, *de ſanguine Cottæ divitis*, æternitati adſcribitur XVII.
*Hier. Poppe*, Maj. (i) Eâdem ſorte fruitur *Hieron. Poppe* XXIX. Maj. (k) Vir primarius.

*Ant. Juncker.* Sequitur XVII. Jul. *Anton. Juncker*. Aſt quòd veneno ſublatus fuerit, ex epitaphio ejus apud *Winerum* (l) non conſtat. Tandem ipſe laudatiſſimus
1573. Saxo *Joann. Wilhelm.* III. Mart. anno ætat. XLIII. (m)

*& J. VVilh. D.S. obitus*, *Viſitationis continuatio*, §. 195. Mandante *Auguſto* Electore cœpta nuper viſitatio continuatur, in qua LXX ferè Miniſtri Eccleſiæ in Ducatu Vinarienſi & Coburgenſi ob *Flacianiſmum* partim juſtè, partim injuſtè accuſati, ab officiis remoti & pulſi ſunt. Viſitatores erant ex Theologis D. *Widebramus*, D. *Stöſſel*, D. *Mörlin*, M. *Martin. Mirus*: ex Nobilibus & Politicis D. *Lindemann*, D. *Thangel*, *Wolfgang* ab *Eichenberg* & *Mauritius* ab *Heldriet*. Amotos inter fuit *Joann.*
J. Cotta *Cotta*, Eccleſiæ noſtræ Diaconus. Qui tamen citiùs reſipiſcens translatus eſt *Milam*, ubi anno MDCVI. XVII. Mart. vitæ finem fecit. Motus etiam loco
*& M. Aldendorf deponuntur*, & officio ſuo XVIII. Aug. *M. Aldendorf* Superintendens, maximè ob δωροφαγίαν. Migravit ergò *Konnebergam* in finibus Voitlandiæ, paulò pòſt tamen inde dimiſſus morabatur *Weidæ*, *Coburgi*, & alibi privatus, ut neſciam, ubi,
*M. Roſin.* ſeu quomodo tandem defunctus ſit. Etiam *M. Roſinus* rurſus in exilium ejicitur, quo de ſuprà. (n)

Eod.

(h) Idem l. c. p. 12. (i) Idem L. II. p. 45. (k) Id. l. c. (l) Id. L. I. Tumul. (m) Id. lib. cit. p. 17. (n) §. 177.

*H. Trebelii, & Thalmannuli obitus, ac M. Purgold.*

Eod. anno extincti ſunt *Hermann. Trebelius*, à patria *Natzianus* dictus, (o) & M. *Biſſandri* filiolus, quo de *Winerus* noſter, (p) nec non M. *Joann. Purgold*, Rector olim ſcholæ, qui, operâ Soceri ſui D. *Georg. Majoris*, Theologi Wittebergenſis, factus fuerat Antiſtes *Weiſenfelſenſis*. (q)

§. 196. Anno MDLXXIV. Rex Poloniæ nuper electus ipſis Kal. Januar. pernoctabat in urbe. (r) Die XII. April. feriis Paſchalibus obiit *Anna* 1574.
*Hirſchbachia, Hieron. Popponis* F., (s)

*Rex Polon. pernoctat hic. A. Hirſchbach. monumentum J. Leonis, J. Oſvvald. Marg. Cottin. & Marg. Harſtall.*

Manibus *Joann. Oſvvaldi* COS. & *Joann. Leonis*, Quæſtoris Gothani, quorum ille fatis ceſſerat anno MDXXXIV. XVI. Sept., hic verò anno MDLXIV. XXIV. Febr., quos tandem *Margarita Cottin*, conjux utriusque ſecuta eſt VIII. Sept. hujus anni, *Joann. Schubartus* gener, pietatis ergo monumentum fieri curavit in templo Auguſtiniano Gothæ, quod vide ſis apud *Winerum*. (t) Menſe Novembri elata eſt *Margarita Harſtallia*, cujus epitaphium adhuc in æde *Georgiana* monſtratur, probæ ſimplicitatis, luxûs faſtûsq; neſciæ, elegans teſtimonium.

*organum muſicum. Fr. Sixti obitus, M. Juſt. Evander.*

§. 197. Anno ſequente organum muſicum in templo Georgiano (cujus plures fiſtulæ ex æde Franciſcanorum huc translatæ ſunt,) erectum & fabrefactum eſt à *Georgio Schauenbergio*. Sumtus bis mille florenos excede- 1575.
bant. *Franciſcus Sixtus*, ultimus Canonicus B. V. XXIV. Nov. deceſſit. Pater ejus erat *Petrus*, caupo publicus ad inſigne *rubri cervi* in foro mercuriali. M. *Juſt. Evander* ex Diacono Iſnacenſi factus Paſt. & Adjunct. *Crucíburg.* anno MDLXIII. aulicus deinde Eccleſiaſtes *Arnſtadii*, & tandem Ducis *J. Wilh.*, cum quo terras luſtrabat alienas. Ajunt, Viennæ mortuum eſſe, haud ſine ſuſpicione propinati veneni; quod & ſociis ſuis *Pontano* & *Junckero* Medicis, nec non ipſi Principi accidiſſe opinatur *Rebhanius*. Cùm enim, conſentiente Maximiliano II. Viennæ concionem habuiſſet in auguſta auditorum corona, ægrè id ferentes Romanenſes, δίδακτρον hoc perſolviſſe dicuntur. At *Winerus* contrà aſſerit: *Evandrum* Arnſtadii obiiſſe, (u) ut nihil ponderis habeat iſta narratio, qua de in *Hiſt.* mea *Crucíburg.* σὺν Θεῷ latiùs. Anno ſe- 1576.
quente XVII. Jun. Tutores Principum urbis privilegia innovant & confirmant. Juſſu Electoris omnes Eccleſiarum ſcholarumque Doctores in univerſa Diœceſi à *D. Jacobo Andreæ* & *D. Nic. Selneccero* Gotham vocantur ad 1577.
ſubſcriptionem libri *Chriſtianæ concordiæ*, quo de ita *Rebhanius* noſter:

*confirmatio privileg. ſubſcriptio Chriſtian. concordiæ.*

*En! novus in lucem prodit liber omine fauſto,*
formula *cuî concors nomen habere dedit.*
*Symbolon hic liber eſt, & teſſera certa docentûm,*
*qui verè agnoſcunt dogma, Lutere, tuum.*



(o) in libello ejus de memoria artificiali, (p) L. II. Tumul. p. 44. (q) Idem L. I. Tum. p. 17. (r) Vid. Ad. Rempens Sachſen-Calender ad 1. Jan. huj. anni, (s) Winer. L. II. Tumul. p. 46. (t) Id. l. c. p. 47. (u) Id. L. I. Tumul. p. 19.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Iſte ſudes liber eſt oculis & obelus eorum,*
*qui dogma agnoſcunt,* Calve *comate, tuum.*

*monſtrum,* In æſtate hujus anni monſtroſus naſcitur puer *bicornis*, cujus facies re-
trò in tergum verſa. Parens ejus vocabatur Küſterhans. Menſe Septembri
*Cath. Purgold.* peſte obiit *Catharina Purgoldia*, cujus epitaphium dabit *Winerus.* (vv) & men-
*Bernh. Purgold. & Mich. Vogel. obitus,* ſe Octobri *Bernhard. Purgold* cum conjuge ſua. (x)
Eâdem lue peremtus *Mich. Vogel*, Reip. patriæ COS. (y)
Quî conjugem ſuam affatus ſit, idem dicet tibi *Winerus* (z)
§. 198. Dira lues, ultra 2000. in urbe ſublatis, repſit *Jenam.* Hinc Aca-
1578. *peſtis,* demia transfertur *Salfeldiam.* Sœviente eâ S. cœna etiam die ♂ & ♃ publicè
diſtribuebatur, uti anno MDLXVI. Ceſſante illâ nova conjugia frequentiora
erant. Aliquando unâ vice XVII. paria deſponſatorum coram altari ſta-
*hiſtoriola,* bant, conſecrante eos *Sebaſt. Kyhmæo* Diacono. In quibus rhedarius, cru-
re paulò ante fracto, domi ad lectum cum ſponſa copulabatur, quæ tamen
nihilominus ad aram cum ceteris benedictionis ergò ambulabat. Sed ecce!
ſponſorum unus alienæ ſponſæ lateri ex ſtupiditate forſan ſe aſſociat, quem
*Kyhmæus* manu apprênſum ad ſuam duxit ſociam, dicens: Geſellichen/
*ſtudia Princip. Iun.* hieher gehörſtu! Eod. anno Principes juniores *J. Caſimir.* & *J. Erneſt.*
1579. ſub *Chriſtiano Niſvvizio* Ephoro, & M. *Seb. Leonhardi* ſtudiorum causâ
*liber concordiæ,* morabantur Lipſiæ. Liber *Chriſtianæ concordiæ* impreſſus, publicatus, &
omnibus Eccleſiis traditus eſt. Crebriores pluviæ & inundationes agrum
1580. mirum in modum afflixêre. M. *Adam. Biſſander*, ſeu *Thalmann*, (aut, ùt
*M. Ad. Biſſander,* ipſe dici voluit, *Thanmann*,) Quirini frater, ludi Iſnac. Rect. conſti-
tuitur. Gradum Magiſterii impetravit Jenæ anno MDLXIII. 3. Jan. Eod.
*fata ejus,* factus Prof. Philoſ. ibidem. Sed ob *ſynergiſmum* & *Philippiſmum* anno
MDLXIX. XVII. Febr. dimiſſus, Salfeldenſi & noſtræ ſcholæ præfuit. Fue-
rat quoque illuſtris pædagogii *Gandershemenſis* Rector, cujus Collegæ *Nicol.*
*Selneccer.*, *Timotheus Kirchner* Theologi, M. *Eſaias Preiſer.* Gr. Lingu.
Prof. & alii boni Viri. Traducto autem Gymnaſio *Helmæſtadium*, ſortis ſuæ
neſcius, oblatam ſpartam detrectavit, migrans Iſenacum, (a) ubi Or-
dini Senatorio adſcriptus Reip. curam aliquandiu habuit. Sed ſtipendio
deſtitutus, ſcholæ *Mülverſtedenſis* moderator factus eſt. Reverſus tamen
in urbem, priſtinam in curia occupavit ſedem, meliori fortunâ dignus. At
quisque ſuæ faber eſt. Rectores his incluſit verſibus, limam verò meren-
tibus:

*Rect. ſcholæ,* Bartolus *hic artes plantans* Roſsfeldus *honeſtas,*
*illuſtrat primus Rector honore ſcholam.*

Huic

(vv) L. II. Tumuſ. p. 48. (x) l. d. p. 51. (y) idem l. c. p. 52. (z) l. a. p. 53. (a) Meibom. T. III. rer. German. p. 391.

*Huic ſubit* Andreas *ſtatione* Boëtius *alter*,
*ingenio excellens, moribus, arte, fide.*
*At* Fridericus *ovans operis* Widebramus *habenas*
ſorte *ſibi oblatas tertius inde capit.*
*Quartus* Joannes Purgoldus *in ordine Rector*,
*Aöniæ captum promovet artis opus.*
*Quintus in hac ſerie moderatur juſta* Quirinus
Thanmannus *longo tempore ſceptra ſcholæ.*
*Sextus* Elantandro *fratri ſucceſſit* Adamus,
*quem malè* Biſſandrum *nomine turba vocat.*

§. 199. Anno MDLXXXI. *Flacianiſmus* dominari cœpit, lampade cum aliis præferente *Eraſmo Göbelio* Diacono, & *J. Erneſt. Teutlebio*, J.U.D., quem *Cyr. Spangenberg*, (b) in eodem luto hærens, *Juris & pietatis amantem* vocat. Hic in arce, quam incoluit, *Clemmia* extorribus *Flacianis* latibulum præbens, omni curâ eos fovit & aluit. *Göbelius* à munere remotus biennium ferè privatim hîc vixit, donec à Generoſis *Wertheris* Paſtor conſtitueretur paganus propè Northuſam, ubi deceſſit anno MDCXII. Qui contumaciter perſtitêre in errore, ſine ſvetis ceremoniis condebantur, ùt duorum *Vigeliorum* conjuges & *Joann. Bankreis.* Huic errori affinem ſe fecerat *Andr. Reinhart*, Paſt. Stedtfeldenſis, (qui officio ſuo exutus omnia monita reſpuit,) & *Henr. Rabe*, ab officio compatris ideo remotus. Teutlebius theſin: 1581. *Flacianiſmus*,

*Peccatum originale eſt accidens:*

ſubvertere nitens ſœvit in lapidem. Cùm igitur clauſæ forent aures piis admonitionibus, *Rhönius* Antiſtes Dominica VIII. poſt Trinit. omnes Flacianorum errores è cathedra recenſens pio zelo confutavit.

Anno MDLXXXIII. *Georg. Ern.*, Com. Principali dignitate decedens ἄπαις, totam ditionem *Hennebergicam* potiſſimùm Inclytæ Domui Saxonicæ reliquit. V. CL. *M. Valent. Weinrich.*, Steinâ Cheruſcus, præficitur ſcholæ noſtræ cum diſcentium ſalute & patriæ gloria. Retulit mihi ex ore Parentis ſui *Joh. Andr. Martini*, Paſt. Scherbdanus, Grammaticam latinam anno MDCLII. Erfurti editam ipſius M. *Adami Biſſandri* opus eſſe, poſt obitum inter ſchedas ejus repertum, & ſub nomine *Weinrichiano* editum. Eod. anno obiit *Chriſtoph. Dürrfeld*, Gothanus, Philoſ. & U. J. D. ac utriusque Profeſſor Jenæ publicus. Vocatus poſtea Conſiliarius Vinarienſis, inde Syndicus Halenſis in Saxonia, demum Aſſeſſor Cameræ Imperialis Spirenſis, olim ſcholæ noſtræ Conrector. 1583. *Stirps Henneberg extincta, M. Val. Weinrich. Grammatica ejus opus Biſſandri, Chriſtoph. Dürrfeld*,

§. 200. Anno MDLXXXV. exſtruitur domus illa ad urbis mœnia ſita, in qua campanæ ſuſpenſæ, der Glockenthurm/ & præter ceteras magna, olim 1585. Glockenthurm/



(b) P.II. ſpec. Nobilit. L. XI. c. 17. f. 197. a.

*campana refuſa,* anno MCCCCXCVII.(al.volunt MDI.) à *Conrado Kirſten*, cive Saltzungenſi, fuſa, ab *Eccardo Küchero* Erfurtenſi XXIII. Jun. refuſa, eidem illata fuit ſub COSS. *Joanne Bachovio* & *Joanne Schrendeiſen*. Verſus hi ei inciſi legebantur:

*Dulce melos clango, Sanctorum gaudia pango,*
*defunctos plango, vivos voco, fulgura frango.*

Poſtea hoc diſtichon ei inſcriptum:

*Chriſte, dies tranſit, ne mentibus occidat unquam*
*lux tua, nobiſcum, Sole cadente, mane.*

Eccard Kücher von Erfurt goß mich in Eiſenach M. D. LXXXV.

*Joann. Himmel* hos de ea verſus ſcripſit:

*Dulciſonum do pulſa melos tria luſtra decemq;,*
*rupta ſed horriſonum reddo fragore ſonum.*
*Hinc manus artificis cum forma æs alterat ære,*
*funditur æs, veterem dat nova forma ſonum.*

*Sturm-Glocke/* Magna quoque anno MCCXXII. I. Jul. fuſa, &, ob terribilem fragorem, die große Sturmglocke dicta, quia ob commovendos & convocandos cives in ſubitaneis motibus & periculis, adque ſupplicia deducendis facinoroſis ſerviebat, XXIII. Aug. comminuta & refuſa eſt, vocataq; die *Sontags-Glocke/* Sontags-Glocke/ quòd diebus Dominicis ad convocandos auditores verbi divini uſurpetur. Inſcriptio ejus hæc:

*Triſte ſonans quondam ſubituris ſanguine pœnam*
*carnificis ferret vox ubi dira reis.*
*Suave ſono nunc Chriſtiadum dum convoco cœtum,*
*pacis ubi præco pandit ad aſtra viam.*

Eccard Kücher von Erfurt goß mich M.D.LXXXV.

*Himmelius* de eadem ita:

*Vox ubi carnificis clamore tremenda ſonabat,*
*plango, reosq; traho judicis ante forum.*
*Hinc ubi præco Dei tractat myſteria verbi,*
*clango, jubens ſacram quemque ſubire domum.*

*meſſis larga.* §. 201. Eod. anno largiſſima meſſis erat, in quam *Winerus* noſter. (c)

*mors Elect. Sax. hiſt. impia.* Eod. *Auguſtus*, Sax. Elector, XIV. Febr. anno ætat. LIX. regio funere monumentis Parentum infertur Fribergæ. *Valentin.* Steinbach Rulanus, ob homicidium capite plectendus, impium & veſanum ſe exhibuit, dicens: *eja, quàm pulcrum erit coram Deo comparere ſine capite:* Wie ſchön wirds doch ſtehn/wenn ich zu Gott komme/und habe keinen Kopff. Et: *niſi permittatis mihi*

(c) in corollar. epigrammat. p. 118.

*mihi in circo* (neſcio quoties) *obambulare, non cupio venire ad Deum.* Noluit procumbere in genua, ut ferro percuti poſſet. Vi ergo dejectus in terram, pedibus alligatus, funeque in collum injecto protractus fuit, ut decollari quiret.

Eod. obiit *Joann. Schofferus*, Æmilianus, ingenioſus Poëta. (d) *obitus Schofferi,*

In laurum ejus poëticam & inſignia Nobilitatis à *Georgio Sabino*, autoritate Cæſareâ, collata fuſius ipſe *Sabinus*: (e) *in laurum ejus & inſignia,*

In Æmyliam verò *Schofferi* patriam, ſub Comitibus Glichenſibus, *Winerus* luſit. (f) *& patriam,*

Interim Heidelbergæ *Widebrami* quoque funus Illuſtris Acad. Rect. ſpecioſo indixit programmate. *VVidebram. funus,*

Rector Academiæ Heydelbergenſis EBERHARDUS, Comes Solmenſis, & Dominus in Müntzenberg & Sonnenwald &c. Omnibus omnium Ordinum Doctoribus, Candidatis & toti Studioſæ Juventuti

S. P. D.

HEri mane *febri hecticâ* conſumtus piè & placidè obiit *Vir Reverendus, & omnium Bonorum memoriâ & amore digniſſimus D. Fridericus Widebramus, S. Theol. Excellentiſſimus & orthodoxus Doctor.* Qui cùm per omnem vitam ſuam *piè, juſtè & temperanter* vixerit, & in vitæ ſuæ cataſtrophe fidem erga Dominum JEſum Chriſtum, caritatem erga totam Eccleſiam, conſtantiam in veritatis profeſſione, patientiam & alias virtutes ſic omnibus, qui eum inviſere ſolebant, probaverit, ut nemo non cum fructu *Sanctum Senem* & intueretur & alloqueretur. Digniſſimus enimverò eſt, cujus exequias ſuâ præſentiâ exornent omnium Profeſſorum homines. Hortor itaque Acad. hujus Doctores & Profeſſores, literatam Nobilitatem, Studioſam Juventutem, ut frequenter paulò ante ſecundam horam pomeridianam accedant ædes, in quibus *eximius hic Dei ſervus* poſtremos vitæ ſuæ dies ſanctè & cum deſiderio migrandi ad Chriſtum, cui vixit & mortuus eſt, clauſit. Bene valete! Perſcriptum 3. Maj. 1585.

Epitaphium ejus vide apud *Nathan. Chytræum*, (g) & alia apud alios.

Eod. anno effertur quoque mater *Wineri* xxx. Aug. anno ætat. LXV. qua de filius: (h) *& matris VVineri,*

*Georg.* R., Civis Iſenacenſis, Dominicâ XXI. poſt Trinit. ebrius mediâ nocte domum reverſus duos fortè juvenes apud conjugem ſuam deprêndit. Qui ſubitò zelotypiâ correptus eam occidit, inque diluculo aufugit, ut nemo unquam reſciverit, quò pervenerit. Die IV. Decembr. nuptias celebravit *homicidium,*

Dresdæ

(d) Idem L. I. Tumulor. p. 30. (e) L. VI. eleg. 18. (f) in epigramm. coroll. p. 111. (g) in deliciis itiner. per Europ. p. 310. (h) lib. cit. tumul. p. 62.

*nuptiæ J. Caſim. D. S. 1586.* Dresdæ *Joann. Caſimir.* D. S. cum *Anna, Auguſti* Elect. F. Anno MDLXXXVI. *Valent. VVeinrichius* primùm inſtituit bibliothecam ſcholaſticam. Quod bonum opus liberalitate aliorum egregiè auctum & promotum eſt.

*bibliotheca ſcholaſtica, 1587. Huſani vita & mors,* §. 202. Anno ſequente *Henric. Huſanus* noſtras, U. J. D. Orator & Poëta, Diverſorumque Principum, inprimis *Joann. Friderici* II. *D. S.*, Conſiliarius, magnum patriæ & eruditi Ordinis lumen, *Lyneburgi* extinguitur. Perluſtratâ Germaniâ, Galliâ & Italiâ anno MDLXI. fit Prof. Juris in alma Salana, poſtea Conſil. Saxonicus. Paulo antè obſidionem *Grimmenſteinenſem* ad Comitia Imperii mittebatur à Principe ſuo, verùm apud offenſum Imp. *Maximilian.* II. de vita periclitans, operâ Palatini Electoris vix ſervabatur. Ergo non rediit ad Principem, ne fatorum ejus particeps fieret, ſed *Spiræ* aliquandiu delituit, Notarium ſe profeſſus. Interim functionem ſuam abdicans fideliſſimè monuit Principem, ut ſalutaribus aliorum conſiliis locum daret, Imperatori pareret, proſcriptosque à ſe dimitteret, inquiens inter alia: J. F. Gn. wollen üm Gottes willen ihr Kind in der Wiegen (*Joann. Erneſt.* infantulum tùm ſemeſtrem) bedencken. Sed optimus Princeps totus faſcinatus erat à *Brückio* & *Grumbachio*. Largitus eſt ille *Huſano* anno MDLXIV. V. Octob. domum Jenæ ad mœnia urbis ſeptentrionalia ſitam, immunem ab omni onere excubiarum, tributi &c. addito privilegio perpetuo, aquam è canalibus oppidanis in aream ſuam derivandi. Hanc domum ampliavit & exornavit poſtea *Rolfinccius*, Jenenſium Æſculapius. *Huſanus* tandem abs *Alberto* Mecklenburgico Cancellarius conſtituitur, mox verò aulæ pertæſus fit Syndicus Reip. *Lyneburg.*, (non Lubecenſis,) (i) ubi epitaphium ejus reperitur:

*epitaph.* HENRICO HUSANO, Iſennacenſi Thuringo, ab ineunte ætate in Germania, Italia & Gallia, bonis literis & linguis exculto, & mox ſupra ætatem Egregio Oratori, Politico & JCto, Saxon. & multorum Principum Conſiliario & Legato, Cancellario Megapolitano, &, poſt aulicarum jactationum tædium, Lüneburgenſis quoque Reip. Syndico, dexteritate & uſu rerum conſpicuo, & in conſiliis, tranſactionibus & pacificationibus mirificè expedito, pièq; hîc defuncto, in ſpem optatiſſimæ reſurrectionis uxor & liberi cum lachrymis PP.

Cœlum politevma piorum eſt.
*Chriſto uno Duce carpe viam: ſic itur ad aſtra;*
*aurea pulvereis præſtant æterna caducis.*
Vita creſcendo decreſcit:
Mors lilia ſentibus æquat.
*Nil fragile à fracto differt: quod tu eſſe ſolebas,*
*ipſe fui; fies tu quoque mox, quod ego.*

Aliud habet *VViner.* (k) Quàm

(i) M. Pfeff rkorn in Thuring. c. 28. (k) vid. ſtrenam ejus Reuſnerian. excuſ. Erford, apud Joh. Piſtorium 1589.

Quàm pertæſus fuerit vitæ aulicæ, non ſemel faſſus eſt publicè, fuſiùsq; id videbis in encomio vitæ ſolitariæ apud *Dornavium*. (l)

§. 203. Anno MDLXXXVIII. *J.Ern.* D.S. arcem Martſulæ exſtruit. Id enim verba lapidi inciſa volunt: 1588. *arx Martſulana,*

VItæ faVtor DeVs aVXILIator MeVs.

Eod. anno mandatur Miniſtris Eccleſiæ, ut infantes piorum parochialium ante baptiſmum mortuos pariter cum adultis ſolenniter in cœmeterio conderent. Idem habet conſtitutio Elect. Saxon. Et ſi qui diebus Dominicis offerantur, actus finitis ſtatim veſpertinis, præſente adhuc populo, celebretur, iterum ad normam conſtitutionis laudatæ. (m) Cùmq; antea veſpertinæ preces circa ſecundam pomeridianam inchoarentur, conſtitutum eſt, ut inpoſterum ſtatim duodecimâ populus per campanæ pulſum convocaretur, precesque cum concione circa horam ſecundam finirentur. *ritus eccleſiaſtici,*

Anno ſequente confirmantur Senatui ab Illuſtriſſimis Fratribus duo prædia monaſteriorum *S.Nicol.* & *Catharin.*, unà cum omnibus pertinentiis, ut quondam à *J. Frid.* jure emtionis acquiſiverat, ſecundùm tenorem literarum Torgæ MDXLIV. datarum. *Catharina Aurbachia* tribus maritis ſuis monumentum ponit ſplendidiſſimum, ob prolixitatem verò à nobis hîc omiſſum. 1589. *confirmatio prædiorum, Cath Aurbach.*

§. 204. Eod. anno M. *Winer.* bibliothecam ſuam ſatis inſtructam ſcholæ noſtræ largitur, qua de ille ſic: (n) *bibliotheca Wineri,*

*Hoc pia relliquiis de noſtris Iſis habeto,*
*μνημόσυνον q; mei nominis eſſe ſine.*
*Quod micis noſtris tibi bibliotheca perennis,*
*auſpiciisque piis inſtituenda datur.*
*Ne vivi fontes ſint Iſraëlis in ora*
*obſtructi: latices deficiantve ſacri.*
*Sed vigeant artes, vigeant oracula ſacra,*
*& ſint, qui linguas, qui ſtudia iſta colant.*
*Ut Chriſti meritum nomenq; hoc perſtet in urbe,*
*cumq; orthodoxa relligione ſcholæ.*
*Utere cum fructu, nec publica commoda tolle,*
*aut ad privata hîc reſpice lucra tua.*
*Sed modica hæc auge, pro theſauroq; repone,*
*proq; pia ſerva poſteritate tua.*
*Chriſtus det vires: detq; incrementa ſecunda:*
*ejus ut ad laudes hoc bene cedat opus!*



(l) in Amphitheatro Sapient. Socrat. Joco-ſeriæ T.I.p.813. ſeq. (m) art. gener. VI. p.307. & art. XV. p.335. (n) è diario Himmeliano.

Reſponſum *Börſtelmannianum* hoc: (o)

*Relliquias coluit* Wineri *nominis* Iſis
*hactenus & gratâ mente animoq; colit.*
Μνημόσυνον *Sanctum eſt hæc bibliotheca perennis,*
Iſidis *hæc Doctis conſpicienda datur.*
*Haudquaquam fontes ſunt Iſraelis in ora*
*obſtructi: latices deficiuntvè ſacri.*
*Sed florent Artes: florent oracula ſacra,*
*& ſunt, qui linguas, qui ſtudia iſta colunt.*
*Ut Chriſti meritum nomenq; hac perſtet in urbe,*
*& cum ſalvifica relligione ſcholæ.*
*Utemur libris, nec publica commoda quisquam*
*tollet, qui juſtum reſpicit atque pium.*
Iſis *donum auget, pro theſauroq; reponit,*
*pro docta ſervans poſteritate ſua.*
*Cœlum det vires, detq; incrementa ſecunda,*
*ejus ut ad laudes hoc bene creſcat opus!*

1590. §. 205. Anno MDXC. *J. Erneſt.* optimum Parentem *Neoſtadii* in Au-
*iter J. Ern.* ſtria captivum inviſens progreditur in Hungariam. Seq. anno XXIV. Nov.
*in Auſtriam,* nuptias ibidem celebrat cum *Eliſabetha*, *Joannis* Mansfeldici Comitis F., cui
ſolennitati *Carolus* Archi-Dux Auſtriæ intererat. Ex mandato *Joann. Caſi-*
1591. *& nuptiæ* *miri* viſitatio eccleſiaſtica inſtituta, eaque commiſſa D. *Mich. Wirthio*, Cancell.
*ejus,* Coburg., & *M. Dünckelio*, Superint. ibidem. Quatuor tùm Paſtores in turri-
*viſitatio ec-* bus portarum civitatis arreſto detenti, ſcilicet *J. Michaël*, ad fontem Æmilia-
*cleſiaſtica,* num, quòd ſcribæ municipali Iſnac. V. F. ſalarium ſolventi, & ſolutionis no-
1593. mine honorarium aliquod poſtulanti, nonnihil ſe oppoſuiſſet, quem omnes
*Paſtores pu-* innocentem renunciârunt; *David Mannus*, Paſt. Magdelungenſis, *Cornelius*
*niti,* *Iſenbrand*, Franckrodanus, & *Georg. Silchmöller*, Megalupnizenſis, ob varios
*Anna ca-* lapſus. *Anna*, *Joann. Caſim.* uxor, XXIII. Decemb. hûc ducta per trien-
*ptiva,* nium ferè in aula telonii detenta fuit; abiit poſtea in monaſterium *Sonnefel-*
1594. *denſe*, indeque in caſtrum Coburgenſe, ubi mortua, jacet *Sonnefeldii*. *Eliſa-*
*mors Eliſabeth Palat.* *betha* Palatina, *J. Frid.* II. conjux, *Neapoli* in Auſtria mortua ſepulta eſt Cobur-
gi XXX. Decemb., quam maritus ſeq. anno, ætat. ſuæ LXVI. ſecutus eſt. An-
1595. *& mariti* no MDXCVI. naſcitur *J. Erneſto* filiolus Martſuhlæ *Joann. Frid.* dictus, brevî
*ejus,* tamen pòſt unà cum matre extinctus. Cubant in templo parochiali Crucis-
1596. burgi. Stipendia miniſtrorum Eccleſiæ augentur à Senatu, additis cuique
*filiolus J.* ex collectura eccleſiaſtica quotannis denis florenis, ſuaſore ipſo Collectore
*Erneſti,* *Chriſtoph. Purgoldio* Seniore. Duo tantùm ad uſum publicum in æde Geor-
*ſtipendia Paſt. aucta,* giana erant libri, *Agenda* nimirum & *liber Evangeliorum*. Cæpit ergo *Kyh-*
*maus*

(o) Henr. Börſtelman, Rect. Sch. Iſnac., in orat. de ſcholæ hujus ornamento, bibliotheca.

*maus* Diaconus de inſtituenda bibliotheca cogitare, nec ſpes aut ſucceſſus eum fefellit. Principis enim liberalitate, Nobilium, Aulicorum, aliorumq; cuncta eveniebant ex voto. Laudanda cunprimis *Joann. Himmelii* Senioris induſtria, quam per pluſculos annos in augenda & ornanda hac bibliotheca fideliter impendit. Factâ demum fraternâ tranſactione, *J.Caſimir.* & *J.Erneſt.* ditiones ſuas dividunt, ut huic *Iſenacum*, *Crucisburgum*, *Saltzunga*, cum Præfecturis, dimidia pars *Alſteti, Lichtenberga, Gerſtunga* &c. ceſſerint. Homagium præſtitum ei XVIII. Maji. *bibliotheca Georg. origo.* 1597. *diviſio fraterna.*

Ab iſto tempore Aula Ducalis cum Regimine Politico & Eccleſiaſtico hîc inſtituta eſt, mutatâ curiâ in Cancellariam. Primus utriusque Præſes D. *Andr. Knichen*, Vir Celeberrimus; Aſſeſſores hujus *Georg. Rhön* Superintendens, *Tob. Lagus*, J.U.D. & Conſiliar., nec non *Martin. Gnügius*, Concionat. Aulic., qui tamen brevî pòſt Mechterſtadium vocatur. Primus in hoc Synedrio legitimè examinatus & approbatus erat *Samuel Kirchner*, Subſtitutus Paſtor Eccleſiæ Sunthemenſis cis Rhönam in Præfectura Lichtenbergica. *Aulæ Ducalis origo.* *primus hic examinatus Paſtor.*

§. 206. Eod. anno M. *Chriſtoph. Winer.* una cum conjuge ſua funeſtâ & infami peſte ſublatus eſt *Sunthuſii*. Natus erat anno MDXLV. in majori Lupnizio. Artium linguarumque fundamenta poſuit ſub *Widebramo* noſtro. *Heydelbergæ* in *domo ſapientiæ* Philoſophiam & Poëſin arctiùs complectens ſumma cum laude gradum Doctoris ibi promeruit & laurum Apollinarem. Præfuit ſcholæ Gothanæ dexterrimè decennio ulteriùs Con-Rector, inſigni cum juventutis emolumento. De ludi hujus abdicatione ita cecinit: (p) *vita Wineriana.*

*abdicatio ludi.*

*Jam mihi Palladio in ludo duo luſtra peracta*
*prætereunt, ſterilis meq; cathedra tenet.*
*Et gravis exercet formandæ cura juventæ,*
*nec merces tanto digna labore venit.*
*Augiæ ſtabulum hîc iterum iterumq; repurgo,*
*& Saxum Æolii volvo revolvo ſenis.*
*Pro tam difficili plenaq; labore palæſtra*
*hi ſunt theſauri divitiaq; meæ.*
Pulveris abſorpti drachmarum pondera centum,
pedorum & bilis mixta ſelibra duûm.
Læſa valetudo: macies cum tuſſe, catarrhus
cum peripnevmonia: pallor in ore gravis.
Ira, odium, invidia, & livor, contentio, pugnæ,
nilque niſi in vacua bibliotheca domo.



(p) in corollar. L. XII. Panegyr. ſacr. epigr. 26.

Ære crumena carens, perpauca, aut gratia nulla;
grandia magnifici lucra Magiſterii.
*Ergo ſceptra ſcholæ ſterilesque valete cathedræ,*
*functio me gravior cumque quiete manet.*
*Nil Helicon præter Muſas & carmina ficta,*
*& fictos latices, fictaq; templa colit.*
*Pierios cantus, citharas & ſerta Deorum;*
*unde voluptates: æris ubiq; nihil.*
*Pegaſus & Muſæ, Nymphæq; Aganippidos undæ,*
*Numina ſunt, præter nomen inane nihil.*
*Baſia Doctorum, deliria muſica Vatum,*
*ſomnia ſunt, quorum corpus & umbra nihil.*
*Vera Tibi ſtat, Chriſte, ſalus, & Numina vera,*
*& vivi fontes, veraq; templa patent.*
*Hos latices colo nunc: his proluo fontibus ora,*
*Spiritus unde ſacer pectora noſtra rigat.*
*Hi vivi fontes ſunt Iſraëlis in ora,*
*nil Helicon præter flumina ficta tenet.*
*His lymphis potus de fontibus Iſraëlis*
*tollar humo, & Chriſti Numina magna colam.*

Scholâ dimiſſus ruris *Sunthuſiani* parochiam & mandram ad oram Semanæ borealem in Præfectura *Tennebergica* ſuſcepit, & duodecennio rexit ulterius feliciter.

*remotio ab officio,* Remotus tandem ab officio, privatus vixit *Sunthuſii* cum *Catharina* ſua *Purgoldia.* Ante exceſſum, revocatâ ſententiâ priori, *pacis ergo* doctrinæ Evangelicæ ſubſcripſit. Doctiſſimis Viris *Paullo Meliſſo, Nic. Reuſnero, Salom. Frentzelio*, P. L. C. *Ludovico Helmboldo, Wolfgango Müllero*, Gymnaſiarcha Schleuſingenſi, *Theodoro Zvvingero*, Medico Baſileenſi, aliisque uſus eſt familiariter, qui magni eum faciebant ob virtutem & doctrinam. Apud nos memoria ejus in benedictione, quòd, licèt ſtatione ſuâ deturbatus, bibliothecam non tantùm ſuam ſcholæ, ſed quoque duo ſtipendia tenuioris fortunæ Studioſis ex bonis ſuis teſtamentariâ diſpoſitione legârit; *pia ejus legata,* alterum *triviale* quotannis XII. florenorum, quod à Senatu *Gothano* numeratur, non tamen niſi ſcholæ Gothanæ alumno cuipiam: alterum *academicum* XXX. florenorum, quod Senatus noſter exſolvit, apud quem, etiam Gothanum, *Winerus* certam pecuniæ ſummam depoſuerat. Dantur autem hæc ſtipendia iis ſolummodò Studioſis & Scholaribus, qui ex familia *Wineriana* & *Purgoldina* nati ſunt; queîs deficientibus triviale civis alterius Gothani, Academicum civis Iſnacenſis filius obtinet. Qui academico fruitur, cum alumnis Ducalibus publi-

publico examini ſe ſiſtere tenetur, pro qua opera Profeſſoribus quotannis
nummus aureus à Senatu noſtro mittitur.

§. 207. Anno MDXCVIII. naſcitur Altenburgi *VVilhelm*. D.S. XI. April. 1598.
Et *Joann. Ern.* Rotenburgi ad Fuldam cum *Chriſtina*, *VVilhelmi*, Principis *VVilh. D.S.*
Haſſiæ, doctiſſima filia, & *Mauritii* ſorore, d. XV. Maj. nuptias ſolenniter ce- *natus,*
lebrat. Undecimo poſt die in urbem ducitur cum plauſu omnium: *nuptiæ J.*
LVX PhœbI geMInos Vt ChrIstVs faVtor & aVtor *Ern. ſecun-*
ConnVbII hæC neCtIt peCtora bIna petIt. *da,*

Juſſu *Joann. Caſimiri* M. *Nic. Rebhan.*, Eccleſiæ Gothanæ tùm Diaconus *concio M.*
vocatus, ut, præſentibus diverſis Principibus & Ordinibus Provincialibus, in *Rebhan.*
feſto Aſcenſionis concionaretur, opiniones Reformatorum de aſcenſione
Chriſti ad cœlos, & ſeſſione ejus ad dextram Domini modeſtè refutans. *Mau-*
*ritius* ægrè hoc tulit, compellavitq; *Rebhanium*. Qui doctiſſimo Principi ſatis-
faciens laudem promeruit publicè. In Comitiis hiſce Iſnacenſibus Illuſtriſſi-
mi Fratres de tributo annuo extraordinario (von der Landſteur) promiſerunt
quotannis ſeſe exſoluturos 1200. florenos, Coburgenſibus ſeptingentos & *legata.*
Iſnacenſibus quingentos, ad pias cauſas ab ipſis adhibendos. In autumno pe-
ſtis ultra 300. oppidanos ſuſtulit. Templum *Franciſcanorum* dirutum aream 1599.
ſuam viridario Principis dedit: lapides partim ad amplificandam Sedem Du- *monaſt.*
calem, partim ad alios uſus adhibiti. Neſcio, quæ ſimultates proximis aliquot *Franciſcan.*
annis inter Saxoniæ Duces Patrueles ortæ fuerint: nunc verò Sulæ & Schleu- *dirutum,*
ſingæ omnes ſublatæ & extinctæ, ut *Rhönius* XII. Aug. de cathedra publicè Deo *concordia*
egerit gratias. Tranſiit *J. Caſimir.* XVI. Sept. ad ſecunda vota, eligens ſibi *Mar-* *facta,*
*garitam*, *VVilhelmi* Lyneburgici filiam. Coburgum, quod *lateritium* accepe- *nuptiæ ſe-*
rat, prorſus *marmoreum* reliquit laudabilis Princeps. Gymnaſium, à ſuo nomi- *cundæ J. Ca-*
ne *Caſimirianum* dictum, nec non Cancellariam, armamentarium, ſphœriſte- *ſim.* *laudes ejus,*
rium, & alia ſplendida ædificia, ſacra & profana, exſtruxit, aut inſtauravit & *Albert. D.S.*
dotavit munificentiſſimè. Eod. anno naſcitur *Albertus* D.S. *natus,*

§. 208. Anno MDC. magna inundatio agro noſtro multa intulit damna, 1600.
omnibus incolis ante portam *Nicolaitanam* XVII. & XVIII. Jul. ex ædibus ſuis *inundatio,*
pulſis. Omnia Apoſtolorum feſta, una cum D. *Joann. Bapt.*, *Viſitat. Mariæ* & *Mi-* 1602.
*chaël.* à tempore reformationis ſolenniter celebrata fuerant. Civibus autem, *reformatio*
quorum pleriq; opifices, conquerentibus, ſe à laboribus ſuis avocari, nec exi- *feſtorum,*
guam rei œconomicæ jacturam facere, datum hoc eſt, ut pomeridianæ con-
ciones paulatim intermiſſæ, & progreſſu temporis ex feriatis diebus profeſti
facti ſunt, retentâ tamen concione matutinâ, in qua Evangelia feſtorum hujuſ-
modi ordinaria explicantur. *Joann. Erneſt.* autem tria iſta feſta prænominata
cum omni ſolennitate in integrum reſtituit. (q)

Conditur ad S. Georg. Tob. Lagus Crucisburgenſis, J.U.D. & Conſilia- *obitus D.*
rius, anno ætat. ſuæ XLV. *Lagi,*



(q) Rebhan. Hiſt. cit. L. III. p. 332.

1603. Multis etiam bonis flebilis occidit *Rhönius* Antiſtes VI.Sept., ſepultus
*& Rhönii,* in choro ædis Georgianæ.

1604. Succeſſit ei M. *Frid. Schönhaar*, Crucisburgenſis, Patriæ ſcholæ primùm
*M Schön-* Rector, deinde Diaconus Eccleſiæ, tandem Paſt. & Adj. *Knichius* in Aulam
*haar,* Anhaltinam ſe confert, Cancellarii & Secretioris Conſiliarii munere ibi fun-
*Knichius* cturus. Anno MDCV. III. Jul. Auguſtum Gymnaſium *Coburgenſe*, quod
*dimiſſus,* ipſe Fundator communiter vocat die Hoheſchul / ſolenniter inauguratur.
1605. Die XIX. ejusd. Menſ. horâ nonâ ingruentis noctis uſque ad duodecimam ter-
*Gymn. Co-* ribilis tempeſtas ſubitò oritur, creberrimis tonitruum mugitibus perpetuisq;
*burg.* fulguribus & fulminibus permixta. Piſtor in foro Saturnino *Georg.* Happe
*civis fulmi-* cum filio ſuo in terram proſtratus, adque Deum preces devotè fundens, ful-
*ne ictus,* mine tactus periit. (r) Erat olim *Berga* ad Ilmum Comitatus, poſtea ad
*Gleichenſes* & *Blanckenhaynenſes*, & ab his ad *Frider. Beichlingenſem* in Wiha,
annô autem MCCCCXXII. ad *Chriſtian. Witzlebium*, & tandem hoc anno
1606. ad Saxones noſtros devolutus. (s) *Campana*, quam *Apoſtolicam* dicunt, fra-
*campana* cta & Erfurti refuſa. *Georg. à Birckenfeld*, Conſiliar. Ducalis, vitæ ſatur condi-
*Apoſtolica,* tur ad S. Nicolaum. *Juſtus* Schreiber in ædibus cognati ſui, *Georgii Wirſingii*,
*G. Bircken-* tinctoris in platea balneatoria, foliis luſoriis tempus nummosque petulanter
*feld,* perdens, neſcio ob quam liticulam occiditur. Cadaver in plateam projectum
1607. varias movit ſuſpiciones. Inquiſitione factâ in *Wirſingium* faba cuditur. Bis
*homici-* ſuſtinuit torturam, factum pertinaciter negans. Denique reperto in cella ejus
*dium,* ſarculo, (Rodenhaue.) quod capiti occiſi impegerat, cruore adhuc conſper-
ſo, & capillis inhærentibus, ociùs crimen fatetur. *Bernhardus* König/ com-
*hiſt. ridicu-* pellaturus *Joann. Himmelium* de baptiſmo recèns nato puello adminiſtrando,
*la.* cùm audiiſſet, incolere illum ædes angulares ad gradus lapideos in platea
Prædicatorum, alteras è regione ibidem ſitas, itidem angulares, errore ductus
ingreditur, & *Georg.* Armbruſt/ſartorem, eas inhabitantem convenit. Ratus
hic compatrem ſe requiri, non tantùm lubens ſuam condixit operam, ſed
etiam allato vino ſublimato honoris quid *Bernhardo* detulit. Quô epotô,
*hem!* ait, *tempus erit, ut filiolo meo de ſuſceptore proſpiciam.* Sartor mirans verba
hominis, quærit: *ergo ego pro illo haud fide jubeam?* non, dixit *Bernhardus*, tu
*baptizare* debes puſiunculum. Tum ille: *i*, clamat, *in malam rem, nonne ex
inſtrumentis meis vides, quis ſim?* apage!

*ſtipendia* §. 209. Illuſtriſſimi Fratres ad promotionem ſtudiorum jam antè
*aucta,* 1200. florenos quotannis exſolvendos legârant, ſeptingentos putà Gymna-
ſio Coburgenſi & quingentos noſtræ ſcholæ. Aluerat *J. Erneſt.* hactenus
octo Stipendiarios in Academia Jenenſi, queîs dabantur unum theologicum
45. floren., nobile 40., juridicum 35. & quinque philoſophica 30. floren.,
nunc

(r) Vid. Binhart. chr. Thuring. L. III. p. 229. (s) M. Pfefferkorn. in Thuring. ſua c. 22. p. 237.

nunc ex quingentis modò dictis florenis alia ſeptem conſtituuntur philoſophica, deſtinatis ſimul M. *Heidero*, Prof. Jenenſi, 25. florenis, quorum omnium ſumma facit 235. florenos. Deliberabatur interim, quî reliqui 265. floreni utiliter collocari poſſent. Alii pro convictorio in ſchola inſtituendo ajebant. Sed Senatus plures fortè ſumtus erogandos veritus, conſentire noluit. Tandem, urgentibus Conſiliariis & Eccleſiæ Miniſtris, XXXIII. alumnis ſcholæ noſtræ, pauperculis Illuſtriſſimi ſubditorum filiis, bonæ tamen ſpei & frugis, artisque muſicæ gnaris, pro ſtipendio triviali legantur, ut Collector Eccleſiæ B.V. ex ejusdem reditibus quotannis numeret alteram partem circa Dominicam *Trinitatis*, alteram circa feſtum *Martini*. Rector ſcholæ verò, præſentibus Conſiliariis, Miniſterio Eccleſiaſtico, & Senatoribus aliquot, ita diſtribuat, ut deni ſuperiores ſingulis vicibus LX. florenos, (ſinguli ſenos,) ſequentes deni XL., & tredecim inferiores XXXII. cum dimidio accipiant.

§. 210. Anno MDCVIII. obiit *Catharina Aurbachia*, cujus liberalitatem erga religioſos & pauperes ſummopere prædicat patria. *1608. Cath. Aurbach.*

Anno ſeq. in nuptiis coriarii Erfurtenſis cœnaculum, in quo conſederant hoſpites, ſubitaneâ ruinâ concidit, ſponſa cum viginti hominibus oppreſſa, viginti alii fractis cruribus & brachiis lethaliter ſauciati ſunt. (t) d. XIV. Aug. ſeq. anni *Schönhaarius* deceſſit. *1609. nuptiæ infauſtæ, 1610. Schonhaarii mors,*

Eod. templum Nicolaitanum renovatur, contribuentibus ad illud ſumtus inprimis *Georgio Birckenfeld*, Conſiliario, 100. floren., *Henr. Phil. Spielhuſio*, Ærarii Præfecto 100., relictâ ejus *Cordula* 200., & *Chriſtoph. Katzentrunck* 100, queîs gratitudinis ergo ſepultura in hac æde conceſſa eſt. Ædiles primùm erant *Chriſtoph. Purgold*, Senior Conſul, *Joach. Kley*, *Georg. Treutvvin*, *Melch. Côrber*, *Andr. Cotta*, tandem *Petr. Letzius*, & *Georg. Kley* Camerarii. *renovatio templi Nic.*

§. 211. Schönhaario ſucceſſit M. *Nic. Rebhan*. Vix advenienti controverſias movit *Chriſtina* Princeps. Cùm enim (abſente tunc in cauſa ſucceſſionis Juliacenſis *Juterboci* Illuſtriſſimo Marito) in die Viridium S. cœnâ uti vellet, & per Conſiliarios Antiſtiti ſignificâſſet, ſe quidem haud damnare Luteranorum religionem, reformatam verò puriorem ſibi videri, & verbo Dei magis conformem, talique fide ſe ſacris participaturam; reſpondit *Rebhanius*, ſe nequaquam poſſe gratificari ob rationes in chartam conjectas, & Principi humiliter oblatas. *1611. M. Nic Rebhan, controverſia cum Principe,*

Gottes Gnade in Chriſto / mein andächtig Gebeth und unterthänige Dienſte jederzeit höchſten Fleiſſes zuvor / Durchleuchtige / Hochgebohrne Fürſtin / Gnädige Frau. Auf E. F. Gn. Befehl hat der Geſtrenge / Edle und Veſte **Craffe Melchior von Madlungen** / F. S. Cammer-Rath / *literæ illius ad hanc,*

(t) Calviſ. oper. chronol. ad h. ann.

Rath/ Beyſeyns Hern D. Stambergers vorgeſtern mir weitleuftig angezeigt / welcher Geſtalt E. F. Gn. nicht allein meiner wenigen Perſon in Gnaden gewogen wären/über meiner Ankunft erfreut/ und mir zu meinem angehenden Amt Geiſt/Gnade/Segen und alle Wolfart wünſchten / (für welche gnädige Affection und Chriſtliche Glückwünſchung gegen E.F.Gn. ich mich Danck-ſchuldig und willig erkenne / und derſelben / ſamt Ihrem Hern / meinem Gnädigen Fürſten und Hern / auch hinwieder Gottes Gnade/Geſundheit/langes Leben/glückliche Regierung/und alles/was Ihnen zum zeitlichen und ewigen Leben dienlich iſt/von Hertzen wünſche/) ſondern auch meines Amts im Beichtſtuhl und beym Tiſch des HErn / dazu Sie ſich auf künftigen grünen Donnerſtag / vermittelſt Göttlicher Gnade/ zu finden entſchloſſen wären / zu brauchen / doch dergeſtalt / daß E. F. Gn. mir nicht verhalten wolten/ob Sie wohl die Sächſiſche Kirchen-Lehre und Bekentniß nicht allerdings ſtrafften / noch verwürffen / hielten Sie doch in ihrem Hertzen davor / daß der Reformirten Religion und Lehre dem Heil. Wort Gottes üm etwas näher wäre/ dazu Sie auch ſich hinfüro zu bekennen/und dabey zu verharren gedächten. Und weil ein jeder ſeines Glaubens leben müſte/auch die vorigen Superintendenten beyde ſelige/E.F.Gn. admittiret hätten / als würde ich kein Bedencken tragen / dieſelbe in ihrem Bekentniß / Verſtand und Glauben zu laßen. Im Fall aber da ich mich beſchwert befünde / würden E. F. Gn. veruhrſachet / anderswo bey ihren Glaubensgenoßen das Sacrament zu ſuchen. Ob ich nu wohl alſobalden domals mündlich meine Antwort in Unterthänigkeit hierauf gethan/ ſo viel die Gelegenheit leyden wollen / habe ich doch zum Uberfluß mich noch dahin erklärt/ ſolche auch ſchrifttich E. F. Gn. zu übergeben / damit dieſelbe mein Gemüth endlich und gründlich verſtehen / auch was für Uhrſachen mich bewegten/ in Gnaden vermercken möchten. Und iſt zwar an dem / daß/wie ich Gott/ dem niemand lügen kan / zum Zeugen auf meine Seele anruffe / mir nichts liebers ſeyn könte / dann E. F. Gn. / als nechſt Ihrem Hern meiner von Gott fürgeſetzter ordentlicher hohen Landsfürſtl. Obrigkeit / und von der ich weiß / daß Sie Gottes Wort und die Seligkeit Ihr mit Ernſt angelegen ſeyn läßet/ mit meinem Amt / Abſolution und Adminiſtration des H. Nachtmals unterthänig zu dienen / da auch E.F.Gn. ſich nochmals dahin erklärten / wie ich vor der Zeit von etlichen meinen lieben Hern und Freunden berichtet worden / daß Sie / den klaren Worten der Einſetzung nach / die wahre weſentliche Gegenwart des Leibs und Bluts Chriſti im Abendmahl auf Erden / derſelben Sacramentliche Vereinigung mit Brot und Wein/ und mündliche Nießung glaubten / und daß die Himmelfart hieran nicht hinderlich / wolte ich meines Theils gern die übrigen ſtrittigen Nebenfragen an ihrem Ort beruhen laßen / bey E. F. Gn. derſelben halben

nichts

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nichts urgiren / ſie zum Theil verſparen bis in die Hoheſchul des ewigen Le-
bens/zum Theil auf Gottes weitere Erleuchtung warten / und ihn darumb
anruffen. Dieweil aber E. F. Gn. ſich ſo rund und gäntzlich dahin reſolvi-
ren / Sie halten es in dieſem Punct ( weiß nicht/ ob noch in mehrern/) mit
den Calviniſten / und ſöndern ſich von unſer Kirchen Verſtand / Glauben
und Bekentniß ab / kan E. F. Gn. ich hinwieder unterthänig nicht ber-
gen / daß ich/ohne Heucheley/Verleugnung meines Glaubens/ Aergerniß
bey andern meinen Glaubensgenoßen / Beſchwerung meines Gewißens/
und Verluſt göttlicher Gnade/E.F.Gn. mit meinem Amt dießfals nicht
dienen/wie auch gleicher Geſtalt E.F.Gn.mit gutem Gewiſſen meines Am-
tes in dieſem nicht brauchen kan. Denn es wiſſen E.F.Gn./als eine Hoch- 1.
verſtändige Fürſtin / daß die Heiligen Sacramenta unter andern ſind und
ſeyn ſollen eußerliche Gemercke / und Kennzeichen der Religion und des
Glaubens Bekentniſſes / als zum Exempel : Wer bey den Juden ſich hat
beſchneiden laßen / und das Oſterlamm genoßen / der iſt für ihrer Kirchen
Glied gehalten worden. Wer heut zu Tage bey den Papiſten das ge-
ſtümmelte Abendmahl empfäht / der bekennt ſich zu ihrer Religion. Wer
bey den Calviniſten communiciret/giebt ſich für ihren Glaubens-Genoßen
an. Da nun E. F.Gn. in ihrer Meinung verharren/ zum Calviniſmo ſich
bekennen/und doch bey uns das H. Abendmahl empfahen wollen / kan ſol-
ches / ohne Verſehrung ihres Gewißens / und ohne Verleugnung ihres
Glaubens/ nicht geſchehn. Desgleichen/ da ich und meine Collegen E.F.
Gn. zulieſſen/wäre das Sacrament bey uns nicht mehr ein Zeichen der Ei-
nigkeit/des Glaubens und Bekentniß/ſondern ein Polniſcher Stiefel/und
Deckel zweyer wiederwertiger Religionen.

So würde dieß auch nichts anders ſeyn/denn eine höchſtſträfliche un- 2.
verantwortliche Heucheley/und eine thätliche Verleugnung meines Glau-
bens / deßen ich in meinem Hertzen verſichert bin / wenn ich auf der Kantzel
vom H. Abendmahl anders lehren und bekennen/ anders aber mit der That
wolte befördern helffen/den Calviniſmum ſtrafen/verwerfen/mit dem Mun-
de mich davon abſondern/und meine Zuhörer davor warnen/ hergegen aber
mit Abſolution und Reichung des H. Abendmahls denſelben approbiren
und gutheiſſen.

Und was würde für ein Aergerniß bey meinen Zuhörern/allermeiſt bey 3.
Schwachglaubigen/hieraus entſtehen ? würden ſie nicht dencken / es wäre
keine Gewißheit der Religion bey uns/ſonderlich in der Lehre vom H. Abend-
mahl/und es dörfte ein jeder davon halten und glauben/was er wolte. Wür-
den ſie nicht auch vermuthen/ich wäre von meinem Glauben abgefallen/oder
trüge auf beyden Achſeln/und hinckte auf beydē Seiten? Ja würde nicht An-
laß gegeben/daß ihrer mehr vō unſerm Bekentniß ab zum Calviniſmo treten?

Darum das Wehe und den ſchweren Mühlſtein / welcher allen denen gedreuet wird/ſo Aergerniß geben / (u) zu verhüten/wil mir keines Wegs gebühren/E.F.Gn. begehren mich dießfals zu bequemen.

4 Es iſt auch E.F.Gn. unverborgen / wie ſehr Gott dem HErn zuentgegen ſey/wenn man einen Samaritiſchen Kuchen backen/und wiedrige Religionen mengen wil / welches anzuzeigen Gott der HERR im Alten Teſtament verboten hat. (w) Du ſolt nicht ein Kleid anziehen von Wollen und Leinen zugleich gemengt. Und S.Paul lehrt: Das Liecht habe keine Gemeinſchaft mit der Finſterniße. (x) Nu iſt Luteriſcher und Calviniſcher Glaube im Articul vom H.Abendmahl gantz und gar wieder einander/vieler anderer hochwichtigen Puncten jetzo zu geſchweigen / und muß nu einer Liecht/der andre Finſterniß ſeyn. Darum mit Adminiſtration des H.Abendmahls dieſelben vereinigen und vermengen / aus Liecht und Finſterniß eine Gemeinſchaft machen wollen/ nimmermehr verantwortlich iſt.

5 Bey dem Profeten Eſaia (y) wird gedroht: Wehe denen / die Böſes gut/und gutes böſe heißen/ die auß Finſterniß Liecht/und aus ſaur ſüße machen/u.ſ.w. Und zun Römern ſteht: (z) nicht allein die Böſes thun/ſondern auch die Gefallen dran haben / qui conſentiunt facientibus, die drein willigen/fallen in Gottes Strafe und Gericht. Nu bin ich für mich gewiß/daß Calviniſche Lehre in denen Puncten / darinnen ſie der unſerigen entgegen iſt/böſe ſey und Finſterniß. Derowegen damit ich das gedrohte Weh mir nicht auf den Halß lade/ leydet ſich nicht / daß ich mit Abſolution und Reichung des H.Abendmahls das Böſe gut heiße/ drein willige/und aus Finſterniß Liecht mache.

6 Wil geſchweigen / daß Calvinus ſelbſt ſeinen Glaubens-Genoßen wiederrathen hat / bey den Luteriſchen zum Abendmahl zu gehen / und nennets perfidam ſimulationem, eine meineydige oder neuloſe Heucheley. Daher auch vom Calviniſten Joanne Sturmio zu Straßburg geſchrieben wird/ daß er 22. Jahr dieſes Sacraments ſich enthalten habe. Hieraus/Gnädige Fürſtin und Frau/verhoffe ich / werden E.F.Gn. erkennen / daß ich aus keinem privat-Affect/ Muthwill / Halsſtarrigkeit / Ehrgeitz / oder Tiranney derſelben ihr Begehren ( beſchehenem Vorbringen nach ) verweigere / ſondern die unvermeidliche Noth treibt mich dazu / daß E.F. Gn. und mein eigen Gewiſſen ich nicht beſchweren/ niemand Aergerniß geben / noch Gottes Strafe mir zuziehen wil. Und obwohl nun E. F. Gn. wieder ihr Gewißen ich keinen Glauben aufdringen ſol noch kan / ſo wil doch E.F.Gn. üm Gottes und ihrer Seligkeit willen ich gebeten und vermahnt haben/ Sie wollen/ohne Anſehen der Perſon / und ohne Vorurtheil / den Sachen in wahrer Furcht und Anruffung Gottes nachdencken/obs nicht ſicherer ſey/

einfäl-

(u) Matth.XVIII.6. (vv) Deut.XXII.11. (x) II.Cor.VI.15. (y) c.V.20. (z) c.I.32.

einfältig bleiben bey den Worten des wahrhaftigen Sohnes Gottes/welche in ihrem rechten natürlichen Verſtande das jenige mit ſich bringen/was wir glauben und bekennen / darinnen auch drey Evangeliſten mit S. Paullo einhellig einſtimmen/davon wir nicht Uhrſach haben zu weichen/ſintemal dadurch kein Articul des Glaubens/auch die Himmelfart Chriſti nicht geleugnet wird/alß daß man auf tropos und Figuren ſich begeben ſol/und doch nicht gewiß ſeyn/ in welchem Wort eigentlich die Figur Statt habe / auch allerley Irrthums daraus folget/man ſetze den Tropum, wohin man wolle. Es läßt ſich zwar von der geiſtlichen Nießung / ſo durch den Glauben geſchieht / gar fein reden / und hat dieſelbe freylich ihren Grund in Gottes Wort. Wenn man aber die Worte der Einſetzung des H. Abendmahls für ſich nimmt/ſo giebt ſichs bald / daß über die geiſtliche Nießung hie noch eine andere leibliche und mündliche beſchrieben werde. Und wie nu im Articul von Aufferſtehung der Todten aus denen Texten / da von einer geiſtlichen Aufferſtehung von Sünden gehandelt wird/ die leibliche Aufferſtehung der Todten mit Hymenæo und Phileto nicht muß geleugnet werden / alſo auch wegen der geiſtlichen Nieſung/welche beſchrieben wird/ (z) und die ſo wohl außer / als im Brauch des Abendmahls / geſchehen kan / und nimmer zum Gericht/ ſondern allzeit zum Leben gereicht / muß man die leibliche Gegenwart und mündliche Nieſung des Leibes und Bluts Chriſti im Sacrament nicht leugnen/welche nach S. Petri Zeugniß/auch zum Gericht geſchehen kan/ nemlich bey den Unwürdigen. Kan auch dergeſtalt ein Chriſten-Menſch frölich zu Chriſto reden/beyde an ſeinem Sterben und am jüngſten Gericht/ alſo / daß ich mit Luteri trefflichen Worten beſchließe aus ſeinem großen Bekentniß vom Abendmahl. (a) Mein lieber HErr JEſu Chriſte / es hat ſich ein Hadder über deinen Worten im Abendmahl erhoben; Etliche wollen/daß ſie anderſt ſollen verſtanden werden/denn ſie lauten. Aber dieweil ſie mich nichts gewißes lehren/ ſondern nur verwirren / und ungewiß machen/ und ihren Text in keinem Wege wollen noch können beweiſen / ſo bin ich blieben auf deinem Text/wie die Worte lauten. Iſt etwas finſter darinnen/ ſo haſtu es wollen ſo finſter haben/ denn du haſt keine andre Erklärung darüber gegeben / noch zu geben befohlen. So findet man auch in keiner Schrifft/noch Sprachen/daß (**iſt**) ſolte (**deutet**) und Leib (**Leibs-Zeichen**) heißen. Wäre nu eine Finſterniß darinnen/ſo wirſtu mirs wohl zu gut halten/daß ichs nicht treffe/wie du deinen Apoſteln zu gut hielteſt/ da ſie dich nicht verſtunden in vielen Stücken / als du von deinem Leyden und Aufferſtehen verkündigeſt / und ſie doch die Worte/ wie ſie lauten/ behielten / und nicht anderſt machten/ wie auch deine liebe Mutter nicht verſtund / da du zu ihr ſagteſt: (b) ich muß ſeyn in dem/das meines Vaters iſt/ und Sie doch ein-



(z) Joh. VI. 27. (a) T. III. German. Jenenſ. f. 489. (b) Luc. II. 49.

einfältig die Worte in ihrem Hertzen behielt/und nicht andre draus machte. Alſo wil ich auch an dieſen deinen Worten bleiben/ **das iſt mein Leib/ u. ſ. m.** / und wil mir keine andre machen/ noch machen laſſen/ ſondern dir befehlen und heimſtellen/was finſter darin wäre/und ſie behalten/ wie ſie lauten/ſonderlich weil ich nicht finde/ daß ſie wieder einigen Articul des Glaubens ſtreben &c.

So viel habe/Gnädige Fürſtin und Frau/an E. F. Gn. zu begehrter Antwort/und meiner Entſchuldigung/aus Chriſtlicher treuhertziger Erinnerung/ich ſchreiben wollen und ſollen/ welches dieſelbe in Gnaden aufnehmen/und zum beſten gebrauchen/(dazu Gott ſeinen H.Geiſt verleihe!) meine Gnädige Fürſtin und Frau ſeyn und bleiben/ und Göttlichem Gnaden-Schutz von mir befohlen ſeyn wollen. Datum Eiſenach den 19. Mart. anno 1611.

E. F. Gn.

unterthäniger
M. Nicol. Rebhan.

*cenſura earum,* §. 212. Literas has ipſa Caſſellas tranſmiſit *Mauritio*, Fratri ſuo, qui Conſiſtorialibus Marburgenſibus *Schönfeldio*, *Sturmio* & *Göddæo* cenſendas tradidit. Una omnium vox: *Rebhanium* ex officio teneri Principem ad S. cœnam admittere, licèt illa ſuam, i.e. reformatam tueretur religionem. *Rebhanius* verò in prolixo colloquio contrarium demonſtravit. Hinc ſuâ manu ſcriptam edidit confeſſionem *Chriſtina*: Ich glaube/daß der HErr Chriſtus im Abendmahl ſelbſt gegenwärtig ſey/und übergebe mir mit/aber nicht in/dem geſegneten Brot und Wein ſeinen wahren Leib und Blut/zu einer gewißen Verſicherung/daß ich Vergebung der Sünden haben/und mit ihm in Ewigkeit leben ſolle. Und obſchon Chriſtus gen Himmel gefahren/ und von dannen nicht ehe/biß zum Gericht wieder kommen wird/ zweifle ich doch nicht/ daß Er mich/laut ſeiner Verheiſung/ nicht allein ſeines Geiſtes/ Gnugthuung/ Gerechtigkeit/ Lebens/ Krafft und Wirckung/ſondern auch der Subſtantz und Weſen ſeines wahrhaftigen Leibs und Blutes theilhaftig mache zum ewigen Leben. Und weil ich ſolches nicht ſehen/ erforſchen/ oder begreiffen kan/eigne ich mirs durch den Glauben/ ſo mir von Gott aus Gnaden mitgetheilt iſt/zu/und halte/ daß es aus Wirckung des H. Geiſtes geſchehe/und begehre es nicht zu erforſchen/wie es zugehe. *confeſſio Chriſtinæ,*

Licèt non ſatis pura videretur confeſſio, penſitatis tamen rationibus & circumſtantiis aliquot, Miniſtri Eccleſiæ hâc vice acquieſcebant, adminiſtrantes Duci Sacramentum. Tandem, ſcriptis Reformatorum ſepoſitis, & ſanctiſſimâ hac cœnâ ſanctiùs conſideratâ, ſequentem protulit confeſſionem.

Ich

Ich bleibe bey den Worten des HErn Chriſti / und glaube / daß ich / laut derſelben / im H. Abendmahl ſeinen wahren Leib und Blut wahrhaftig eße und trincke / wie es aber zugehe / bekümmere ich mich nicht üm / ſondern laße Chriſtum den HErn davor ſorgen / laß es ſeiner Allmacht und Weisheit heimgeſtellt ſeyn. *altera,*

§. 213. Erant plures in urbe Reformatorum partibus addicti. Citati ergo juſſique de controverſis articulis fidei confeſſionem ſuam edere. Primus parens comparensque erat *Joann. Schillius* COS., *Paul. Seidler* Senior ſe ſubduxit: *Bernhardinus Purgold* Poligraphus, contumacior ceteris, abiit in Saxoniam inferiorem, factus ibi Ducis Saxo-Lauenburgici Conſiliarius. *1612. Reformati in urbe,*

*Jeremias Cotta* ab omni ſuſpicione exemtum ſe fecit. Eôd. anno templum Georg. renovari cœptum. Die XIX. Dec. obiit *Phil. Berck* Cancellar. Natus erat Fuldæ Patre *Philippo*, Illuſtris Monaſterii ibid. Syndico, Matre *Agnete* Reckia. Ex Gymnaſio Hersfeldenſi proficiſcitur ad Acad. Viennenſem, ex hac in Marburgenſem, quæ gradum Doctoris contulit modeſto, facundo & juſto viro. *templum Georg. renovat. Phil. Berck,*

Commune ejus proverbium, citante id *J. Kiſtnero*, Sch. Saltzung. Rect., fuit: (c) *adagium ejus,*

- - *longo melior brevis eſt patientia bello,*
*ſic hoſtis gladio concidit ipſe ſuo.*

*Joann. Becherer*, ſcholæ Mülhuſinæ Rector, loco motus ſuo, quòd certis de cauſis oblatam parochiam ſuſcipere nollet. Judicium ergo Miniſterii noſtri expetiit, cujus reſponſum Theologi Lipſienſes maximè probârunt, ut etiam in cenſura ſua lectores ad id remiſerint. *J. Becherer,*

§. 214. Anno ſeq. vidit Thuringia ſtupendum *cataclyſmum*, quo de alii (d) latiùs fati ſunt. Periit amplus numerus hominum, amplior varii generis pecorum, ſupellectilium ineffabilis cùm intra Vinariam, tùm in urbis agro & confinibus. Submerſæ ſunt *Vinariæ* domus XLIV. ſuffocati homines LXV., in prædio Ducali ſuburbano XX. equi, XXVII. vaccæ lactigeræ, VIII. vaccæ intactæ, XII. vituli ablactati, VI. boves ſaginati, XV. capellæ, XVII. diverſi ſexûs & ætatis ſues, CXX. anſeribus, anatibus & gallinis non computatis. Præterea mœnia parochiæ ſolidiſſima perforata, ponsq; ingentis firmitudinis dejectus. Loquitur rem hanc lapis, qui propè pontem reparatum ſuperior. Vinariæ conſpicitur. *1613. cataclyſmus Thuring.*

Die ſchrecklich große Waßerflut /
welch war ein Straff und Gottes Ruth /
hat im 1613ten Jahr /
als der 29. Maji war /

 hin-

(c) in epiced. (d) D. Lang. Concionat. Aul. Vinar. in hiſt. relatione de hoc cataclyſmo, M. Andr. Peltz in diſs. hiſtorico-didactica de inundationibus in Thuringia, G. Henr. Cœlius diſſ. de cataclyſm. Thuring. recuſ. nuper Jenæ M. Pfefferk. in memorab. Thuring. c. 28. p. 368.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hinweg geführt an dieſem Ort
ein ſteinern Brücken/ und dann fort
der Menſchen viel / auch Vieh erſäuft/
ſo all der Ilm Strom mitgeſchleifft/
dieſelb gantz neu iſt wieder gebaut/
von Holtz zur Stell/wie man hier ſchaut/
im Jahr 1615. auffgeführt/
Als Hertzog **Joann Ernſt** der Jünger regiert.

Joach. Kreich P.

*Mellingæ* LVIII.domos, XL. horrea, CXI. diverſa ſtabula, XXIV. homines, DXXVI. pecora perdidit: *Magdalæ* IV. domos unà cum ſtabulis & horreis, XVI. homines, XXXIX. pecora: *Dôbritſchii* periêre LXXV. oves grandine. In parochia *Sünderſtadienſi* cum annexis *Loſnicenſi* & *Sölnicenſi* VII.domus, III.homines, LI.pecora & multa ſtabula. *Capellendorfi* II.homines, III. pecora: *Apoldæ* VIII. domus cum horreis & ſtabulis, XXIV. pecora. In parochia *Buttelſtadenſi* IX. domus cum horreis & ſtabulis XXVII. In annexa *VVeidenſi* III.domus, XXXV. pecora: *Megabrembachii* LXXX. domus, C.horrea, XXXIX.homines: *Leichfeldæ* VI. pecora; *Gutmanshuſæ* IV. pecora, & V.domus: *Volsbergii* XIII. domus, XXII.horrea, XIV.ſtabula, II. homines, CXVII. pecora. In minori *Rudenſtenio* XII. domus, IV. horrea, VII.ſtabula, VI.pecora: *Stâdtii* IV. domus, unus pons, XX. pecora: *Krauthemii* XIX. domus cum ſtabulis, XVI. homines, XXXIX. pecora: *Hegendorfii* I. vacca, III. ſtabula, I. horreum; *Marckvippachii* V.horrea, II.ſtabula, I.molendinum, V. pecora: *Schvverſtadtii* III. domus, X. pecora; *Lehnſtadtii* XX. domus, XIX. ſtabula, III. homines, XI. pecora, C. gallinæ, anſeres &c. *Buffarti* unus pons, V. pecora: *Hammerſtadii* II. homines, XXVI. pecora: *Tiefurti* IX. domus, VII. homines, LII. pecora: *Ulrichshalbii* XLIII. domus & horrea, IV.homines, XI. pecora. *Fiedelhuſæ* VII. domus, XI. horrea, I.homo, IX. pecora. *Eberſtadii* XXXVIII. domus, XXIII. homines, LXXXV. pecora: *Megakrumsdorfii* XXVI. domus, XVI. homines, CCCLXXVIII. pecora: *Tenſtadii* I.molendinum, VI.pecora: *Berckæ* XXII. domus, IV.pecora; *Ammersbachii* I.homo. In ſuperiori & inferiori *Leitra* VI.domus, I. molendinum, IX. homines; *Mauæ* XV.domus, & XX. homines interiêre. Verùm quis ſingula recenſebit?

1614. *Pſeudopropheta.* *Puriani.* §. 215. Anno MDCXIV. prorepſit *Salzæ* Pſeudo-Propheta, qui matris inſtinctu ſe *Ezechielem* à *Meden* vocabat, ſeque Principem *Michaëlem*, ſeu verbum Dei eſſe commentus eſt, omne Miniſterium, baptiſmum, ſacramque cœnam â ſpiritu *Schvvenkſeldico* improbans, nec monitus meliora ſequi voluit. (e) Vide, quid de *Purianis* in eodem oppido nar-

(e) Calviſ. chronol. ad h. ann.

do narret M. *Pfefferkorn*. (f) *Berckio* Cancellario ſucceſſit *Benjamin Tileſius*, U. J. D., Synd. Imperialis Mülhuſæ. *M. Rebhan* cum *Stambergero* Diœceſin viſitat. Nobiles aliqui contra tertium poſterioris tabulæ præceptum crebriùs peccantes oderant eccleſiaſticam pœnitentiam. Hinc Optimus Antiſtes de eadem venuſtum divulgat codicillum Jenæ excuſum, Francofurti & Darmſtadii recuſum. Varia incendia hunc annum paſſim affligentia vide sîs apud *Calviſium* l. c.

*Benj. Tileſius*, 1615. *viſitatio*. 1616. *incendia*,

Id ſanè, quod in ædibus *Joannis Schmolleri*, opulenti zythepſæ, (et. ſcriniarii) in platea *aurifabrorum*, quas nunc poſſidet *Juſtini Wurmii* Vietoris vidua, oriebatur, trihorium ſeu quadrihorium intra quingentas ædes, tres homines, & multa pecora perdidit. Quem triſtiſſimum caſum Senior *Himmelius* memoriali ſuo, cujus ſinguli verſus annum recenſent, fuſiùs expreſſit.

1617. *Iſnacenſe*.

§. 216. Seculum nunc eſt, quòd *Martinus Luterus*, editis theſibus contra *Tetzelii* indulgentias, primùm diſputaverit. *Joannes* ergo, Elector Saxoniæ, *jubilæum* indixit, quô per triduum (XXXI. Octob. I. & II. Nov.) Deo agerentur gratiæ. Fama hujus inſtituti poſtquam ad alias Eccleſias Evangelicorum dimanavit, in pluribus locis, Spiræ, Argentinæ, imò & in Electoratu Palatino & Brandenburgico dies Jubilæi habiti ſunt. In æde *Georgiana* hoc ſupereſt monumentum:

*Jubilæum Evangelicum*,

Deo Opt. Max. Auſp.

In memoriam gratam Jubilæi Evangelici primi anno Chriſti cIↄ Iↄc XVII. pridie Calend. Calend. ipſis & IIII. Non. Novemb. feſtiva cum ſolennitate celebrati, inq; teſtimonium piæ erga Confeſſionem Auguſtanam invariatam, ac depoſitum Luteranum affectionis ὁρμητήριον poſterorum ad idem illibatum conſervandum atq; propagandum

Dei gratiâ

Illuſtriſſimus Celſiſſimusq; Princeps ac Dominus, Dominus Joannes Erneſtus Senior, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ,

(f) l. c. p. 325.

Miſniæ, Comes Marcæ & Ravenſpurgi, Dynaſta Raven-
ſteinî &c. Monumentum hoc poſuit annô Jubilæum
proximè ſequente

cIↃ IↃC XVIII.

1618. §. 217. Anno MDCXVIII. XVIII. Nov. deceſſit *Albert. Joann.*,
*mortuus coronatur, ſerta ex roremarino* Baro *Schmirſcincius*, cui corollam ex *roremarino* & pretioſis unionibus con-
textam miſerat Sponſa Hanovienſis Comitiſſa, quæ capiti impoſita eſt cum
aureo torque, qui collo, cui effigies ſponſæ erat appenſa, circundabatur.
(f) Hujuſmodi corollas geſtabant *olim* in patria intactæ virgines diebus
feſtis & nuptialibus, ceu pulcherrimum virginitatis ſignum. Mulieres au-
*& abſinthio,* tem puellæque Mülhuſinæ ſertis *abſinthiacis* redimitæ, cæſis ad *Franckenhuſam*
ſeditioſis ruſticis, victoris ad genua procumbebant, ſuis maritis & parenti-
1619. bus ſalutem exorantes. (g) Anno ſeq. novus Ordo Equeſtris *de ſancta mili-*
*Ordo de S. militia,* *tia* à nonnullis Principibus, Comitibus, Proceribusque Catholicis Viennæ in-
ſtituitur, ùt Duce *Nivernenſi*, Principe *Ratzivilenſi*, Duce Saxoniæ *Lauenbur-
gico*, Comite *Althemio*, *Buchemio*, aliisque, qui VIII. Mart. die, peractis ſacris,
templo egreſſi, in genua ſub aperto cœlo procubuerunt, jusjurandum, quòd
infideles omnes perſequi, & catholicam religionem defendere velint, tactô
duobus digitis Evangeliorum libro, præſtiterunt, poſtea ſurgentes, evagina-
tis gladiis aërem divaricatim percuſſerunt, templumque iterum ingreſſi, in-
ſignia Ordinis, crucem nempe & S. Mariæ effigiem acu pulcherrimè pictam
exhibentem, quæ palliis affixa geſtarent, ſolenni cum devotione accepe-
runt, teſte Calviſio l. c. Nomina huic Ordini è noſtris dedêre *Wangen-*
1620. *hemius*, *Boyneburgius* &c. Anno ſeq. obiit *Caſp. Teutlebius*, Dominus in Lau-
*obitus Caſp. Teutlebii, conventus Electoralis,* cha & Mega-Sömmern, Conſil. Saxonicus. Eod. conveniunt Electores
*Moguntinus*, *Colonienſis* & *Saxo* Mülhuſæ, decernentes, quòd ferre velint
ſuppetias *Ferdinando* Imp. Turbulenta hæc tempora, Muſis tamen amica.
1621. Menſe enim Julio non tantùm Academia *Rintelienſis* ad Viſurgim in Comi-
*Acad. Rintelienſ. & Argentinenſ.* tatu Schaumburgico aperta fuit, quam Cæſar privilegiis & immunitatibus,
Princeps verò *Erneſt.* ampliſſimis reditibus dotavit: ſed etiam *Argentinenſis*
nova privilegia, creandi ſcilicet omnium Facultatum Doctores, Licent.
Baccalaur. & Poët. Laureat. obtinuit, ut neutiquam Muſæ arma inter ſi-
luerint.

1622. §. 218. Anno MDCXXII. *Weinrichius* leges ſcholaſticas à ſe refor-
*leges ſcholæ reformatæ, obitus VVeinrich.* matas Illuſtri Conſiſtorio offert approbatas ab Eodem. Brevi pòſt ad ſupe-
riorem ſcholam transfertur vir de pube ſcholaſtica præclarè meritus, annô
ſervitutis ſuæ ſcholaſticæ XXXIX. Natus erat *Steinæ*, qui pagus ad Harcy-
niam

(f) Calviſ. l. c. p. 978. (g) Pfefferkorn in Thuring. p. 436.

niam eſt, Nobilibus *Waltenrodanis* ſubjectus, anno MDLIII. xxv. Jul. Patre *Wilhelmo*, Matre *Adelheide Meyerhöfin*. *vita ejus*,

*Prima illi puero, qui gratilat, improbus anſer*
*cura fuit, teneros fuit altera paſcere fœtus*
*lanigeræ pecudis, virgultivagasq; capellas.*
*Fiſtula de collo variis compacta cicutis*
*pendebat, tenuesq; dapes qui ferret in armis*
*ſcorteus uter erat: nodoſum dextra gerebat*
*vibratura pedum: ſed humum terrasq; peroſus,*
*præpetibus pennis animus tendebat in altum,*
*litterulasq; ſacras primis ſpirabat ab annis.* (h)

Deductus ergò primùm in ſcholam *Northuſanam*, pòſt anno MDLXIX. in *Walckenredenſem*, & inde MDLXXIII. in *Brunſvicenſem*. Jenæ anno MDLXXIV. gravioribus ſtudiis addictus, migravit demum *Wittebergam*, ubi anno MDLXXVIII. gradum Magiſterii nactus. Reverſus Jenam fit Ord. Philoſ. Adj. Nuptias ibi celebravit cum *Catharina Trülſchen* anno MDLXXXII. ex qua ſuſcepit IV. filias. Anno ſeq. vocatus Iſnacum, mortuâ *Catharinâ*, duxit *Annam Kleyin*, quæ ſex filios totidemq; filias ei peperit. Tertia conjux erat *Maria*, *Seb Kyhmæi*, Paſt. Stedtfeldenſis, vidua.

Jam jam exceſſurus annulum ſuum magiſtralem tradebat filio dicens: *hunc tu habeto pro arrha.* Uterque dexterrimè præfuit ſcholæ, inſtitutis in ſolenni ejus examine diſputatiunculis philologico-theologicis, ut fidem & induſtriam eorum gratæ commendemus poſteritati.

§. 219. Anno ſeq. Bibliotheca *Heydelbergenſis*, totâ ferè Europâ celeberrima, Romam defertur. Novus ille Ordo anno MDXIX. inſtitutus à Papa confirmatur, Equitesque *à conceptione B. Mariæ Virginis* nomen acceperunt. Sub finem Junii *Schleuſinga* Conventus Electoralis erat, cui *Joann. Sveicardus*, Archi-Epiſcopus Moguntinus, *Joann. Georg* Saxo, *J. Caſimir.* D. S., *Ludovic.* Haſs. Princeps, & *Anton. Henric.*, Schvvartzburgicus Comes, aliorumq; Principum Legati interfuerunt. In hoc *Maximilianus*, Bavariæ Dux, qui *Tillium* Comitem ſuo nomine illûc ablegârat, in Collegium Septemvirale receptus eſt. Anno ſeq. ſeniori *Himmelio* adjungitur in ſacro munere M. *Valent. Hervvart*, Paſt. olim Juſtingenſis in Suevia. *Wilhelmus*, D. S., ex caſtris nuper reverſus, die XXII. Maji nuptias celebrat Vinariæ cum *Eleonora Dorothea* Anhaltina. Obierunt hoc anno M. *Nic. Rebhan*, *Joann. Himmel* & *Joann. Roſinus*. Rebhanius Haynersdorfiô Francus natus erat XII. April. anno MDLXXI. Patre Petro, matre *Eliſabetha Keſſelin*. Ex Gymnaſio Coburgenſi à *M. Joanne Dünckelio* Superintendente, & D. *Libavio* Gymnaſiarcha ad Academiam Salanam mitti-

*1623. bibliotheca Heydelberg. 1624. Ordo S. militia confirmatur, conventus Principum, 1625. M. Val. Hervvart, nuptiæ VVilhelmi D. S. 1626. vita M. Rebhan.*



(h) Wolfgang. Heider. Prof. Jenenſ. in epicedio.

mittitur, in qua anno MDXCI. XVI. Dec. *primam* Philoſ. *lauream*, & anno MDXCV. V. Aug. *ſupremam* adeptus eſt. Biennio pòſt XVIII. Jun. Ampliſs. Facult. Philoſ. adjungitur; eôd. anno XVIII. Decemb. ad Diaconiam *Gothanam* vocatur. Anno MDC. XVIII. Oct. fit Superint. *Rômhildenſis*, annò MDCV. Adjunct. *Hilperhuſanus*, & anno MDCX. 14. Aug. Antiſtes Eccleſiæ *Iſenacenſis*. Genuit ex *Dorothea Kelneria* octo filios & tres filias. E quibus excelluêre *Joannes*, U. J. D., Com. Pal. Cæſ., Diverſor. Elector. & Principum Conſiliar., nec non Prof. Argentinenſ. & Capituli Thomani ibid. Præpoſitus, *M. J. Nicol.*, Paſt. Eccleſ. Eisfeldenſis in Franconia, *M. Caſp.*, Superint. Iſnacenſ., & *M. J. Chriſtoph.*, ad D. Wilhelm. Argentorati Diacon., Senior & Canon. ad S. Stephanum. Induſtrius *Nicolaus* utilitatem hiſtoriæ, cumprimis Eccleſiaſticæ, catè expendens, fidâ manû anno MDCXXI. *Iſenacenſem* conſignare cœpit. Peſte tandem peremtus eſt anno ætat. LV.

*mors & vita J. Himmel,* §. 220. Eâdem lue XXIII. Sept. extinguitur *Joann. Himmel*, inter Diaconos primus, Proavus meus maternus, anno ætat. ſuæ LXXXI. Miniſterii LX. Natus in urbe V. Jun. MDXLVI. Jactis fundamentis ſub manuductione *M. Joann. Purgoldi*, laudabili teſtimonio dimiſſus, & ſtipendiô ſenatoriô adjutus, XVIII. ætat. anno inter cives Acad. Jenenſes recipitur. Anno MDLXVII. vocatus *Schvveinam*, ordinatur Jenæ à *Stöſſelio* & *Selneccero*. Eôpſe III. Jun. matrimonio ſibi junxit *Margaritam*, *Franciſci Sixti*, ultimi Canonici B. Virg., filiam. Anno MDLXXIV. fit Paſt. *Gumpelſtadtenſis*, & anno MDLXXIX. Diacon. *Iſnacenſis*, ubi XLVII. annis Deo ſervіit fideliter. Senior *Gerhardus* alicubi eum vocat *rarioris candoris priſcaq; fidei exemplar*.

*vita J. Roſini,* §. 221. *Joannes Roſinus*, Bartholomæi F., Iſnacenſis, circa annum MDLXXXIV. fit Con-Rect. Gymnaſii Poëtici *Ratisbonenſis*, deinde anno MDXC. Paſtor *Wickenſtedtenſis* in agro Vinarienſi, tandem Eccleſiaſtes *Numburgenſis* in aſylo, auf der Freyheit. Varia conſcripſit volumina, *Antiquitates Romanas* à Demſtero auctas: *exempla pietatis Illuſtris*, ceu vitas trium Saxonum, *Friderici Sapientis*, *Joannis Conſtantis*, & *J. Frid. Magnanimi*; nec non *chronicon Saracenicum* & *Turcicum Wolſgangi Drechsleri* emendavit & auxit, & ſi quæ ſint plura. Magni eum fecêre Eruditi, quos inter *Jacobus Bongarſius*, Regis Galliarum Legatus, ut *Henrici Kippingii* (h) & *Th. Reineſii* (i) ſcæva judicia ſatis demirari nequeam. *ſcæva de eo judicia.* Qui poſterior ita: *iſte homo in quodvis opus condemnandus potius fuit, quàm ad* Romanas antiquitates *digerendas admittendus: adeò nihil ſanè ubique ferè docet, niſi cùm autores integros deſcribit, & nihil de ſuo inculcat; quamprimùm autem vel tantùm excerpta dat, vel è ſuo penu aliquid,* nugas *blatit &* meras ineptias. Contra *Eraſmus Schmi-*

(h) L. I. Antiquit. Rom. in præfat. ad lector. (i) L. I. Var. lect. c. 14. & 15.

*Schmidius*, Vir celeberrimus, (k) *Venerandi Senioris eruditiſſimas Antiquitates* magis æſtimat, & modeſtiùs de iis judicat *Demſterus.* (l) *M. Chriſtian Schultz* Rochlitienſis ſic infit: (m) *Nemo ferè minore ambitione utiliùs ac planiùs res priſcas docet* Roſino, *obſervante etiam C. Barthio.* M. *Joann. Reiskius*, ſcholæ Wolfenbyttelenſis Rector, (n) vocat *Antiquitatis Romanæ vindicem acerrimum.* Hinc operæ pretium duxit *M. Frid. Hildebrand*, ſcholæ Northuſanæ tunc Con-Rect., *antiquitates* iſtas in compendium contractas bono Juventutis dare. Peſte tandem ſublatus Vir laude dignus VII. Octobr. licèt alii annum MDCXV. malint. (o) *dexteriora*,

§. 222. Anno MDCXXVII. ſucceſſit *Rebhanio* M. *Matthæus Reuſchius*, Vir ſimplex & rectus, eodem tamen anno XXIII. Jul. mortuus. Suffectus ergo *Joann. Götzius*, Muerſtadiô-Francus. 1627. *M. Reuſch*, J. *Götz*.

Anno ſequente ſacellum Wartenbergicum renovatur & conſecratur. Textus promtus erat ex Pſalmo CXIX. *Verbum Domini manet in æternum.* Moneta, quam memoriæ ergo cudi fecit *Joann. Erneſt.*, ab altero latere oſtendit effigiem ejus, cum epigraphe: 1628. *renovatio ſacelli Wartenberg.*

D. G. JOHANN. ERNESTUS DUX SAXON.
ÆTAT. 62.

in altero autem:

LAND. THUR. M. MIS. COM. M. ET RAVENSP. D.
RAVENST. IX. JULII.

in umbilico:

VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM 1628.

Sub altari conditum hoc memoriale:

S. Sancta Triade fortunante, Cæſ. FERDINANDO II. Imperante, gubernacula hujus regionis Thuringicæ moderante Illuſtriſs. Celſiſs. qve Principe ac Domino, DN. JOH. ERNESTO, Duce Saxon. Jul. Cliviæ & Montium, Landgr. Thur., March. Miſn. Com. Marchæ & Ravenſpergi, Dynaſta Ravenſteni &c. DN. JOH. CASIMIR. Fratre Ger-



(k) in not. ad N. T. p. 5. (l) in præf. ad lector. edit. Colon. 1645. (m) in differtat. de loco honoratiore apud Veteres Roman., cumprimis in inceſſu & accubitu, excuſ. Dresd. 1655. c. III. §. 4. (n) in chron. Turcic. Drechsleri nuper edit. in ſupplem. ad c. I. L. III. (o) Eſaias Leichfelder in vit. Roſin. MS. habet ann. 1619.

Germano, DN. JOH. FRIDERIC. II. Filio ſecundo, DN. JOH. FRID. I. nati Electoris, Confeſſoris Chriſti declarati, Nepote genuino, Aulæ Iſnacenſ. Saxon. Marſchallo Viro Nobiliſs. DN. JOH. BERTOLD. A BOYNEBURG in Dippach, Conſiliariis Illuſtribus, Viris Ampliſſimis DN. JOH. STAMMBERGERO & DN. JOH. RÜGERO JC. clariſſimis, redituum & Municipii Præfecto graviſſimo DN. GEORG. FULDA, Secretario DN. JOH. ECCARDO, Scriba DN. JOH. HERWARTO, Miniſtris Eccleſiæ M. JOH. GÖTZIO, P. & Superint., Diaconis Dn. Chriſtoph. Olpio, Dn. Georg. Melch. **über die Heyden**/ & Dn. Mich. VIRLINGIO, Architecto Ducali JOH. WEBERO. Sacellum hoc caſtri Wartenburgici ante quadriennium quidem renovari cœptum, ob mortem vorantem, Martem prædantem, non tam præpeditum, quàm expetitum, & feliciter expeditum, CHRISTO JESU! Salvatori unico, Patris æterno Verbo æterno! piâ prædicatione, devota precatione luce natalitiâ Illuſtriſs. Princip., Patriæ Patris, IX. Julii Anno CIↃ IↃCXXIIX. ſerenatâ, auſpicatâ, dicatum, conſecratum, nuncupatum, numiſmate novo mnemonico, cujus lateris alterius epigraphe: D. G. JOH. ERNEST. DUX SAXON. ætat. 62. icone Ducali appoſitâ, alterius continuatio inſcriptionis: LAND. THUR. M. MIS. COM. M. ET RAVENSP. D. RAVENST. IX. JUL. in umbilico thema concionis inſtauralis explanatum: VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM. 1628.

Poſteritati formandæ honeſtatum. (p) ſ.223.

(p) vide Renovalla Wartenburgica M. Götzii, Superint. Iſnac., edit. 1628.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 223. Claruit ſemper urbs noſtra Muſicâ. Et quid eſt *Iſenacum* κατ' 1629.
ἀναγρ. quàm *en muſica* : vel: *Iſnacum, canimus.* Hinc *M. Lanius* rectè cecinit: *Iſnacum claret Muſicâ,*

Multos multa juvant : Me vero Muſica tantuM,
Voce ſuâ cuncto Vindicat à gemitV.
Sic eſt : dulce melos Summi domumq; TonantiS,
Inque choro reddit Jubila læta poII.
Conſtet laus igitur, Clariſſima ſidera doneC
Alta Dei decorent Atria luce ſuA.

Scholaſticis pauperioribus ter in ſeptimana ſacros Pſalmos per plateas *currentes,*
cantantibus eleemoſynæ dantur. Hos inter fuit *Luterus*, qui ingenuè fatetur:
ſe panem propter Deum petiiſſe. M. *Jerem. Weinrich.* verò ſtimulum daturus
reliquis diſcentibus ad excolendam elegantiorem muſicam, cum *Götzio* cho-
rum ſymphoniacum inſtituit. Ambulabant primùm quatuor ſcholares, mo- *chorus ſymphoniacus,*
dulantes per urbem. Quæ res nova mirè placuit domeſticis exteriſq;, ut *Gö-
tzius* aliquando diligentiùs auſcultans, manantibus genis Deo egerit gratias
pro ſingulari hoc ſcholæ urbisque ornamento. Crevit poſtea numerus, aſſo-
ciatis etiam honeſtiorum civium filiis, quadragenario interdum major, ut
non amplius Miniſtri Eccleſiæ ſcholæq; unà cum civibus nonnullis opus ha-
buerint in choro hymnos decantare, cùm ſcholares omni ſatisfecerint voto.
Miranda refert *Calviſius* de milite *Geiſmarienſi*, qui queſtus erat commilitoni 1630.
ſuo de frigore, cùm tamen madeſceret. Alter admotâ manu glutinoſum ad- *portentum,*
vertit ſanguinem, eumque copioſum. Res narratur hoſpiti & tandem Princi-
pi. Redditus ſibi pedes, rectè poſtea valuit. (q) *Tillio* morante Mülhuſæ, mul- 1631.
ta damna perpeſſa eſt urbs noſtra. Vidit *Moguntia* audivitque calonem ex *Tillius,*
*Winckelii* cœrulea legione, tametſi ſurdus & mutus eſſet natus, acutùm audi- *miraculum,*
re ſubitò, & articulatim proloqui etiam precatiunculas. (r)

§. 224. Anno MDCXXXII. XXVII. Jul. D. *Joann. Rüger*, Conſil. auli- 1632.
cus, fatô functus ſuo. Natus erat *Neoſtadii* ad Salam infra Saltzburgum *vita Rügeriana,*
3. Jun. MDLXXVII. Patre *Joanne*, cive ibidem, matre *Martha Hartmannia.*
Pulſi verò parentes ob religionem ab Antiſtite Herbipolitano *Julio* anno
MDLXXXV. in frigido *Sunthemio* domicilium fixêre ſuum. Miſſus inde No-
ſter in ſcholas *Meiningenſem, Tannenſem, & Schmalcaldenſem.* Commendatus
poſtea Patritiis Noricis *Hieron. Baumgärtnero*, Reip. Norinberg. Duumviro
& *Chriſtoph. Fürero ab Haymendorf*, Equiti Hieroſolymitano, etiam Duumviro,
Præfecto Imperiali & Militum ibid., nec non Ordin. Francon. Conſil. bellico;
quorum ſubſidiis & liberalitate quatuor annis in Univerſitate *Altdorfina* vixit.
Ex qua migrans ad Italos, *Peruſii* morabatur. Reverſus in Germaniam praxin
auſpicatus eſt in Imperiali Spira. Gradum nactus eſt *Baſiléa* anno MDCVI. Se-



(q) in oper. chronol. ad h. ann. (r) Idem ad h. ann. Conf. P. I. Zeitkürtz. Luſt th. 23.

quente anno duxit *M.Runckelii* Poligraphi viduam *Sabinam*. Factus demum Conſiliarius Aulicus *Joann. Erneſti*.

§. 225. In ſchedis Avi mei materni, (s) rerum Thuringicarum Inquiſitoris diligentiſſimi, reperi unam, in qua ſeculi ingratitudinem erga Miniſtros verbi divini aliquis longiùs recenſens, meminit *Anna*, Abbatiſſæ Cathariniani monaſterii ab Abbate *Portenſi* conſecratæ, quæ pro receptione in

*prœmia pro fraternitate,*

fraternitatem Portenſium ſingulis annis miſit *tres magnos ſaccos lupuli plenos* ex campo æſtivo, Sommerfeld / & *novam togam* inſuper pro B. Virgine, nec non aliquando *mitram* margaritis fulgentem pro S. Joanne Bapt., & alia, addens: quemlibet vietorem in urbe in feſto Franciſci novum *doliolum fortiori cereviſiâ repletum* monachis ejusdem congregationis obtuliſſe, ideoq; ſocietati eorum ſingulos ceremonialiter fuiſſe inſcriptos. *Anna* iſta *Wangenhemia* erat, cui *Joannes* III., Abbas Portenſis, ſacram veſtem dederat. Extat ſiquidem *Innocentii* mandatum, (t) quod tranſcribo:

*autoritas viſitandi S. Catharin.*

Innocentius, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilecto Filio Abbati Portenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecte in Chriſto Fili, Abbatiſſa & moniales *S. Catharinæ*, in odorem unguentorum tuorum currentes, Nobis humiliter ſupplicârunt, ut curam earum in ſpiritualibus Tibi perſonaliter committere dignaremur. De tua itaq; religione ac honeſtate plenam in Domino fiduciam obtinentes, & ſperantes, per Te ſpiritualiter illas profecturas, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus earum ſollicitè curam gerens ſemel in anno eis officium ſalutiferæ viſitationis impendas, profeſſionique Monialium ipſius monaſterii, ſicut tibi de monialibus tui ordinis à Sede Apoſtolica eſt indultum, interſis, & eas in monachas benedicas, monachalem habitum eis largiendo. Datum Latarani VI. Non. Mart. Pontificatûs noſtri anno II. Ita petente *Engelheide*, Abbatiſſa *in valle Dei*, & toto conventû ejus, conſentiente tamen *Henrico* III., Abbate Corbeienſi, Prælatus *Amelunxbornenſis* Ord. Ciſtercienſ., à *Nicolao* IV. viſitator & curator in ſpiritualibus *Vallenſibus* datus eſt. (u)

*receptio Vietorum in fraternitatem,*

§. 226. Afferam quoque bullulam de Vietoribus noſtris:

In Chriſto ſibi dilectis confratribus, omnibus doliatoribus, uxoribus ac liberis eorundem, Deo & B. Franciſco devotis, Frater *Henricus Küne*, Reverendi Patris Miniſtri Provincialis Ordinis *Minorum* ſuper fratres *de obſervantia* nuncupatos in provincia Saxoniæ Vicarius, cum orationum ſuffragio ſalutari omnium incrementa virtutum. Devotionem veſtram, quam ad Ordinem noſtrum Vos habere didici, affectu ſinceræ caritatis acceptans, Chri-

(s) M. Franc. Himmel. (t) vid. Pertuch. chron. Portenſ. L. I. c. 4. p. 287. (u) vid. chron. Vallis Dei ad ann. 1279.

Chriſtoq; non immeritò acceptabilem fore credens, ipſam piis ſpiritualium beneficiorum viciſſitudinibus recompenſavit, Vos ad ſingula & univerſa Conventuum mihi commiſſorum recipio ſuffragia, in vita pariter & in morte, *plenam Vobis participationem miſſarum, vigiliarum, orationum, jejuniorum, prædicationum, diſciplinarum, ſuffragiorum, ac aliorum bonorum ſpiritualium*, tenore præſentium, tribuendo, quæ per *fratres minores & ſorores S. Claræ, ac fratres & ſorores tertii Patris noſtri Ordinum eorundem* conventuum mihi commiſſorum operari dignabitur Clementia Salvatoris. Inſuper animæ veſtræ poſt mortem veſtram, quam Miſericors Deus ſalubriter differre dignetur, orationibus Fratrum recommendentur, & alia fiant pro eis ſuffragia, quæ pro nobis & nobiſcum fraternitatem habentibus communiter fieri conſueverunt, ſi obitus veſter noſtræ Capitulari congregationi fuerit nunciatus. Datum in Conventu noſtro Iſennacenſi Anno - - - primâ die Menſis Decemb. mei officii ſub appenſo ſigillo.

§. 227. Anno MDCXXXIII. d. xvi. Jul. *Joann. Caſimir.*, Princeps gloriosus, vitam finiit caducam, cujus monumentum tale: 1633. *obitus* J. *Caſim.* D. S.

Joannes Caſimirus, Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, Comes in Marca & Ravenſpurg, Dynaſta in Ravenſtein.

PRINCEPS

Senior Familiæ & S. R. I., Pater Patriæ, religionis ſinceræ cultû, juſtitiæ amore, conſtantiâ, antiquâ virtute & fide nulli ſecundus, Eccleſiæ Scholarumque Nutritius benigniſſimus: fidus Deo, quamvis vi & armis preſſus: fidus Cæſari ſecundùm leges fundamentales: fidus Imperio. Natus Gothæ XII. Junii annô MDLXIV. mortuus Coburgi XVI. Jul. MDCXXXIII. cùm Principatui, belli flammâ tandem per injuriam correpto, bene ac laudabiliter præfuiſſet ad annos XLVI. & vixiſſet annos LXIX. menſ. unum, dies tres; cujus anima requieſcit in Chriſto, cineres verò beatam & glorioſam corporis reſurrectionem hîc exſpectant.

Sequente anno d. XII. Jul. lucem aſpexit Vinariæ *Joann. Georg.*, Princeps optatiſſimus. Equitum Magiſter prope Longo-Saliſſam à grandine, magno cum impetu cadente, unà cum milite ſuo ferè opprimitur. Eôd. anno *Henric. Neuenhan*, noſtras, obiit Ilmenauæ ætat. ſuæ XLIV. Gradum in utroque Jure promeruerat Jenæ XXVII. Nov. anno MDCXX. factus ibi 1634.

Hiſt.

Hiſt. & Poëſ. PP. anno MDXXV. tandem *Ludovici Günteri*, Comitis Schvvartzburgici, Conſiliarius.

*Croati repulſi,*

Eôd. die IV. Nov. ſexcenti Croati cum Fuldenſibus & Franconicis ruſticis hoſtiliter urbem invaſuri, à Comite *Hoditzio* repulſi pœnas dedêre ſuæ temeritatis. Cæſi enim XXV. milites in valle propè montem, quem den Becherberg dicunt, ruſtici in fugam acti, capti, adq́ue ſupplicia rapti ſunt.

1635. *obitus Bollfraſii,* 1636. *& M. Gôtzii, vita hujus,*

§. 228. An. MDCXXXV. obierunt in urbe MDC homines. Quos inter *D. Mich. Bollfraſius*, aulæ Medicus. Et *M. Götzius*, Eccleſiarum Ephorus, anno ætat. ſuæ LXIII. Natus erat *Muerſtadii* in Franconia VIII. Sept. MDLXXIII. Patre *Joanne* COS ibid. Ductus primò in ſcholam *Tundorſianam*, ex hac in *Regiomontanam*, ubi ſub manuductione Eruditi Viri *Joannis Poppii*, Poëtæ Cæſ., fideliter informatus laudabiles fecit progreſſus. Captus deinde tractusq; *Herbipolim*, apud Carthuſianos ſex menſibus morabatur, donec graviſſimè decumbens cognatis redderetur. Profectus poſtea *Moguntiam* & *Coloniam*, iturus porrò *Lovanium*, famâ Lipſianâ accenſus. Sed cùm nuſquam tuta fides foret, mente mutatâ properavit *Marburgum*, inde *Erfurtum*, & tandem *Jenam*, quæ gradû Magiſterii virtutem & doctrinam ejus compenſavit. Fit primùm Eccleſiaſtes *Helmarshuſanus* ſub Præfectura Liechtenbergica anno MDXCVI. *Sunthemenſis* cis Rhönam anno MDCIX., *Oſthemenſis* anno MDCXVIII, & denique anno MDCXXVII. Antiſtes *Iſnacenſis*:

*Omnibus æquus erat: Collegis atque Miniſtris*
*ludi, & pauperibus fautor aduſque rogum.*
*Quos ita ſollicitè curabat, amabat, alebat,*
*ejus ut his rarò januæ ſurda foret;*

ait leſſus *Weinrichianus*, quem ob nimiam prolixitatem integrum non addo.

*incendium, templum Jacobæum,*

Eôd. anno XII. Nov. maxima pars urbis igne periit, (vv) & in hoc templum *Jacobæum* propè portam acuariam, corruptè Mollenthor. Miſſas in eo quondam celebrabant *Jacobitæ*: erat muro cinctum & eleganter conſtructum, nunc, præter aream & nomen inane, nihil amplius ſupereſt.

1637. *Pii Erneſti vetus aula,* 1638. *laurea Rôdigeri & Weinrichii,* 1639.

§. 229. Anno MDCXXXVII. Pius *Erneſtus* cœpit Gotham incolere, ſedem aulæ eligens domum mercatoriam. Creârat menſe Jul. *Valentin. Purgold*, Noſtras, *Henricum Rödigerum*, J. U. D. & Advocat. celeberrimum, nec non M. *Jerem. Weinrichium* Poëtas Laureatos Cæſareos, quorum diplomata, ſeu teſtimonia, vidi

Neſcio autem, cur ſeq. anno uterque laurô Apollinari à *Malſio* noſtro etiam potitus ſit.

Sic

(vv) Merian. in deſcript. circul. Saxon. ſuperior. f. 53. ſeq. M. Pfefferkorn in Thuring. ſua c. 28. p. 377.

Sic enim teſtimonium *Weinrichianum*:

Autoritate Cæſaris

Simon Malſius, S. Palatii Cæſ. Comes, D. J C. Conſil. & Cancellar. Saxonic. Iſenacenſis,

M. Jeremiæ Weinrichio, Scholæ Patriæ Rectori digniſſimo, S.

*Trado tibi laurum, vel ſigna vicaria lauri,*
*quin Te laurigerum*, ſigniferumque *meum*,
*imò Patris Phœbi dico & pronuncio dignum*,
*& jubeo* Vatem Cæſaris *eſſe novum.*

D. Sim. Malſius JC, C. P. C. Cancell. Sax. Iſn. oblata die Michaël. an. 1639.

Adeò *ſanctū* & *venerabile* ſemper fuit *Poëta* nomen, ut nulla id *barbaries* unquàm violârit. (x) Sumi Impp. hanc artem non modò coluerunt ipſi, ſed etiam certos honores & dignitatū gradus iis decreverunt, qui ſtudioſiùs illam excoluiſſent, ùt de *Maximil.* I. conſtat, qui Acad. Viennenſi [non verò aō MDLI (y)] *quintam Facultatem* conſtituit, *Collegium* nempe *Poëticum*, in quo *Conradus Celtes* hanc artem ſummâ cum laude docuit. Hoc Collegium & creandi in eo *Poëtas Laureatos* privilegium poſtea *Ferdin.* I. an. MDLVIII. confirmavit, cujus vigore *Henricus Eccard.* d. IV. Jul. & deinde *Elias Corvinus*, *Joann. Lauterbach.* & *Vitus Jacobaus* d. XV. Sept. *poſt exquiſitiſſimum Collegii Poëtici examen* [verba ſunt *Georgii Ederi* (z)] *in celeberrima Magnorum Principum, Legatorum, & totius Academiæ frequentia, per Paul. Fabritium, Cæſ. Mathematicum & Facult. Poëticæ Collegam, in Aula Univerſitatis, tantâ celebritate creati ſunt* Poëtæ Laureati, *ut infra hominum memoriam nihil ferè magnificentius fuerit viſum.* At hodie ſanè *laurus Poëtica* omnium *beſtiarum collare* fit, ùt *Tircellinus*, antiqui moris in Gallia Eques, de *torque* iſto *conchyliato*, omnibus promiſcuè dato, mordaci dicterio ajebat. (a) Dignitates enim indignis collatæ turpiter evileſcunt, latiùs id probante Cl. *Berneggero.* (b) *Poëtarum vetus eminentia.*

§. 230. Eod. anno d. XXIII. Octob. rebus humanis eximitur *J. Erneſtus*, Patriæ Pater deſideratiſſimus, anno ætatis ſuæ LXXIII. regiminis XLII. Monumentum ejus tale: *obitus J. Ern. D. S.*

Joannes Erneſtus, Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, Comes in Marcha & Ravensburgo, Dynaſta in Ravenſtein,

PRINCEPS

erga Deum & Imperatorem fidelitate, & religionis ſinceritate conſpectiſſimus; erga pares & patriam ſicut ætate ſuperior, ita virtute anti-



(x) Cic. pro Archia, (y) vid. epiſt. dedicat. Poët. Giſſenſ. edit. tert. 1617. (z) in annal. Acad. (a) Thuan. L. XXIII. (b) obſerv. hiſtorico-polit. I.

antiquâ, juſtitiâ & conſtantiâ nulli inferior, omnibus dilectiſſimus, erga ſubditos & miſerabiles chriſtiana pietate, principali humanitate, communi benignitate laudatiſſimus. Natus Gothæ IX. Julii M. D. LXVI. hor. matutin. V., renatus ibid. X. ejusd. anno eod., denatus Iſennaci XXIII. Octob. anno M. DC. XXXVIII. cùm huic Ducatui, & tandem utrique præfuiſſet in univerſum XLI. M. III. D. VII. animam inter brachia Chriſti, corpus cum illa reduniendum hîc depoſuit d. VII. Januar. anni ſubeuntis MDCXXXIX. Sequitur Optimum Principem fidus Miniſter D. *Joannes Stambergerus*. Natus *Mederæ* in Franconia d. 3. Octob. MDLXV. Patre *Joanne*, Parocho loci. Ex Gymnaſio *Coburgenſi* miſſus Jenam. Gradum dedit *Baſiléa* d. 30. Sept. MDXCIV. Conjux ejus D. *Juſtini Peroldi*, Phyſici Gothani, vidua *Catharina*, ex gente *Hervvartina*. Ex Advocato aulico & Aſſeſſore Scabinatûs Coburg. fit anno MDCII. Conſiliarius Ducalis, quo munere XXXVII. annis fideliter functus eſt. Amiſsâ *Catharinâ* anno MDCXXV. duxit *Joann. Breitbauptii*, COS. Iſnac., F. *Barbar. Suſannam*, cum qua XI. annis tranquillè & pacificè vixit, sed ἄπαις. Pius, prudens, liberalis, & amplæ fortunæ Vir, qui ædi *Georgianæ* & *Annææ*, Miniſterio & egenis multa legabat.

*& D. Stambergeri, vita ejus.*

1640. §. 231. Anno MDCXL. dixêre cives noſtri Menſe Martio homagium *Alberto*, *VVilhelmo* & *Erneſto*, Ducibus Saxoniæ. Obiit eod. anno *J. Bertoldus Boyneburgius*, Aulæ Marſchallus, Celeberrimi Baronis *J. Chriſtiani*, Conſil. Moguntini Intimi, (cujus genealogiam dedit *Bucelin.* (c) Parens. *Friderico Hortledero* JC. & Hiſtorico, inque Aula Vinarienſi Conſiliario, poſt fata ſurrogatur Gener ejus *Zach. Prüſchenck*, D. & Prof. Jenenſis. Sacellum *Annæum* renovatur & ampliatur. *J. Chriſtoph. Aveman* J. U. D., Conſiliar. Kirchbergicus, & Ordin. Provincial. Synd., d. 1. Octob. propè Holtzhuſium miſerè occiditur. Natus in urbe XXIV. April. MDCIII. Patre *Caſp.* COS. Ex ſchola noſtra ducebatur in Gymnaſium *Coburgenſe*, ex hoc demum *Jenam*. Salutatâ poſtea *Lipſiâ Spirâq*; *Argentorati* ſubſtitit, telam, quam orſus erat, pietate & induſtriâ pertexturus. Inde in Academiam *Muſſipontanam* conceſſit, & tandem *Lutetiam Pariſiorum*. Redux in patriam anno MDCXXXIII. nobile Doctoris nomen in alma Salana impetravit. Conjux ejus *Regina*, *Dehnharti*, Cancellarii noſtri, Syndici olim Reip. Magdeburg., F. Anno MDCXL. 9. Aug. à *Georgio*, Comite Kirchbergico, ad certa loca miſſus, rebus benè geſtis, comitante eum *Nic. Mich. Himmelio*, poſtea U. J. D. & Adv. Cur. Provinc. Jenenſ., ad ſuos properabat. Cùm verò in aula Vinarienſi quædam adhuc expedienda forent, moras traxit parumper, mox tamen ſocium ſuum inſecutus eſt. Venerat *Holtzhuſium*, uno milliari Erfurto diſtans. Ibi adortus eum ſceleſtus miles, caſtrorum metator, poſtulans

*homagium, Boyneburg. obitus, & Hortlederi, ſacellum Annæum, Aveman occiſus.*

ſtulans

(c) in Genealog. German. notitia p. 253.

ſtulans à ſpoliato adhuc XV. aureos nummos, quos dum non haberet ad manus, arrepto *Himmelii* enſe confodit eum truculentiſſimus latro.

Anno ſequente tumulatur *Joann.* Himmel/ COS. hydropicus, ætat. ſuæ LXXIII. 1641. *obitus J. Himmelii,*

§. 232. Varios hactenus exceſſus, Nemeſin divinam provocantes, in conviviis nuptialibus, funebribus, aliisque notârat *Albertus*, pius Princeps. 1642. *exceſſus convivales,*
Patriam igitur ad modeſtiam & frugalitatem prudenter reformaturus, ſalutares ei præſcripſit leges.

Anno ſequente Pius *Erneſtus* ex diruto & infauſto *Grimmenſteinio* fecit 1643. *Friedenſtein,*
*Friedenſteinium* ſuum, optabile nomen.

QVæ fVror eVertIt qVonDaM paX ſaXa refeCIt:
CorDatâ reparans robora Lapſa ManV.

Vixerat *Joann. Caſimir.* cum utraque conjuge in ſterilitate, translatô Principatu ad *J. Erneſtum* Fratrem. Hunc *Eliſabetha* Mansfeldica pulcro filiolo Parentem fecerat, ſed herba ſolſtitialis erat, eôdem, quô ortus die, marceſcens: *Albertus* etiam cum *Dorothea* ſua, *Frid. Wilhelmi* I. Duc. Sax. F., quæ d. XXIV. Jun. MDCXXXII. juncta ei erat, improlis manſit. Hinc defuncto eo apoplectico XX. Decemb. MDCXLIV. *Wilhelmus* & *Erneſtus* Fratres territorium inter ſe partiuntur. Ceſſit urbs noſtra *VVilhelmo*. Qui *Prüſchenckium* conſtituit Pro-Principem, Lands-Director und Oberauſſeher. *Malſius*, quietis cupidus, aulâ relictâ, Halas Saxonum conceſſit. 1644. *Alb. D. S. obitus, diviſio Principatûs, Prüſchenck,*

§. 233. Anno ſequente templum *Friedenſteinianum* in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis (cujus memoriale ſunt *tres* in eo poſitæ *columnæ*) conſecratur. Miraculi loco habitus *Jacob. Martini*, Modenâ oriundus, qui ſeptennis per omnes Facultates eruditè diſputabat, (d) uti *Andreas Canterus* Gröningenſis, qui ante decimum ætatis annum univerſarum penè liberalium Artium ſcientiam nactus, ut & utriusque juris ac totam S. Scripturam palàm profeſſus ſit. Quem ideò ad ſe vocavit *Fridericus* III. anno MCCCCLXXII. XXV. Januar., ut *aureis eum Doctorum inſignibus feliciter coronaret*, uti latiùs habetur in diplomate. (e) Seq. anno d. V. April. æt. ſuæ LVI. conjugii XXVIII. Miniſterii XXIX. mundo exceſſit *VVugnerus* noſter. Natus erat *Hilperhuſæ* anno MDXCII. XXX. Sept. Ex patria ſchola migrabat *Magdeburgum*, ubi ſub fideli informatione *Rollenhagii*, civisque ſui M. *Erhardi Montani* ConR., laudabiles fecit progreſſus. Reverſus in patriam ſubſtitit Coburgi, *Libavii*, *Schâferi*, *Sebaldi Krugii*, aliorumque CL. Virorum aſſiduus auditor. Vix Jenam ingreſſus anno MDCXII. ob peſtem tunc graſſantem fugit *VVittebergam*, ubi ad pedes *Hutteri*, *Balduini*, *Franzii* & *Meiſneri* quatuor annis ſedit. *Gieſam* ituro vias præcludit bonæ mentis ſoror. Moratus ergò apud Nobilem 1645. *Malſius abit,* 1646. *templum Friedenſtein. conſecratur,* 1647. *pueri eruditi,* 1648. *vita VVagneri,*



(d) Calviſ. chronolog. p. 1025. B. (e) vid. D. Misleri nov. opus caſ. conſcient. c. 10. S. 2. membr. 5. qu. 35. p. 277.

bilem *Hesbergium*, cujus liberos fideliter informavit. Anno MDCXIX. vocatur Paſtor *Watzendorfianus* in finibus Diœceſ. Herbipolitanæ. Biennio pòſt fit Eccleſiaſtes *Coburgenſis*, anno MDCXXV. Adjunctus *Rodaccenſis*, anno MDCXXXII. Concionator Aulæ Coburg., &, defuncto *J. Caſimiro*, anno MDCXXXIV. Iſnacenſis. Denium biennio pòſt ſucceſſit *Götzio* noſtro, ei verò M. *Caſp: Rebhan*, Nicol. F.

*⚘ Malſii,* Eod. anno etiam *Malſius* mortem cum vita commutavit Halis Saxonum XVIII. April. anno ætat. LXIII. Prodierat ex tugurio *Brotterodæ* XXV. April. MDLXXXV. Poſtea aluit eum Lipſia ab anno MDCVII. uſque ad MDCXX. Vocatus deinde ab *Antonio Günthero*, Comite Oldenburgenſi, ceu Conſiliarius ſecretior, miſſusque ab Eo ad diverſas Aulas Cæſaris, Electorum, Principum, Comitumque, ita ut, ſecundùm ejus computum, intra ſexennium, quô Oldenburgico ſerviit, ultra 5000. milliar. emenſus fuerit. Nactus à *Ferdinando* II. anno MDCXXIII. dignitatem Comitivæ Palatinæ cum annexa nobilitate perſonali. Factus deinde Præſes Juſtitiæ & Conſiſtorii in toto Comitatu Jeverano. Sed anno MDCXXX. conceſſit Halas Saxonum, functus poſtea munere Cancellarii in Primatu & Archi-Diœceſi Magdeburgica. Anno MDCXXXVIII. idem officium ei detulit *Joann. Erneſt.* D. S. Defunctô autem *Albertô* Principe, Halas reverſus privatim vixit, niſi quòd *Joannis* Anhaltini Conſiliarius honorarius fuerit. *Reinhard. Back*, S. Th. D. & Cathedral. Eccleſ. Magdeb. Paſt., ita de eo:

*Suaviter ante obitum veluti modulantur olores:*
Malſius, *ùt* Simeon, *ſic canit ecce!* Simon.

*1649. nummus inter ubera pendens, 1650. incendium Mülhuſinum, jubilæum irenicum, 1653. El. Henr. Avemann, 1654. obitus Patris ejus, 1655. funus Bernh. D. S.*

§. 234. Dederat parochus probæ mulieri nummum argenteum crucifixo ſignatum, quem ſemper inter ubera pendentem geſtabat, id unum rogans ante obitum, ut ſibi relinqueretur pro viatico, tot ſuſpiriorum & precatiuncularum monitor. Eandem prorſus hiſtoriam vide apud *Caſp. Titium.* (f) Anno MDCL. ignis *Mülhuſa* perdidit LXX. ædes. Die XIX. Aug. jubilæum *irenicum* erat. Pueri & puellæ, paſſis capillis ſertisque rutaceis redimiti, ex curia in templum ibant Deo acturi gratias. Ex hoc remeabant in curiam, ubi ſingulis novus nummus, in memoriam reſtauratæ pacis cuſus, unà cum ſpira triticea dabatur. *Prüſchenckio* ad Comitia Ratisbonenſia abeunte, vices ejus hîc ſupplebat *Elias Henricus Avemann* JC., cujus Parens anno ſeq. XXI. Febr. efferebatur.

Anno ſeq. corpus Glorioſiſſimi Ducis Sax. *Bernhardi* I. Briſacô-Iſnacum, & hinc Vinariam deductum, patriisq; monumentis ibidem conditum eſt, non verò *Wartburgi*, qui M. *Prætorii* error eſt (g) Eod. IX. Sept. anno ætat. LXX.

Mini-

(f) im Exempelbuch c. 16. de Baptiſmo p. 418. (g) ſpecim. ſecund. Hiſt. Saxon. c. 2. Sect. 3.

Miniſterii XLII. Chriſtoph. Olp. Archi-Diacon. deceſſit. Natus erat XVIII. Mart. MDLXXXV. Miſſus ex diſciplina *VVeinrichiana*, ſacramento ſe obſtrinxit Academiæ Jenenſi, factus poſtea anno MDCXI. tertius ſcholæ Collega, & anno MDCXIV. Diaconus. Conjux ejus *Margarita VVeinrichia*, ex qua ſuſcepit *J. Chriſtoph.*, Paſt. Cappeldorfianum, *Chriſtoph.*, Elect. Brandenburg. Direct. Ericetarum & Burggravium Pruſſiæ, M. *Georg. Chriſtoph*, nunc COS. Iſnacenſem, & *Sever. Chriſtoph.*, olim Prof. Jenenſ., poſtea D. Theol. & Superint. Römhildenſem. *vita Olpiana*,

Anno ſeq. *Conrad. Möller.*, Rect. ſcholæ, & felix Medicinæ Practicus, menſe Januar. obit. Natus in urbe anno MDLXXXIX. *1656. C. Möller.*

§. 235. In *quatuor* tantùm claſſes ſecta olim erat ſchola. In *quarta*, ceu infima, docebantur pueri legere & hæſitanter declinare nomina, & hæc claſſis aliquando 200. capiebat. In *tertia* tradebantur Catecheſis Luteri, declinationes & conjugationes: adultiores in ea breves ſententias ex vernacula in latinam vertebant linguam, quod hodie quartani noſtri faciunt. Quâvis hebdomade tres horæ explicationi unici diſtichi Catoniani aſſignabantur. In *ſecunda* diſcebant catechiſmum latinum & regulas aliquot grammaticales. Exponebantur ſimul verſus nonnulli Virgiliani. Nullus verò græca poterat legere. Summum artificium triennis, ſeu quadriennis *Primani* erat paragraphos aliquot in latinum, ſeu ex hoc in vernaculum transtuliſſe ſermonem. Logica & Rhetorica omninò ignota, ſaltem pauciores inde diſceſſuri pro viatico levem præguſtum de hac vel iſta habebant; ut ſi veteris & noſtræ ſcholæ faciem intueare, inſignem profectò differentiam deprêndes. Primani ſiquidem tunc vix eos fecêre progreſſus, quos jam tertiani. (h) Verùm ſub *VVeinrichiis* caput extulit Lycéum, ut quoque exteri, famâ & dexteritate docentium accenſi, filios ſuos hûc mitterent. Cujus rei teſtes ſunt *Caſp. Barth*, Polyhiſtor, *Eccard. Leichner*, M. D. ejusque Prof. in Electorali Univ. Erfurtenſi, & alii Celeberrimi Viri. Nec hic fervor ſub *Möllero* aut *Börſtelmanno* tepuit, è quorum diſciplina omnium Ordinum Excellentes Viri prodiêre. (i) Aucto diſcipulorum cœtu, *quinta* claſſis acceſſit, in qua primùm adultior *Primanus* docebat, cui ex collectura ærarii eccleſiaſtici præmiolum dabatur, poſtmodum Organiſtæ *Schoſſer*, *Krantz* & *Engelhard* pueros erudiêre. Tandem *Schrammius* conſtitutus eſt. Cùm verò, pace urbi redditâ, numerus puerorum quotidie creſceret, & Præceptor quintæ claſſis non omnes ſuos commodè inſtruere poſſet, anno MDCLVIII. ſexta erecta eſt. (k) *Veteris ſchola & moderna facies*,

§. 236. Anno MDCLVII. XXVIII. Maj. *VVilhelmo* in faſtis ſacro, *VVilhelmus* IV. D. S., tunc totius Illuſtriſſimæ Domûs Saxonicæ Senior, ſolenniter con- *1657.*



(h) ex orat. MS. Börſtelmann. (i) quorum catalogum aliô die dabimus, (k) fuſius dicendum erit in amœnit. m. patriæ antiquis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*conſecratio arcis & templi Vinarienſis,* conſecrari fecit Vinariæ arcem *Hornſtein*, inq; ea templum *Martinianum*, antiquato & abrogato utriusque nomine, illam *VVilhelmiburgum*, Wilhelmsburg/hoc verò *Uraniburgum*, Himmelsburg/ appellans. Concionem habuit D. *Nic. Zapf*, Superint. & Eccleſiaſtes Aulicus, ex *Geneſ.* XXVIII. à verſ. 10. ad 22. Idem Dux 2000. floren. legavit, ut quotannis die *VVilhelmi* 120. exinde

1658. *incendia Thuring.* diſtribuantur inter perſonas eccleſiaſticas & ſcholaſticas. Variis Vulcani injuriis ſemper expoſita Thuringia mea, quas ordine recenſent M. *Pfefferkorn* (n) & M. *Joan. Hofmann*, (o Scholæ Francohuſanæ Rector. Et hôc ipsô anno MDCLVIII. *Francohuſa* exuſta eſt. Eod. anno placidè exſpirat *Chriſtina*,

*obitus Chriſtinæ D. S.* *J. Erneſti* vidua, in Matheſi cumprimis & Hiſtoriis Germanorum verſatiſſima, quæ ſuis manibus in ſanctiſſimo fonte me ablutum tenuit. Sacer ipſi erat numerus *octonarius*. Longâ enim experientiâ notârat memorabilia quovis ferè *octonariô* facta. Siquidem anno MDLXXVIII. nata, anno MDXCVIII. nuptias habuit, anno MDCXXVIII. crure fracto vidua facta, anno MDCXXXVIII. maritus ejus obiit, anno MDCXLVIII. viſum amiſerat, anno MDCLVIII. XVIII. Aug. circa

1659. *& G. Franzkii,* octavam veſpertinam anno ætat. LXXVIII. obdormivit. Et Georg. *Franzkius*, excellentis nominis JC. & Cancellar. Gothanus, anno ſeq. XIX. Jan. vivere deſiit, cujus laudes in ſolenni panegyri dixit M. *Martin. Hanck*, Gymn. Eliſabe-

*incendia,* thani Uratislav. Rect. Magna pars *Mülhuſæ* & *Erfurti* iterum in cineres col-

1660. *Pennaliſmus,* lapſa. Tandem barbaries iſta, quæ hactenus in multis Germaniæ Univerſitatibus graſſabatur, *Pennaliſmus* putà, infeſtum iſtud monſtroſumq; nomen, autoritate Imperiali æternùm relegatur. Anno ſeq. XI. Jul. nuptias celebravit *J.*

1661. *nuptiæ J. Georg. D. S. J. P. Geiſel,* *Georg.* D. S. cum *Joannetta*, *Erneſti*, Comitis Saynæ & Witgenſtein, ac *Ludovicæ Julianæ* Erpacenſis F., *Joann. Ludov.*, Haſſiæ Principis, vidua. Die XXV. Aug. *J. Petrus Geiſel*, Conſiliar. Sax. & Aulæ Ducalis Magiſter à cœna inter fabulationes cum *Georgio Ludovico*, Comite Kirchbergico, & *J. Juſto Boyneburgio* habitas, à *Ludovico Schaumburgio*, Cubiculario Principis, plumbeo globulo ex inſidiis trajectus repentè corruit.

*templum Rulanum,* Eod. anno die XXV. Nov. præſente *VVilhelmo* IV. D. S. Ejusq; Illuſtriſſima Aula, Deo conſecratur templum Rulanum, habito ſermone ſacro ad populum à *M. Caſp. Rebhanio*, Superint. Iſnac. (p)

*obitus Wilhelmi D. S.* Qui optimus Patriæ Pater, Princeps togâ ſagoque Inclytus, & ſummus Muſarum Patronus, nec non Illuſtriſſimi *Carpophororum* Collegii Præſes Eminentiſſimus, XVII. Maj. am. ſequ. inter immortales eſſe cœpit, relinquens quatuor Filios *Joann. Ern.*, *Adolf. VVilhelm.*, *Joann. Georg.* & *Bernhard.*, qui ditiones paternas inter ſe partiti ſunt. Joann. Erneſt. *Vinariam*, Adolf. Wilhelm. *Iſenacum*, J. Georg. *Martſulam*, & Bernhard. *Jenam* ſedem elegit ſuam.

1663. §. 237. Anno ſeq. XXIX. Octobr. lucem adſpexit *Frid. Auguſtus*, *Joannis Georgii*

(n) in Thuring. c. 28. (o) diſſ. de incendiis. (p) ex Pſalm. CXXII.

*Georgii* F., Princeps optatiſſimus, ſi Deus Ei vitam prorogâſſet. Soræ Dano- *Frid. Auguſt. natus,*
rum hemiplegiâ percuſſus *Georg. Krug*, Ph.& M.D. ac Prof. Reg. Doctiſſimus *obitus G.*
Vir naturâ ὀξύθυμος & per intervalla podagricus, tibiâ improvisò ad ſcabel- *Krugi,*
lum impingens, ſubitò dextri lateris hemiplegiâ correptus, loquelâ omni, ra-
tione verò maximam partem interceptâ, adeò quidem, ut ſano latere mentem
ſuam adſtantibus nequaquam potuerit aperire aut exprimere, calamitoſo iſto
fato in nonum uſq; menſem (à XXIX. Mart. usq; in III. Decemb.) atq; ad vitæ
finem conflictatus. (q) De ſeditione Erfurtenſium nihil addo, cùm alii eam *ſeditio Er-*
prolixè deſcribentes (r) otia mihi fecerint. De *M. Volcmaro Limprechto* publi- *furtenſ.*
cum extat ſcriptum: Summariſcher Bericht / wie der zu Erfurt geweſene
Ober-Vierherz M. V. Limprecht verſchuldet / daß er am 20. Nov. 1663. mit
dem Schwerdt öffentlich hingerichtet worden. Erfurt getruckt bey Joann
Georg Hertzen anno 1663. Quî verò tumultuantes Erfurtini fecialem Im-
perialem exceperint, idem dixit publicè: Gehorſamſte relation, wie nemlich
die publication der Achts-Erklärung zu Erfurt abgangen / ſo durch mich
Jacobum Lydl. von Schwanaw / als Kaiſerlichen Reichs-Herolden / ver-
richtet / beſchehen den 8. Octobr. anno 1663.

Anno ſeq. die XXXI. Jan. naſcitur *Carolus Auguſtus*, primus *Adolfi VVil-* 1664.
*helmi* F., qui verò d. XIV. Febr. ſeq. anno occidit. Abiit etiam, quò nos ibimus *Carol. Aug.*
omnes, *Balthaſ. VVidemärcker* D., Aulæ urbisque Med. ord., cujus vitæ ſyn- *natus,*
opſin dabit monumentum in æde Georgiana. Hîc ſepultæ ſunt reliquiæ Viri *D. VViede-*
Nobiliſs. ac Excellentiſs. Domini *Balthaſ. VViedemerckeri*, M.D. Arch. Sax. & *märcker.*
Reip. Iſnacenſ. Phyſ. ord. Natus fuit *VVülerſtadii* in Thuringia d. 10. Aug. *epitaph.*
1614. Patre *Caſparo VViedem.*, Paſtore illius Eccleſ. per 50. annos meritiſs.
Matre verò *Barbara* è *Zariorum* familia Rotenburgi ad Tubarim oriunda;
2. uxores habuit, ex quarũ priore *Barbara Suſanna Breitheuptia*, Domini *Stam-
bergeri*, J.U.D. Conſil. Sax. relicta vidua I., filium nunc nuper in Hungaria de-
functum, ex altera verò *Chriſtina Sophia Martini* Dn. *Rügeri*, Secret. Saxon. re-
licta vidua, ſex filios totidemque filias progenuit, de quibus duo filii & tres
filiæ adhuc ſunt ſuperſtites. Ex vita deceſſit V. Decemb 1664. ætat. 50. ſum-
mè deſideratus à Principe, civibus, conjuge & liberis, qui vivus omnia
boni Chriſtiani, Medici, mariti, Patris munia explebat. Cui Deus propitius
ſit!

§. 238. Anno MDCLXV. I. Febr. naſcitur *Frid. VVilhelm.*, ſecundus *Adolfi* 1665.
*VVilhelmi* F., (denatus verò III. Maj.) & *Joann. Georg.* II. *Joann. Georg.* I. F., mo- *Principes*
dernus Patriæ meæ Pater, qui PIETATE ET JUSTITIA diu lætus interſit *nati & de-*
populo! nec non *Adolf. VVilhelm.* II. *Adolfi VVilh.* F., defunctus eod. anno XI. *nati,*
Decemb. Corruit etiam V. Mart. apoplecticus *David Breithaupt*, Secretar. Du- 1666.
calis, *obitus Dav. Breithaupt.*

(q) conf. D. Cortnummii L. de morbo attonito c. 35. §. 20. p. 165. (r) vid. ſaltem Pfeffer-
korn. Thuring. c. 33. &, qui in favorem Moguntini ſcripſit, Guden. hiſt. Erfurt. L. IV.

calis, Vir antiquâ fide, ſolidâ eruditione, multarumque rerum experientiâ conſpicuus. Primum ejus vagitum audiit Crucisburgum. Jactâ linguarum Artiumque baſi ſub fauſta manuductione *VVilckii* & *VVeitzii*, Gymn. Gothani Rectorum, properavit Jenam, ubi pietatem, modeſtiam & induſtriam ejus maximè probârunt Excellentes Viri *Denskius*, *Heiderus*, *Gryphiander*, *Pfefferkorn*, *Neuenhan*, *Riemer*, *Hillinger*, *Ditericus*, *Fomann* & *Arumaus*. Lipſiæ inprimis innotuit *Finkelthuſio*, à cujus ore & nutu totus pependit. Caſtra moviſſet ſua vel Gieſam, ſeu Marburgum, diſputaturus ibi pro ſupremo Jurisprudentiæ gradu, ſi per rabiem Bellonæ licuiſſet. Contracto igitur connubio cum *Anna Maria Spielhuſia*, Henr. Philippi, Ducalis Præfecti Crucisb. F. anno 1624, numeroſam vidit prolem. Abeunte *Prüſchenckio*, Summo Viro, ad Comitia Ratisbonenſia, ipſe cum *Avemanno* totam patriæ molem conſiliô & induſtriâ tulit feliciter. Tranſiturus anno 1659. ad ſecunda vota pio nexu ſibi copulavit *Eliſabetham Avemanniam*, Nic. Rhönii, Actuarii Reip. noſtræ, viduam.

*& J. VV. Harſtallii*, Deceſſit eod. anno *J. Wilhelm ab Harſtall*, Supremus Aulæ Altenburgenſis Marſchallus, quem Sereniſſima *Magdalena Sibylla* ſplendidiſſimâ pompâ efferri juſſit, teſtatura publicè erga dilectum fidumque Miniſtrum ſingularis clementiæ affectum. Rector Acad. Lipſienſ., D. *Welſchius*, interprete *Rappolto*, Poëſ. PP., pietatem Ejus illuſtrem exponi curans inter cetera ſic:

*- - prudentia mentem*
*finxerat, os Peitho, vultum oculosq; Minerva,*
*Mavors ipſe manum: geminæ præfecerat Aulæ*
*dexteritas: Dominæ gratum acceptumq; potenti*
*reddiderat ſpectata fides, populoq; venuſtas*
*ingenuumq; decus.*

*Chriſtian. Funccius*, Rect. tunc ſcholæ Altenburg., hunc titulum marmori funereo inſcripſit:

*Stemmata, rara fides, prudentia, gratia, virtus*
*clauſa ſub hoc tenui marmore cuncta jacent.*

Die XXVII. Octobr. peperit Sereniſſima *Joannetta* noſtra gemellas, *Maximilianum Henricum* & *Joann. Wilhelmum*, quorum ille biennio pòſt XXII.
1667. Jul. extinctus eſt, hic verò Dei gratiâ ſuperat.

*Principes nati & denati*, §. 239. Anno ſeq. XXVIII. Aug. naſcitur quartus *Adolfi VVilhelmi* F. *Erneſt. Auguſtus Erdmannus*, conditus ſeq. anno VIII. Febr., quem ſequitur
1668. Parens longâ phthiſi conſumtus XXI. Nov. anno ſequ.

*VVilh. Aug. natus*, Paulò poſt d. XXX. Nov. naſcitur Filius ejus poſthumus *VVilhelmus Auguſtus*. Fato etiam functus ſuo *Auguſtus Erich*, Thuringiæ Apelles, & COS.
1669. *Aug. Erich.* Iſnac., cujus laudes cecinit *Henricus Rödiger*, JC. & Poëta. Sublato *VVilhelmo*

*Aug.*

Aug. XXIII. Febr., ſicque omni prole *Adolſi Wilhelmi* extinctâ, *Joann. Georg.* 1670.
aulam ſuam Martſulâ tranſtulit Iſenacum, Pius, Juſtus & Sapiens Pa- *VV. Aug.*
triæ Pater. Tumulo etiam infertur *Rudolf. Chriſtoph. Merckel*, M. Dr. *obitus*,
Et M. *Henric. Purgold*, Diac. primùm Heringenſis, poſtea Sereniſſimæ *Annæ* 1671.
*Sophiæ*, Com. Pal. ad Rhen. & Duciſs. Bavar., ac Abbatiſſæ Quedlinburg., Con- *& Merckelii*,
cionator aulicus, Conſiſtorialis, Scholarumque Inſpector, patriam videre *M. Purgoldi*,
geſtiens, meliori patriâ dignus, loculum in hac noſtra reperit V. Octob.
anno ætat. XLII. Ereptus quoque D. *Sever. Chriſtoph. Olp.* d. XIII. Jan. 1673.
Natus in urbe XXII. Octobr. MDCXXVII. Ex patria ſchola *D. Olpii*,
dimiſſus, in Gymnaſio Gothano & Acad. Jenenſi cœptum ſtudiorum
penſum acriter pertexens, obtento anno MDCXLVII. gradu Magiſte-
rii, omnem operam Sanctiſſimæ Theologiæ addixit. Factus anno
MDCLVI. Prof. Poëſ. ord. & Moral. extraordinar., duxit *M. J. Wilh.
Wallichii*, Rect. Sch. Jenenſ. & poſtea Diac. ibid., Filiam *Rebeccam*; anno
MDCLXV. Superintendens Römhildenſ., & anno MDCLXVII. D. Theo-
logiæ.

§. 240. Juſtum & æquum foret virtutem fidemque Sereniſſimi, Pru- 1674.
dentiſſimi & Fortiſſimi Herois *Joann. Georg.* I., Cæſ. Campi Marſchalli, Pa- *J. Georg. D. S.*
triæ Patris deſideratiſſimi, cunprimis contra Gallos Imperio ſanctè &
conſtanter exhibitam, latiùs recenſere. Sed jamdudum pia facta Ejus
univerſæ innotuerunt Europæ. Una poſterorum vox erit: *Eum in vita
nihil niſi laudandum feciſſe, ſeu dixiſſe, vel ſenſiſſe.* (s) Nos tanti Principis memo-
riam memori ſemper mente colemus, conſervabimus, redintegrabimus,
illud *Gregorii Nazianzeni* nobiſcum reputantes: *Præſtantiſſimorum maxi-
mè memores eſſe debemus, quorum vel ſola recordatio ſancta & utilis eſt.* Vi- 1675.
xerat hactenus *in ſpe & ſilentio* Pius *Erneſtus*, fortunatiſſimus Saxo, vi- *Pii Erneſti*
deratque quatuor Cæſarum funera, *Rudolſi*, *Matthiæ* duorumque *Ferdinan-* *obitus*.
*dorum*, quinque Electorum Moguntinorum, *Joannis Adami*, *Joannis Svvei-
cardi*, *Georg. Frid.*, *Anſelmi Caſimiri*, & *Joann. Philipp.*, duorum Treviren-
ſium, *Lotharii* & *Philippi Chriſtophori*, duorum Colonienſium, *Erneſti* & *Fer-
dinandi*, unius Bavari *Maximiliani*, duorum Saxonum *Chriſtiani III.* &
*Joann. Georg.* I., trium Brandeburgenſium *Joachimi Frid.*, *Joann. Sigiſmundi*
& *Georg. Wilhelmi*, Ducum verò Principumque Germaniæ innumerum nu-
merum, cùm LXXIV. ætat. ſuæ annô XXVI. Mart. ſanctiſſimam animam Deo
redderet, delatus ad quietem ſempiternam. Eâdem ſorte fruuntur *Heervvar-* 1676.
*ti* noſtri, dilecti fratres, quorum ſenior *J. Georg.* nat. 10. Aug. MDCXXV. *D. Heervvarti JC.*
Patre *Joanne*, Matre *Dorothea Runckelia*. Perluſtratis diverſis Germa-
niæ Academiis Jenenſi, Lipſienſi, Marburgenſi, Gieſenſi & Erfurtenſi,

Ii Jenam

(s) Vellej. Patercul. L. II. p. 22.

Jenam rediit, ambiens gradum Doctoris in utroque jure anno MDCXLIX. Conjux ejus *Catharina Ottilia Cottin.* Vocatus à Generoſiſſimis *Görtziis* ùt Conſiliarius & Præfectus, & tandem à Comitibus Wertheimenſibus ùt Cancellariæ Director, in qua functione anno ætat. LI. diſceſſit. Junior *Heervvar-*
*D. Heervvart. Theol.* *tus, Henr. Philipp.*, nat. XII. Jul. MDCXXXIV. Patria eum tradidit Gothæ, hæc Gieſæ, ubi anno MDCLV. nactus gradum Magiſterii. Ephorus tandem conſtitutus *Joann. & Frid. Wilhelmi Görtziorum*, abiit cum eis Tubingam, ibique pro licentia diſputavit anno MDCLXII. *de raptu Paulli in tertium cœlum.* Poſtea excurrit *Ulmam, Auguſtam Vindelicorum* (ubi abs *Heervvartis* humaniter exceptus) *Monachium, Salisburgum, Ingolſtadium* &c. Anno MDCLXIV. fit Paſt. primarius in Imperiali *Friedberga*, mox Inſpector *Ichtershuſanus* & *Wachſenburgicus*, inde Paſt. & Superint. *Bitterfeldenſis*. Socia ejus *Chriſtina Margarita, D. Balthaſ. Glaſſii*, Archiatri Gothani, F. Impetrato ſummo Doctoris titulo anno MDCLXX. mox adiit Paſtoratum in *majori Salza*, ubi anno MDCLXXVI. miſerrimâ hâc vitâ exceſſit. Symbolum ejus: (t) **HErr/ich warte auff dein Heyl.**

*Gens Heervvartina,* §. 241. Ceterùm antiqua & inclyta Gens *Heervvartina* ſemper fuit. Refert enim Helmold., (u) Danos piratas Saxonem quendam militem captivum feciſſe itineris ſui ducem, qui perduxit eos ad loca difficiliora paludis, in qua illi diu fatigati facilè à Saxonibus inſequentibus disjecti ſunt. Perierunt ex eis viginti millia. Nomen autem militis, qui deduxit eos ad invia, erat *Hervvartus*, perenni Saxonum laude celebrandus. Præclarè de hac familia M. *Chriſtoph. Müller.* (vv) „ Sedes, inquit, Genti *Heervvartinæ Auguſta Vinde-*
„ *licorum* eſt verè auguſta: hæc nutrivit, hæc educavit, hæc quoque nobilitavit.
„ Hos ab aliquot uſque ſeculis, ut ſi opus eſſent curatores ærarii ſacri fide-
„ les, *Heervvartos* conſtituit. Si generoſos ac in palæſtra militari nobiles de-
„ ſideraret, *Heervvartos* provocavit; ſi in peregrinationibus longiſſimis ſe-
„ dulos & acutos obſervatores peteret, *Heervvartos* miſit; ſi Jurisperitos ha-
„ bere vellet, iterum *Heervvartos* adſcivit. Loquor id ex veriſſimo teſtimonio
„ *Cruſii*, quondam annalium Suevicorum Scriptoris clariſſimi. Is enim inde
„ uſque à ſeculo XIII. hoc *Heervvartorum* nomen non niſi ſummis laudibus
„ ſolet citare; modò enim ad annum MCCCLIX. *Joannem Heervvartum* de-
„ prædicat, datum Curatorem hoſpitali S. Spiritûs optimè adeò meritum, ut
„ jure cum Collega ſuo pro ſecundo fundatore haberetur Auguſtæ; modò
„ celebrat *Antonium Heervvartum* nobilem ad ann. MCCCCLXXXII., qui
„ quondam cum *Wolfgango* & *Chriſtophoro* Ducibus Bavariæ & tribus Patritiis
„ haſtis cucurrit, ubi omnium eam virtutem fuiſſe inquit autor laudatus, ut
„ nulli brabéum præ alio potuiſſet adjudicari; modò meminit adhuc alius

„ *Anto-*

(t) ex Gen. XLIX. 18. (u) L. I. chron. Slav. c. 15. (vv) in oratione funebri D. Heervvarto Theol. dicta Serveſtæ.

„ *Antonii* ad ann. MDIII., qui anno ſuæ ætatis XLI. peregrinatus eſt Hiero-
„ ſolymam, & ad montana S. Catharinæ in Alchyro obiit; modò nominat
„ *Georgium Heervvartum*, qui fuit Juris Doctor Eccleſiæque Ratisponenſis
„ Canonicus. Sic Auguſta *Heervvartos* ſemper feliciſſimè fovit, quos inde
„ in Bavariam, in Galliam, imò ad Saxones emiſit, tàm proſpero ſucceſſu, ut
„ quòuſque ſe modò Gens *Heervvartina* vertit, digniſſima ſemper eſt habita
„ honoribus.„ Eod. anno XVIII. Jul. *Albertus* D.S. nexuit ſibi ſacro vincu- *Albert.*
lo *Mariam Eliſabetham*, *Adolfi Wilhelmi* noſtri viduam, (quam duxerat *D.S. nuptiæ.*
XI. Jan. MDCLXIII.) Prudentiſſimi *Auguſti*, Ducis Br. & Lyneb., F.

§. 242. Anno MDCLXXVII. emit *Fridericus*, Dux Saxo-Gothanus, à *Chri-* 1677.
*ſtiano Ludovico*, Comite Waldeccenſi, dynaſtiam *Tonnenſem*, ob quam fide *Tonna em-*
antea obligabantur Saxonibus Altenburgicis iſti Comites, eoque facto *leo-* *ta.*
*nem argenteum* in campo cœruleo ſcuto ſuo inſeruit. Idem condidit *Frid-* *Friedrichs-*
*richsvvertham*. Obiêre XXIII. Maj. *Bernhardus* II. D.S. & *Zachar. Prüeſchenck* à *vvertha.*
*Lindenhofen*, nobilis Palatinus, ſi nativitatem, Auſtriacus, ſi ortum ſpectes, 1678.
Hæreditarius in Bercka vor dem Haynich. Natus erat Sultzbaci anno MDCX. *obitus*
19. Jan. Creabatur U. J. D. Jenæ MDCXXXV. 19. Jan. Eod. anno XII. Maj. re- *Bernh. D.S.*
ceptus in numerum Profeſſorum. Manſit in hoc munere uſque ad annum *Zach. Prü-*
MDCXLV. quô hîc conſtituebatur Vicarius Principis, Fürſtlicher Sächſiſcher *ſchenck.*
geheimder Rath/Landes-Director und Oberauffſeher. Anno MDCLII. abiit ad
Comitia Ratisponenſia. Symbolum ejus: (x) *integritas & rectitudo cuſtodiant
me.* Prima conjux erat *Gertrudis*, *Wilhelmi Romani* à *Mackershuſen* in Braunſ-
wig, Electoris Ducumq; Saxon. Medici, F. ducta anno MDCXXXIII. XXI. Maj.
Secunda *Anna Catharina*, *Frid. Hortlederi* JC. & Conſil. Saxon. (qui Jenæ de-
functus anno MDCXL. IV. Jun.) & *Catharinæ Barthiæ* F. anno MDCXXXV. XV. Aug.
*Tertia Leveka*, Colonelli *Reiſii* ab *Eiſenberg* vidua. (y)

Vetuſtiſſimæ huic familiæ primam originem ſuam debent Illuſtriſſimi
Comites ab *Hardeck*. (z) Uno ore conſentient cives, fuiſſe utilem & prima-
rium Patriæ Virum, perenni memoriâ dignum.

§. 243. Circa exodum anni MDCLXXX. dirus fulſit Cometa, cui nec 1680.
magnitudine, nec terribili adſpectu, aut longiori apparitione omnes alii hoc *Cometa.*
ſeculo viſi anno MDCVII. MDCXVIII. MDCLII. MDCLXIV. pares fuê- 1681.
re. (a) De inundationibus magni paſſim queſtus. Die IV. Nov. *J. Frider.* Mar- *inundatio-*
chio Brandenburgico-Onolsbaccenſis, cum *Eleonora Erdmut Luyſa*, Duce *nes.*
Saxon., ſancto nexu conſtringitur in domo reſidentiæ Ducalis. Graſſaba- *nuptiæ J.*
tur hoc & ſequente anno per Thuringiam peſtis, quæ Northuſæ 6000. *Frid.*
Mülhuſæ 7000. & Erfurti 9114. ſuſtulit. *M. Caſp. Rebhan.*, Ephorus Eccle- *March. Br.*
ſiarum 1682.
*peſtis.*

Ii 2

(x) ex Pſalmo XXV. 21. (y) fuſiùs de eo in ſingulari diſſertatione, (z) Vid. Bucelin. T. III. Germ. p. 74. Laz. de migration. gent. L. VI. p. 212. ac Spener. L. III. c. 22. oper. Herald. Part. Special. (a) vid. D. Brandii, Prof. Marburg., comment. de hoc Cometa.

1683. *obitus M. Rebhan.* ſiarum noſtrarum, calculi doloribus oppreſſus IV. Jan. anno ætat. LXXVI. Miniſterii XLIX. Natus erat *Hilperhuſæ* anno MDCVI. Primis Artium Linguarumque fundamentis poſitis ſub *Weinrichio*, mittitur Coburgum, inde Jenam annô MDCXXVII ubi Senioris *Gerhardi*, *D. Majoris*, *Stahlii*, *Dilherri*, *Hakſpanii*, aliorumque benevolentiam maximè ſenſit. Gradu philoſophico ibidem ornatus, domi erudiit *J. Chriſtian. Boyneburgium*, quem Moguntia condidit, factus ſimul ſubſtitutus *Götzii*. Mortuo *Joanne Caſimiro* D. S., Antiſtes Eccleſiæ fit *Joann. Wagner.*, Concionat. aulicus, *Rebhanius* verò P & Adj. Mederæ in agro Franconico. Uxor ejus *Anna Weiſenſéin*, quæ octo filias & tres filios peperit. Anno MDCXLVI. vocatur ùt Diaconus Coburgum, inde anno MDCXLVIII. Superint. Iſnac., quod officium XXXV. ferè annis ſuſtinuit. Quanto luctu cives Academici

*M. Weiſii.* funus Inclyti Viri *M. Joh. Weiſii*, Moral. & Civil. PP. Gieſæ, Ampliſs. Colleg. Philoſ. Senior. & tunc Decani proſecuti ſint, ex programmate funebri latiùs vidimus. Natus erat in urbe anno MDCXX. IX. Maj. Doctores Wittebergæ habuit D. *Jacob. Martini*, *Paul. Röber.*, *Abrah. Calov.*, *Mich. Wendler.* &c. Theologos ac Philoſophos celeberrimos. Vocatus deinde à *Georgio* II., Haſs. Principe, ad munus Profeſſorium Gieſæ, quo dexterrimè ſemper functus eſt.

1684. *G. Steph. Schelhaſ.* §. 244. Sequente anno obiit etiam Venerandus Senex *Georg. Stephanus Schellhas* XXVII. Jul. anno ætat. LXXX. Natus Coburgi XII. Mart. MDCIV. informatus à fidiſſimis Doctoribus *Meyfarto*, *Keslero*, *Dracone*, *Steinbruccio*, *Hubmeiero*, aliiſque. Sub umbone *J. Chriſtoph. Schereri*, U. J. L. anno MDCXXIV. doctam diſputationem de *homicidio* defendit. Ab anno MDCXXV. uſque ad MDCXXXI. in *Salano* Athenæo moratus, indeque progreſſus *Wittebergam*, pulſus autem ab impio milite venit *Iſnacum*. At nec hîc à peſtifera lue tutus *Marburgum* conceſſit, & tandem *Argentinam*, ubi tribus annis manſit. Anno MDCXXXVIII. VI. Febr. ſub Decanatu *Prüſchenckiano* & præſidio *Richteriano* de *ſummo Principum Imperii jure* inauguralem habuit; Eod. anno 2. Nov. nuptias celebravit cum *Anna Maria*, *Caſp. Krantzii*, Præfecti Iſnac., F. in hoc munere ipſe digniſſimus Soceri Succeſſor, ab anno MDCXL. ad MDCLXXXIV. publicæ privatæque ſalutis memor, Boni Viri & Juſti Judicis munia fideliter explevit, lampada tradens Filio *Georgio Ludovico*. (b)

1684. *Frid. Auguſt. D. S.* Et d. XIX. Sept. Fortiſſimus Saxo *Frid. Auguſtus*, ſpes & delicium patriæ, ex vulnere in oppugnatione *Budæ* inflicto, Poſonii mortuus eſt, cujus molliter oſſa quieſcant!

§. 245.

(b) prolixiùs de ſingulis Præfectis in toto Principatu in amœnitatibus patriæ meæ antiquis.

§.245. Anno ſequ.obiit D.*Joann.Purgold.*, Aulæ urbisque Medicus,nec non *Joann. Frid.*, Marchio Brandenburgico-Onolsbaccenſis,Sereniſſimi noſtri gener, variolis extinguitur. Parùm aberat,quin hujus Dilectiſſima *Joannetta* eodem morbo tunc periiſſet. Gratulabatur ſibi patria de convaleſcentia reducis,& proſperiora quæque ominabatur. Sed ecce triſtiſſimus nuncius de momentaneo abitu *Joann.Georg.*I., Patriæ Patris omnium ſeculorum memoria digniſſimi, omnes mox diſturbabat circulos. Surrexerat mane XIX. Sept.hilaris vegetusque,cantârat more ſuo hymnos matutinos,viderat renatum in feretro viduæ Nainiticæ filium, pranſus erat pancraticè, conſultârat de arduis Provinciæ ſuæ negotiis, Conſiliarium aulicum *Lilienhemium*,quem aliò miſſurus erat, adhuc pleniùs inſtruens. Verbo: omnia apparenter bona, ſana,robuſta. Nihil moleſtiæ,nihil queſtuum, nihil de adverſo periculi. Sed audi, quid ſerus tulerit veſperus. Excurrenti in ſylvam *Eccardshuſa* proximam ( ibi enim cecidit Illuſtris anima, ) occurrit fortè cervus, quem globulo plumbeo ille trajecturus in momento, in ictu oculi, corruit pronus in faciem, verè ἀπρωπληκτὸς, nullo ſensûs motûsve ſigno amplius nobis dato. Advolant miniſtri, cruentant venam, ſed erat irrevocabile fatum. Heu mihi quanta & quàm univerſalis, & quàm momentanea tanti Herois ἀποπληξία, qua de fuſiùs diſſeruimus alibi. (c) Similem caſum de *Joanne Matthesio* eâdem Dominicâ, eôdemque morbô extincto refert *David Chytræus.* (d)

1685. D. Purgold, J. Frid. Mareh. Brandenb. 1686. J. Georg. D. S.

Statua poni debebat eo in loco, quô deſideratiſſimus Princeps cecidit, *Wildſchur* vocant,eique,interprete *Prôckio*,hoc monumentum inſcribi.

Advertite, quæſo,mortales, qui vel caſu, vel ex propoſito huc delati: intuemini hoc fragilitatis humanæ monumentum. Venerat in hunc locum, venationis causâ, recreando corpori & animo, à laboribus curisq; Illuſtrium negotiorum defatigato

Monumentum

Sereniſſimus Princeps

JOANNES GEORGIUS I.

Saxon. Jul. Cliv. ac Montium Dux &c.

Die XIX. Sept. ann. M.DC.LXXXVI. feras quasdam perſequens unico tantummodò famulo comitatus, qui dum cervo obvio intentat mortem, globo eum petiturus, rapitur ( præcipitante ſanguinis ebullientis affluxu oppreſſus ) ſtansq; cadensq; ab illa ex improviſo, quam viſam in bello, Ductor non ſemel magnarum copiarum,exhorruit nunquã, nunquam declinavit, in ſummis periculis & diſcriminibus obſerſatam oculis, animo planè interritus, & ad excipienda noviſſima ſemper paratus. Tu,viator & lector, quisquis es,



(c) in obſ.medico-phyſ.Dec.II.Eph.Nat.Curioſ. ann.VI. annex. num.48. (d) in chron. Saxon.L.XXIX.p.903.

cape exemplum in optimo hoc & Deo cariſſimo haud dubiè Principe, & ſingulis momentis memento mori.

§. 246. Ita Sol noſter occidit,& non eſt nox ſecuta. Videmus enim Solem in Sereniſſimis Filiis, utinam ſemper orientem,& nunquam morientem! *Joann. Georg.*II. inter Duces Saxo-Iſnacenſes PIETATE ET JUSTITIA Imperii habenas capeſſens, novæ arcis ſuæ reparationi, à Glorioſiſſimo Parente cœptæ,extimam impoſuit manum. Secutus mox Optimum Principem Dominumq; ſuum Dilectus & fidelis Regiminis Ejus Præſes *Elias Henric. Avemannus*,Calp.F., anno ætat.LXIX. Natus in urbe anno MDCXVIII.III.Maj. Jacto ſolidiori Juriſprudentiæ fundamento in Illuſtri Acad. Roſtoch. ad Varnum,cum *Sigiſmundo Henrico*,Comite Kirchbergico,(cujus Ephorus frater illius erat,) Belgium,Angliam & Galliam inviſit, non ſine magno elegantioris doctrinæ fœnore. Abiens poſtea Marburgũ,ſtudioſiùs ſolvere didicit perplexa ænigmata Juris,donec brevî poſt Comes *Kirchbergicus* Conſiliarii,& Ordines Provinciales Syndici munus merenti conferrent. Erat quoque à Conſiliis *Chriſtinæ*,Prudentiſſimæ Principi,*J.Ern.*viduæ. Miſſo *Prüſchenckio* ad Comitia Imperialia Ratisbonenſia, vices Supremi Inſpectoris demandabat Ei *Wilhelmus* IV. Queîs omnibus probè expenſis,*Joann. Georg.* I. Nobiliſſimo Conſiliariorum Collegio eum adſcripſit,tandemq; Regiminis & Conſiſtorii ſui Præſidem fecit. Prima ejus conjux *Chriſtina*,Chriſtoph.Rügeri,Secret. Ducal.F., ex qua ſuſtulit XII.liberos. Altera fuit *Eliſabetha*,Eliæ Erneſti Haſii,COS.Greiſenſis,vidua. Candorem & induſtriã Viri prædicabit patria, cujus decus & præſidium erat. Eod.anno *J.Wilhelm.*Jun.D.S.,Bernh.II.F., Jenæ eligitur Univerſitatis Rector,cujus faſces & purpuram glorioſè geſſit. *Adam Tribbechovius*,S. Th.D.& Superint.Gothan., ad æternas manſiones properans ſacrum pedum reliquit *Henr. Fergio*, Bergâ-Vierrano. Qui Arduum Ephori Generalis Eccleſiarum munus, à Superioribus ſibi impoſitum,ſingulari Dei ſuffultus gratiâ,inter varias tribulationes feliciter & animosè hactenus bajulavit.

*1687. & El. H. Avemanni, — Rectoratus J.W.D.S. obitus Tribbechovii, 1688. Henr. Ferg.*

§.247. Eod.anno XIII.Mart.homagium dixêre ſubditi Patri Rectoriq; ſuo *J.Georg.*II.,qui paulò pòſt XX.Sept.connubium iniit Kirchemii cum Sereniſſima *Sophia Charlotta*,*Eberhardi* III.,Ducis Wirtenbergici,F. Seq.anno Potentiſſimus ENSIFER *J.Georg.*III.in ſummo diſcrimine ſuppetias laturus quiritanti Francofurto ad Mœnum, infidosque Gallos longiùs propulſurus, per unum atq; alterum diem quietem ſibi fecit in Aula noſtra. Die X. Sept. poſt ſextam veſpertinam Imperialis *Mülhuſa* denuò conflagravit. De inſignibus Saxonicis elegantem tractatum edidit *D.Phil.Jac.Spener.*(e) Auctarium,quod Principibus noſtris Saxo-Iſnacenſibus acceſſit,vide apud *Pfefferkornium.* (f) Habent enim, præter antiqua ſua gentilitia,*leopardum* lutei coloris, qui Comitatum *Saynenſem* deſignat; duos *nigros palos Witgenſteinenſem*, *arcem* cum dua-

*homagium, connubium J. Georg. II. 1689. Elect. Sax. Hoſpes noſter, Inſignia Ducum noſtrorum aucta,*

(e) Francof.1668. (f) in Thuring. ſua c.19.p.223.

*duabus turribus*, inter quas *murus* videtur, *Homburgenſem*, & tria *nigra capita aprugna Freisburgenſem* denotantia. Nunc extinctis Ducibus Saxo-Lauenburgicis, etiam Duces Angariæ & Weſtfaliæ audiunt. Anno ſeq. XVII. Maj. *Ern. Ludov. Avemann*, Cancell. Gothan., à catarrho ſuffocatus eſt anno ætat. LXXIX. Nat. in urbe XXVIII. Decemb. MDCIX. Ingenium ejus formârunt Patria, Coburgum, Jena & Roſtochium. Anno MDCXXXVIII. cum *Sigmundo Henrico*, Comite Kirchbergico, abiit in Belgium. Inde transfretavit in Angliam & Galliam, iturus porrò ad Italos, niſi Illuſtris Comitis *Georgii* Parentis exceſſus obicem poſuiſſet. Revertenti in patriam Vidua Comitis munus Conſiliarii, & Ordines Provinciæ Syndici ſpartam committunt, ipſeque pro gradu & immunitatibus Doctore dignis Jenæ diſputavit ſolenniter. Anno MDCXLIX. Pius *Erneſtus* ſtipendium ei dedit Conſiliar. Aulici, cui officio tantâ fide & diligentiâ ſatis ſemper fecit, ut Præſes Conſiſt. & tandem Cancellar. factus ſit. Genuit ex *Magdalena Barbara*, *J. Henr. Kohlhanſii*, J.U.L. & redituum Ducalium apud nos Præfecti, F. undecim liberos. Et die quarto Nov. *Joann. Wilhelm.* Junior D.S., *quod non mortale* ſemper *optârat*, impetravit, anno ætat. XV. à variolis Jenæ extinctus. Verùm die tertio Decembr. Senior *J. Wilhelm.*, *Joann. Georg.* I. Fil., fauſto matrimonio ſibi junxit *Ameliam*, *Wilhelmi Friderici*, Naſſov. Principis, F., ante triennium cum luctu omnium bonorum defunctam.

*cum titulo, 1690. E. Lud. Avemann. obitus, ac J. VVilh. D.S. nuptiæ Sen. J. VVilh. D.S.*

§. 248. Ortæ erant nuper ſimultates quædam in diviſione territorii *Jenenſis*. Noſtros inter & Vinarienſes Saxones, nunc verò diremtæ, dato cuiq; ſuo. Die XII. Febr. lento morbo contabuit *Gombrachtius*, Superint. & Concionat. aulicus. Nat. erat in cœnobio S. Mich., quod *Veielsdorfi* Francor. eſt, I. Decemb. MDCXLIII. Paſt. olim Mega-Mülſenſis, poſtea Diac. patriæ. Succeſſit M. J. *Chriſtoph.* Zerbſt Mega-Lupnizenſis, inter Diaconos hactenus primus. Commodum hîc fuerit, primarium Clerum Iſenacenſ., in gratiam poſteritatis, à tempore reformationis, ſiſtere.

*1691. concordia Principum, obitus Gombracht. M. Zerbſt/*

## I. EPHORI GENERALES, SEU SUPERINTENDENTES, & Paſtores primarii in Metropoli noſtra fuerunt:

*Catalog. Cleric. Iſnac. I. Superintendent.*

I. Juſtus Menius, Fuldenſis, vocat. circa ann. 1530. poſtea Gothanæ & noſtræ Eccleſiæ Ephorus ſimul ab anno 1546. uſque ad 1551., quô omnem operam illi addixit ex urbe noſtra diſcedens.

II. Joann. Albinus, (Weiß) Bergâ-Vierranus, voc. anno 1551. docuit ann. 12. obiit 18. Mart. 1563.

III. M. Joann. Aldendorf, Francus, voc. anno 1563. docuit ann. 10. depoſitus 18. Aug. 1573.

IV. Georg. Rhön, Eicharto-Iſnacenſis, voc. anno 1573. docuit ann. 30. obiit 6. Sept. 1603.

V. M. Frid. Schönhaar/Crucisburgenſis, voc. anno 1604. docuit ann. 6. obiit 14. Aug. 1610.

VI. M. Nic.

VI. M.Nic.Rebhan,Haynersdorfio-Francus, voc. anno 1610. docuit ann. 15. obiit 14. Aug. 1626.

VII. M.Matthæus Reuſch/Gothanus,voc.anno 1627. docuit ann.1, obiit 23. Jul. 1627.

VIII. M. Joann. Götz, Muerſtadio-Francus, voc.ann. 1627. docuit ann.9. obiit 14.Febr.1636.

IX. Joann. Wagner, Hilperhusâ-Hennebergicus, voc. anno 1636. docuit ann.12.obiit 5.April. 1648.

X. M.Caſp.Rebhan,Hilperhuſanus,voc. ann.1648. docuit ann.35. obiit 4. Jan.1683.

XI. J.Lud.Gombracht,Veielsdorf. Francus, voc. anno 1683.docuit ann.8. obiit 12.Febr.1691.

XII. M.J.Chriſtoph.Zerbſt/Mega-Lupnizio-Iſnacenſ., voc. anno 1691.

## II. ARCHIDIACONI ET DIACONI IN URBE.

Ex antiquis memini tantùm Georgii,Thomæ, & M.Th.Neuenhagens. Ceteri fuêre

I. M.Seb.Boëtius, Rect. olim ſcholæ noſtræ;

II. Joann. Weiß/voc. 1546. poſtea Superint.

III. M. Joach. Stigelius, celeberrimi iſtius Poëtæ Joannis patruelis. Quô anno primùm vocatus ſit,ſeu quamdiu hîc manſerit,incertum eſt. Circa ann. 1547.erat Diacon., factus poſtea Aulæ Grimmenſteinenſis Concionator. Anno 1558.denuò hûc venit. Peſte tandem extinctus propè Altenburgum in Miſnia.

IV. Juſtus Cotta,Iſnacenſis.

V. M. Barthol.Roſinus,olim Rect.ſcholæ noſtræ, voc.1551.

VI. Wolfgang Zeiſner, (Zeuner) Cantor olim.

VII. Nic.Evander,Fuldenſis, olim Diac.Wannefridenſis, voc.1554. cui in ſenio adjunctus eſt filius M.Juſtus,obiit anno 1568.ætat.74.

VIII. Georg.Rhön,Eichartenſis,voc.1555. poſtea Superint.

IX. Andr.Boëtius,Rect. ſcholæ noſtræ,voc.& mort.1559.

X. Mich.Renner,Variſcus, olim Diac. Salfeld., poſtea Paſt. Martſulan., voc. 1561.obiit in Paſtoratu Saltzungenſi 1605.

XI. M. Juſt. Evander voc. 1563. Adjunctus poſtea Saltzung., & demum Concionat. aulic. J.Wilh. D.S.& Günteri, Comit. Schwartzburg., obiit 1575.

XII. Seb.Kyhm, Waltershuſanus, ludimoderator olim Lobedanus, poſtea Paſt. Settelſtadtenſis, voc.1564. Autor bibliothecæ Georgianæ: obiit in Paſtoratu Stedfeldenſi.

XIII.Cy-

XIII. Cyriac. Ittel, Crucisburgenſis, Collega olim ſcholæ noſtræ tertius, poſtea Paſt.Stedtfeldenſis,voc.1565.

XIV. Joann. Cotta, Iſnacenſ., Collega ſecundæ Claſſis, voc. 1565. depoſitus ob Flacianiſmum, obiit in Paſtoratu Milano 17. Mart. 1606.

XV. Georg. Franck/ Herleshuſanus, olim ludimagiſter Oppershuſanus, poſtea Paſt.Neoſtad. ad Vierram, & Diacon.Crucisburg., voc. 1574. obiit in Paſtoratu Bergenſi ad Vierram 1614.

XVI. Eraſmus Göbel, Lengsfeldenſis, famulus olim Amsdorfianus, poſtea Collega ſcholæ noſtræ, voc. 1574. depoſitus ob Flacianiſmum 1583. Tandem in Paſtoratu propè Northuſam in parvo Werthern obiit.

XVII. Andr.Boëtius Jun., olim Collega ſcholæ noſtræ,voc.1579.obiit 22. Nov.1593.

XVIII. Joann.Himmel/Iſnacenſis, ex Paſtoratu Schweinenſi voc.1579.

XIX. Benedict.Cotta, Iſnacenſ., voc. 1583. olim Collega ſcholæ noſtræ. Anno 1592.voc. Superint. Heidburg. Quô bolo ei abs alio prærepto, obiit tandem peſte in Paſtoratu Gladbaccenſi 1597.

XX. M. Conr.Tungethal, Tüngerdenſis,voc.1592.obiit in Paſtoratu Mega-Lupnizenſi 1609.

XXI. Joann.Rhön,Iſenacenſ., vocat.at non promotus 1593. Obiit tandem in Paſtoratu Eccardshuſano.

XXII. Joann. Puchner, Frimarienſis, voc.1594. Roſtio, Superint. Altſted., defuncto, eligebatur Joann. Himmel. Qui cùm ſedem ſuam mutare nollet, ſucceſſit Puchner 1610.obiit 1619.

XXIII. Joann. Juncker, Iſnacenſis. Vixerat octo annis in conjugio ſine functione publica miſerrimè: factus tandem Jacobi Rubenſamii, Paſt.Scherbdani, Adj., anno 1595. ſucceſſit Tungerthalio noſtro; obiit in Paſtoratu Cörneriano Præfecturæ Volkerodanæ.

XXIV. Matthæus Krantz/ Iſnacenſis, olim Paſt. Immelbornenſis, poſtea Schvveinenſis,voc.1606. obiit in Paſtoratu Stedtfeldenſi.

XXV. M. Matthæus Reuſch/ Gothanus,olim Paſt.Schönavienſis,voc.1610.

XXVI. Chriſtoph. Olp, Iſnacenſis,olim Collega ſcholæ noſtræ, voc.1614. obiit 9.Sept.1655.

XXVII. M.Valentin. Herbart/ Oſthemio-Francus, Paſt. olim in Suevia, ubi Georg.Lud. L. B. à Freiken cum conjuge ſua ab hæreſi Schvvenckfeldiana in viam reduxit. Fit ſubſtitutus Senioris Himmelii 1625. Adjunct.demum Oſtheimenſis 1626. Obiit 11. April. 1645.

XXVIII. Georg.Melch. über die Heyden/ Iſnacenſ., Paſt. olim Sültzenſis & Mansbaccenſis,obiit 25.Jul.1645.

XXIX. Mich. Virling, introduct. 21.Jan.1627.obiit 25.Oct.1671.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXX. M.Henr.Henning/ Diac. olim patriæ, quæ Crucisburgum erat, voc. 1645. obiit 22.Oct. 1671.

XXXI. M. Henr.Hofrock/Iſtanus, Paſt.olim Micro-Lupnizenſis, introduct. 1655. obiit 18.April. 1677.

XXXII. M. J. Chriſtoph. Zerbſt, ex Paſtoratu Mega-Lupnizenſi voc. 1670.

XXXIII. M. J. Chriſtoph. Wagner, Iſnacenſis, Paſt. olim Urſpringenſis in Præfectura Lichtenbergica, voc. 12. Jan. 1672. obiit 1676.

XXXIV. M. Valent. Schrön, Martſulanus, P. olim Micro-Lupnizenſis, introduct. 15. April. 1677. nunc Archi-Diacon.

XXXV. Seb. Schramm, Iſnacenſ., Collega olim ſcholæ noſtræ, introduct. 18. Mart. 1683.

XXXVI. Ern. Sigiſmund. Coburger / Eccleſiaſtes olim Thannenſis, acceſſit 28. Jun. 1691. nunc Inſpect. in Kalten-Northeim.

1691. §. 249. Eôd. anno XXVII. Jun. humo redditur *Pleſſius*, Ducalis Stabulo-
*Obitus* rum Præfectus; Die II. Aug. *Fridericus*, Dux Saxo-Gothanus *Friedrichsvver-*
*Pleſſii,* *thæ*, nec non XII. Sept. *Joann. Georg.* III. Saxon. Elector *Tubingæ* fato functi
*Frid. D. S.* ſuo. Ceterùm pluviæ continuæ, mutatio monetæ in Imperio, indeque reſul-
*& Elect. Sa-* tans annonæ caritas difficilem fecêre annum ſequentem, mœſtasque ci-
*xon.* vium querelas. Interim ducitur in thalamum Potentiſſimi Sax. Elect. *Joann.*
1692. *Georg.* IV. *Eleonora Erdmut Luyſa*, *y. Frid. March.* Brandenburgico-Onols-
*nuptiæ Ele-* baccenſis vidua, Sereniſſimi Noſtri ſoror germana. Celebrabatur eôdem
*ctorales,* tertium Univerſitatis Erfurtinæ ſeculare feſtum, ùt ex programmate ab
*jubilæum* *Hartenfelſio*, Rectore ejus 17. (27.) April. publicato, longiùs videre eſt.
*Erfurtin.* Die XXVII. Maj. Sereniſſimus noſter lapidem poſuit angularem *S. Crucis*
*templum* in cœmeterio extra portam Prædicatorum. Inſcriptio templi (in forma cru-
*S. Crucis,* cis ſtructi) ad dextram hæc:

*inſcriptio,* Ædem hanc Deo & Poſteritati (ſi quam ſperes) ſacram, ex turritis reliquiis Collegî quondam B. Virginis in monte, cui nomen ipſa dedit, ab Alberto, Landgravio Thuring. & Sax. Com. Palatino, [quem ἄστοργον vocant,] conſtructi, ad mentem Deſideratiſſimi Saxoniæ Ducis JOANNIS GEORGII I. Filius Ejus hujus nominis II., cum Devotiſſima Matre JOANNETTA cœpit & conſummavit, poſito ab Optimo Patriæ Patre lapide angulari ἐυθανασίας &

ἀθανασίας hujus Baſilicæ ad S. crucem XXVII. Maj. anno cIↄIↄcxcii.

## FELICITER!

Inſcriptio ad lævam hæc eſt: *altera,*

> Drey Künſte ſinds / die ihm ein jeder muß erwerben/
> **recht beten/leyden**/ und drauf endlich **ſelig ſterben.**
> Komm her zum **Heilgen Kreutz**/ und lern das **heilge Drey**/
> ſo biſtu hie und dort Noth-Tod-und Jammer-frey.

§. 250. Eôd. anno (1692) Elector Moguntinus Erfurto conceſſit tres *nundinæ*
nundinas pecuarias & equinas, (1) die Lunæ poſt *Matthæi*, (2) die Lunæ poſt *Erfurt.*
Domin. *Reminiſcere*, & (3) die Lunæ poſt *Margareth.* ſt. v. Menſe Sept.
terræ motus fuit per totam ferè Germaniam, Galliam, & alia Europæ loca, *terræ mo-*
queîs tamen non adeò magna intulit damna. Menſe Decembri *Erneſt. Au-* *tus,*
*guſt.*, Poſtulatus Adminiſtrat. Oſnabrug., Dux Br. & Lyneb., annô ſuô cli-
macterico magno ab Auguſtiſſimo LEOPOLDO I. Eminentiam Electora-
lem ſolenniſſimè impetravit, ut nunc Imperium de *NovemViratu* ſibi gra- *NovemVi-*
tuletur. Maximum denuò terræ motum Menſ. Januar. ſeq. anno ſenſêre *ratus,*
*Malthenſes.* Omnium verò terribiliſſimus in *Sicilia* fuit, quo de eruditè diſ- 1693.
ſerit *CL. Hebenſtreit*, Prof. Jenenſ. *terræ motus Siculus,*

§. 251. Luctum quoque nobis fecit præmaturus exceſſus *Joann. Georg.* 1694.
IV. Elect. Sax., quem variolæ ſuſtulerunt. Memor autem Sereniſſimus *obitus Elect.*
noſter iſtud *Paulli Diaconi* (g) ajentis: *Non deerit pecunia fiſco noſtro, tan-* *Sax.*
*tum ut pauperes eleemoſynam accipiant, aut captivi redimantur. Hoc enim eſt*
*magnus theſaurus*: deſolatam Carthuſiam in *orphanotrophium* convertit, in *Wayſen-*
quo nunc pauperculi aluntur & inſtruuntur laudabiliter. Quàm ſeverè *hauß/*
Idem Princeps duella academica Studioſæ Juventuti in Univerſitate Salana *duella aca-*
vetuerit, ex mandato Ejus pœnali typis exſcripto patet. *demica*

De inſolito *cicadarum* agmine eod. anno in Thuringia viſo latiſſimè *vetita,*
diximus alibi. (h) Idem accidit anno MCCCXXXVIII., inde verſus: *cicadæ in-*

> *M. tria X. tria C. poſt octo venêre* cicadæ. *ſolitæ.*
> Et: - - *viſa per celſa* locuſtæ,
> *& veluti* nubes *umbram fecêre volantes,*
> *quas* nive *mox truci ſtravit lux altera* Lucæ. (i)

Nunc demum inclareſcere cœpit fons medicatus *Caſimirianus*, ſeu aci- 1695.
dulæ *Schvveinenſes*, in vicinia noſtra. Introductorium ad judicium de hoc *fons Caſi-*
fonte, ſub caſtello *Liebenſteinio* in finibus Thuringiæ versùs Haſſiam, cujus *mirianus,*

 vim

(g) L. XVII. hiſt. Miſcell. ſub init. de Tiberio II. Imp. ad Conjug. (h) Zeitkürtz. erbaul. Luſt. P. II, them. 12. & 104. ſeqq. (i) Bang. chron. p. 132. Rivander. in chron. p. 400.

vim & naturam, valetudinis ergo, explorare juſſit *Joann. Caſimir.*, Dux Saxon., exercitii cauſa ad diſputandum in *Erneſtiniano* Cal. Sept. ſub præſidio *Andreæ Libavii* M.D. Poëtæ coronati, & Auguſti Gymn. Coburg. Direct. & Prof. propoſitum defendit *Joann. Schneider*, Coburgenſis, ibidemque typis Ducalibus exſcripſit anno 1610. *Juſtus Hauck*. Præmiſſis ergo de aquis judicandis theſibus Iſagogicis, à XXVIII. ad XXXIV. uſq; ita diſcurrit Celeberrimus Vir: *Fons medicatus* Caſimirianus *mineralis, qui ſcaturit in valle lutoſa, ubi confluxus, in finibus Thuringiæ verſus Haſſiam ſub caſtello* Liebenſtenio, *non procul* Schmalcaldio, *conſtat primùm* (*uti hactenus eſt compertum; Plura enim fortaſſe ſe offerent pleniore probatione,*) aqua elementari, *ex imo ſcaturiente, & procul dubio fontes ſuos* in montium cavernis *habente: quæ* fonticulis *ſub pede montium pluribus poteſt augeſcere: poſtea partim* ſpirituales *mineras, partim* materiales *vehit.*

Berg-Arten des Brunnen/ *vis æris & ferri*, Kupfer- und Eiſen-Geiſt/

Spirituales, *inquam,* ex halituum mineralium alluvione & concretione; *partim etiam qualitate ex conſortio cum his aquis, quæ diu incubuerunt metallorum matricibus; cujuſmodi ſunt* ferri & æris, *quæ in illo tractu inveniri novimus, quod indicat etiam* Ferrariæ Thuringicæ *nomen,* (*ubi Sedes Illuſtriſſimi Principis ac D.D.* Joann. Erneſti, D.S. &c.) *unde aqua æruſcat, ſeu æs ferrumq;, quæ cognata ſunt metalla, & mutuo permutantur tranſitu, ſapit. Adeſt etiam vis* chalcanthi ſpiritualis *ex primordiis venisq; æris & ferri.* Corporeum *enim nondum eſt inventum. Et, ſi anima mineris eſt tribuenda, dicas, ex iſtis tribus* animam *eſſe fonti* Caſimiriano.

*vis vitrioli*, Kupfer-Geiſt/

*Mineræ* materiales *poſtea ſunt* ſal *quidam, quem vel* nitroſum, *vel* gemmeum, *ſeu* cryſtallinum *dicas: Nitrum quidem, aſſumendo* calcem albam & ferrugineam, ochriformem. *Ut ſit nitrum* roſei coloris *aut* ferruginei, *quod, quia aquis dilutum eſt, ideo ſolutum & ſeparatum eſt.*

*nitrum reſolutum in ſalem, calcem rubeam & margam albam,* Niter, Weiß-Stein-marck/ Eiſen-ſchüßigen Kalck/ oder Erde/ Bergſaltz/

*Si unà eſſent ſingula in ſua concretione,* nitrum Dioſcoridis *agnoſceres, mordax, vim & uſtionem ſalis habens, & omnia ea efficiens, quæ de ſuo* nitro *annotavit ille,* (k) *pro quo aquam* Caſimirianam *bibere poſſumus: ſalem autem* cryſtallinum *voces, ſi calces ſepares: qui ſolus per deliquium ſolvitur in ſudorem acerrimum, valdeq; ſalſum & mordacem. Elige, utrum velis: placeatne vocabulo nitri tria corpulenta indicare; an ſeorſim ſingula exprimere, ut in aqua elementari inconſpicuè ſint* (1) calx alba, *ſeu* marga candida marmoroſa, (2) calx ochroſa, *ſeu* ferroſa: (*nam ferruginem flavam, quam* ochram ferroſam *vocamus, refert: quanquam talis ſit etiam chalcantho, bitumini putrefacto, æreis venis* &c.) (3 *ſal* cryſtallini *ſplendoris. Et has quidem partes compoſitionis iſtius aquæ jam deprehendimus. Si plures exhibebit experientia, plures allegabimus.* Putrilaginoſum *ſaporem quod attinet, eum inter mineras non computamus, cùm ſit adventitius, videturq; vel ex* putridis ſtagnis, *per quæ fluit intra terram aqua, eſſe, vel cor*ruptione uligineque luti. *Verùm de hoc dicetur exactiùs in ſequente tractatione, in qua etiam de* ſulfure & bitumine. *Eodem faciunt virtutes. Nam aqua pota abſter-*

(k) Libr. V. cap. 78.

*abſtergit, adſtringit modicè, incidit, ſiccat, penetrat. Ex conſequente* purgat
ventriculum, inteſtina, renes, pulmones, obſtat putredinibus; febres tol-
lit, vermes occidit, ranas in ventre jugulat & ejicit: calculum deminutum
turbat, epaticos & lienoſos, indeque exiſtentes cachecticos, hydropicos,
ictericos, leucophlegmaticos, melancholicos, hypochondriacos, aſthma-
ticos, ſcabioſos, arthriticos &c. *eximiè bono uſu juvat, poteſtq; uſurpari potu
& balneis:* potu *quidem* frigido *potius, quàm* calido; *quia ſpirituoſa eſt, mul-
tamq; perdit virtutis, ſi calefacere velis. Fit & nauſeoſa. Si coquas amplius,
acrior evadit juſto. Itaque externi uſus potius eſt* calefacta, *quàm interni. Verùm
hoc committimus experientiæ uberiori.*

§. 252. Inclaruit quoque rurſus fons alius medicus propè *Roſſenbur-* 1696.
*gum* in Ducatu Vinarienſi, quo de alibi dictum eſt fuſiùs. (l) Die primâ Se- *fons Roſſen-*
ptembr. anni ſuperioris viſitatio inſtituta generalis à Sereniſſimis Saxonibus *burgicus,*
noſtris, Acad. Jenenſ. Nutritoribus. Mittebantur ergò ex aula Coburgenſi *Viſitatio*
*J. Burcard. Rosler*, Conſ. intim. & Præſes Regiminis, ex Vinarienſi *Maurit.* *Acad. Ie-*
*Gerhard. à Lilienheim*, Conſ. intim. & Vice-Cancell., nec non *M. Joh. Chri-* *nenſ.*
*ſtoph. Zerbſt*, Superint. Iſnac., à Sereniſſimo Vinarienſi, conſentiente NO-
STRO, requiſitus, ex noſtra aula *J. Caſp. Rhön*, Conſil. aulic., ex Meinun-
genſi *J. Frid. Hosfeld*, Conſil. Aul. & Conſiſtorial., ex Gothana *Henr. Mat-
thias à Brock*, S. Th. D. & Superint. General. Altenburg. in Miſnia. Interea *obitus Eleo-*
luctum nobis attulit Sereniſſima *Eleonora Erdmut Luyſa, Joannis Georg.* IV. *nor., Elect. Sax.*
Elect. Sax. vidua, qua de ſuprà. Sed hac lege naſcimur, ut moriamur, *conj.*
utinam feliciter! Obſignabimus demum patriæ noſtræ hiſtoriam nuptiis
Serenisſimi Saxon. Ducis *J. Wilhelmi*, hactenus Vidui, cum Serenisſima Do- 1697.
mina *Chriſtina Juliana*, nata Marchioniſſa Badenſi & Hochbergenſi &c. nu- *nuptiæ J.*
per Wolfenbytteli XXVIII. Febr. habitis, quas Deus fauſtas & fortunatas *VVilhelm. D. S.*
eſſe jubeat.

§. 253. Hæc ſunt, quæ ſine *gratia* & *odio* de *Ferraria* mea gratæ Po- *epilogus.*
ſteritati tranſcribere volui, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.
(m) Haud equidem diffiteor, me copioſiùs aliquando potuiſſe fari, ſed
tuta fideli ſilentio merces eſt. (n) Servet te Deus, ſi ſervari cupias, Patria!
Non poteris autem certiùs tutiùsque ſervari, quàm PIETATE & JUSTI- *eſt ſymb.*
TIA. Teſſera hæc erat *Ludovici* Pii, Landgravii Thuringiæ, *Ferdinandi III.* *Sereniſſ. no-*
Imp., *Chriſtiani* V. Daniæ & Norvvagiæ Regis, imò ipſius Davidis, ad cujus *ſtri,*
normam & formam Aulam ſuam reformabat feliciter. (o) *Ochus*, Artaxer-
xis Filius, diu & bene rexerat, rogatus ante exceſſum à filio ſuo, quô artificio
tantum Imperium Amplisſimamque Aulam conſervâſſet, dixit: PIETATE
in Deum, & JUSTITIA in homines. (p) Lemma *Chriſtiani IV.* Daniæ Re-



(l) P. III. Zeitkürtz. Luſt theil. 155. (m) Pſ. CII, 19. (n) Horat. III. od 2. (o) Pſ. CI, 1. ſeqq.
(p) Athen. L. XII.

gis: REGNA FIRMAT PIETAS. Rex, qui judicat in *veritate*, (& pietate) Ejus thronus firmabitur in æternum. (q) Ob injuſtitiam verò Regna fiunt *ambulatoria*. (r) Impius Princeps *leo rugiens & urſus eſuriens*, (s) & qui per vim facit judicium iniquum, eſt veluti *ſpado devirginans juvenculam*. (t) Neminem in Magiſtratum eligi vult Plato, niſi *pius* ſit, & rebus divinis operam dederit. Meminerit enim, monente *Tullio*, (u) ſe *Deum* habere teſtem, i. e. *mentem ſuam*, quâ nihil homini dedit Deus ipſe divinius. Sine *juſtitia* autem nihil unquam poteſt eſſe laudabile. Apud Caſſiodorum *Theodoricus* Veronenſis, Italiæ Rex, judicem ſuum ſic inſtruebat: (vv) *eſto innocentiæ templum, temperantiæ ſacrarium, ara juſtitiæ, abſit à judicariis mentibus aliquid profanum.* Aurea prorſus, & pietatis juſtitiæque plena inſcriptio, quam in *Ratisbonenſi* curia & *Altenburgenſis* Cancellariæ veſtibulo marmoreæ tabulæ inciſam legimus:

*inſcriptio aurea,*

*Excute manus ab omni munere. Partes patienter audi: benignè reſponde: juſtè judica: quisquis Conſiliarius curiam officii causâ ingrederis. Ante hoc oſtium privatos affectus omnes abjicito: iram, vim, odium, amicitiam, adulationem: Reip. perſonam & curam ſubjicito. Nam ùt aliis æquus aut iniquus fueris: ita quoque Dei judicium exſpectabis & ſuſtinebis.* (x)

*Votum pro Domo Saxonica.*

Catè igitur Optimus Patriæ meæ Pater aureolum iſtud Apoſtolicum: (y) ἐυσεβῶς καὶ δικαίως, pro ſymbolo elegit, ne neſciat populus ejus, quæ ſint anſæ & firmamenta ſalutis. Servet Deus AUGUSTAM RUTAM SAXONICAM! Exaltetur veluti *cedrus* in Libano, & quaſi *cupreſſus* in vertice Hermonis! exaltetur quaſi *palma* in ripa, & quaſi *plantatio roſæ in Jericho*: quaſi *oliva* ſpecioſa in campis, & quaſi *plantanus* exaltetur! Spiret odorem ſuum diu & procul uti *cinamomum* & *balſamum* aromatizans, quaſi *myrrha* electa det ſuavitatem odoris! extendat ramos ſuos quaſi *terebinthus*! ſint rami ejus omnes *honoris* & *gratiæ*. Fructificet quaſi *vitis* ſuavitatem odoris: & flores ejus fructus *honoris* & *ſuavitatis*! (z) Dominus cuſtodiat Sereniſſimos Principes noſtros! Dominus ſit umbra eorum ad manum dexteram: non urat eos per diem Sol, neque Luna per noctem. Dominus cuſtodiat eos ab omni malo, cuſtodiat animas eorum! Dominus cuſtodiat introitum & exitum eorum ex hoc nunc & uſque in ſeculum! (a) Næ, peſſimi noſtri mores peſſima fecêre tempora. Juſtè igitur furor Domini in occi-

(q) Prov. XXIX. 14. (r) Eccleſ. X. 8. (s) Prov. XXVIII. 15. (t) Syr. XX. 4. (u) L. III. offic. (vv) L. I. ep. 12. (x) Vid. Schonborn. L. III. Polit. c. 24. & D. J. Ern. Gerhard. exercit. de Conſiliar. c. 5. §. 6. Jen. habit. 1653. (y) Tit. II. 12. (z) Syr. XXIV. 17. ſeqq. (a) Pſ. CXXI. 5. ſeqq.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

occiſionem nos dedit. (b) Nunc eſt dies ultionis Domini, & hic eſt annus retributionum judicii Sion. (c) Cecidêre morticinæ hominum quaſi *ſtercus* ſuper faciem regionis, & ceu *manipulus* poſt tergum metentis, & non erat, qui collegiſſet. (d) Innumeri paſſim queſtus planctusque audiuntur: quivis colonus clades, rapinas, incendia & miſerias ſuas recenſet. Non ſine commiſeratione ea audio. Quòd ſi verò fatui homines Gallo, ejusque ſociis, omne id damnorum impingant, dicantque,

*Unus homo, & veſtris, ô cives, undique ſeptus*
*aggeribus, tantas ſtrages impune per orbem*
*ediderit? juvenum primos tot miſerit orco?*
*non infelicis patriæ, veterumq; Deorum,*
*& magni Æneæ, ſegnes, miſeretq; pudetq;;* (e)

tunc miſeratio in riſum deſinit, cùm toto cœlo errent. Dominus Gallum miſit, Dominus eum armavit; ille ipſe Dominus per hunc ſuum *Juſtitiæ Miniſtrum, & læſæ Majeſtatis Vindicem* omnia hæc fecit. Hujus ſine ſpeciali licentia nec Turcus aut Gallus pilum nobis tanget, oviculamve rapiet. Quid ergo ſœvimus in ſaxum manu Domini projectum? non eſt malum in civitate aut Germania, quod Dominus non fecerit. (f) Hoc malum à Domino deſcendit in portam Hieruſalem. (g) Grande & capitale putabatur crimen, cùm *Simei* lapides contra Davidem ejusque ſervos mitteret, illumque *Virum ſanguinum & Virum Belial* publicè vocaret. At quid Rex? dimittite eum, ajebat, ut maledicat. Dominus juſſit, ut malediceret Davidi. (h) non Satanas, non Chaldæi, aut Sabæi Jobo ſua eripuerant, ſed Dominus, qui dederat, omnia abſtulit. Sicut Domino placuit, ita factum eſt. Sit nomen ejus benedictum. (i) Tacuit hactenus mitiſſimus Deus, ſiluit, patiens fuit, nunc demum clamat ſicut parturiens, devaſtans & abſorbens ſimul. (k) Æquiſſima judicia ejus & omnes viæ illius rectæ ſunt. Eſt tamen adhuc ſpes ſalutis in PIETATE & JUSTITIA. Sanctiſſimum hoc conjugium omnes Turcorum, Tartarorum, Gallorumque phalangas ſternet; ponet eos ùt rotam, & ſicut *ſtipulam ante faciem venti.* Sicut ignis, qui comburit ſylvam, & ſicuti flamma comburens montes: ita nobile hoc Par perſequetur eos: implebit facies eorum ignominiâ, ut erubeſcant & confundantur in ſeculum ſeculi, ut confundantur & pereant. (l) Quisquis ergò fortis & invictus eſſe velit, tutusque ire per tela, per hoſtes, PIETATIS & JUSTITIÆ ſcutum ſibi oppandat; Solis his impendiis omnes noſtræ victoriæ ſtabunt. Ita, ô Mei! ita Deus erit Protector Noſter & merces noſtra magna nimis. (m) Sic fiet pax & veri-

(b) Eſa. XXXIV. 2. (c) v. 8. (d) Jer. IX. 22. (e) Virg. L. IX. Æneid. verſ. 783. ſeqq. (f) Amos III. 6. (g) Mich. I. 12. (h) II. Sam. XVI. 5. & 10. (i) Job. I. 21. (k) Eſa. XLII. 14. (l) Pſ. LXXXII. 13. ſeqq. (m) Gen. XV. 1.

& veritas in diebus noſtris: ſic conflabuntur gladii in vomeres, & lanceæ in falces: non levabit gens contra gentem gladium amplius, (n) ſed lupi habitabunt cum agnis, & pardi cum hœdis. (o) Cuncta ſiquidem evenient ἰυσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν. (p) Omnis enim ſalus, omnis tranquillitas, omnis fortitudo & gloria noſtra in

PIETATE ET JUSTITIA.

---

# APPENDIX

## Dabit aliquot diplomata & literas, ſeriùs accepta, Hiſt. Iſnacenſ. illuſtrantia.

### I.

### Confirmatio HENRICI III. Imp. fundationis, dotationis & immunitatum Monaſterii Reinhardifontani anno M.LXXXVI.

IN nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Henricus*, divinâ clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus tàm præſentibus quâm futuri temporis fidelibus notum eſſe volumus, Quod in Regno noſtro regulare quoddam monaſterium ſitum eſt in confinio *Loibæ* ſilvæ *Reginherisbrunno* nuncupatum, in honore Sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ, Sanctiq; Joannis Evangeliſtæ conſtructum honorificè à *Ludovvico*, *religioſo Comite*, ejusque Conjuge *Adelheida* primum ob ſpem & prœmium vitæ æternæ, ob remiſſionem omnium peccatorum, ob ſalutem corporum & ſempiternam requiem animarum, ob memoriam cottidianam ſui ſuorumque omnium, Regum quoque & Epiſcoporum, Principum & omnium ejusdem loci ſtatum & honorem diligentium & defendentium, cunctorumque Chriſti fidelium, & ut cunctis Chriſti pauperibus beneficum illic ſemper pro poſſe patefiat receptaculum. Igitur ex propriis prœdiorum impenſis Idem Monaſterium *centum quinquaginta* manſis inde circumquaque adjacentibus cum mancipiis utriusque ſexûs quampluribus dotando ditavit, prænominata Conjuge, ipſius filiis & filiabus in hoc ſibi omninò conſentaneis. Et ne unquam à poſteris ſuis Dei ſervitium deinceps illic deſerui poſſit, conſtituit, eandem cellam cum omnibus ſuis pertinentiis, non ſubdi nec ſubeſſe jugo alicujus terrenæ perſonæ vel poteſtatis, ſed liberam ab omnibus S. Romanæ aſcribi Eccleſiæ, Sanctorumque Petri & Pauli habere gubernationem, nec non Romani Pontificis defenſionem. Romæ quoque per quintennium Lateranenſi palatio ad luminaria concinnanda, decem ſolidos perſolvere, ſicq; eam

(n) Eſ. II. 4. (o) c. XI. 6. (p) I. Cor. XIV. 40.

eam totius libertatis jure & privilegio adaugens omni proprietate & ſervitio, cum conjuge, filiis & filiabus omninò & fideliter abdicavit, & Abbati *Giſilberto* ejusque ſucceſſoribus in diſpoſitionem liberam Fratribus Deo ſub regula monaſtica innibi ſervientibus contradidit ad utilitatem. Adhæc etiam, ut Fratres cœnobii ipſius nunc innibi congregati & adhuc in Chriſto congregandi tutius ac liberius Domino Deo ſervire poſſint, hujuſmodi eos libertatis munere donavit, ut quandocunque Patre ſuo ſpirituali orbati fuerint, ipſi habeant liberam poteſtatem ſecundùm regulam Sancti Benedicti inter ſe, vel undecunque opus fuerit, Abbatem ſui ordinis ſibi non ſolùm eligendi, ſed etiam conſtituendi. Advocati tutela, quando & ipſa videtur eis neceſſaria, prædictus Comes ſicut ab eisdem Fratribus eſt electus advocatus, quamdiu vixerit, permanebit, & ex poſteris ejus, qui idoneus huic dignitati fuerit. Nullus tamen unquam advocatus eſſe præſumat, niſi quem Fratres communi conſilio providerint eligendum. Qui ſi illorum & monaſterii per omnia ſtudeat commoditatibus, diligatur ab omnibus. Sin autem avarus, nec illorum commoda, ſed ſua quærens lucra, habeant poteſtatem alium ſibi eligere, & hunc ex autoritate Petri & Pauli reprobare. Hic itaque Abbate petente à Rege accipiat bannum legitimum, & ter in anno, ſi neceſſe fuerit, ubicunque vel quando Abbati placuerit invitatus ab illo veniat, & ibi placitum juſtum pro neceſſitatibus & cauſis monaſterii ritè peragat, nullum verò aliud ſervitium, jus aut beneficium ſibi per hoc concedi cognoſcat, niſi tertium bannum, & conſuetudinariam juſtitiam videlicet ſuper fures, proterviam & cetera talia magisque inde quod præcipuum eſt, æternam Omnipotentis Dei ſperet retributionem. Nullo modo niſi Abbate volente & advocante bona & loca monaſterii ſuis frequentiis temerariis & ſine cauſa adeat vel attingat, nec præſumtuoſus in eis placitum quodlibet vel pernoctandi licentiam habeat, nec *Sub-Advocatum* pro ſe faciat, nec omninò aliquam calumniam, ſeu perſuaſionem monaſterio aut familiæ faciat. Nos quoque petitioni præfati Comitis & Abbatis *Giſelberti*, qui nunc eidem cellæ *Reginherisbrunn* præeſt, annuentes, firmiter ſtatuimus, quòd ſi quiſpiam poſterorum ſuorum vel quarumcunque homo perſonarum unam † unicam, unum manſum, vel ſaltem unum mancipium, ſive tale aliquid à ſuprâdicta cella temerarius injuſtè abſtulerit, Regiâ auctoritate coactus tria auri talenta ad ærarium noſtrum perſolvat primitus reddito Eccleſiæ, quod invaſerat; Si verò quilibet eorum (quod abſit) curtim vel aliquam villam † idem violentus quocunque ingenio abalienaverit, vel hoc teſtamentum pervertere, vel infringere attemptaverit, decem auri libras ad regiam item perſolvat Cameram, primitus reddito, quod ablatum fuerat. Super hæc omnia Comes ſæpe dictus Apoſtolicum privilegium

† *vineam*

† *inde*

gium acquiſivit, ut libertatis iſtius & traditionis ſtatuta tanto per - - - - permaneant. Ut autem prædictæ traditionis & libertatis ſtatus & omnia prædicta ſtatuta eâ ratione quâ Deo & Sanctis ejus deſtinata ſunt, † ab hac die & omni ævo in Chriſto rata & inconvulſa permaneant, hanc cartam teſtamentariam prædicti Comitis Abbatisque rogatu inde conſcribi manûque propriâ corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

† *ſint*

Hunbertus Cancellarius, viæ Rudhardi Archi-Cancellarii recognovi. Data V.Id.Aug.anno Dominicæ Incarnationis M.LXXXVI.Indict.XII. Anno Domini Henrici III.Imp. Imperii VI. Regni autem XXIII. Actum Mogontie in Chriſto feliciter.

## II.

## Donatio Ejusdem HENRICI III. prædii Biſang & Villulæ Meginboldensfeld, cum omnibus pertinentiis, cœnobio Reinhardifontano facta anno MCIII.

IN nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. Divinâ annuente Clementiâ *Henricus*, Romanorum Imperator Auguſtus, Omnium fidelium tàm præſentium, quàm futurorum notitiæ commendamus, qualiter Nos *Ludovico* Comite ſupplicante, prædium unum, quod vulgari linguâ dicitur *Buſang*, infra marcham villæ *Machtirſtedi* ſitum, primitus illic comprehenſum ab *Erneſto* Reginherisbrunnenſis cœnobii Abbate, ſeu licentia Comitum, quorum Comitatui ſubjacet, ſeu juſtitia civium illic habitantium, ſeu hereditario jure ceterarum inibi poſſeſſionum ſuarum, eidem loco *Reginherisbrunnon* Regiâ noſtrâ auctoritate concedentes, ſtabilitum liberè ad perfruendum ſecimus, quod his lachis concluditur à loco, qui dicitur Crummilbachesheibit juxta Hurſilgerichart uſq; ad Steininrüne, inde per ſummitatem montis illius juxta occidentalem partem alterius montis, qui vocatur Nutich in Fiſchbach, perq; deſcenſum rivi nominati uſq; quo ſe colligit in Emiſam, itemq; per decurſum ipſius Emiſæ uſq; ad radices montis Putars, hinc ſurſum ad Wichachesheibit, hinc per vallem Habichisdal uſque ad locum, qui dicitur Phanna, deinde ad Raciſrot in Sultzbach, inde ſuper Hurnibuhel juxta Tierboccum in Crummilbach, hinc ſurſum ad ſuprà dictum locum Crummilbachesheibit quæ cunque his terminis cinguntur Villula ſcilicet Meginboldesfelden cum omnibus ſuis appendiciis, hoc eſt, areis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, piſcationibus, viis & inviis, cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, reditibus & exitibus, quæſitis & inquirendis, cum omnibus utilitatibus ad hæc pertinentibus, his imperialibus edictis prædictum cœnobium poſſidere

ſidere perpetuo proprietatis jure abſque ullius infeſtatione vel direptione volumus, jubemus, ſancimus ob interventum ſcilicet Beatæ & Glorioſæ ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, Sanctique Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, cunctorumque Sanctorum, quorum illic honor & memoria percelebratur. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas magis ab omnibus ſemper credatur, ſtabilisque jugiter & inconvulſa perduret, cyrographum hoc inde in teſtimonium conſcriptum, manuque propriâ corroboratum ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Data VI. Kal. Octobr. anno ab Incarnat. Domin. M. C. III. Indict. XI. anno Domini Henrici Regni XLVII. Actum Mogontie feliciter.

## III.

## Literæ Ruthardi, Archi-Epiſcopi Moguntini, de curte Erfurti propè pontem, conceſſa Monaſterio Reinhardifontano, anno MCVIII.

IN nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. *Rudhardus*, Dei gratiâ Mogontienſis Archi-Epiſcopus, univerſorum fidelium, præſentium & futurorum, notitiæ commendamus, & intimamus, qualiter Nos, *pro adipiſcendo conſortio laboris & orationis Monachorum*, die noctuque Dei ſervitio devotè inſiſtentium, in monaſterio quod dicitur *Reginherisbrunno*, juxta *Loybam* ſilvam ſitum, conſtructum in honore S. Dei Genitricis & Virginis Mariæ, Sanctique Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, eorundem Fratrum ſpirituali Patri & Abbati *Erneſto* Venerabili, pro pecunia & curti una, quam in noſtram poteſtatem Idem Abbas contradidit, curtim aliam in *Erphesfurt*, ſuper ripam *Geraha* propè pontem, qui dicitur *Liepuuinisbrucha*, eâ libertate & juſtitiâ conceſſimus, quâ unicuique libero Viro quævis curtis ibidem perfruenda conceditur; ſcilicet ut tres ſolidos pro cenſu villico villæ illius, ad uſum Miniſterii noſtri, quotannis ad Miſſam S. *Martini* perſolvat, & de cetero quicquid ſui commodi ex eâ, ædificando, præſtando, mercando, inhabitando, conſequi valuerit, liberam poteſtatem in ſempiternum habeat. Et quia indignum & incongruum omninò videretur, ut, quod ſecularibus Viris, cujuſcunq; nationis aut conditionis ſint, in illa villa de hac re conceditur, hoc ſpiritualibus & eccleſiaſticis Viris denegaretur, hujus noſtræ devotionis conceſſionem monaſterio ſuprà dicto, Monachis, præſenti Abbati, ſibique ſuccedendis, in perpetuum firmam & inconvulſam cunctis permanere temporibus decernimus; ut & veriùs ab omnibus ſem-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per credatur, ſcripto hoc memoriæ eam commendantes, ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Si quis autem in futurum, quod abſit, hæc noſtra ſtatuta irrita facere præſumſerit, hujus noſtri privilegii & Epiſcopalis officii auctoritate anathematis & banni vinculis ſit innodatus, & æternâ, niſi reſipiſcat, ſit maledictione damnatus. Data anno Dominicæ Incarnationis M. C. VIII. Indictione II. Actum Heilingin-ſtat.

## IV.

## Literæ ADELBERTI, Archi-Epiſcopi Moguntini, de Advocatia Monaſterii Reinhardifontani, anno MCXXV.

IN nomine S. & Individuæ Trinitatis, Adelbertus Dei gratiâ Mogoncienſis Archi-Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, omnium tàm præſentium, quàm futurorum fidelium notitiæ tradimus, qualiter Ernſt, Abbas Venerabilis Monaſterii S. Mariæ perpetuæ Virginis, Sanctique Johannis Evangeliſtæ, quod ſitum eſt in loco, qui Reginherisbrunnum dicitur, atque Sereniſſimus Comes Ludevvicus ejusdem monaſterii Advocatus, pactum ineuntes conſtituerunt, ut idem Comes, & quicunque poſt eum Advocatus, ſecundùm privilegia Romanorum Pontificum, quæ apud idem cœnobium ſervantur, electus fuerit & conſtitutus, pro cunctis, quæ juris ſui videntur, duo tantùm per ſingulos annos talenta, unum in natali S. Waltpurgæ, alterum ad feſtum S. Michaëlis à Fratribus accipiat, & de cetero nihil amplius, quàm æternæ retribucionis prœmium experat: non Sub-Advocatum abſque conſenſu Abbatis & Fratrum pro ſe conſtituat, nullum placitum ſuper alicujus rei negotio in aliquo ipſorum ditionis loco, niſi fortè Abbate petente & Fratribus agat. De furto autem & protervia, cùm rei neceſſitas poſtulaverit, quando & ubi voluerit Abbas, eodem Advocato præſidente, ritè diſcuſſio fiat, & quicquid exinde æquitatis, dictante judicio, provenire potuerit, tertia pars ipſius Advocati, reliquum Abbatis & Fratrum erit. Bona monaſterii ſuis temerariis frequentiis non adeat, nullum ex familia, nec eos, qui bona monaſterii incolunt, violenter opprimat, vel bona eorum injuſtè diripiat. Ut ergo nihil horum ex hoc, & in omne præſentis ſeculi tempus irritum fiat, Nos per miſericordiam Dei, tàm Epiſcopali quàm Sedis Apoſtolicæ legationis auctoritate fulti, facta dictaque banno noſtro petentibus illis innodantes, quæ conſtituerunt, conſtituimus, ſancimus & confirmamus, atque per hujus privilegii noſtri paginam, quam manu propriâ roborantes ſigilli noſtri impreſſione ſigna-

ſignavimus, rata & inconvulſa eſſe decernimus. Actum Erpesfurt anno ab incarnatione Dominica M. C. XXV. indictione tertia.

## V.

## Literæ Comitum Orlamundanorum de Vollersroda, anno MCCCCLI.

WIr Friederich und Hermann / Gebrüdere / von Gottes Gnaden Grafen von Orlamünda und Herꝛn zu Weimar / bekennen öffentlich an dieſen Brieffe / daß Wir verkaufft haben recht und redlich unſer eigen Guth / das Dorff genandt Vollersroda / das da liegt bey Döbritzſchen / mit alle dem / was daran und darzu gehöret / im Felde und im Dorffe / es ſey Weide / Wieſenwachs / und woran das lieget / oder / wie man es nennet / was vor Alters zu demſelben Dorffe gehöret hat und noch gehöret / und die Hopf-Gärten / die da heißen die Röder / und das Holtz / das etwa Heidenrichs von Roda war / das Holtz und die Röder ſtoßen ans Schickenholtz / das da liegt bey Döbritzſchen / dem beſcheidenen Manne Hern Heinrichen von Rudolphſtadt / dem Prieſter / den man nennt von Prage / üm 34. Schock gemeiner Groſchen / die er uns vor Gülden gegeben und bezahlt hat / daßelbe Dorff mit alle deme / was darzu gehört / die Hopffgarten und das Holtz haben Wir dem vorgenandten Heinrich geantwortet in ſeine Gewahr / und antworten Ihms und dem Spittahl zu Jena in dieſem gegenwärtigen Brieffe in Gottes Nahmen und durch Gott zu einem ewigen Seelgeräthe / daß man Unſerer und Unſrer Vorfahren Seele in dem Spittahle gedencke / mit aller Herꝛſchafft und Gerichte über Halß und über Hand / und nutzen / und mit allen Rechten / als Wirs gehabt haben / vor ein recht eigen / und verzeihen Unß alles des Rechtens / das Wir daran hatten / oder haben ſolten / und geloben dem vorgenandten Heinrichen und dem Spittahle daßelbe Guth zu gewehren vor aller Anſprechung / als recht iſt / zu einem Gezeugniß dieſes / und geben Wir dießen Brieff verinſiegelt mit unſerm Inſiegel / das iſt geſchehen nach Gottes Geburt viertzehnhundert Jahr / dem ein und funffzigſten Jahre an dem Montage vor der Heiligen zwölff Boten Tage / Unſer Rede ſind Gezeugen die Erbaren Leute zu Ulrich / Unſer Cappellan Gernot / und Repetz von Ober-Weimar / Unſere Richter / Hentze von Vippach / Eberhart Watzirney / und andere gute Leute viel und genug / die das ſahen und höreten.

(L.S.) (L.S.)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## VI.

## Donatio B. Virgini Iſnacenſi facta anno 1326.

EGo *Theod.* quondam plebanus novi hoſpitalis extra muros Iſenacenſ. civitatis recognoſco tenore præſentium publicè proteſtando, quòd, ob reverentiam Dei Omnipotentis & Glorioſæ Virginis Mariæ, reditus & proventus jam infra ſcriptos, videlicet VI. maldra annonæ menſuræ Erfurtenſis, de tribus manſis & dimidio in campis villæ *Phalendorf* ſitis, & VI. maldra avenæ Sonnebornenſis menſuræ, de uno manſo in campis villæ *Metebach* ſito annuæ penſionis, propriâ meâ pecuniâ comparavi, ad Collegiatam Eccleſiam B. Mariæ Virginis in *Iſenache*, dum de medio ſublatus fuero, in ſalutem & remedium animæ meæ perpetuò pertinentes. Dans & committens Dominis & Canonicis dictæ Eccleſiæ plenam & liberam poteſtatem ordinandi & diſponendi de proventibus & reditibus, prout ipſorum conſcientiis, nec nón ſaluti animæ meæ videbitur ſalubrius convenire. Proteſtor nihilominus, me nunquam fuiſſe Canonicum in Eccleſia memorata, quanquam ad Capitulum vocatus fui, & locum in choro habui dictorum Dominorum de gratia ſpeciali, & penitus nullo jure. Teſtes hujus rei ſunt Dominus Prior in *valle S. Joannis* & *Albertus de Glichen*, Monachus Ordin. Ciſtercienſ., *Joann Luſſo*, *Albertus de Hollunder*, *Gyſelerus de Beſa*, & *Conradus* dictus *Sue*, & quàmplures alii fide digni. In quorum evidens teſtimonium hanc cartam & literam ſigillis Domini Præpoſiti S. Nicolai in *Iſenache*, Domini *Dietmari* Plebani S. Georgii ibidem, nec non Domini *Joannis de Luppenze* Archi-Presbyteri, meis precibus obtinui communitam. Quod Nos Præpoſitus S. Nicolai in *Iſenache*, Plebanus S. Georgii ibidem, & Joannes Archi-Presbyter prænotati præſentibus publicè proteſtamur. Datum anno Domini MCCCXXVI. in vigilia B. Matthiæ Apoſtoli.

## VII.

## Dotatio altaris S. Martini in capella Veteri B. Mar. Virg. anno 1377.

NOverint univerſi & ſinguli præſentium Inſpectores, quod ego *Conradus de Caſſele*, (Daſlele) Presbyter Mogunt. Diœceſ., ob ſalutem animæ meæ & Progenitorum meorum, ad honorem Omnipotentis Dei, S. *Crucis*, B. *Mariæ* Glorioſæ Virginis, & *B. Martini*, novum altare, in honorem eorundem Sanctorum dedicatum, in capella veteri Eccleſiæ S. Mariæ Iſenacenſis ſitum, duxi dotandum cum reditibus annuis infrà ſcriptis. Primò cum cenſu *trium marcarum*, quem habeo in prætorio oppidi *Crucebergk*, quemque com-

paravi à Magiſtris Conſulum & Conſulibus ibidem. Item cum cenſu *dimidiæ marcæ*, quem comparavi à relicta quondam *Alberti Becken* & ſuis heredibus ibidem in *Cruceborgk*: item cum cenſu *unius maldri frumenti* Erfurtenſis menſuræ, ſito in *Biſchofferoda*. Hos igitur cenſus & reditus Ego *Conradus* prædictus donavi & dono præfato altari & ejus Prioribus pro tempore exiſtentibus cum jure & honore, quibus eos tenui hucuſque & comparavi ſecundùm tenorem literarum, ſuper emtione hujuſmodi cenſuum confectarum. Et cùm hujuſmodi emtiones ſint ſub forma reemtionis per me comparatæ, volo, ut, ſi qui eorundem cenſuum reemantur, quod pecunia inde recepta iterum convertatur in ſimilem penſionem de conſenſu & conſilio Decani & Capituli Eccleſiæ S. Mariæ ſupradictæ. Et ſic erit faciendum cum omnibus cenſibus ſuprà ſcriptis, quotieſcunque ſe obtulerit caſus reemtionis. Item volo, quod Decanus Eccleſiæ S. Mariæ prædictæ quicunque pro tempore fuerit, hujuſmodi altare, quoties ipſum vacare contigerit, conferat perſonæ habili, actu ſacerdotali, vel qui ſaltem infrà annum à tempore collationis ſibi factæ fiat Sacerdos. Et quòd hujuſmodi perſona ſit ſub obedientia Decani pro tempore exiſtentis, & ſerviat dictæ Eccleſiæ in omni forma & modo, ſicut alii Vicarii Eccleſiæ ejuſmodi. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum duxi appendendum. Datum anno Domini MCCCLXXVII. XII. Cal. Septembr.

VIII.

## Confirmatio Carthuſiæ Iſnacenſis anno 1381.

IN nomine Domini Amen. Cùm ea, quæ geruntur in tempore, de facili evaneſcunt cum eodem, & de geſtis hominum etiam laudabilibus de facili emergit dubitatio, niſi cauſa memoriæ labilis oblivio rerum poſteritati auferatur. Hinc eſt, quòd Nos Fratres *Joann. Caſtorum* Prior, & *Michahel* Monachus domus Orti B. Mariæ propè Pragam Ord. Carthuſiani, auctoritate nobis commiſſa per Venerabilem Priorem, Dominum *Joannem*, Priorem Monaſterii S. Bartholomæi de triſulco, ejusdem noſtri Ordinis Generalem Viſitatorem, plenam habentem Capituli Generalis ex Apoſtolica commiſſione poteſtatem, --- Viſitatores Alamanniæ inferioris, omnibus & ſingulis, ad quos præſentes pervenerint, præſentium intentione publicè profitemur, quòd novæ plantationis domum *Vallis Sanctæ Elizabeth* prope *Iſenach*, per Priorem & Conventum Domus Sancti Salvatoris prope Erfordiam dicti noſtri Ordinis, ( juſſu Principis, ) ad honorem Dei Omnipotentis, B. Mariæ, S. Joannis Baptiſtæ, & *B. Elizabeth*, omniumque Sanctorum, erectam & inſtauratam, præfatique Conventûs diviſionem, quantum ad ſex perſonarum duntaxat ſuſtentationem, ad datam novam fundationem dirigendarum, unà cum earum portionibus, præbendis, annuiſque penſionibus dictas perſonas concernentibus, & ſpecialiter tot & tantum, prout in literis

deſu-

deſuper editis & confectis de verbo ad verbum deſignantur, datæ ſunt & deputantur - - - amplioribus quovis modo, cauſis veris & legitimis nos ad hæc monentibus, ratificavimus, approbavimus, confirmavimus, & dicto noſtro Ordini incorporavimus, & præſentibus, auctoritate noſtra prædicta Nobis in hac parte tradita in Dei nomine ratificamus, approbamus, confirmamus & incorporamus. In cujus quidem confirmationis evidentiam & auctoritatem ampliorem Sigilli noſtri Conventûs appenſione præſentem literam duximus muniendam. Dat. anno Domini MCCCLXXXI. feria ſexta poſt octavam corporis Chriſti.

## IX.

## Bulla Urbani VI. Papæ Ordini Carthuſian. data anno 1382.

ONaldus, permiſſione divinâ Abbas Monaſterii Sanctæ Mariæ Scotorum in Wienna, Ordinis S. Benedicti, Patavienſ. Dyæceſ. univerſis & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini URBANI, divinâ Providentiâ Papæ VI. cum ejus vera bulla plumbea in cordulis ſericis more Romanæ curiæ bullatas, ſanas & integras, non raſas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſeu vitiatas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, per Venerabilem & Religioſum Fratrem Dominum *Joannem*, Priorem Domus *Orti Anglorum*, propè Herbipolin Ordin. Carthuſiens., Herbipolenſ. Diœceſ. præſentatas, Nos cum ea, quâ decuit, reverentia noveritis recepiſſe, quorum tenor de verbo ad verbum erat iſte:

URBANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filiis Priori Generali & univerſis Fratribus Ord. Cartuſienſ. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacræ Veſtræ religionis auct., ſub qua, abjectis mundanis illecebris, devotum & ſedulum exhibetis Altiſſimo famulatum, promeret, honeſtis ut petitionibus veſtris, illis præſertim, quæ perſonarum ac monaſteriorum & locorum veſtri Ordinis utilitatem concernunt, favorabiliter annuamus. Cùm itaque, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, licèt Vobis & Ordini Veſtro prædicto à Sede Apoſtolica per ipſius Sedis literas ſit indultum, ut ad exhibendas aliquas procurationes Legatis, aut Nuntiis dictæ Sedis, etiamſi hujuſmodi Legati eſſent de latere, aut ad præſtanda quævis ſubſidia, ſeu

exactio-

exactiones, quocunque nomine cenſeantur, quibuſcunque perſonis minimè teneamini, & ad id compelli nequeatis per literas dictæ Sedis, ut eorundem Legatorum, etiamſi ſpolientur literæ noſtræ, ſe extenderent ad exemtos, niſi de veſtro Ordine ac de hujuſmodi indulto plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum facerent mentionem, tamen quia in hujuſmodi literis Apoſtolicis, quæ modernis temporibus ſuper præſtationibus hujuſmodi procuratorium Legatorum & Nunciorum dictæ Sedis conficiuntur, tot clauſulæ derogatoriæ inſeruntur, quod hujuſmodi indultum nullatenus vobis prodeſſe poteſt, ſed quodammodo per easdem literas infringi videtur, pro parte Veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut proinde Vobis ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur volentes vos favore proſequi gratiæ ſpecialis, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati volumus, & Vobis, & prædicto veſtro Ordini, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica indulgemus, ût ad dandum, ſeu præſtandum hujuſmodi procurationes aliquibus Legatis etiam de latere, ut quibusvis Nunciis dictæ Sedis, aut alia quævis ſubſidia, ſeu exactiones, quocunque nomine cenſeantur, quibuſcunque perſonis, ut ad contribuendum in procurationibus ſeu ſubſidiis hujuſmodi minimè teneamini, neque ad id compelli poſſitis inviti prætextu quarumcunque literarum dictæ Sedis ſub quavis forma, vel expreſſione verborum jam forſan conceſſarum, vel inpoſterum concedendarum, niſi in eisdem literis nominatim expreſſa fuerint omnia nomina Monaſteriorum Veſtri Ordinis ſupràdicti. Diſtrictiùs inhibentes hujuſmodi Legatis & Nuntiis, & quibuslibet aliis, ne Vos ſuper præmiſs. contra indultum noſtrum hujuſmodi quomodolibet moleſtare, aut ad ſolvendum procurationes & ſubſidia, ſeu exactiones hujuſmodi, aut ad contribuendum in ipſis, Vos quoquo modo compellere præſumant, ac decernentes extunc irritos & inanes quoſcunque proceſſus & ſententias, quos & quas poſt & contra inhibitionem noſtram hujuſmodi contra Vos fieri contigerit, ſeu etiam promulgari. Nulli igitur omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S.Petrum XVII.Kal.Maj. Pontificatûs noſtri annô quartô.

Poſt quarum literarum Apoſtolicarum præſentationem & receptionem Idem Prior pro ſe & Conventu ſuo Nobis humiliter ſupplicavit, quatenus, cùm literas easdem non habeat plurificatas, & ſi

eas ex aliquo eventu ſiniſtro perdantur, de facili recuperare non poſ-ſet, ipſas in publicam formam longè latèque, ubi & quando oportuerit, oſtendendam, pro caritate Chriſti tranſumi curaremus ſeu tranſcribi. Nos igitur Abbas præfatus caritate moti & petitione rationabili ipſas literas Apoſtolicas de verbo ad verbum per *Magnum Schmich* Clericum Auguſtin. Not. Publ. infraſcriptum fideliter ut fides eis adhibeatur plena, tranſcribi fecimus & tranſumi. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Datum Wiennæ in dicto noſtro Monaſterio anno Domini MCCCLXXXIII. Indict. VI. Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini URBANI, divinâ Providentiâ Papæ VI. anno quinto, Menſe April. die XXVII. Horum actorum vel qu. præſentibus Honorabilibus Viris *Magno Lamberto Sluter* de Geldria, Colonienſ., *Gerharto de Huyeſſem* - - - Clericis, *Goënmanno de Confluentia Treverisq.*, & *Henrico de nova Cellæ* Herbipolenſ. diœceſ. & pluribus aliis fide dignis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

(L.S.)

INDEX

# INDEX.

## A.

A ſeu Aha i.e. aqua 2.
A.B.C. das böſe 134.
Abbas Reinhardiſontanus caſtigatur à Moguntino, 40.
Fuldenſis inter ſacra occiſus, 53.
caſtigatur cum Herſfeldenſi 74.
Portenſis viſitat monaſterium Catharin. 238.
Abbatiſſa S. Catharinæ 33. 133.
S. Nicolai ſuſpenſa 94.
index earum 134.
Academiæ Lipſienſis origo 108.
& Wittebergenſis 126.
turbatur à Carolſtadio 134.
Jenenſis ortus 174.
Rect. & Profeſſores 175.
transfertur Salfeldiam 212.
Rintelienſis 232.
Argentinenſis ibid.
Erfurtenſis 104.
Adelberti Moguntini motus ob decimas 17.
Adelgerus ab Honſtein Prior Dominic. Iſnacenſ. 41.43.
Adelheida Ludovici Salii conjux 14.
agit pœnitentiam ibid.
Abbatiſſa S. Nicolai 22.
Adolſi Imp. facinora & bellum 63. ſeq.
invadit Miſniam 64.
& Thuringiam 68.
temtus ab omnibus ibid.
privatur imperio ibid.
miſerè perit ibid.
Adolſi Wilhelmi D. S. filii 247 ſeq.
obitus 248.
Advocatus Iſnacenſis captus & mortuus 70.
Ærarii eccleſiaſtici collectores 101.
Agenda eccleſiaſtica 147.
Albertus Brunſvicenſis multos capit 48.
Thuringiæ & Miſniæ vaſtator 49.
captus 50.
pretium ejus ibid.
punitur 85.
Albertus degener 52.
conjux & filii ibid.
vult necare uxorem ibid.
obit ibid.
liberalitas ejus ibid.
filii ejus bene educati 53.
fiunt heredes Miſniæ ibid.
fugat Antiſtitem Magdeburg. 54.
deceptus ab eodem ibid.
bellum inter eum & filios 56.
hos vult exhereditare 63.
privilegia urbis innovat 57.

captus 62
non mutat mentem ibid.
nec ſemper fuit degener 63
tranſactio ejus ibid.
magnos ciet motus ibid.
ducit Adelheid. Arnshaugianam 69.
multa vendit bona 70. 72.
obit 74.
Albertus Auſtriacus imperio potitur 68.
clades ejus 70. ſeq.
Albert. Knut capite plexus 74.
Alberti I. D.S. obitus 111.
II. natalis 221.
reformatio 243.
obitus ibid.
III. nuptiæ 251.
Aldendorf (Joh.) Superint. 198.
inſtaurator pœnitentiæ eccleſiaſticæ 200.
literæ ad eum Theologor. Jenenſ. ibid.
deponitur 210.
Alſtedium ſedes Palatinorum Saxoniæ 27.
quomodo Querfurtenſis acceperit ib.
manſit penes Saxones ibid.
Altare S. Martini dotatum 88.
cum Vicariis in æde B.V. 94. 104. 147.
Altenberg 11.
encænia ibid. 13.
Eccleſiæ dantur decimæ 20.
Altenburg urbs imperialis 64. 72.
clam abducuntur Principes 118. ſeq.
Altenſtein emtum 82.
Amsdorf (Nicol.) fit Epiſcop⁹ Numburg. 149.
privatur dignitate 150.
certamina ejus 151.
Eccleſiarum Inſpector 152.
vita, laus, officia & fata ejus 152.
Luteri ſcripta reviſit 153.
perſtringit errores Oſiandri & Majoris 155.
Profeſſor Theolog. Jenenſis 153.
improbat theſin Synodi Iſnac. 170.
monetur 171.
perſtat in ſententia ibid.
reſponſum ejus ibid.
lis cum Illyrico 172.
indignatio 173.
imago ejus 174.
ceſpitat 182.
excuſatur ibid.
literæ ad Roſinum de reſtitutione Victorini 187.
& declaratione hujus ad eundem 191.
ad Monnerum 195.
opponit ſe Victorino 188.
mavult peccatum originale ſubſtantiam vocare 194.
ſomnium 198.
obitus & epitaphia 199.
Anabaptiſtarum furor 142. 154.
Anhaltinus captus 108.
Anna Schvvartzburgica fomes belli inteſtini 109.
S. Anna ſacellum & hoſpitale 36.
renovatur 242.
conciones in eo mutatæ 198.
Annalium eccleſiaſticorum Iſnac. origo 202.
Anſerum phthiriaſis 119.
Antiquitatum Romanar. conditor Roſinus 234.
Apollonius nothus Alberti 53.
multa ei data ibid.
obit 69.
Vitzthum 120.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aquæ ſalientes in monte Petrino Erfurti 16.
Ara in templis mutata 183.
Arx Clemmia V. caſtrum, Klemm & Clemmia,
Waſſenburgica emta 85.
Raſpenbergica deſtructa 75.
Ducalis hic ex domo telonii 127.
das blaue und rothe 147.
Martſulana condita 217.
Fridenſteinenſis 243.
Vinarienſis 246.
Attila an fuerit Iſnaci 3.
ejus icones & nummi ibid.
Aulæ Ducalis Iſnacenſ. origo 219.
Aurbachia (Catharinæ) mors & laus 223.
Aveman (J. Chriſt.) occiſus 242.
vita ejus ibid.
(Eliæ Henrici) vita & obitus 254.
(Caſp.) obitus 244.
(Ern. Ludov.) vita & mors 255.

## B.

Badenbach 11.
Balthaſar Landgr. naſcitur 79.
iter in Angliam 84.
nuptiæ primæ 88.
uxor tria attulit oppida ibid.
fit eques 84.
diſcordia cū Principe Haſs. 92.
Linam induxit Gotham 87.
auget numerum Senatorū. 101.
nuptiæ ſecundæ 107.
obit ibid.
Baptizatus primus in æde Georg. 184.
omnes hic baptizati 202.
dubium de eo 111.
baptiſmus Judæi 149.
ceremoniæ circa eum ibid.
error ridiculus 222.
Bardo Moguntinus an & cujus autoritate Ludov. Vicarium in Thuringia fecerit? 5. ſeq. & 62.
Bavarus in Collegium Electorale receptus 233.
Beata Bachrabin monaſterio ejecta 120.
Beccherer (Joh.) 229.
Bellum Erfurtenſe 29.
*THEODERICUS* I. ſeu *Thiadricus*, fundator inſignis monaſterii *Wunſtorpienſis*, in honorem SS. Coſmæ & Damiani conſtructi. *III. Theodericus I.* Aſſiſtit conſecrationi Epiſcopali D. *Remberti*, Archi-Epiſcopi Bremenſis, factæ annô Domini DCCCLXV. à *Luitberto* Moguntino. (i) Interfuit Synodo *Wormatienſi* anno DCCCLXVIII. Imperii Glorioſiſſimi Regis Ludovici anno XXVIII. Indict. I. (k) Palmâ martyrii tandem ornatus cum *Marquardo* Hilleshemenſi in prœlio apud *Ebbekſtorp*, pugnans pro gloria Dei contra feros Nordmannos. (l)

*WUELFARIUS*, devotus, prudens & circumſpectus Saxo, (m) diſſeminavit verbum Domini ferventer. *IV. VVilfarius*, Salus enim populi cura ejus ſumma. Abiit ad gaudia nunquàm finienda in die Nicomedis B. Martyris anno Domini DCCCLXXXVI.

DRO-

(f) nam erat Vir inſignis, ſanctitate & religione præcipuus, Kranz. L. I. Metrop. c. 23. (g) Epiſcopi Turonenſ. in Concilio anno 813. alios inter hunc canonem quartum poſuêre: Sollicitè ſtudeat unuſquisque Epiſcopus gregem ſibi commiſſum ſacrâ prædicatione, quid agere, quidve vitare debeat, informare. Et ipſe Epiſcopus vitâ, habitu, formâ & converſatione ſanctâ ſuis ſit ſubjectis exemplum, ut juxta Dominicam vocem videant opera ejus bona, & glorificent Patrem Deum, qui in cœlis eſt. (h) Schaten. P. I. Annal. Padeborn. ad ann. 841. refert exceſſum Hathuardi, & mox tamen ad ann 854. (i) Idem ad ann. 865. (k) Subſcripſit etiam fundationi monaſterii Heriſienſis ad fontem Netham, Diœceſ. Paderborn. Idem l. c. ad h. ann. (l) Kranz. L. II. Metrop. c. 9. refert, omnes Saxoniæ Epiſcopos pro Chriſto cecidiſſe in iſto prœlio, quod commentum plerique recentiores amplectuntur. Vid. Fabric. L. II. orig. Sax. & Spangenberg. chron. Sax. c. 108. Conf. Reutelii Hilleshem. à nobis edit. §. 7. Putidæ fabulæ, quas de Ferdenſi, Monaſterienſi, Oſnabrugenſi, Bremenſi, aliisque Præſulibus in hac acie cæſis blaterant. Dudo equidem Padebornenſis anno 960. deceſſit. Schaten l. c. p. 304. & licèt cum Kranz. L. II. Metrop. c. 16. Luitharium intelligas, ille tamen anno 885. adhuc vixit, teſte diplomate Carolino apud eund. l. a. p. 193. (m) admirabilem vocat Kranz. L. II. Metrop. c. 27.

V. Drogo, *DROGO*, *Drogos*, laudabilis Pater. Circa annum Domini DCCCXCVI. pia & opulenta Matrona *Hilleburgis*, cùm ſine maſcula prole eſſet, conſilio devoti Presbyteri *Folckiharti*, abſente *Uffone*, marito, (erat ille in terra ſancta) novem templa parochialia condidit, ſcilicet (1) *Möllenbeke*, (2) *Segelhorſt*, (3) *Dekeber*, (4) *Steênborg*, (5) *Oſteryſenberg*, (6) *Weſteryſenberg*, (7) *Honrode*, (8) *Volthem*, (9) *Sillingen*. Reverſo demum conjugi obviam proceſſit *Hilleburgis* dicens: *euge! mi dilecte, ego in abſentia tui novem peperi filias, quas omnes Deo donavi.* Bene, dicebat ille, dotabo eas liberaliter, ut mei & tui vivant memores. Haſce *Drogo* noſter poſtea conſecravit omnes, (n) & monaſterio in *Möllenbeke* multas decimas de ſuis contulit. (o) *Otto* ab Oſtfalis ad Weſtfalos feſtinans annô DCCCCLII. Id. Jun., ad interceſſionem Oſſenbrugenſis Epiſcopi *Drogonis* I., noſtro monetam & mercatum publicum in *Wiedenbrügge* pro remedio animæ ſuæ conceſſit, ita, ut quicquid fiſcus & pars regia inde obtinere poterit, ſub poteſtate dicti jam Epiſcopi ſucceſſorumque ejus ordinandum ſit, vel in moneta, ſeu teloneo, aut in qualibet actione publica. Et nullus judex de præſcriptis rebus habeat ullam poteſtatem inquietandi, vel quicquam moleſtiæ faciendi. (p) Mortuus *Drogo*, ipſo die S. Bonifacii Mart. & Epiſcopi.

VI. *Adelbertus*, *ADELBERTUS*, *Adelvvertus*, *Adalbertus*. Si tempora, in quæ eum conjecerat Deus, inſpicias, ſanè fateberis, multa tuliſſe & feciſſe pro Deo & Eccleſia ſua. Nordmanni enim & Hungari Saxoniam devaſtantes non reliquerint *Mindam* illæſam. Interim nihil reperio de eo in faſtis eccleſiaſticis. Teſtantur tamen verſus ſequentes de rebus ejus bene geſtis:

*Liberat Eccleſiæ*, *depulſis* vulpibus, *agrum*,
*nec jam* Schiſmaticus *vorat ovile* lupus.
*Non dubitat forti Pater obvius ire* leoni,
*maxillasq; graves inſeruiſſe manus.* Prudenti ſat! (q)

Obdormivit in die Sanctorum *Vedaſti* & *Amandi* Epiſcoporum. (r) Alii legunt *Germani* & *Vedaſti*. (s)

VII. *Bernartus*, *BERNARTUS*, *Bernarius*, iterum vidit Alemanniam ab Ungaris depopulatam, at vidit etiam eos propè *Mörſeburgum* cœſos. (t) Quid in tantis face-

(n) Id. L. III. Metr. c. 8. Si autem hæc anno 896. facta, qui præeſſe cœperit ſub ann. 600? Bucelin. Germ. ſacr. P. I. p. 30. B. (o) de 120. aratris, Chron. Mind. Meib. T. I. rer. Germ. ſcript. p. 558. (p) At idem Otto eod. anno & die Drogoni I. Oſnabrugenſi eadem privilegia dedit. Erdman. Chr. Oſnabrug. T. II. Rer. Germ. Meibom. p. 203. Diploma dabit Schaten. l. c. ad ann. 952. ut Autores nomina Drogonum confuderint. (q) tempora ſua magna cum laude peregit, Kranz. L. III. Metrop. c. 13. Verſus hos Chron. Mind. Meibomii ad Landvvardum referr. (r) ita chronic. utrumque Mind. à Piſtor. & Meibom. edit. (s) Kranz. l. c. (t) Vid. diſs. M. Hulſii de Henrico Aucupe Hungaror. propè Martisburg. Victore Lipſ. edit.

facerer anguſtiis, niſi ut ſuos ad preces, jejunia & ſuſpiria hortaretur? (u) Vires decrepiti *Adalgarii* Bremenſis unà cum aliis, ſtrenuè ſupplevit & magno cum fervore. (vv) Etenim *ſanctus & electus* Bernart *fuit ſeptimus heros.* Vitæ finem fecit S. Magni luce.

*LIDARIUS*, *Lüdarius*, *Liutharius*. Sub quo *Helleburgis*, nobilis & VIII. *Lidarius*,
devota Matrona, fundat cœnobium in *Vubeke* in memoriam *S. Joannis Baptiſtæ*. Variâ ſorte rotatum. Biennio exacto Hungari irrumpunt & devaſtant: annô MCCXXXIV. ab igne deſtructum eſt, & poſt XX. annos, operâ duorum Epiſcoporum Mindenſium, inſtauratur & conſecratur. Tunc ipſo conſecrationis die duæ clariſſimæ *ſtellæ* circa meridiem, cum ſtupore omnis populi, ſuper monaſterium ceciderunt. (x) Monaſterium in *Overnkerken* incenſum dejectumque ab Hungaris, & CXXX. Sanctimoniales cum Clericis & famulis occiſæ in die *Felicis* & *Adaucti* Martyrum Anno Domini DCCCCXXXVI. jacuitque diu in ruina ſua, donec *Mervvintha* ex ſuo patrimonio reædificaret, & priſtinum famulitium Deo ibi redderet. Denuò tamen pòſt concrematum reparatur ab Epiſcopis Mindenſibus. (z) Obiit in vigilia Pantaleonis B. Martyris.

*EVERGISUS*, *Ebergiſus*, obiit in die S. Lucæ Evangeliſtæ. Optimè IX. *Evergiſus*,
præfuit. (a) Quæ dixit, fecit ipſe. Bene dixit, bene vixit. (b) Utinam ſui, hoc omnes facerent. At quàm pauci hodie veſtigia premunt Chriſti. Nihil peſtilentius eſt impio Paſtore & cum ſcandalo vivente.

*HELMWARDUS*, *Helinvvardus*, *Helmvverdus*, Monachus Ordinis X. *Helmvvardus*,
Benedict., dubitans de conſecratione majoris templi annô DCCCCLII. *Dudonem* Padebornenſem & *Drogonem* I. Oſſenbrugenſem Mindam evocavit ad dedicationem baſilicæ hujus in honorem Sanctorum *Gorgonii*, *Laurentii* & *Alexandri* Martyrum. Valedixit nobis anno Domini DCCCCLVIII. die S. Valentini Martyris.

*LANDWARDUS*, *Landovvardus*, (c) electus anno DCCCCLVIII. XI. *Landvvardus*,
Hic primus omnium ab *Ottone* M. jura & regalia obtinuit, & baculum de *pretioſo ligno*. (d) Afferebat Genitoris Anteceſſorumque Regis ſcripta, in

(B) qui-

(u) à Bucelino igitur l. c. vocatur Vir Sanctus, (vv) Vid. Adam. Bremenſ. L. I. H. E. c. 42. (x) Kranz. L. III. Metrop. c. 24. (z) Idem l. c. (a) relinquens Eccleſiam in bono ſtatu, & cum augmento gloriæ mutavit ille ſtationem. Id. lib. cit. c. 27. (b) O Domine, exclamat Autor libri, cujus titulus: *Stella Clericorum ſuper Eccleſ. Rom.*, tui Paſtores mutati ſunt in tonſores, agni in lupos, defenſores in diſſipatores. Qui debebant eſſe ſobrii, quotidie ſunt ebrii, Qui Prælati Pilati, caſti inceſti: qui Paſtores, ſeductores. Vox quidem eſt vox Jacob, manus autem manus ſunt Eſau. Hi ſunt, de quibus Chriſtus inquit: Dicunt, & non faciunt. Similes ſunt fabricatoribus arcæ Noæ, qui tamen in ea non ſervati ſunt: & ſtatuis mercurialibus, quæ aliis viam monſtrant, quam ipſæ neſciunt, nec ambulant. (c) Bucelin. vocat Lantvvargum. (d) ebeno Kranz. L. III. Metr. c. 33.

quibus continebatur, quatenus ipſi Eccleſiæ *Mindenſis* res cum omnibus in ipſis rebus conſiſtentibus, ſub ſuo receperint mundeburdo, precans manſuetudinem Imperialem, ut hoc ipſum cum conſenſu illius fieret. *Otto* igitur ob amorem Dei & remedium animæ ſuæ, ac pii Genitoris ſui, reliquorúmque Anteceſſorum ſuorum, ita fieri decrevit, mandans, ut nullus judex publicus, vel quilibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones Eccleſiæ *Mindenſis* (quas nunc infra ditionem Imperii legibus poſſidet, vel deinceps in jura ejus pietas divina voluerit augeri,) ad cauſas judiciario modo audiendas, vel freda exigenda, manſiones, vel paradas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ contra rationem diſtringendos, nec ullas redhibitiones, vel inuſitatas occaſiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat: hominibus quoq; famulatum ejusdem monaſterii facientibus, qui Saxonicè *Malmann* dicuntur, prædictum mundeburdum & tuitionem ſuam conſtituit, ut etiam coram nulla judiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo, aut Advocato, quem ejusdem loci Epiſcopus elegerit: quicquid verò fiſcus exinde ſperare potuerit, pro æterna remuneratione dictæ Eccleſiæ ad ſtipendia pauperum & luminaria concinnanda conceſſit. Ipſe autem Epiſcopus cum omnibus rebus ſuis fideliter pareat Imperiò, & ſub ejus ac Cæſaris conſiſtat defenſione. Inſuper licentiam dedit FF. eligendi Paſtorem inter ſe, qualemcunque voluerint, modò vita & moribus probus habeatur. *Lintulfus* (d) Cancellarius ad vicem Brunonis Archi-Capellani recognovit. Dat. VII. Id. Anno DCCCCLXI. Ind. V. annô Regni Sereniſſimi Regis Ottonis XXII. Actum *Burchem* (e) in Chriſti nomine feliciter. Amen. Anno Domini DCCCCLXXIV. Presbyter *Mandradus* (f) *Lübbekegovve* (g) cum omnibus pertinentiis Eccleſiæ *Mindenſi* donavit, confirmante id *Ottone* II. Imp., qui denuò antiqua privilegia in univerſum innovavit eodem anno, (h) quô etiam deceſſit *Landvvardus* die SS. Coſmæ & Damiani XVI. regiminis ſui. Sub eo erigitur cœnobium *VValſord* in honorem S. Joh. Baptiſtæ. (i)

*Præſul* Landvvardus *moribus redolens quaſi nardus,*
*gregem non tardus ſervat vigilans quaſi pardus,*
*carnem caſtravit, hoſtem, mundum ſuperavit,*

*his*

(d) rectius Liutulfus, i.e. Ludolfus. (e) Kranz. l.c. habet Forchem, alii legunt Burcheim (f) Wandradus, (g) chr. Mind. Meibom. intelligit Lübbeke, elegans Diœceſ. Mindenſ. oppidum. Non dabat Mandradus totum pagum *Liedbetegovvi*, (ſic enim ſcribit Otto I.) ſed talem proprietatem, qualem ipſe in hoc pago & comitatu Bernardi quoquo modo in proprium acquiſiverat. De pago autem *Liedbetegovvi* vid. Meibom. de pagis Saxon. (h) vid. diploma Mind. à Piſtor. edit. num. 7. (i) Kranz. l.a.

*his bene peractis conſcendit ad agmina lucis,*
*famelicos pavit, ſitibundis pocula lavit.*

*MILO*, inſignis Præſul, à Deo nobis datus, (k) ſucceſſit anno Dominicæ Incarnation. DCCCCLXXIV. & omnia ad Dei gloriam & utilitatem Eccleſiæ direxit fideliter. Eodem anno *Otto* II. privilegia & immunitates, uti *Landvvardo* ab *Ottone* M. factum, innovat, approbat & confirmat, ſubſcribente literas *VVilligiſo* vice Radberti Archicapellani. Dat. XII. Kal. Aug. indict. I. anno regni Domini Ottonis XIII. imperii VI. Actum Aquisgrani. Biennio pòſt ab eodem *Ottone* II. Eccleſia noſtra *Providentia Imperiali* ſpecialiter commiſſa bannum regium accipit, & licentiam *monetam macellumq́; publicum* conſtruendi. Donavit igitur Rex continuæ devotionis Epiſcopi fidelitatem attendens, & ob reverentiam Sanctorum, mercedisque futuræ gratiam, bannum ſuum teloneumq́ue, & quicquid hactenus ad Regiam poteſtatem pertinere videbatur, ſic omnia in jus & dominium Eccleſiæ hujus de ſuo jure & dominio transfundens, ut pro animæ ejus remedio unus Presbyter talem præbendam, & quisque Fratrum in eodem monaſterio (ita priſcâ voce appellat) Deo famulantium ordinatus accipiat nunc & in perpetuum. Egbert. Cancellar. ad vicem Willigiſi Archicapellani notavit. Dat. XIV. Kal. April. anno DCCCCLXXVI. Indict. III. anno verò Regni Domini Ottonis XVI. Imperii X. Actum Threcke. Otto III. ob devotum ſervitium *Milonis*, quod pio animo Regi ſæpius exhibuit, foreſta *Huculinhago* & *Stoiringevvald*, nec non ob interventum & comprobationem *Bernarti* Ducis, & fratris ſui *Luitgeri* & *Ailhardi* Comitis, aliorumque comprovincialium, ſilvam *Suntal*, quantum ex occidentali parte fluminis Weſera ſui Epiſcopatus ſpatium comprehendit, eâ videlicet dedit ratione, ut nulla deinceps perſona, magna vel parva, in prædictis foreſtis, aut ſilva, venari ſeu capere præſumat aliquam feram, ſeu beſtiam, ſine licentia *Milonis*, *honorandi Præſulis*, (tanto mactatur titulo,) ejusque ſucceſſorum. *Hildeboldus* Epiſcopus & Cancellarius Willigiſi Archi-Epiſcopi recognovit. Dat. V. Id. Sept. A. D. DCCCCXCI. Indict. V. anno autem tertii *Ottonis* regnantis VIII. Actum Brandenburg. Vixerat hactenus devota quædam virgo *Thetvvyſ* (l) in caſtro & monte *VVedegonis*, piis contemplationibus perpetuò dedita, cujus vitæ ſimplicitate & ſanctimoniâ plures allectæ Virgines eandem ſibi eligebant, ut tandem ſpectabile fieret Collegium, omnes ſecundùm regulam S. P. *Benedicti* rigidè viventes. Hoc caſtrum *Milo*, cum conſenſu *Ottonis* III. anno DCCCCXCII. [vel tamen ſequente, (m)] in pulcherrimum monaſterium Sanctimonialium (n) commutavit, eandem regulam profitentium. Idem XII. MILO.

 Epiſco-

(k) ſidus Epiſcoporum Saxonicorum, Schaten. P. I. annal. Padeborn. ad ann. 999. & lumen ſeculi ſui, Kranz. l. c. c. 47. (l) Thetvviof, (m) alii habent 994. (n) Kranz. l. c. Monachorum putat.

Epiſcopus autor eſt præbendarum S.crucis in Eccleſia *Mindenſi*, aliarumque rerum. (o) Mortuus demum anno DCCCCXCIX. die B. *Eleutherii* Epiſcopi, (p) Epiſcopatus ſui XXV.

XIII. *Ramvvardus*, *RAMVVARDUS*, bonus Paſtor, (q) cœnobium in monte *VVedegonis* à pio Prædeceſſore fundatum, ob varias incommoditates, (r) anno MIV. (s) in honorem Sanctiſſimæ Virginis & B. *Blaſii* Epiſcopi, *Mindam* tranſtulit, bonâ quidem intentione, at ſucceſſu non optato, cùm religio aliquid paſſa ſit detrimenti. Annus obitus ejus dubius eſt. Mortuus tamen dicitur in vigilia S. *Dionyſii* Epiſcopi & Martyris.

XIV. *Theodoricus II.* *THEODERICUS* II. laudabilis Antiſtes. (t) Cui *Henricus* Sanctus anno MIX., ad exemplum Anteceſſorum ſuorum, omnia privilegia ſolenniter confirmat, *Güntero* Cancellario, vice Willegiſi Archicapellani, recognoſcente. Dat. IV. Idus Mart. indict. VI. A.D. MIX. anno verò Domini *Heinrici II.* Regnantis VII. Actum Drutmanniæ. Obiit A.C. MXXII. die *S. Juliani* Martyris, Pontificatûs ſui XVI. (u)

XV. *Sigebertus*, *SIGEBERTUS* multa Eccleſiæ ſuæ contulit bona, privilegia & ornamenta. Adiens enim hic Præſul Venerandus Regalèm ſupereminentiam *Conradi II.*, interventu cunprimis conjugis ſuæ *Giſilæ*, nec non *Aribonis* Moguntini, *Pelegrini* Colonienſis, *Hunfredi* Parthenopolitani, & *Unvvani* Bremenſis, Archi-Epiſcoporum, *Brunonis* Auguſtenſis, & *VViggeri* Ferdenſis, Epiſcoporum, *Bernarti* Ducis, *Sifridi* & *Hermanni*, Comitum, prædium quoddam, *Kemnium* dictum, in pago *Valim*, in Comitatu *Dancimari* Comitis, donari ſibi atq; mancipari rogavit. Quod etiam *Conradus* faciens, cum omnibus ſuis pertinentiis, mancipiis, agris, pratis, ſilvis, molendinis, aquis, aquarúmve decurſibus, exitibus & reditibus, cultis & incultis, acquiſitis & acquirendis, ante altare S. Petri & S. Gorgonii Martyr. manu ad manum *S. Mindenſi* Eccleſiæ donavit, & in propriũ tradidit, ſubq; mundiburdium ac defenſionem ſuam ſuſcepit. *Odalricus* Cancellarius vice Arebonis Archicapellani recognovit. Dat. IV. Non. Maj. indict. VIII. anno MXXV. anno Domini Conradi II. Regis I. Actum Ratiſpone, Aõ MXXVIII. (vv) in honorem *S. Martini* Epiſcopi fundavit monaſterium in urbe *Minda*: cœperat etiam clauſtrũ *S. Mariæ*. Sequente anno, unà cum Venerabili Epiſcopo Auguſtano *Brunone*, Conradum Saliquum humiliter adiit, obſecrans, ut talia bona, qualia ipſe in prœdiis, mancipiis utriuſq; ſexûs in dominationibus, nec non in ceteris utilitatibus, habet quæſita ad monaſte-
rium

(o) item ſtubam & fornacem conſtituit, & pulcrum plenarium. In iſto ſculpti habentur verſus, B. Gorgonio oblati: Sit tibi, Gorgoni, liber hic, rogo, valde decori,
Ornari Milo quem fecit Epiſcopus auro,

Chron. Mind. Meibom. (p) utrumq; chron. Mindenſ. habet ann. 996. conſentiente Bucelino l.c. (q) Vir egregius, Schaten l.c. ad ann. 999. (r) propter aëris, nebulæq; & venti intemperiem ac turbationes, chron. Mindenſ. Meibom. & Piſtor. (s) iſtud chron. habet 1009. (t) Vir eâ ætate egregius. Schaten. l.c. ad ann. 1022. (u) 18. ann. Menſ. 4. & 2. dies habent citata chron. Mindenſ. (vv) non aõ 1036. ut chronica Mindenſ. volunt.

rium in *Minda*, & in uſum fratrum, ſub canonica regula inibi Deo ſervientium, noviter ab illo in honorem S. *Martini* Confeſſoris conſtructum, per Imperiale præceptum ſtabiliret & conſervaret. Quorum petitioni pium juſtumq; aſſenſum præbens, ob interventum ac petitionem *Giſelæ* Imperatricis Auguſtæ, & amantiſſimæ ſuæ prolis *Heinrici* Regis, nec non *Arabonis* Maguntini, *Philigrini* Colonienſis Archi-Epiſcoporum, hæc prœdia *Egisberon*, *Kominin*, *Nigenborg*, *Schvvenorden*, *Hiltivvardingahuſen*; in villis verò *Bracha* & *Folchardesdorfa* *II.* manſos cum omni ſilvatica utilitate, & Eccleſiam unam in vico *Grecini* & V. manſos *Vngilinbach*, manſum unum & in *Ratherisdorf* omnem decimationem vini, duos manſos in *Vbhuſen*, in *VVolnatingahuſen*, V. manſos in *Dribura*, unum manſum in *Stochein*, duos manſos in *Leni*, unum manſum ab Epiſcopo *Sigeberto*, quæſita, vel quæ poſtmodum divinâ adjuvante clementiâ acquiſierit, exceptis his prœdiis, quibus antea Eccleſiam Dei locupletavit ad monaſterium, quod ipſe *Mindæ* in honorem S. *Martini* à fundamento locavit, & in uſum FF. inibi Deo famulantium ſtabilivit atque confirmavit, eâ videlicet ratione, ut nec ipſe, nec ullus ſucceſſorum ſuorum poteſtatem habeat hæc eadem bona data, vel inpoſterum danda, à prædicto monaſterio alienare, vel milites ſuos inde beneficiare, vel in aliquid aliud in commune Fratrum commodum commutare. Si quis autem Epiſcopus, abſque eorum conſenſu & collaudatione, eadem bona abalienare, vel militibus ſuis in beneficium dare, vel in proprium uſum transferre voluerit, ipſi fratres ad Nos noſtroſque ſucceſſores refugium habeant. *Odalricus* Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognovit. Dat. Idus April. indict. XII. anno MXXIX. anno Domini Conradi *II.* Regnantis V. imperii verò tertio. Actum Regenſpurg. Idem Imperator anno eodem eidem *Sigeberto*, etiam ob interventum & petitionem *Giſelæ* Imperatricis, *Heinrici* Regis, & *Brunonis* Auguſtenſis Epiſcopi, ſilvam quandam ſitam in proprietate prœdiorum Eccleſiæ *Mindenſis* in pago *Entergovvi* in comitatu *Bernarti*, (x) & fratris ſui Ditmari, ceterorumq; civium in eadem ſilva uſque modò communionem venandi habentium, in ſilvis, campis & paludibus inter flumina *Oſterbeck* & *Alerbeke* uſque in medium flumen *VVermenem*, & inde uſq; ad *Nortſuhlere* campum ad curtem pertinens, *Sulegon* nominatam, foreſtari conceſſit, & banni ſui diſtrictu circumvallavit, eâ videlicet ratione, ut nemo ulterius in eodem foreſto, ſine Epiſcopi ſucceſſorumque ſuorum licentia, poteſtatem habeat venandi, ſagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, quæ meritò ſub jure banni continentur. Si quis autem hactenus Imperialis præcepti temerarius violator extiterit, ſciat, ſe Epiſcopo & ſuo Advocato banni noſtri ſummam compoſiturum. *Odalricus* Cancellarius vice



(x) Bernhardus, ejusq; frater, erant ex familia Billingana, Bennonis filii, (ita cum Adamo Bremenſ. l. 1. c. 14. vocamus,) non Bernhardum, cum Bernhard. & frater ejus Hermanni Ducis nepotes fuerint.

vice Aribonis Archicapellani recognovit. Dat.III. Kal. April. indict. XII. anno MXXIX. anno Domini Conradi II. Regnantis V. Imperii verò II. Actum Ratiſpone. Idem Imperator anno MXXXI. omnia privilegia ab aliis Imperatoribus data confirmat, dans inſuper *bannum, monetam, teloneum & macellum publicum*. Odalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognovit. Dat. XII. Kal. Maj. indict. XIII. AD. MXXXI. anno autem Domini Conradi II. Regnantis VII. Imperii verò V. Actum Noviomago. Idem *Conradus* annô MXXXIII. *Sigeberto* quoddam foreſtum ſui ſcilicet juris foreſtari fecit. Incipit autem hoc foreſtum, ubi *Linderinus* flumen Weſera influit, & ſurſum contra ejusdem rivi decurſum uſque ad villam *Liuſa* dictam, ad illum locum, ubi *Luzilurſone* rivus influit *Lumme*, & ſurſum contra illius rivi decurſum uſque ad villam *Halle* dictam ad illum locum, ubi publica ſtrata iter ſuper ipſum præbet rivum, & in ipſa publica ſtrata, uſque ad locum *Puregritte* dictum, ubi terminus eſt parochiarum *Mindenſis* Eccleſiæ & *Hilleſbemenſis*, & inde per directum uſque ad *VVabeche* fluvium, qui prædictos diſcernit Epiſcopatus, & ſurſum contra illius rivi decurſum uſque ad cacumen montis *Vogilari* dictum, & per totum ejusdem montis occidentale cacumen contra villam *Rena* dictam, & inde in fluvium *VViſera*, & per ejus deſcenſum medium uſque ad illum locum, ubi prænominatus *Linderinus* idipſum influit flumen. *Borchardus* Cancellarius vice Pardonis Archicapellani recognovit. Dat. VI. Idus Julii AD. MXXXIII. Indict. I. anno Domini Conradi II. Regnantis IX. Imperii verò ſeptimo. Actum Merſiburg. Habebat *Conradus Saliquus* ſolennem curiam *Mindæ* in platea *Kampe* dicta, (y) ubi anno MXXX. *Adolſum Santersleviun* [non *Salingleben* (z)] primum Comitem *Schauenburgicum* creavit. (a) Quam dignitatem operâ *Sigeberti* noſtri obtinuit. (b) Donavit inſuper Eccleſiæ calices & thuribula argentea, & plenaria novem cum diverſis materiis variè intus depicta, exteriùs verò pretioſis lapidibus auroque & argento exornata. (c) Obiit *honorabilis* Dominus (d) anno MXXXVI. die *Gereonis* Martyris, ſepultus in monaſterio, quod fundârat, *Martiniano*.

*BRU-*

(y) chron. Mind. utrumq;. (z) Kranz. l. VIII. Sax. c. 26. & l. III. Metrop. c. 47. Dav. Chytr. L. I. Saxon. p. 87. Spangenberg. chron. Schauenburg. L. I. c. 4. (a) Vid. not. Meibom. ad Lerbeccii chron. Schauenburg. c. p. & Bangert. not. ad L. I. chron. Slav. c. 36. p. 91. In his temporibus ad eundem Conradum Imp. in Minda venerunt Domini de *Santensleve* de Diœceſi Magdeburg., tempore Sigeberti, Epiſcopi Mindenſis. Et Adolf, Vir ſtrenuus, fidelis atque prudens, *urticarum montem* (Nettelnberg) in feudum recepit, & factus eſt Camerarius Epiſcopi caſtrum *Schovvenburg*, ſeu ſpeculationis fundavit, ab Imp. prædicto Comes creatus & inveſtitus eſt. Erdman. chron. Oſnabrug. p. 206. (b) Vid. Gobelin. Perſon. coſmodr. æt. VI. c. 53. (c) deſumta hæc ex utroque chron. Mind. cit. (d) Deo & hominibus acceptus, chr. Mind. Meibom. Conrado Imp., ob virtutum æſtimationem, percatus, præclaréque de ſua Diœceſi meritus, Schaten. P. I. annal. Padeborn. ad ann. 1036.

*BRUNO*, nobilis Saxo, (e) Canonicus antea Magdeburgi primarius, (f) & Conradi II. Cancellarius, rerum potitur anno MXXXVII. ex vetuſtiſſima *Santerslebiorum* familia ortus, omni curâ & amore amplexatus eſt Eccleſiam, cultum divinum ubiq; amplificando, bona & reditus ſacros, Fratrumq; ſuorum præbendas de bonis ſuis paternis fideliter augendo; erga pauperes liberalis, erga omnes humanus & officioſus, optatus & religioſus Pater. (g) Monaſterium B. *Mariæ* à *Sigeberto* Prædeceſſore inceptum conſecravit & conſummavit feliciter. *S. Martino* autem, aliisq; in Diœceſi ſua, contulit plurima, ut ubiq; amorem & beneficentiam ſtillent veſtigia ejus. Anno MXXXIX & MXLIX. *Heinricus, Niger* dictus, jura & bona Eccleſiæ confirmat, *Theodorico* Cancellario, vice Bardonis Archicapellani literas iſtas recognoſcente. Dat. X. Kal. Jul. anno MXXXIX. indict. VII. anno Heinrici II. ordinationis XI. Regnantis autem I. Actum Anternacho. Has verò *VVintherio* Cancellario, vice Bardonis Archi-Cancellarii, recognoſcente. Dat. XIII. Kal. Auguſt. anno Heinrici III. Regis II. ordinationis XX. regnantis quidem X. imperantis autem II. Actum Mindæ. Anno MXLII. de ſuo patrimonio conſtruxit monaſterium in ripa Viſurgis extra muros, in *Inſula* dictum, in memoriam S. *Mauritii*, Magdeburgenſium Patroni, memor adhuc beneficiorum illîc acceptorum. Cúmque cum *Brunone*, Comite *VValbeccenſi*, (h) & *Sidago*, Abbatibus Bergenſibus, familiariter vixerat, & laudabilem eorum diſciplinam coràm viderat, ex eorum cœnobio S. Joannis primos monachos Ord. Benedict. vocare voluit. Primus Prælatus erat *Meinvvartus*, Vir bonus & doctus. (i) Ut verò fideles animas alacriores & liberaliores exiſterent in adjutorium cœnobii hujus *Mauritiani*, ex theſauro gratiæ Omnipotentis Dei perpetuas indulſit indulgentias ſecundùm ſequentes literas: *Bruno*, D.G. S. Mind. Eccl. Epiſcopus, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, tàm præſentis, quàm futuri ſeculi literas has audituris, lecturis, vel viſuris, ſalutem in Domino ſempiternam cum ſincera caritate. Notum ſit caritati veſtræ, quòd ex motu proprio ad majorem Dei gloriam, & fidelium animarum ſalutem, nec non incrementum & adjumentũ monaſterii, à nobis fundati in *Inſula*, in honorem Dei & *S. Mauritii*, indulſimus & conceſſimus perpetuam indulgentiam, indulgemus eam & concedimus omnibus & ſingulis, quicunq; in primariis & ſolennibus feſtis *Nativitatis Domini, Paſchatos & Pentecoſtes*, item in omnibus feſtis ſolennioribus *Glorioſiſſimæ Dei Matris Virginis*, nec non in feſto *S. Mauritii* & *S. Laurentii* Martyris, nec non *S. Benedicti*, in vera humilitate & devotione ad prænominatũ mona-

(e) ex illuſtri familia Saxon. profatus, Meib. in chr. Bergenſi p. 15. in Archi-Diœceſ. Magdeb. chr. Mind. Meibom. Ekberto Marchioni conſanguinitate propinquus, Id. chron. Rev. & Illuſtris Pater & Dominus S. Bruno fuit ex Marchionum Brandenburgenſium ſanguine ortus, pervigil Dominici gregis cuſtos, chron. Oſnabrug. Erdman. p. 207. (f) non ex monaſterio Magdeb. aſſumtus, Bucelin. l. c. p. 30. B. ſed choro Magdeb. Eccleſiæ, Kranz. L. IV. Metr. c. 21. (g) Vir præſtantiſſimus, Id. l. c. (h) quorum ſedes fuit in Holtlandia propè Helmſtadium ad fl. Alarim, (i) Conf. Meibom. chr. Bergenſe p. 15. ſeq.

monaſterium ſacra & ſpiritualia beneficia cupientes, acceſſerint per octo integros dies, & verè contriti confeſſi fuerint, & præterea ad idem monaſterium conſervandum, ampliandum, inſtaurandum, vel quôvis piô modô defendendum & exornandum, quisque pro facultatibus ſuis, pias eleemoſynas liberaliter in vera caritate dederint aut miſerint, & omni, quô poterint, promoverint modo, Nos de miſericordia DEI confiſi, XL. dies & unam Katenam de injuncta eis pœnitentia ſingulis annis in perpetuum miſericorditer relaxamus. Minden anno Domini MXLIV. in vigilia S. Benedicti. Anno MXLVI. conſecravit monaſterium in *Kamnaden*. Ut verò vexatio majorem daret intellectum, (*k*) *paralyſi* tactus, ut per quinquennium nec manus nec pes officium ſuum faceret, ſed latus in ſella de loco in locum. Patientiâ tamen omnem ægritudinem in ſpe & ſilentio tulit. Reddidit Deo animam cum fama ſanctitatis anno MLV. (*l*) Die S. *Scholaſticæ* Pontificatus ſui XVIII. expectans adventum Domini apud *Inſulam* ſuam.

*Condidit hoc templum, quem claudit*, Bruno, *ſepulcrum*,
*Præſul, honor patriæ, lumen & Eccleſiæ.*
*Idibus in quartis Februi caligine mortis,*
*It cinis in cinerem: Da Deus huic requiem.*

*XVII. Engelbertus.* ENGELBERTUS, ſeu *Egilbertus*, (*m*) è Bojaria nobilis, Canonicus antea Papenbergenſis, devotione, modeſtiâ & puritate vitæ totam Eccleſiam illuſtrans, (*n*) ideò infimis & ſummis carus. *Heinricus* ſanè *IV.* precante Matre ejus *Agnete*, ob fidele ſervitium amici ſui *Annonis*, ArchiEpiſcopi Colonienſis, prœdium quoddam, *Loſa* dictum, ſitum in *Pagaloſo*, in Comitatu *Bernarti*, cum utriusq; ſexûs mancipiis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & quærendis, & cum omnibus ad idem prœdium pertinentibus, ad monaſterium, i. e. Eccleſiam *Mindenſem*, tradidit liberaliter, *VVantherio* Cancellario vice *Leopoldi* ArchiCapellani recognoſcente. Dat. V. Martt. anno MLVIII. Indict. XI. anno autem Domini Heinrici *IV.* Regis ordinantis *IV.* Regni *II.* Actum Mindæ. Idem Imperator privilegia, bona & jura S. *Mindonenſis* Eccleſiæ, more aliorum, confirmat, *Gevehardo* Cancellario, vice *Luitpoldi* Archicancellarii, recognoſcente. Dat. VI. Kal. Aug. anno MLIX. indict. *XII.* anno autem ordinantis Henrici Regis *IV.* (*VI.*) Regni *II.* Actum Polide. Sub eo tota Eccleſia *Mindenſis* cum urbe anno MLXII. die S. *Vincentii* Martyris, præſente & ſpectante *Heinrico IV.*, concremata eſt, cum omnibus ornamentis & donariis, ac reliquiis, quotquot unquam pii Reges & aliæ fideles animæ contulerant. Hinc *Heinric. IV.*, ob interventum & petitionem

(*k*) Dominus vas electionis ſuæ in camino tribulationis juſſit probari & purgari. Krantz. l. c. & chron. Mind. Meibom. (*l*) 1056. idem chron. habet, (*m*) etiam Eilbertus, vid. Corberi diſſert. de Goslar. c. 4. §. 23. (*n*) Pontificalis modeſtiæ Vir, ætate & vitæ innocentiâ admodum laudabilis & venerandus, chr. Mind. Meibom.

tionem fidelium ſuorum, ſcilicet *Annonis* Colonienſis, *Adelbarti* Hammaburgenſis, *Engelharti* Magadaburgenſis ArchiEpiſcoporum, ac *Burchardi* Halverſtadenſis Epiſcopi, & maximè ob juge & fidele ſervitium *Egilberti* noſtri, eidem Eccleſiæ curtem *Lashuggeri* (o) vocatam, in pago *Angeri*, (p) in Comitatu *Ottonis* Ducis, ad reſtituendum ex incendio hoc damnum, cum omnibus appendentiis, rebus & utilitatibus in proprium tradidit, eâ videlicet ratione, ut prænominata Eccleſia hoc Regiæ munificentiæ donum, omnium mortalium contradictione remotâ, perpetualiter poſſideat, & æternæ beatitudinis præmia tàm *Heinrico* Regi, quàm Parentibus ſuis fidelibus, vivis ſeu defunctis, obveniant. *Fredericus* Cancellarius, vice *Segefredi* Archicancellarii recognovit. Dat. *XVI*. Kal. Aug. anno MLXIII. indict. 1. anno autem *Heinr. IV*. Reg. ordin. *III*. Regni verò *VI*. Actum Goslarie. (q) In hoc incendium ita *Paul. Nottelborg*:

*Si rigidæ mentes, ſpirent ſi templa teporem,*
*Subdit iis magnas mox Deus ipſe faces:*
Aſtra *quid incuſas?* *quid* ferrea fata? *quid* ignem?
*Quid* caſum *memoras?* *maxima culpa tua eſt.*
*Hinc iſtæ lachrymæ!* *Deus eſt, ùt feceris ipſum,*
*Eſt* durus Pater, *eſt* blandus *itemq;* Pater.
*Ite boni, atque pias lacrymas affundite flammis,*
*Sic læſi* extinctus *Numinis* æſtus *erit.*

Anno MLXXI. Eccleſia hæc ab *Engelberto* & *Rudolfo* Epiſcopo Schleswicenſi in honorem S. Trinit., S. crucis, B. Virginis, omniumque Sanctorum, denuò conſecrata eſt. Idem *Engelbert.* Eccleſiam fori S. *Joh. Bapt.* igne etiam deletam ex bonis opulenti civis Mindenſis reſtauravit. Sedit ipſe annis XXV. Menſ. VIII. dies XIX. mortuus anno MLXXX. in craſtino S. *Andreæ* Apoſtoli, (r) humatus in templo *Martiniano*, (ſ) (cui multa contulerat,) in choro juxta Anteceſſorem ſuum *Sigebertum*.

*REINWARDUS*, *Raymundus*, canonicè quidem electus erat, at *Folckmarus*, Canonicus antea Hilleshemenſis, connivente *Heinrico* Rege, multas ei faciebat moleſtias. Hic enim, operâ cognatorum ſuorum potentium, volebat ingredi in ovile contra præceptum Domini. (t) Sed contrà niſus ille. Regnavit usque in annum MLXXXIX. in craſtino B. *Matthæi* Apoſtoli. (u) *XVIII. Reinvvardus.*

(C) *FOLCK-*

(o) Chr. Schaumburg. Lerbeccii legit: Lezingehrn, chr. Oſnabrug. Erdmann. Lezeringen. (p) Bene explicat hunc Meibom. de pagis Saxonic. T. III. Rer. German. p. 97. ſeq. (q) Conf. chron. Oſnabrug. cit. p. 207. (r) In craſtino S. Martini habet chron. Mind. Meibom. (ſ) Verſus ſarcophago inſcriptos dat Kranz. L. IV. Metrop. c. 37. & chron. Mind. Meibom. (t) Jam enim ambitio, pernitioſum malum, Præſidentium irrepſerat in Eccleſiam. Pax erat rebus à perſequentibus, multiplicabantur Eccleſiarum prœdia Pontificum diligentiâ, & bonorum devotione cordium, inde ſe inſinuaverat ſemen Zizaniorum, quod perturbaverat tempora hujus Pontificis. Kranz. L. V. Metrop. c. 25. (u) Sic etiam Kranz. l. c. chron. Mind. verò habent in craſtino (tertio) cathedræ S. Petri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XIX. *Folckmarus*, *FOLCKMARUS* (w) Simoniacus, intruſus, & non vocatus, terribilem exitum habuit. A ſancto enim *Gorgonio*, Patrono Eccleſiæ, mediâ nocte gladio necatus eſt. Apparens hic Eccleſiæ majoris cuſtodibus monuit, ut pro defuncto *Folckmaro* ſignum darent. Dubitantibus illis monſtrat pallam altaris ſangvine conſperſam, in quâ gladium abſterſerat. Hinc illi juſſa in timore fecerunt. Necatus autem eſt ipſo die decollationis *S. Joh. Bapt.* Anno MXCVII. (x) Non reputatur inter Epiſcopos, nec memoria ejus annua fit, cùm tanto honore indignum ſe fecerit. Quò venerit, ipſe viderit. (y)

XX. *Odalricus*. *ODALRICUS* exceſſit VI. Id. Decemb. die *S. Eutychiani* Martyris indict. IV. quo anno, neſcitur.

XXI. *Godeſchalcus*. *GODESCHALCUS* moritur in die *S. Valeriani* Indict. V. (z) anno, ut ajunt, MCXIII. (a) Puto, intra annum utrumque Epiſcopum eſſe extinctum, *Odalricum & Godeſchalcum*, cùm

XXII. *Wedelo*. *WEDELO*, *Widelo*, *Witelo*, annô MXCVIII. Epiſcopus vocatur. (b) Sub eo moniales aliquot S. Auguſtini ex *Overenkerken* deſumtæ intrârunt cœnobium in *Werder* (c) propè Hanoveram, à nobili & honeſto Comite (d) *Conrado de Wunſtorp* fundatum. (e) Factum hoc in feſto *S. Catharinæ* Anno MCXIV. Vixerant antea ibi Canonici *Regulares*, at propter vitam minùs religioſam migrare coacti locum reliquerunt Sanctimonialibus ex *Overenkerken*. (f) Obiit anno MCXX. indictione XIII. (g) die *Innocentum*.

XXIII. *Sigvvartus*, *SIGWARTUS*, Segewartus, nobilis Saxo, ab inferioribus ad ſublimiora gradatim adſcendens, donec anno MCXXIV. die Palmarum, præſente

(vv) hoc anno (1089) poſt obitū Reinvvardi, Mind. Epiſcopi, acerrimi catholicarum partiū propugnatoris, ab Henrico Rege vi armorum impoſitus eſt Volcmarus, qui jam antè à Pſeud. ſynodo Moguntina, vivo adhuc Reinvvardo, intrudi cœperat. Schaten. P. I. annal. Paderborn. ad ann. 1089. (x) 1094. chron. habent Mindenſ. At hoc anno (1097.) adhuc vixit, & ſubſcripſit confirmationi Henrici Regis, donationem prœdii in villa Surmeshere, Abbati Helmevvardehuſano factam, concernenti, Id. l. c. ad h. ann. (y) malè ingreſſum, deterius progreſſum, veriſimile eſt, non bene egreſſum. Kranz. L. VI. Metrop. c. 35. (z) Hos duos Epiſcopos Kranz in Metropoli denuo prætermiſit. (a) 1112. ſecundum chr. Mind. Piſtor. (b) Fidem rei facit diploma Henr. III. apud Schaten l. c. ad ann. 1098. (c) Kranz. L. VI. Metr. c. 33. perperam Verden vocat. (d) Hugo miles & Joann. dicti de Eſcherte vocant Dominum ſuum Joann. Comitem de Roden & Wunſtorp etiam nobilem & honeſtū anno 1329. Plura germanæ ſimplicitatis & modeſtiæ in titulis exempla vid. apud Meibom. in not. ad aur. bull. Andronici Imp. & in diſſert. m. hiſt. XV. (e) Lauenrodii, ſeu Rodii, Wunſtorpienſes & Limberienſes Dynaſtæ ejusdem originis & proſapiæ ſunt. Hic Conrad, tres habuit filios, quorum poſteri à diſtinctis locis, ubi ſedes habuere ſuas, denominari volebant. Qui enim Lauenrodæ è regione Hanoveræ habitârunt, Lauenrodii, qui Wunſtorpii, Wunſtorpienſes, etſi interdum etiam de Roden dici voluerint, & qui in pago Limmer, itidem propè Hanoveram, domicilium habebant, Limberienſes ſeu Limmerenſes Comites dicti ſunt. Vid. not. Meibom. ad hiſt. de Henrico Leone T. I. rer. Germ. p. 443. (f) Chr. Mind. hoc referunt ad Sigvvardum. (g) XIV. habet chr. Mind. Piſtor.

præſente Legato Apoſtolico, (*h*) conſecratus eſt ſolenniter. Contulit Eccleſiæ ſuæ multa alia inter bona centum manſos, *Heinricus* Brunſvicenſis verò largitus eſt nobis brachium S. *Gorgonii* pretioſè ornatum. Erat ſacerdos quidam in *Leveren*, (*i*) opulentus & beneficus, qui pro remedio animæ ſuæ, & ad majorem Dei gloriam, templum ibidem parochiale in monaſterium Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti commutare ſibi proponens, adiit Sanctiſſimum Dominum & licentiam abs eodem petiit. Quâ acceptâ, voto ſuo ſatisfecit, curam iſtius à ſe conſtructi cœnobii poſtea ut Præpoſitus fideliter ſuſcipiens. Quartus poſt eum Præpoſitus ex ligneo fecit lapideum. Imagines horum quatuor Præpoſitorum in memoriam ſervatæ ſunt, & ſubter eas verſus:

*Fundavi, rexi, ſucceſſi, pondera vexi.*

Anno MCXXII. *Adolfus*, Comes Schauenburgicus, in *Inſula* ſepultus eſt. Sedit *Sigevvardus* annis XX. menſ. I. dies XVI. die B. *Victoris* triumfum cantans cum victoria de hoſtibus ſuis glorioſè devictis. (*k*) Cubat in Eccleſia *Idenhuſana*, quam in honorem XI. millium Virginum de bonis ſuis paternis fundaverat.

*HEINRICVS* I. Salutaris diſciplinæ Benedicti olim Ordinis reformatio à *Joh. Mindano* primùm cœpta, (*l*) longè lateque celebrem fecerat *Bursfeldiam* ad Weſeram. Rectè igitur Fratres *Mauritiani* in *Inſula Heinricum* ex eodem monaſterio poſtulabant Abbatem. Ob prudentiam denique, devotionem & ſingularem agendi dexteritatem omnium votis Epiſcopus electus eſt. Anno MCXLI. (*m*) adminiſtrabat Eccleſiam ſuam laudabiliter, ut egregius Paſtor, amabilis Pater, & ſapiens œconomus. Sub eo duo inſignia cœnobia Diœceſ. Mind. trans Wiſaram ſtructa ſunt, *Schinna* (*n*) nimirum & *Lucca* ad Leynam. Illud Ordinis *Benedictini*, hoc reformationis *Ciſtertienſis*: illud à Comitibus de *Hallermund*, hoc à Comitibus de *Oldenburg* & *Hallermund* ſimul: illud in honorem S. *Viti* Martyris, hoc in memoriam S. *Georgii* Mart. conditum; & illud quidem anno MCXLVII. (*o*) hoc anno MCXLIII. (*p*) illius primus Abbas ex monaſterio S. *Michaëlis* in Hillesheim deſumebatur, Vir tanto honore dignus. *XXIV. Henricus I.*



(*h*) Papa Calixto, ait utrumque chr. Mind. Conf. chr. Schauenb. Lerbecc. p. m. 499. (*i*) al. Leneren, (*k*) chron. cit. ad hunc referunt reformationem VVerdenſem, quod etiam Kranz. L. VI. Metr. c. 37. Sui oblitus eod. libr. c. 33. fecit. Verùm id ſi factum, eôd. Kranz. notante, anno 1114. & Sigvvardus demum anno 1124. cœperit, errorem facilè palpabis. (*l*) vid. poſt alios chr. Bergenſ. Meib. p. 42. ſeqq. (*m*) quæ magnæ ſunt virtutis teſtimonia, ut primum de alieno monaſterio aſſumeretur Abbas, inde ex eodem monaſterio vocaretur ad regendam Eccleſiam Mindenſem, Kranz. L. VI. Metr. c. 42. (*n*) Schima Id. l. c. (*o*) chr. Mind. Piſtor. & Kranz. l. c. habent 1148. Bucelin. Germ. ſacr. P. II. p. 19. 1145. (*p*) Chr. Mind. cit. habet 1153. chr. Comit. Schauenb. Lerbecc. p. 505. 1163. Add. not. Meibom. ad idem p. 527. ſeq. Bucelin. l. c. p. 55. 1147.

dignus. (*q*) Idem *Heinricus* fratribus ſuis contulit curiam amplam in *Gehlenbeke*. Vocatus à Legatis Apoſtolicis Eugenii *III. Gregorio* & *Bernarto*, S.R.E. Cardinalibus, (qui nuper *Heinricum* Moguntinum & *Borchardum* Eyſtadienſem etiam depoſuerant,) quòd ipſe *Heinricus* Clericum aliquem oculis privari paſſus fuerat. Et cùm factum nec negare, vel excuſare poſſet, ſponte ſe abdicavit Diœceſi, reverſusque ad monaſterium ſuum *Bursfeldenſe*, ubi in pace obdormivit anno MCLIII. in craſtino S. *Potentianæ* Virginis, poſtquam Eccleſiæ *Mindenſi XII.* annis cum laude præfuiſſet. (*r*)

*XXV. Wernherus.* *VVERNHERVS*, nobilis Saxo, (*ſ*) ex Præpoſito majoris Eccleſiæ eligebatur Præſul *XXV.* Miles quidam, cujus nomen erat *mirabilis*, quòd ubique mirabilia faceret, largus & inſignis benefactor Eccleſiarum, caſtrum ſuum propè *Indaginem* convertit in capellam, eamque cum curia multisque aliis bonis pro refrigerio animæ ſuæ Monachis Benedictinis in *Inſula* dedit, qui adhuc nominant Mirabelsbroeck. (*t*) Anno MCLVIII. *Vicelinus* Hamelenſis, penultimus Epiſcopus Oldenburgenſis in Wagria, in Domino obdormivit, de Eccleſia DEI inſigniter meritus. (*u*) Quadriennio antè *VVernher* monaſterium *Schinnenſe* dedicavit ſolemniter. (*w*) Anno MCLXIV. *Adolf.* Schauenburgicus in auſtrali parte Majoris Eccleſiæ conditus eſt. (*x*) Deceſſit ipſe *Mirabilis* circa ann. MCLXVIII. (*y*) & jacet ante altare B. Virginis in majori Eccleſia versùs partem borealem. *Wernher* autem obiit anno MCLXXII. in vigilia S. *Martini* Epiſcopi, dignitatis ſuæ *XVII.* (*z*)

*XXVI. Anno.* *ANNO*, ſeu *Hanno*, Comes de *Blanckenborg*, Vir ſincerè devotus, cujus ſumma cura ſtudiumq; fuit in colligendis reliquiis Sanctorum, quò damnum aliquatenus repararet, ex terribili incendio ſub *Engelberto* illatum. Longè latèque conquiſivit eas pro patrocinio & ornamento Eccleſiæ ſuæ, multasq;

ex

(*q*) Num Benno fuit? quo de aut. chron. monaſt. S. Mich. in Hildesh. edit. Meibom. T. II. rer. Germ. p. 519. ita: Vir fuit multæ prudentiæ & providus, in conſiliis juſtus, in judicio à dextris & ſiniſtris: quicquid verbis monuit, hoc factis adimplevit, denique poſt multarum virtutum inſignia alibi cum honore ſublimatus circa ann. 1144. (*r*) Kranz. l. c. cum duobus chron. Mindenſ. habet ann. 1156. Schaten. verò l. c. ad h. ann. cum Buſſone noſtro ſentit. (*ſ*) duo chron. Mind. cum Bucelin. l. a. p. 31. a. VVilhelmi Imp. conſangvineum faciunt. Quod vero Kranz. L. VII. Metrop. c. 6. exploſit, magno cum genere ortum pronuncians, vel ex Conradi, ſeu Friderici Impp., vel ex Saxonico genere, ut Lotharii Imp. fuerit propinquus. (*t*) Sequitur Buſſo utrumque chron. Mind. quæ etiam ad VVernerum hunc mirabilem referunt. At chron. Schaumb. cit. p. 499. ait: VVidelonem Epiſcopum anno 1120. capellam iſtam in honorem S. crucis & Ægidii Abbatis conſecrâſſe. Quod ſi ita ſit, fallunt utique Buſſo & chron. iſta. (*u*) vid. chron. Lubecenſe Crummedyck T. II. rer. Germ. Meibom. p. 394. & chr. Slav. L. I. per tot. ferè, nec non chron. Epiſcop. Oldenburg. Evermodi, (*vv*) chr. Mind. Piſt. habet ann. 1150. (*x*) Sanctâ devotione inter altare S. Matthæi Apoſtoli & B. Catharin. Virg., quod ipſe fundârat, in octavâ SS. Petri & Pauli, Lerbeck. in chr. Schaumb. & chr. Slav. L. II. c. 5. (*y*) Chr. Mind. Piſt. habet 1167. (*z*) Kranz. l. c. 1167. Bucel. l. a. 1160. Verùm anno 1168. in lit. donationis Flechtorpienſis cœnobii teſtes inter reperitur. Schaten. P. I. annal. Padeborn. ad h. ann. cui igitur cum Buſſone 1172. placet, non ſequens, ait chr. Mind. Meib.

ex Saxonica expeditione propè Brunſwich attulit. (a) Dedit *Heinricus Leo* cu-
riam in *Lothen* cum omnibus pertinentiis, & brachiũ *S. Gorgonii.* (*b*) Primo
Pontificatûs ſui añô Eccleſiam *Honrodanam* in honorem SS. Petri & Andreæ
Apoſtolorũ ſolemniter conſecravit. Idem capellam cũ caſtro veteris montis
*Pückeburg* à Comite de *Werſen* Sanctimonialibus in *Overnkercken* contulit.
(*c*) præterea, cùm ſciret *Anno*, magnam copiam reliquiarũ ſervari in Corbeia,
petiit aliquot à *Conrado*, religioſo Abbate, qui etiam varias miſit, prout literæ
utriusque indicant.

*Anno*, Dei gratiâ, Epiſcopus in *Minden*, Rev. Abbati totiq; Congregationi
SS. Martyrum *Stephani* & *Viti* in *Corbeia*, ſalutem & gratiam in Domino ſem-
piternam. Noverit caritas veſtra, Dilecti Fratres, quàm irreparabile damnum
Eccleſia noſtra ex incendio ſub Anteceſſore meo bonæ memoriæ *Engelberto*
paſſa ſit, in quo non tantùm omnia ornamenta, cleinodia, & donaria, ab ipſo
fundationis tempore fideliter cuſtodita uno die perierunt: ſed (quod magis
dolemus & deflemus) tot Sanctorum reliquiæ nunquam *reparandæ.* Magna
profectò jactura. Cùm ergò nos damnum hoc aliqualiter reſarcituri paterna
cura ſollicitè ſtudeamus, & compertum habeamus, magnum rarumq; theſau-
rum in veſtra poteſtate eſſe, amicè rogabimus, ut ad excitandam majorem de-
votionem, Eccleſiæ ornamentum, damniq; noſtri levamentum, aliquot nobis
elargiri dignemini. Laudabimus hanc benevolentiam, & grati erimus, quo-
cunque poterimus modo, ſiquidem caritatem veſtram ex animo diligimus.
*Mindin* anno Domini MCLXXXIII. ipſo die *S. Mauritii* & ſociorum Mart.

Reſponſum *Conradi* hoc eſt:

Ego *Conradus* indignus Abbas Monaſterii *S. Stephani* & *Viti* Martyrum
in *Corbeia* cum tota Congregatione à Deo mihi comiſſa Venerabili patri, Do-
mino *Annonj*, S. Eccleſiæ in *Mindin* Epiſcopo devotiſſimo, ſalutem & gratiam
& benedictioné in Domino, nec non obſequia noſtra in vera humilitate ſem-
piterna. Quamvis eôdem lamentabili casû non ſemel omnia noſtra deperdita
ſint, multasq; Sanctorum reliquias vorax flamma nobis abſtulerit, ne tamen
tam amicis precibus & honeſto deſiderio Venerabilis paternitatis veſtræ
ullo modo deeſſe videamur, per dilectum Fratrem & Præpoſitum noſtrum

(C) 3 *Meyn-*

(a) Anno 1180. (b) chr. Mind. Piſt. Sigevvardo, Meib. Annoni tribuit, chr. Schauenb. ad
ann. 1169 refert, adductâ causâ. (c) Lerbeck l.c. ſic: anno 1172. Præſul Mind. Eccleſiam villanam in
Honrode, ex oppoſito caſtri Schavvenburg olim Harode dicta, à conſtructione ejusd. caſtri, à ſitu Hon-
rode nominatum, anno tertio in honorem B. Petri & Andr. Apoſtolorum conſecravit. Hic Præſul ex
Comitibus de Blankenborg ortus capellam & caſtrum veteris montis Bukeborg cum omnibus ſuis at-
tinentiis à Thidrico, Comite de VVerbende, LXXX. marcis datis, de conſenſu FF. ſuorum Sigfridi. Brem,
ArchiEpiſcopi, Bernardi Ducis Sax., Ottonis, March. de Brandenborg, monaſterio Overnkercken, ob
reverentiam Virg. B.. & ut ejusd. cœnobii moniales habentes vitæ neceſſaria, ſe in monaſterio conti-
nerent, Domino fideliter ſervientes comparat, & perpetuis temporibus aſſignat anno 1170. ind, 13. Ca-
ſtrum Honrode Conrad Comes de Rothe ædificavit. Arn. Lubec. L. I. c. 10. Si verò Lerbek per
ann. tertium Præſulatûs Annoniani annum intelligit, errat. Hic enim foret 1175. Tidricus de VVer-
bende, eſt Comes de VVerben, non VVerſen, ut Buſſo vult. Annus aſſignationis 1170, etiam ſuſpectus
eſt, cùm eo tempore Anno non ſederit.

*Meynhartum* obſequioſè mittimus portiunculam de *S. Albano* & *S. Genofeſa*, de *S.Kalixto*, de *S.Colomanno*, de *S. Eriberto*, de *S. Florentia* & *S. Materniano*, de *S.Stephano* noſtro, Archi-Epiſcopo & Martyre, dimidium brachii, dentem de *S. Anſgario* noſtro, & portiunculam coſtæ *S.Bonifacii*, non dubitantes, quin efficax horum Sanctorum apud Deum interceſſio Eccleſiæ veſtræ valde ſit proficua. Ego verò cum conventu meo Venerandæ Paternitati V. me commendo, Deum ſupplicans, ut gratiâ & benedictione ſuâ Eidem aſſiſtat in perpetuum. In Corbeia noſtra Anno Domini MCLXXXIII. die SS.*Coſmæ* & *Damiani* Mart.

Et ſanè operâ *Annonis* Eccleſia multùm ditata & dotata eſt. (d) Multa etiam pretioſa ornamenta contulit *Oda* de *Blankenberg*, proba anima. (e) Notabile, reliquias B.*Mariæ Magdalenæ* tot inter exuſtas manſiſſe illæſas. Quo miraculo Canonici noſtri Majores commoti in argenteo capite eas devotè poſtea collocabant. Quod dum cerneret *Bruningus* de *Eugelingborſtel*, (f) Decanus eorum, irreverenter & pollutis manibus tangens eos, ſcopticè & contumelioſè dixit: *ergone ob iſtud officulum tantæ fieri debebant expenſæ?* ſubitò autem puſtula magnitudine nucis majoris (g) in dextra ſua magna cum inflammatione & intolerabili cruciatu prorupit, ut ad amentiam ferè redactus ſæpius exclamârit: *S. Maria Magdalena miſerere mei! ah miſerere mei! tuam enim promerui vindictam. Sed miſerere mei! nuncupabo tibi votum nunquam pænitendum.* Contaminaverat ſe priori nocte cum muliere, quod ipſe faſſus eſt, & Deum irritârat in ſancta ſua, quod ulciſci voluit vindex ſcelerum. *Fridericus I.* Imp. paci Eccleſiarum inter graviſſimas bellorum tempeſtates providere cupiens & intendens, eas præſertim, quas ſibi devotiores & Imperio ad ſerviendum promtiores cognoverat, plus ceteris honorare voluit & debuit. Inde eſt, quòd Eccleſiam *Mindenſem*, quæ devotum obſequium cum ſincera & devota fidelitate hactenus ei exhibuerat, favorabili & ſereno gratiæ ſuæ affectu amplexabatur, pro rogatu & voluntate fidelis dilectique ſui *Annonis*, cogente rigore juſtitiæ, Majeſtatis ſuæ auctoritate diſtrictè præcepit, ne ullus Comes ſeu advocatus, nobilis ſeu miniſterialis, ſervus aut liber, Canonicis in domibus & areis clauſtralibus & ſacerdotibus, inq; domibus & areis dotalibus aliquas omninò injurias irrogare præſumat, & ne aliquis ex his, quos prætaxaverat, in prædictis domibus & areis aliquid ſibi juris addicat. Violatorem hujus præceptionis reum Imperatoriæ Majeſtatis conſtituit. Et ne quis putet, quòd in hac tam rationabili quàm neceſſaria pacis Eccleſiaſticorum roboratione ſteterit pro ratione voluntas, & magis *inſtantia* & *præſentia Epiſcopi*, quàm *juſtitia* valuerit, hoc conteſtando ſcripſit Imperator, quod prædictam ſententiam *Endericus*, Marchio de *Luſitz*,

(d) recenſent aliquot reliquias chron. Mindenſia, (e) dicet ea tibi chron. Mind. utrumque, (f) Engelingheber, chr. Mind. Meibom. (g) Id. chron.

*Luſitz*, (h) in palatio regio apud *Cremonam*; approbantibus eam Imperii Principibus, ediderit. Obdormivit in Domino pius Anno MCLXXXV. (i) in craſtino S. *Valentini* Martyris, Pontificatûs ſui XIV. relinquens piæ poſteritati glorioſum ſanctitatis nomen. (k)

B. *DITHMARUS*, Antiſtes ex voto ſalutaris. (l) Die Paraſceves ſacris finitis, ob reverentiam Dominicæ paſſionis, ſolâ *aquâ* & *pane* contentus eſſe volebat. Aqua verò à miniſtris allata in manu Pontificis geminâ vice commutabatur in *vinum*. Putans igitur, ſe falli à famulis, ipſemet abiit & hauſit, verùm *purum vinum* erat. Miratus igitur benedictionem divinam cum gratiarum actione bibit, Dominumque in donis ſuis glorificavit. Ipſe coëlegit *Ottonem IV.* Imperatorem. (m) Et ſub eo detectæ ſunt *argentiſodinæ* in Diæceſi ſua. Quæ cùm ad regalia Imperialia abſolutè pertineant, *Heinricus VI.* Imp. ex ſingulari gratia Eccleſiæ *Mindenſi duas* earundem *argentiſodinarum* partes, cum omni fructu & perpetuo jure rationabiliter inde provenienté, donavit, *tertiam* verò partem totius *argentiſodinæ* & totius fructus, ſeu juris exinde provenientis, ſive ex DIVINA, quæ in aliis locis recipi ſolet, (n) ſeu ex jurisdictione, vel judicio, vel alio quocunque modo proveniat, ſibi reſervans. Quo in loco autem repertæ fuerint, hariolari non licet. (o) Quamprimùm tamen Rex de iis audiret, ad Epiſcopos & Comites omnes in Diæceſi *Mindenſi*, *Oſſenbrugenſi* & *Padebornenſi* ſcripſit, notumque fecit, ut quoniam omnis *argentiſodina* ad jura ſua Imperii ſpectet, & inter regalia Cæſarea computata ſit, nullus in hac quid juris ſibi ſumeret, niſi à liberalitate regia valeat ſpecialiter impetrare. Mandat igitur omnibus & ſingulis, ſub obtentu gratiæ ſuæ præcipiens, ut nullus eorum ſe de prædicta *argentiſodina* intromittat, nec aliquid juris ſine ejus licentia in ea uſurpet. Dat. apud *Nonnenſtein* XII. Kal. April. Idcircò miſerat cum hoc mandato *Puntium* & nuncium ſuum fidelem, qui de iſta *argentiſodina* ordinaret & diſponeret, prout *Heinrico* videbatur expedire. Et ad remotionem omnium litium tradiderat ſimul *Puntio* ſuo donationem Eccleſiæ noſtræ factam. Sic Cæſar duas partes *Mindenſibus* donavit, tertiam verò ſibi totaliter & integrè reſervans. Si quis hoc conceſſionis & confirmationis præceptum violaverit, centum libras auri ſolvat, medietatem Cameræ Imperiali, alteram Eccleſiæ *Mindenſi*. Teſtes fuêre *Heinricus* de

XXVII. B. Dithmarus.

(h) Luſatia (i) 175. habet Bucelin. l. c. (k) Idem l. c. vocat eum Virum Deo dilectum & ſanctum. (l) Vir ſanctiſſimus & miraculis clarus. Schaten l. c. ad ann. 1189. & omnium Virtutum ornamentis conſpicuus. Id. ad ann. 1206. (m) Meibom. T. III. rer. German. p. 120. dabit diploma. (n) quid autem vox *divina*? quam non tantùm Collector privilegiorum Mind. à Piſtor. edit. p. 743. ſed etiam Goldaſt. T. III. conſtit. Imperial. p. 362. & alii, quotquot iſtum locum citant, retinuêre. Scribendum potius *decima*. Hæc enim in aliis locis recipi ſolet. (o) dicit quidem. Schaten. l. c. ad ann. 1189. quà et Teutonicos montes ſe explicat ad fines Oſnabrugenſis & Paderbornenſis Epiſcopi. Quæ an tibi ſufficiant, neſcio.

de *Nenneſſen*, *Arnold* de *Hornebert*, *Hunifred* de *Falckenſtein*, *Heinricus* de *Litt*, Camerarius *Walterus*, Comes de *Sano*, *Godeboldus* Comes *Senegalienſis*, & alii. Dat. apud *Nonnenſten* anno MCLXXXIX. indict. VIII, XII. Kal. April. *Simon*, Præpoſitus majoris Eccleſiæ, & *Ditmari* Epiſcopi conſanguineus, in honorem S. *Martini* fundat (p) monaſterium monialium *Neudorpii* (q) Ordinis D. Benedicti. (r) Alius Præpoſitus, nomine *Ramvvardus*, circa annum MCCVI. fundavit in urbe Eccleſiam *Collegiatam* in memoriam S. Joh. Baptiſtæ. Et *Iko*, majoris Eccleſiæ Decanus, Eccleſiam S. *Simeonis* à Noſtro anno MCCXIII. conſecratam. (s) Sub eo orti ſunt in urbe FF. Prædicatores Ordinis D. *Dominici*. Alii primordia Comitum *Hojenſium* ad hujus tempora reducunt. (t) Sedebat annis XXI. menſ. IV. & totidem diebus. Vitam finiit anno MCCVI. in vigilia *S. Thomæ de Aquino*. Jacet retrò altare *Petrinum* in templo noſtro cathedrali.

XXVIII. *Henricus II.* *HEINRICUS II.* an ſucceſſerit circa annum MCCIX. & triennio poſt deceſſerit, non adeò liquet. Poſterius equidem facilè crediderim, (u) at prius dubium eſt. Puto, eum obiiſſe anno MCCIX. Ceterùm nihil reperitur de eo in faſtis noſtris, niſi quod ad præbendas fratrum decimam *Biſchopshagæ* contulerit. Eſt tamen memoria ejus in benedictione. (vv) Symbolum ipſius: SIMPLICITER, quo de *Petrus Yſenkop* ita:

> Simpliciter *qui cuncta facit, bene ſingula fecit*;
> *qui bonus, eſt raræ* ſimplicitatis *amans.*
> *Sublimes animæ modò* ſimplicitate *probantur*,
> *qui non eſt* ſimplex, *magnus is eſſe nequit.*
> *Tu* ſimplex, *Heinrice, probus rectusq; fuiſti*,
> *qui bene vult, vivat, vivere*, SIMPLICITER.

XXIX. *Conradus I.* *CONRADUS* I. Comes *Dipholdanus*, caſtrum *Reinbergenſe* anno MCCXIII. exſtruxiſſe dicitur. Condiderat Epiſcopus *Mindenſis* in ſua Diæceſi celebre Virginum monaſterium reformationis Ciſtercienſis in *Biſchoprode* prope *Greuen alveshagen*, quod ſub *Conrado* (x) modò per *Adolfum Schauenburgicum* transfertur in oppidum *Old-Rinteln*. Habitus monialium tunc

(p) at non circa ann. 1180. ut Bucel. P. II. Germ. ſacr. p. 64. a. vult, (q) non Nendorp Kranz. L. VII. Metr. c. 18. (r) ipſe hoc faſſus erat Bucel. P. I. l. d. p. 31. a. & tamen P. II. p. 64. a. ſcribit, ſe nondum comperiſſe, cujus ordinis fuerit. (s) ſi autem ann. 1206. obiit, qui conſecrare potuit anno 1213? (t) chr. Schauenb. cit. p. 508. initium horum Comitum refert ad ann. 1230. Bucel. ſui prorſus immemor ad tempora noſtri Ditmari circa ann. 1226., quem tamen ann. 1206. extinctum dicit. Sed annon Walter., Comes Hojanus, erat Dux bellicus Henrici I. contra Hungaros. Ejus frater Henric. interfuit ludo equeſtri Magdeb. ann. 939. Erneſt. Trevirenſi ann. 1019. Henric. Hallenſi in Saxon. ann. 1042. VVilhelm. Göttingenſi ann. 1119. ut alia hic non cumulem. (u) aſſerente etiam Bucel. l. c. (vv) à Kranz. in Metrop. hic prætermiſſus, fortè quòd triennio tantùm ſederit, judicio Schatenii P. I. annal. Padeb. ad ann. 1206. (x) tetus Kranz. L. VII. Metr. c. 42. ab ipſo Conrado fundatum eſſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tunc erat *niger* (y) Ord. S. Auguſt., at tranſpoſitæ poſtea circa annum MCCXXX. in *Nuvv-Rinteln albâ* utebantur veſte, (z) ad regulam S. Benedicti converſæ, multumque dotatæ ſunt ab *Adolfo*. (a) Qui tria fundavit monaſteria, duo *Hamburgi*, unum in honorem S. *Joh. Bapt.* & Evangeliſtæ Ord. *Prædicatorum*, alterum Ord. *Minorum* in honorem S. *Mariæ Magdalenæ*, tertium *Kilæ* etiam ſub regula S. *Franciſci*. (b) Anno MCCXV. clauſtrum *Marienſée* de villa *Todenhuſana*, jubente *Bernarto*, Comite *Wölpenſi*, transfertur. Vixerant olim in monte *Wedegonis* ad S. *Margaretham*, poſtea venerunt *Todenhuſium*, & poſt biennium ferè, propter multas incommoditates, eum ad locum, ubi adhuc ſunt. (c) Anno MCCXXII. interfuit *Conradus* conſecrationi templi *Marienfeldenſis*: anno MCCXXXVI. ipſo die converſionis S. Apoſtoli Pauli FF. Prædicatores habitaculum ſuum acceperunt *Mindæ*, primò quidem apud S. *Johannem*, poſtea in platea Bitebullenſtrate dicta, ubi puteum foderunt, qui deinde eremitis Auguſtinianis ceſſit. Tandem miles de *Belterzen* iis aream quandam inhabitandam dedit. (d) Præfuit *Conradus* annis XXVII. eô, quem jam dixi, ſeu tamen ſequente, ſepultus. Quieſcat in pace!

*WILHELMUS* caſtrum *Nieuhus* exſtruxit, vitâ defunctus circa annum Domini MCCXLIII. (e) Sedit VI. ferè annis. Symbolum ejus: *CAUTE*, quod ita expoſuit *Balthaſar Dünkler*: XXX. *Wilhelmus*.

*Vivimus hic inter baſiliſcos atque leones,*
*nec ibi tantillum* dextra fidesque *valent.*
*Ejecta eſt pietas, pax nulla: modeſtia, candor,*
*crede mihi, vox eſt, prætereaq; nihil.*
Cautè *igitur*, cautè: *fiat tua teſſera*: cautè;
cautè, *vel* caudam *non bene* caute *trahes.*

*JOANNES*, Comes Diepholdanus, (f) Vir moribus, auctoritate, & ingenio gravis, (g) conſtitutus in præſentia *Conradi* Suevi, Divi Auguſti Imp. *Friderici* II. F. Rom. Reg. & Regni Hieruſalem heredis, per ſententiam inquiſitam obtinuit coram eo, quòd omnia ſibi jure vacarent officia, ad Epiſcopatum pertinentia, præter illa quatuor principalia, quæ ſecundùm conſtitutionem generalem & communem juſtitiam ſunt excepta. Præterea ei- XXXI. *Joannes*.



(y) griſeus Ord. Ciſterc. ait chron. Schauenb., cum Buſſone tamen facit chr. Mind. Meibom. (z) Viderat enim Adolf. in ædificatione hujus monaſterii XII. operarios albis ſtolis indutos. Et hinc mutatio habitus, chr. Mind. Meib. & chr. Schaumb. cit. (a) dedit enim XIV. manſos & molam oppidò adjacentem, cum vado, nec non ſylvam ad LXVI. manſos Egvvord (Echtwort/ſeu Achtwort) dictam. chr. Schauenb. cit. (b) id. chron. addit cœnobium monialium in Reinebeke. (c) chron. Mind. referunt hoc ad Henric. II. (d) chron. Mind. utrumque, vid. tamen ſuprà hiſt. Dietmari. (e) Kranz. L. VII. Metr. c. 51. habet 1242. chr. Mind. Piſtor. & Bucel. l. c. p. 31. a. 1244. (f) ita etiam Bucelin. l. c. quod neſcivêre duo chron. Mind. & Kranz. L. VIII. Metr. c. 6. qui ideò dicit: undecunque natus. (g) Vir præſtans, Id. Kranz. l. c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dem conceſſit poteſtatem duo conſtituendi oppida, quæ vulgò *Wichbelder* appellantur, ubicunque eadem in ſua Diœceſi duxerit conſtruenda: donavitque eidem libertatem in altero illorum oppidorum *gravem monetam* cudendi, ſine gravi præjudicio juris alieni. Dat. apud *Hagen* tertio Julii indict. XV. Ipſe conſtruxit tres turres in novo caſtro. Sunt, qui eum conditorem *Reineberga* faciunt, (h) quam gloriam ſuprà *Conrado I.* dedimus. Medietatem *VVunſtorpii* cum omnibus pertinentiis pro ducentis marcis acquiſivit. Fundatur ſub eo abs *Heinrico*, Comite *Oldenburgico*, monaſterium Virginum congregationis Ciſtercienſis *Vlote* in Diœceſi ſua, (i) aliàs *Vallis benedicta*, ſeu *benedictionis* dictum, translatumque poſtea *Rhemam*, & demum *Valdorpium*. Rexit annis X. (k) uſque in annum MCCLII. Jacet in Eccleſia S. *Martini* retrò altare Simon. & Judæ Apoſtolorum. Symbolum ejus: *SVRSVM!*

Surſum *oculi, ut videant Domini magnalia magna,*
*averte à vanis rebus eosq́; procul.*
Surſum *verte manus ad montes ter benedictos,*
*unde ſalus tibi, ſpes, auxiliumq́; venit.*
Surſum *corda, quid in terris affixa jacebunt?*
*qui Domino purum cor dedit, omne dedit.* A. Schepel.

XXXII. *Wedechindus I.* *VVEDECHINDVS* I. Comes de *Hoja*, conſanguineus & Capellanus *VVilhelmi* Batavi Cæſaris, (qui *nobilitatem generis, morum honeſtatem, & alia laudabilia merita* Wedechindina valde commendat,) erat bonus Paſtor & laudabilis Princeps, ex Præpoſito majoris Eccleſiæ electus anno MCCLIII. ùt diploma *VVilhelm.* teſtatur, quo Rex ſemper Auguſtus honorabilibus Viris Decano & Capitulo, Miniſterialibus, infeudatis vaſallis, & omnibus Eccleſiæ *Mindenſis* notum facit, quòd cùm Venerabilis *VVedechindus* in Epiſcopum & Paſtorem ejusdem Eccleſiæ unanimiter electus ſit, ne bona ejusdem Eccleſiæ, quam in ſuam & Imperii protectionem recepit ſpecialem, hoſtili lacerentur incurſu, & improborum inſultibus diſſipentur, ſe Regalia & adminiſtrationem bonorum temporalium ipſius Eccleſiæ de benignitate Reg. Maj. ei concedere, ut tanquam *Princeps Imperii* bona ejus adminiſtraret, ordinaret & diſpenſaret, prout melius ad utilitatem ipſius hæc videbitur expedire, ſuprà dictis Clericis, Miniſterialibus & Vaſallis regiâ auctoritate firmiter præcipiens, ut ei tanquam Epiſcopo & Principi ſuo in omnibus pleniùs intendant & obſequantur, ſub pœna centum marcarum. Dat. Brunſvvig VI. Idus Sept. A.C. MCCLIII. Illuſtris Vir, *Albertus*, Dux Saxoniæ, *Comitiam* liberorum in *Steinvvede*, *Haddenhuſen* & *Borchere*, (l) quam à Cæſare & Im-

(h) vid. utrumque chron. Mind. (i) non Clotavv Kranz. l.c. qui plura de eo, (k) XI. habet chron. Mind. Meib. ex Piſtorian. X., menſ. VII., ſeptiman. II. & totidem dies. (l) Beſchere vocat chr. Mind. Piſtorian.

& Imperio in feudo tenebat, petente *VVedechindo* Epiſcopo, reſignaverat. Igitur *VVilhelm* Imp. piis Epiſcopi ſupplicationibus inclinatus, ipſam reſignationem ratam habens & gratam, prædictam *Comitiam* eidem Epiſcopo & Eccleſiæ ſuæ conceſſit feudi titulo jure perpetuo poſſidendam. Cujus rei teſtes ſunt *Veylis* H. Spirenſis Princeps & Cancellarius, *VVernerus* de *Bollandia* Dapifer, & Magiſter *Arnold*, Proto-Notarius Regalis Aulæ, A. Comes de *Waldeck*, *Heinricus* Comes de *Selmesze* & alii plures. Dat. ſub Sigillo Majori in caſtris in depopulatione Weſtfriſiæ XV. Kal. Jun. indict. XII. AC. MCCLIV. Ajunt alii: (m) *Joannem* & *Gerardum* Fratres, Comites Schauenburgicos, Comitiam hanc *Wedechindo* noſtro pro DCCC. marcis examinati argenti (n) vendidiſſe anno MCCLXVIII. (o) *Steinvvede* inſignis dynaſtia ſeu Comitatus in Diœceſi Mindenſi inter Præfecturam *Radam* & *Diepholtium*. (p) Et ſanè aliquid juris habuerint *Schauenburgici* in hoc dominium, ùt *Diepholdiani*, qui ideò Epiſcopum in poſſeſſionem jam immiſſum variis modis afflixerunt. Cùm verò marcæ iſtæ DCCC. in Camera theſauraria non præſtò eſſent, mutuatæ ſunt alibi DX., quas tempore *Cunonis* aliquot cives Dynaſtiæ iſtius *Steinvvedenſis* ſolverunt, & in præmium liberalitatis ſuæ libertate donati ſunt, ut adhuc dicantur liberi die Fryen. Pro hypotheca poſtea hæc *Comitia* data eſt *Heinrico* Comiti *Oldenburgico*, vulgò Bogener, ſeu *humilis* dicto, pro ſex millibus marcarum. Idem *Wedechindus* Hamelam noſtram, à Carolo M. cum omni vectigali & capitum cenſu Eccleſiæ Fuldenſi donatam, cum omni jure ſuo & advocatia pro D. marcis (q) puri argenti Coloniæ ad Rhenum perſolvendis, à monaſterio Fuldenſi, ſedente *Heinrico* IV. de *Ehrtell*, Abbate anno MCCLIX. emit. Advocatiam verò iſtam tàm oppidi quàm Eccleſiæ Hamelenſis, quæ XXX. annis vetuſtior eſt Mindenſi, *Otto Everſteinius* jure homagii à Fuldenſibus hactenus poſſederat. Hinc cùm Comes & cives Hamelenſes aſſenſum ſuum denegantes contractui ſeriò contradicerent, *Wedechindus* noſter ad arma ſuos vocans, multisq; cæſis Hamelenſibus, reliquos refractarios ad villam parochialem *Sedemund* animosè devicit, captosq; cum Comite *Everſteinio* Mindam abduxit (r) die S. *Panthaleonis* anno MCCLXI. quo memoria occiſorum celebratur in Eccleſia Hamelenſi. Verùm Hamelenſes *Alberti* Brunſvvicenſis opem & protectionem implorantes, per Eum Eccleſiæ *Mindenſi* magna fecêre damna, incendia,

 rapi-

(m) vid. Lerbeck. chr. Schaumburg. p. 513. (n) Id. chron. habet MCCC. marc. (o) at anno 1261. obiiſſe dicitur in utroque chron. Mind. (p) quod ignoravit Hamelman in tr. de famil. emorr. (q) ducentas habet Lerbeck. (r) quid Arnold. Lubecenſ. l. II. chr. Slav. c. 28. de Epiſcopis belligerantibus ſentiat, tute videas, ſi vacat & placet.

rapinas, donec ex captivitate ſua dimitterentur. (s) Notandum hîc, ne fiat confuſio, quatuor fuiſſe fratres *Everſteinios* cis Rhenanos, inter *Baſileam* & *Oppenhemium*, *Fredericum*, *Ottonem*, *Ludolfum* & *Joannem*, Fautores Eccleſiæ Hamelenſis, cujus ſenior Canonicus & Theſaurarius tunc erat *Fredericus*, poſtea à Capitulo Hamelenſi electus Præpoſitus. Cùm verò Fuldenſes electionem hanc impugnarent, pacis amans ultrò ipſe in manus Abbatis Fuldenſis anno MCCXXIV. reſignavit, acceptâ tamen à Fuldenſibus aliâ Præpoſiturâ. Fratri ejus *Ottoni* autem advocatiam Hamelenſem jure homagii contulerunt. Vendidit verò Fuldenſis hanc ſuam civitatem, muris, foſſis & turribus bene tunc munitam & florentem, ob loci diſtantiam, & potentum quorundam nobilium malitiam, qui ſemper vexantes ſubditos multas movebant turbas & rixas. Amicitiâ demum rurſus firmatâ inter *Mindenſes* & *Hamelenſes*, hanc prærogativam obtinuit *Hamela* noſtra, ut *ſecundaria* ſemper eſſet & maneret poſt cathedralem *Mindenſem* Eccleſiam, ob reverentiam antiquitatis, & quòd nullus Prælatorum Eccleſiæ *Mindenſis* aliquam jurisdictionem in ea habeat unquam, ſed immediatè ſubſit Epiſcopo, denique ut bona ejus libera ſint abs omni *Advocatia* moleſtia & impetitione. Idem *Wedechindus* Ducem Lunæburgicum cum confœderato ſuo Comite *Wünſtorpenſi*, civibus Mindenſibus fideliter ſervientibus Epiſcopo, fortiter proſtravit, cujus rei teſtimonia dabunt vexilla hoſtium in templo majori ſuſpenſa. In obſequii & fidei ſuæ præmium *Mindenſes* acceperunt ſilvam ampliſſimam, ab Epiſcopo Minderwald dictam, cum omni jure & proprietate. Anno MCCLX. templum S. *Pauli* FF. Prædicatorum unà cum Germano ſuo *Gerarto*, Ferdenſi Epiſcopo, & *Heinrico* primo Oſilienſi Epiſcopo ſolemniter conſecravit. Eodem anno, ad exemplum *Johannis*, indulgentias largitur Eccleſiæ S. Petri perpetuas in *Hüxari*, quæ viciſſim donavit ei reliquias S. *Pauli* eremitæ. (t) Obiit laudis & gloriæ plenus anno Domini MCCLXI. in vigilia B. *Matthæi* Apoſtoli, Pontificatûs ſui VIII.

XXXIII. *Cuno*, *CUNO*, (u) Comes *Diepholdanus*, (vv) devotus Pater, turbulenta vidit tempora, ille tamen Domino vias ſuas commendabat, & ipſe etiam fecit. Sub eo *Wedechindus de monte*, Eccleſiæ Mindenſis Advocatus, monaſterium Vir-

(s) fuſiùs hoc perſequitur Joann. de Polde, ſenior Eccleſ. Hamelenſ. in chr. ſuo Hamelenſi T. II. rer. Germ. Meibom. p. 515. ſeq. rem verò aliter narrat Letzner L. III. chron. Daſſel. c. 3. (t) vid. chron. Höxar. Viſſelbecc. ad ann. 1260. Joann. verò Diepholdanus ann. 1250. monaſterio in valle Dei, non Hüxariæ, indulgentias dedit. H. Svvart. in chr. Vallis Dei ad h. ann. (u) Cono & Como, vid. not. Meib. ad chr. Schauenb. p. 535. (vv) quod neſciit Kranz. L. VIII. Metr. 27. ſubſtituens ſolenne ſuum: undecunque natus. Alii ex gente militari de VVeiga (nôn Wepe, ùt Bucel. l. c. ſcribit) Diœceſ. Bremenſ. deducunt. Vid. chr. Mind. Meibom. Ex illa erat Engelbert., Epiſcopus Oſnabrug.

Virginum in *Loden*, Ord. Dominic. fundavit & dotavit. (x) Sedit annis *IV.* & menſ. V. Deceſſit anno MCCLXV. in feſto *cathedræ S. Petri.* Symbolum ejus: *poſt fletum lætum*; in quod rurſus *Petrus Yſenkop* ita:

*Poſt fletum* lethum *veniet, benè, ſi modo* lætum,
*Eſſe nequit* lætum, *ſi mala vita fuit.*
*Dum vivis, morere, & vives nunquam moriturus,*
*Vita tibi mortem, quam cupis ipſe, dabit.*
*Gaudia ſi fuerint lacrymæ & ſuſpiria, tandem*
*Poſt* fletum lætum lethum *erit in Domino.*

*OTTO I.* monachus Ord. *Prædicatorum*, obſcuræ gentis homo, natus in oppido *Stendalienſi.* Num per altercationes Capituli, aut ex ſpeciali providentia curiæ Romanæ ad hoc faſtigium conſcenderit, dubium ferè eſt. Prius tamen ajunt noſtrates, quod credo. Bonus alioquin & religioſus erat, (y) ad regimen verò tantæ Eccleſiæ non ſatis aſtutus. Interim bene præfuit. Cumprimis Ordinis ſui Sociis, qui primum capitulum *Mindæ* ſub eo habebant, multa ſpecioſa privilegia ex curia Romana acquiſivit, quod ante eum *Wilhelmus* & *Wedechindus* etiam fecerant, iisque domum ante cœmiterium eorum versùs Orientem jure perpetuo donavit, & Canonicis ſuis bona *Bordesenſia* in perpetuam memoriam ſui. Ipſe pontem ſuper *Weſeram* fieri curavit, murumque iſtum à privatis Canonicorum locis usque ad Weſeræ portam, quæ magna comoditas eſt. Caſtrum *Reineberg* à Comite *Diepholdano* violenter & injuſtè occupatum ſuæ Eccleſiæ reddidit. (z) Annô MCCLXXIV. *Gerartus*, Holſatiæ Comes & in Schauenburg, bona in *Geinhuſen*, quæ de Epiſcopo in feudo tenebat, reſignabat. Cujus rei teſtes adducuntur *Otto*, Mindenſis Eccleſiæ Præpoſitus, *Conradus* S. Joh. ejusdem civitatis Præpoſitus, dictus de *Wardenberg*, *Arnoldus* Cuſtos dictus de *Schynna*, *Wedego*, Præpoſitus S. Martini, *Ludolf* de *Wunſtorpe*, *Borchard.* de *Welpe*, Comites, & alii fide digni. (a) Sedebat annis ferè *VII.* & obiit anno MCCLXXV. in octava *S. Martini* Epiſcopi. Symbolum ejus: *Juſtus ùt Palma*; quod ſic exponit *A. Schepel.* XXXIV. *Otto* I.

*Impius ùt laurus*, modico quæ tempore floret,
Et latè ramos explicat illa ſuos.

 Cras,

(x) Vid. chron. hujus monaſterii edit. à Meibom. T. II. rer. Germ. p. 526. ſeqq. (y) Vir per omnia laudabilis, cujus memoria propter multa ejus opera commendabilia in benedictionibus dulcedinis permanebit. Chr. Mind. Meib. Hoc unum inter mirabilia numerat Krantz. L. VIII. Metrop. c. 42. quòd Viri militaris generis admiſerint fratrem de ordine mendicantium. (z) Sagacitate & prudentiâ ſuâ. Id. chron. (a) Vid. Meibom. not. ad chr. Schaumb. p. 540.

Cras, ſi præterεas, totam periiſſe ſtupebis,
Nec mihi monſtrabis, quo ſtetit illa, locum.
At *juſtus* veluti *palma* eſt, quæ durat in ævum,
*Palma* ſies, *palmam* ſi meruiſſe velis.

XXXV. Folquinus. *FOLQUINUS*, *Volcvvinus*, Comes *Schvvalenbergenſis*, ex villa *Lübbecke*, elegans fecit oppidum, eique *ſtellam* ſuam gentilitiam, in ſignum ſpecialis gratiæ, pro inſigni donavit. (b) Fundavit quoque monaſterium *Falkenhagenſe*, aliàs *Vallis liliorum* dictum, ſub regula S. Benedicti pro *Crucigeris*, at non anno MCCXLVIII. ùt alii volunt. Canonicos ex villa *Alden*, ſeu *Alen*, tranſtulit in *Lübbeke*. Contraxerat moleſtum vitium oculorum bonus Pater, (c) ut lumine eorum privatus in tenebris miſerè viveret. B. autem *Borchart. Hyddinge*, frater Ord. Prædicator., Medicinæ aliqualiter peritus, & Confeſſarius Epiſcopi, viſum ei reſtituit, quod inter miracula refertur. Petierat *Borchartus*, ut *Folquinus*, ad futuram rei memoriam, imaginem B. Virginis Matris cum lampade perpetuò lucente juxta eam, ad tumulum ejus poneret, uti fecit, *Borchartumq;* poſtea ante altare B. Virginis in templo majori humari juſſit. Ipſe autem Epiſcopus juxta ſummum altare in choro FF. Prædicat. in pace quieſcit. Illatus annô MCCLXXX. ipſo die S. *Godharti*. (d)

XXXVI. Conradus II. *CONRADUS* II. nobilis Saxo de *Warberg*, (e) ex Præpoſito S. Joannis Antiſtes electus, (f) tranquillè vixit feliciter. (g) Ejus tempore Fratres *Minores*, ſeu *Patres Gaudentes*, (h) nidulari cœperunt Hanoveræ, (i) & caſtrum *Hojanum* anno MCCXCV. conſtructum fertur. *Heribertus* (k) de *Mandelslo*, Decanus ſummi templi, Vir auſterus & religioſus, ac Decretalium Licentiatus, perfectioris vitæ cupidus, inter FF. Prædicatorum Mindæ cellulam ſibi elegit. Illi tamen ob virtutem & doctrinam Viri munus ei Prioris commiſerunt, quo cum gloria functus eſt. *Bruno* noſter ſepultus apud S. *Mauritium* in *Inſula* anno MCCLXXXIX. (qui erat CCCXXXIII. ab obitu ejus,) à *Liudolfo* de *Gripshoven*, Abbate tunc iſtius loci, è tumulo ſuo transfertur ad novum Eccleſiæ majoris chorum ante ſummum altare. Moritur *Conradus* anno MCCXCV. Pontificatûs ſui VII.

XXXVII. Liudolfus: *LIUDOLFUS*, (non *Rodolfus*, (l)) Saxo & Miles de *Roſtorp*, (m) electus

(b) Vid. chr. Oſnabrug. Erdmanni p. 224. & Bucelin. l. c. De ſtellis autem Waldeccenſium, Svvalenbergenſiũ & Sternbergenſium not. m. ad chr. Hüxar. Viſſebeccii pag. 48. (c) Et virtute conſpicuus, Kranz. L. VIII. Metr. c. 51. (d) Id. l. c. (e) qua de gente legi meretur Idem l. c. (f) anno 1274. Meib. in not. ad chr. Schauenb. p. 541. (g) Pax jam erat Eccleſiæ ab Impp., pax ab execrationibus, quæ ſuperioribus fulminabant ab urbe Roma, Kranz. L. VIII. Metr. c. 59. (h) non poſſunt Minoritæ hunc titulum concoquere, Rudolf. tamen II. Imp. in lit. ad S. P. Q. Hüxar. anno 1604. ita eos vocat. (i) hoc unum de eo memorabile putat Kranz. l. c. (k) Harbert chr. Mind. Meib. (l) ut Bucelin. Germ. ſacr. P. I. p. 31. a. cum aliis ſcribit, (m) Boſtorf habet chr. Oſnabr. p. 226. Kranz. in catal. Epiſcop. Mind. metropol. ſuæ annect. Roiſtorpe.

electus circa annum MCCXCVIII. (n) Exarſerat anno MCCCI. inter eum & *Simonem I.* Comitem de *Lippia*, (o) ob jus territorii grave bellum. Cives Mindenſes cum Domino ſuo, quod juſtum & æquum erat, in aciem egreſſi, juxta ſilvam *Santford* in vigilia aſſumtionis B. Virg. *Simonem* iſtum, *fortem & armatum Virum*, (p) unà cum confœderato ſuo *Gerarto*, Advocato de *monte*, glorioſè ſuperavit. Anno MCCCIV. caſtrum *Steigeberg* exſtruxit. Anno MCCCVI. ſorores Ord. Prædicat. in *Loden*, qui erat XLI. à fundatione monaſterii, cum notabili illius jactura, in oppidum *Lemgo*, Diœceſ. Paderborn., tranſlocatæ ſunt. (q) Anno ſequente ſecundum Capitulum Fratrum prædicatorum *Mindæ* habitum eſt. Vidit etiam *Liudolfus* triſte incendium, quod totum ſuburbium S. *Simeon.* die Hippolyti Mart. conſumſit. (r) Fundatur ſub eo monaſterium *Egeſtorpenſe* Ord. S. Auguſtini. Auxit ſtruxitque Canonicorum ædes. Qui annus ultimus vitæ ſuæ fuerit, certò non dicam. Ajunt MCCCXIV. At *Gottfredum* jam anno MCCCVI. ſediſſe ut Epiſcopum, teſtantur ejus & civium in *Lübbeke* literæ, caſtrum *Reineberg* concernentes. (ſ)

*GOTTFREDUS*, Comes *Walbeccenſis*, (t) magni animi Princeps, omnibus carus & nulli moleſtus, in perpetuam glorioſi nominis ſui memoriâ, ſecundo regiminis ſui anno, qui erat MCCCXV. (u) elegantiſſimum caſtrum *Petershagen*, ad ripam Wiſeræ, in amœno & opportuno loco de fundamentis condidit, idque perpetuum domicilium Epiſcoporum eſſe voluit. Eô ſedente platea piſtorum igne periit. Largitur Eccleſiæ ſuæ varia ornamenta ſatis pretioſa. *Otto* de *Nyenhus*, monachus Ord. Prædicatorum, ſed apoſtata, mutato nomine, à gente ſua materna *Wilhelm de Bodenſleve* dici maluit. Romæ remiſſione deſertionis ſuæ impetratâ ibat in terram ſanctam, poſtea abs eo deſcriptam. Tandem pœnitentiam agens ad Ordinem ſuum regreſſus in monaſterio Prædicatorum Coloniæ vitâ functus eſt. Anno MCCCXIX. nobiles Eccleſiæ *Mindenſis* XXXVIII. *Gottfredus.*

Advocati

(n) Probatur hoc ex eo, quòd anno 1304. juxta utrumque chron. Mind. ædificâſſe dicatur Steigebergam, qui ſextus annus erat Pontificatus ſui. Chr. Oſnabr. cit. p. 226. (o) quo de vid. Kranz. L. VIII. Metr. c. 52. & chr. Oſnabr. p. 223. (p) militem in armis ſtrenuum & bellicoſum, chr. Mind. Meib. famoſum militem, chr. Schaumb. (q) O quàm multi fideles & devoti Deo ad plenũ mirari non ſufficiunt, quòd Eccleſia Mindenſis tàm gratam, tam ſanctam Deoq; dilectam congregationẽ, Diœceſin & Eccleſiæ limites (cùm dicta Eccleſia & Sedes ſibi ſimilem nunquam habuerit, nec in præſentiarum habere videatur) exire permiſit. Poſtquam enim hæc congregatio dictæ Eccleſiæ fuit ablata, non modicum tàm in ſpiritualibus quàm etiam in temporalibus declinavit. Quamdiu verò dictam Eccleſiam ſorores inhabitârunt, Deus omnipotens, propter ſuas devotas & efficaces preces, duas victorias famoſas, videlicet tempore Wittekindi & Ludolfi, Epiſcoporum Mindenſium, Eccleſiæ dictæ dicitur contuliſſe. Chron. Monaſt. in Lothen cit. p. 529. (r) Chr. Mind. Meibom. p. 227. & chron. Schaumburg. p. 515. ad annum 1320. referunt. (ſ) memoriam ejus jacturam ſanctam habet Buccelin. l. c. p. 31. a. (t) Conſentit aliud MS. (u) non verò 1335. juxta chron. Mind. Piſtor.

Advocati de *Monte* (vv) caſtrum ſuum in *monte nequam* [ *Schalckesberg* dicunt, (x) ] diu per Comites *Hojanos* detentum recuperant. Recuperavit etiam *Ludevicus Ravensbergenſis*, Epiſcopus Oſſenbrugenſis, partem caſtri *Reinebergenſis*, fecitque ei *Gottfredus* recognitionem ſub ſuo & Capituli ſui, nec non oppidi *Lübbeke* ſigillis, promittens, quod nunquam repetere vellet. Etſi Epiſcopus Eccleſiæ *Mindenſis* Capitulum, ſeu Epiſcopum Oſſenbrugenſem amoverit, vel impediverit de parte ſua caſtri memorati, extunc omne jus oppidi prædicti, quòd Eccleſia *Mindenſis* inibi habet, apud Oſſenbrugenſem Eccleſiam permanebit, donec impedimentum ſublatum, eique plenariè ſatisfactum fuerit. (y) Obiit cum luctu totius Diœceſis, de qua ſingulariter & optimè meritus erat optatiſſimus Pater, (z) anno MCCCXXIV. die *S. Servatii*, Pontificatûs ſui XVIII. (a) Delatus ad Patres ſuos (b) in templo majori.

XXXIX. *Ludewvicus.* *LUDEWICUS, Ottonis*, Ducis Lunæburgici Filius, ſancto ſuo officio ipſemet ſemper fungebatur fideliter & accuratè, ne minimo quidem prætermiſſo, admodum liberalis erga Eccleſiam ſuam. Circa annum MCCCXXX. fundavit inſigne monaſterium Monialium Ord. Benedicti in *Walſroda* ſeu *Welphrode*. *Egeſtorpenſe* nuper conditum ſub regula S. Auguſtini in honorem B. Virginis ſolemniter conſecravit. Caſtrum *Bockelo* contra ferociam Comitis *Wünſtorpienſis* (quem unà cum filio ſuo victum vinctumq; deduxerat *Mindam*, & cujus confœderati erant Duces Lunæburgici, nec non Comites de *Hoja*) ipſe conſtruxit, quod poſtea *Monchhuſius* aliquis Comiti *Schauenburgico* perfidè tradidit. Anno MCCCXXXII. *Ludovicus Bavarus* Imp. ampliſſimam conceſſit licentiam ordinandi & exercendi *judicia libera*, & *Frygraſios*, non ſecus ac Epiſcopi Colonienſis, Monaſterienſis & Padebornenſis, uti longiùs habetur in literis Imperialibus. (c) Anno MCCCXLII. terribilis erat inundatio Wiſeræ ipſo die S. Mariæ Magdalenæ omnium memoriam fugiens, (d) campos, pecora, homines, urbes pagosque perdens & proſternens.

*Poſt M. poſt tria C. poſt quattuor X q; duoq;*
*Wiſera per Mindam tumuit multamq; per undam.*

Caſtrum *Nihuſianum* à Comitibus de *Hoja* ſub eo deſtructum, contra verò *Slotterburgenſe* conditũ fertur. (e) Obiit in bona pace (f) anno MCCCXLVI. Pontificatus ſui XXII. jacet in monaſterio ſuo *VValfrodenſi*.

*GERAR-*

(vv) de quibus vide Meibom. not. ad chron. Schauenburg. p. 542. (x) vid. Gobelin. Coſmodr. æt. VI. c. 52. Chron. Oſnabrug. p. 227. (y) literas integras vide in chr. Oſnabrug. Erdmanni p. 224. ſeq. (z) & Pontifex memoriâ dignus ſempiternâ, Kranz. L. IX. Metrop. c. 19. reliquit poſt ſe ſui longævum deſiderium, quod bene de omnibus meritus haberetur. (a) in craſtino S. Servatii, chron. Mind. Piſtor. (b) ad ſiniſtram Conradi I. poſt altare S. Petri Kranz. l. c. (c) quas vide apud Piſtorium p. 753. (d) quã de latiſſimè Kranz. L. IX. Metr. c. 28. (e) at qui anno 1346., ſi juxta chr. Mind. utrumque & Kranz. l. c. anno præcedente deceſſit? (f) quam promeruit Principis modeſtia, Kranz. l. c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*GERARTUM* I. Illuſtris Familia *Schauenburgica* primùm nobis dedit; Fuerat hactenus Decanus Eccleſiæ majoris, confirmatus eſt à *Clemente* VI. anno Pontificatus ſui V., ſœviſſimâ peſte tunc univerſam Germaniam depopulante. Adjecit Eccleſiæ ſuæ nobile caſtrum *Raden*, ejectis Comitibus de *Hoja*, & Advocatis *de monte*, qui multoties in benignam recalcitraverant matrem. Nihil ſine eo vel in ordinationibus, ſeu confirmationibus, aliisve ſacris actibus unquam peractum eſt. (g) Sedit annis VI. mortuus anno MCCCLIII. ſepultus in Eccleſia majori juxta altare S. Mar. Magdalenæ. XI. *Gerhardus I.*

*THEODERICUS* III. cognomento *Kagelmünde*, (h) humilis monachus in *Lenin*, Ord. Ciſtercienſis, (i) plebejæ ſtirpis homo, (k) cujus patria erat *Stendalia*. (l) Fuit primò Epiſcopus *Sareptenſis*, (m) poſtea *Schleſwicenſis*, demum circa annum MCCCLIII. (n) *Mindenſis*, Carolo IV. ſingulariter carus & Conſiliarius ejus intimus, cujus commendatione etiam ad tam ſublime promotus eſt officium. (o) Vir erat *doctus, prudens, diſcretus, ingenioſus tàm in verbis quàm in rebus*, (p) *nec non valde circumſpectus & laborioſus*, (q) cujus adminiſtrationis Eccleſiã nondum pœnituit. Sanè *Carolus IV. ſinceræ devotionis & fidei puritatem*, quam erga S. Imperium geſſit, intuens, penſansque *multiplicia & grata ſervitia aſſiduosq; labores, quos Cæſari & Imperio fructuosè & fideliter exhibuit indefeſſâ ſollicitudine*, Ejusque viciſſim & Eccleſiæ ſuæ commoditatibus cupiens ſalubriter providere, univerſa privilegia, libertates, jura, laudabiles & approbatas conſuetudines, libertates, immunitates & gratias, ab Impp. & Regibus data ac datas, conceſſa & conceſſas, indulta & indultas, de verbo ad verbum, prout & eadem privilegia & literæ in ſuis tenoribus comprehenduntur, in ſuis ſententiis ac clauſulis, ac ſi ſuprà dicta jura, approbatæ laudabiles conſuetudines, libertates, immunitates, & gratiæ in præſentibus literis diſtinctè forent expreſſa & expreſſæ, innovat, & Imperiali auctoritate confirmat, ſub pœna banni regii & centum marcarum puri auri. Dat. Mogunt. anno 1354. indict. VII. Eodem anno idem *Carolus* iterum multa grata ſervitia (repetimus hæc cum Cæſare) & accepta, quæ *Theodericus* Cæſari & Imperio *fructuosè & fideliter* exhibuerat, in præſenti exhibet, & exhibiturum ſperat, compen- XII. *Theodericus III.*



(g) vid. chron. Schaumburg. p. 515. (h) Kagelbyet, chr. Mind. Meib. Cagelwied, Kranz. L. IX. Metr. c. 49. & L. IX. Saxon. c. 33. (i) de monaſterii infimo ſumtus officio. Id. L. IX. Metr. c. 33. (k) illuſtrem gracte vocat Bucelin. l. c. P. I. p. 31. a. (l) in marg. legebatur: *patria ejus dubia*, (m) Ebronenſis, chr. utrumque Mind. Kranz. l. c. & Bucelin. l. c. (n) anno 1343. chron. Piſt. Mind. (o) quovis Epiſcopatu cum dignum cenſebat Kranz. l. c. (p) idem ſe varia hujus rei ſpecimina conſignâſſe ſcribit in VVandalia ſua l. c. (q) incredibilis induſtriæ Id. l. c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

penſaturus, ſpecialem hanc gratiam Ei, ſucceſſoribusque ſuis fecit, duasque *liberas ſedes*, quæ propriè & vulgariter *Vemeding* (r) nuncupantur, unam ſcilicet ante villam *Haleri* prope *Lubeke*, alteram ante villam *VValnen* prope *Mindam* donavit, ſtatuens & decernens, ut Epiſcopus dictus ſuique ſucceſſores haſce duas ſedes cum omnibus & ſingulis jurisdictionibus, honoribus, prærogativis, juribus, gratiis, & utilitatibus, commodis & libertatibus teneant, habeant, iisque gaudeant, quibus ceteri conſimiles ſedes habentes, ſicuti Ducatus *Aſcaniæ* & *VVeſtfaliæ* gaudent jure vel conſuetudine, ſeu quomodolibet potiuntur. Mandat inſuper omnibus ſingulisque, cujuſcunque conditionis ſeu ſtatûs fuerint, ut prædictum *Theodericum* Epiſcopum in hac regiæ donationis & collationis gratia minimè impediant, nec ab aliis impediri permittant, ſub pœna banni regii & centum marcarum auri puri. Dat. Franckford anno MCCCLIV. indict. VII. XVIII. Kal. Febr. Regnorum Caroli VIII. Cum *Ottone*, Cattorum Principe, Archi-Epiſcopo Magdeburgico, anno MCCCLXI. in caſtro *VVolmenſtede* piè defuncto, Canonici ibidem *Ludevvicum*, Marchionem Miſniæ, *Friderici* Filium, Epiſcopum Halberſtadenſem XXX. (qui miſerè poſtea periit, (s) ) invitis civibus poſtulâſſent, lisque ſub judice penderet, *Carolus* IV. *Theodericum*, dilectum ſuum, Summo Pontifici ſpecialiter commendavit, effecitque, ut ipſe ad cathedram ſublimiorem eveheretur, cui religiosè, prudenter & magno cum Eccleſiæ commodo præfuit, ut adhuc ejus memoria in benedictione ſit. (t) Sedit *Mindæ* VII. annis.

XLII. *Gerhartus II.* *GERARTUS* II. Comes *Schauenburgicus*, theſaurarius Eccleſiæ majoris eligitur, & confirmatur anno MCCCLXII. ab *Innocentio* VI. Dilataturus Eccleſiam ſuam, ex villa *Hükele* (u) pulcherrimam civitatem *Petershagen* fecit, transferens templum parochiale in alium locum. Multa caſtra oppignorata præſenti pecuniâ redemit, vaſtata iterum ſtruxit & emendavit, & in omnibus laudabiliter ſe geſſit. (vv) Ipſe cum *Adolfo* fratre *Theodericum* de *Marca*, Coadjutorem Eccleſiæ Oſſenbrugenſis, (x) unà cum fœderatis ſuis Oſſenbrugenſibus anno MCCCLXIII. gloriosè vicit. Amici *Schauenburgenſium* noſtrorum erant *Joannes* Comes de *Hoja* & *VVedechindus* de *Monte*, advocatus, unà cum civibus Mindenſibus. Captus *Theodericus* de Marca, multis ſuorum cæſis & fugatis, deducitur *Mindam.* Quod

(r) Pro Vemeding Winckelman L. IV. notit. vet. VVeſtfal. c. 6. p. 568. mavult legere VVetteding. Quod vocabulum Ludovic. Imp. in privilegio anno 1332. (vid. hiſt. Ludovvici) Frygericht/Frystohle reddidit, (s) vid. Kranz. L. X. Sax. c. 5. & L. X. Metrop. c. 23. (t) vid. poſt Kranz. L. IX. Metr. c. 50. chr. Magdeburg. T. II. rer. Germ. Meib. p. 343. ſeq. (u) Hokelere, (vv) ideo omnes nobiles prudentiam ejus formidabant, terras & villas, caſtraq; Eccleſiæ ablata perdere timentes, chr. Schaumb. p. 518. (x) Fridericum vocat Idem chr. p. 517. at videtur Erdman. chr. Oſnabrug. & Kranz. L. X. Metrop. c. 4. nec non chron. Mindenſia.

Quod cùm audiret frater ejus *Engelbertus*, circa feſtum *Petri* & *Pauli* cum armata manu venit ad portas Mindenſes,& urbem tribus diebus obſedit,agros noſtros,quouſque potuit,igne & ferro depopulans. Cùm verò plus ultrà nihil valeret, mutans ferociam in lenitatem, bona verba dedit, fratremq; ex cuſtodia pecuniâ redemit. (y) Verùm in medio laudati regiminis curſu raptu aliquo ducitur *Gerartus* noſter in terram ſanctam. (z) Perſuaſum dicunt eum à Fratre *Adolfo*, qui comes fuit itineris hujus anno MCCCLXVI. At multa Epiſcopus legerat & inaudiverat de peregrinationibus iſtis, ingens igitur eum invaſit cupido, *majoris devotionis* excitandæ causâ, (a) ipſa loca coràm ſpectare, ubi natus & paſſus erat filius Dei. Ille autem auræ maritimæ tantarumque moleſtiarum minùs aſſuetus, mox in oceano animam efflavit eodem anno in vigilia S. *Michaëlis* Archangeli. Frater ejus *Adolfus* ulterius pergens etiam defecit in inſula Cypro prope *Famaguſtam*. (b) Cæterùm laudes *Gerarti* in compendio cecinit ille:

*Hic eſt* Gerartus *de* Schomborg, *nullibi tardus*,
*qui cùm proceſſit, prudenter ſingula geſſit*,
*Clerum*, Mindenſem *clavum bene rexit & enſem*,
*oppida conſtruxit, deſtructaq; caſtra reduxit.*
*In menſa Princeps, in militia fuit anceps*;
*Cur ſibi non pœna, ſed ſit Domino peto cœna.*
Sedebat annis quatuor.

*OTTO* II. Comes Miſnenſis de *VVettyn*, antea Cantor Eccleſiæ majoris *VVormatienſis* & Decanus *Moguntinus*, Vir doctus & aptus, (c) *Caroli* IV., cujus intimus Conſiliarius erat, recommendatione & indulgentia Papæ ſine ordinaria electione ſufficitur. Tardiùs certiora de obitu *Gerarti* perlata erant XLIII. *Otto II.*

(E) 2 Min-

(y) conſentit chr. Schaumb. p. 517. Erdman verò l.c.p.231. contrarium dicet, (z) in magnam ſuæ Eccleſiæ deſolationem, chr. Mind. utrumque. Magnam jacturam & cauſam triſtitiæ dereliquit, Chr. Schaumb. p.518. (a) quæ eſt pars fidei, Kranz. L.X. Metr. c. 5. (b) eod. anno, chr. Mind. Piſt. l.c. 1366. chr. Schaumb. l.c. anno 1370. Mira narrat Mind. chr. Meib. p. 568. de Adolfo, quòd nimirum in reditu ex terra S. (at Kranz. l.c. ſcribit, neutrum, quò cupiebat, perveniſſe; & L. VIII. Sax. c. 26. ambo perierunt in itinere in terram Sanctam diviſis locis & temporibus Principi Slavorum tanquam Capitaneus ſerviens, & in acie prope Famaguſtam pro gloria Dei fortiter pugnans ceciderit. Principem poſtea Adolfum laniatim diviſiſſe & aſsâſſe, ac poſtea ſpeciebus aromaticis ad tumbam pulcherrimam repoſitum Mindam transſegâſſe, ubi in templo majori quieſcit, (in conventu FF. Prædicatorum Famaguſta ait chr. Schaumb. l.c.) De alio Adolfo Schaumburgico cum Reinoldo Comite cæſo anno 1164. narrat chron. Slavor. L. II. c.4. Henricum Leonem defleſſe mortem ejus, cædem tamen Slavorum maximam dolorem ejus mox mitigâſſe. Ipſum verò mandâſſe corpus Adolfi concidi fruſtatim & aſſum condiri opere pigmentarii, quò poſſet circumferri, & patriis inferri monumentis. (c) moribus, virtutibus, eruditione & ætate plurimùm provectus, Kranz. L.X. Metrop. c. 25.

Mindam, ideo citiùs de eo audiens Imp. prævenire voluit. Ægrè tulerunt hoc Canonici, cùm non noſſent alienæ gentis hominem, & quòd jura eorum imminuta viderent, poſtquàm verò virtus, doctrina & prudentia *Ottonis* penitus iis innoteſceret, geſtiebant eum videre, & venientem in ipſa vigilia corporis Chriſti anno MCCCLXVII. ſolemniſſimè introduxerunt cum omnium plauſu & jubilo. Sequente anno indictione ſextâ tertio Idus April. regnorum ſuorum XXII. imperii autem XIV. *Carolus IV.* omnia jura & privilegia conſvetudines & immunitates, more Anteceſſorum, ei confirmat, approbat, innovat, ſub Imperialis ſuæ Maj. ſigillo. Dat. *Wyenne*, ſubſcribente privilegium, ad mandatum Cæſaris, Cancellario. At non conſtans erat gaudium hoc. Circa feſtum enim S. *Alexii* mortuus eſt *hydrope*. (d) Jacet in choro Fratrum Prædicatorum. In morbo iſto ſœpius repetiiſſe dicitur emphaticum iſtud: VIVAM; quo de *Balthaſ. Dunkler* ita:

*Non vixi, aut vivo*, vivam, *ſi morte ſolutus*
*à facie ad faciem videro, quem cupio.*
*Quî valeam? quid agam? quorſum ſcrutamini, amici?*
*Ut vivam, voti eſt unica ſumma mei.*
*Sed non in mundo vivam, larva iſta peribit,*
Vivam, *ſi videam, Te DEUS, ah! utinam.*

*XLIV. Wedechindus II.* WEDECHINDUS II. Dominus erat *de monte nequam*, (*Schalksberg* (e)) ex Advocatis Eccleſiæ noſtræ, ejusdem antea Præpoſitus major, Vir omni laude dignus, (f) qui Eccleſiam in Domino ſibi commiſſam *ut animam ſuam* dilexit, defendens omni modô, precibus, conſiliis & armis. Introductus eſt anno MCCCLXIX. *VII.* Octobr. cum ſolenni pompa. Anno ſequente *Heinricus* de *Herfordia*, laborioſus & doctus homo, ſcriptis etiam famoſus, obiit die S. *Dionyſii*, quem Carol. *IV.* poſtea anno MCCCLXXVII. ante majus altare poni juſſit ex ambitu chori, quo jacuerat hactenus. Anno MCCCLXXII. (g) circa feſtum adſcenſionis Dominicæ platea piſtorum à *porta Weſerana* usque ad *Hellingeſtratam* cum omnibus ædificiis circa ædem S. Johannis, igne conſumta eſt. Anno MCCCLXXIII. *Wedechindus* feſtum S. *Feliciani*, Martyris & Epiſcopi Fulginenſis, miraculis tunc famoſi, per Diœceſin noſtram celebrari juſſit. Eôdem anno *Joh. de Overſtede*, Prior Fratrum Prædi-

(d) Collachrymantibus cunctis, qui magnam ſibi ſpem fecerant de tanta Viri provectione, Kranz. l. c. (e) Ad. Brem. L. II. c. 33. vocat Schalchinburg, Aur. chron. Brem. cum Alb. Stadenſi & Kranz. L. IV. Sax. c. 30. Schaltinburg, Helmold. L. I. c. 17. Schalcisburg. in lit. Conradi, Epiſcopi Hildeſienſis, anno 1234. reperitur Henric. de Monte nequam. Sic Schelm von Bergen legitur in torneamentum admiſſus, Thurnier Buch f. 174. (f) inſignis, in utroque ſtatu præſtans, in religione non ſegnis, in armis ſtrenuus, Kranz. L. X. Metr. c. 33. (g) Chr. Mind. Piſtor. habet annum ſequentem.

Prædicatorum Mindenſium, obit magno cum civitatis luctu. (h) Eôdem *Otto Schauenburgicus Magnum*, Ducem Lunæburgicum, in feſto S. *Jacobi* propè *Eckeren* devicit, & (nolens tamen) occidit. (i) Seriò juraverat Dux Illuſtris, ſe velle cum copiis ſuis in Comitatu *Schauenburgico* pernoctare, ante veſperum verò occubuerat. Read *Ottonem* delatâ ſubriſit. Ut tamen Dux voti ſui compos fieret, juſſu Comitis vectus eſt ad templum *Golderenſe* Diœceſ. noſtræ, D. Jacobo ſacrum. Anno MCCCLXXV. die S. *Scholaſticæ* magna rurſus inundatio totam patriam peſſundedit, (k) In memoriam rei Monachi in *Inſulæ* S. *Mauritii* ſingulis annis erogant ſtipem. (l) Verſus antiqui ſic:

*Poſt M. poſt tria CCC. poſt ſeptuaginta quaterq;*
*Weſera creſcebat, Hamelem ſtrataſq; tegebat.*

Cum anno MCCCLXXVII. Mindam veniret *Carolus IV.* cum conjuge ſua, in conventu Prædicatorum tribus diebus moratus eſt, & obtinuit *Wedekhindus* non tantùm confirmationem omnium jurium & privilegiorum ſuorum, ſed multa alia, quovis auro cariora. Rogabat nimirum Optimum Regem, quatenus jura, privilegia, literas, gratias, libertates, & donationes, à Divis Impp. & Regibus factas in Eccleſiis, locis, agris, & poſſeſſionibus ſuis; ipſis familiaribus & ſervitoribus eorundem conceſſa & conceſſas confirmare & innovare dignaretur. Cui juſtæ ſupplicationi favorabiliter inclinatus, animo bene deliberato omnia & ſingula in omnibus & ſingulis eorum ſententiis, clauſulis, articulis, verborum expreſſionibus, atque punctis cujuscunque continentiæ ſeu tenoris exiſtant, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum nominatim forent expreſſa, nec non uſus & obſervantias, ceremonias, laudabiles conſvetudines, & ſtatuta Mindenſis Eccleſiæ antiquitus obſervatas & obſervata, ſignanter privilegia per *Ottonem* I. & II. *Conradum* II. *Heinricum* II. & III. nec non *Fredericum* Rom. Impp. & Reg. eis conceſſa & donata de banno regio, moneta, telonio, macello publico in civitate *Minden*, & quicquid ibidem ad regiam pertinet poteſtatem, & de aliis quibuscunque, cum conſenſu Procerum Imperii, approbavit, ratificavit, & innovavit, ſupplens omnem defectum, ſi quis in præmiſſis, aut eorum quorumlibet obſcuritate verborum, ſententiarum ac ſolemnitatum obmiſſus fuerit quovis modo, non obſtantibus quibuscunque legibus & conſtitutionibus, ſeu ſtatutis, vel generalibus, ſeu ſpecialibus in contrarium editis vel conceſſis. Inſuper Eccleſiam cum omnibus familiaribus & ſervitoribus in mundiburdium & protectionem Imperialem ſpecialiter aſſumſit. Si quis hoc privilegium violaverit mille marcarum auri puriſſimi & graviſſimam indignationem Cæſaris & Imperii incurret. Teſtes erant *Gerartus*, Hildeſemenſis, *Heinricus* Ferdenſis, *Heinricus* Padebornenſis Epiſcopi, Illuſtres *Albertus* Sax. & Lunæburg.



(h) Vid. chr. Mind. Meibom. p. 569. (i) Vid. chron. Schaumb. p. 518. (k) chr. Mind. Piſt. ann. 1373. habet, & Meibom. 1377. (l) Kranz. L. IX. Sax. c. 18.

& *Wenzeslaus* Opaviæ Duces: *Borchardus* de *Hardeck*, *Gerartus* de *Hoja*, *Boſzo* & *Heinricus* de *Scrapelovv* Comites, Nobilis *Otto* Advocatus de *Monte*, *Petrus* de *Wartenberge*, dictus *Dechoſt*, Imperialis curiæ noſtræ Magiſter, *Thuno* de *Colditz*, Cameræ noſtræ Magiſter, *Hinzo* de *Lippia*, *Albert.* de *Sterneberg*, *Simon* de *Lippe*, *Buſſo* de *Prizam*, *Buſſiro* de *Pisken*, *Albart* de *Puſche*, Dapifer in Ravensperg, *Heinricus* de *Egizelhelm* & alii, Dat. Mind. Anno MCCCLXXVII. Indict. XV. XV. Kal. Decembr. Regnorum ſuorum anno XXXII. Imperii XXIII. Mindâ abiit *Carolus* IV. Bilfeldiam, viſitans in vicinia *Wedechindi* Magni, Saxonum quondam Principis, tumulum, quem renovari jubebat. Inde *Herſordiam* ingreſſus, ubi teloneum in *Petershagen* conceſſit Eccleſiæ noſtræ. (m) Queſtus fuerat univerſus Clerus urbis & Diœceſ. Mind. *Carolo* IV. de poteſtatum ſecularium malitia, in damnum religioſorum multoties peracta, Rex autem Glorioſiſſimus in favorem horum ſub graviſſima ſua indignatione & pœna quinquaginta marcarum auri puriſſimi Mindæ anno MCCCLXXVII. indict. XV. decimo quinto Kal. Decemb. edictum ſanxit, ut à talibus & ejusmodi poſthac iſti abſtineant. (n) Multæ etiam *Wedechindo* controverſiæ cum Senatu Mindenſi, contra libertatem & privilegia Eccleſiæ agente. Sed talia attentata, omnia & ſingula, deponi & caſſari juſſit *Carolus* Bilfeld. XIX. Nov. Regnor. anno XXXII. Imperii XXIII. prout latiùs habetur in diplomate. (o) Anno MCCCLXXIX. grandines, pluviæ, & terribiles tempeſtates agris & oppidis notabilia fecêre damna. *Struxerat Ericus* de *Hoja*, in præjudicium Epiſcopi, caſtrum *Depenovv*, quòd crederet, hunc, ob ſimultates inter eum & civitatem ortas, omnibus viribus nunc eſſe ſpoliatum, ſed, auxiliante *Gerarto* Hilleshemenſi & *Ortone* Schauenburgico, civibusque Mindenſibus ſtrenuè aſſiſtentibus, obſeſſum, captum, & igne deletum eſt. Simile tentârant milites de *Werpe*, illique caſtrum erexerant, *Haddenborg* dictum, anno MCCCLXXXIII. quod itidem deſtruxit & incendit. Inde proverbium: He hadde ene Borch. E *Werpenſibus* iſtis Nicolaus erat, qui cum complicibus ſuis caſtrum *Raden* abalienavit. Belligerabat etiam *Wedechindus* cum *Frederico* Brunſwicenſi, dubio ſine propter *meum* & *tuum*, ob controverſum jus territorii, quod omnia conflat bella. (p) Sedit annis XV. obiit anno MCCCLXXXIII. (q) ſeu tamen ſequente. Jacet juxta altare *decem millium Militum* & SS. *Johann.* & *Pauli.* Symbolum ejus: *Pugnandum & vincendum.*

*Annon*

(m) Vid. Diploma apud Piſtor. p. 749. (n) quæ generaliter & nimis obſcurè hic affert autor, prolixiſſimè exponuntur in privileg. Carolino apud Eund. Vol. II. num. 22. p. 747. ſeqq. & annex. chr. Mind. Anonymi, (o) apud eund. dipl. 28. (p) bellum hoc refert chr. Oſnabr. cit. p. 237. ad ſeqv. Otton. & ann. 1384. locus conflictus erat Winhuſen, (Winſen) & victoria ceſſit Brunſvicenſibus in feſto corporis Chriſti, Chron. autem Mind. Meib. ad tempora Wedechindi retulit & ann. 1387. quod falſum eſt. (q) chr. Oſnabr. cit. p. 237. & chr. Mind. Piſtor.

*Annon vita mea atque tua in certamine ſemper?*
*Naſcimur ad pugnas, pugnaq; finis erit.*
*Hoſtes ſunt Satanas, mundus, caro, totus & ipſe,*
*Pugnes*, at vincas, *auxiliante DEO.*
*Ingens eſt magni ſoboles victoria belli,*
Vincenti *vitæ pulcra corona datur.* A. Schepel.

Poſt obitum *Wedechindi* magnus oriebatur diſſenſus inter Canonicos XLV. Otto majoris Eccleſiæ, ſeptem menſibus Sede vacante. Plurimi tamen lauda- III. bilis regiminis Wedechindei, quo de jam dictum eſt, memores, *OTTONEM*, pridem Eccleſiæ S. *Mauritii* Præpoſitum in *Hilleshem* extra muros, tunc verò Majoris noſtræ Eccleſiæ Præpoſitum, jam nominati *Wedechindi* Fratrem Germanum, itidem nobilem de *Monte*, (r) eligunt, nec eos pœnitebit unquam. Cùm enim ultimus eſſet gentis ſuæ, omne territorium paternum ſat amplum Diœceſi ſuæ, non admodum latè tunc dominanti, liberaliter contulit, hoc tamen pacto, ne caſtrum & dominium tom Berge ulli unquam hominum oppignoretur ad alienos uſus: item quòd ſervi, litones, coloni, & incolæ iſtius dominii, ſi gverræ oriantur inter Epiſcopum & civitatem Mindenſem, ex tunc ab omnibus iis exemti eſſe debeant & alieni, & quod iſtud caſtrum pro reſidentia Epiſcopi ſit, qui pro tempore fuerit. Valde beneficus & mitis erga civitatem Mindenſem erat, quam ſpecialiter dilexit. Epitaphium ejus poſitum eſt tale:

Conditur hac tumba &c. (ſ)

Jacet in choro Eccleſiæ majoris ante ſummum altare. (t)

*WILKINUS*, aliis *Wilhelm.* dictus, (u) ex militari gente de *Buſche*, XLVI. (w) & Præpoſitus antea Eccleſiæ majoris, non inutilis Antiſtes, tran- VVilkinus. quillæ & ſolitariæ vitæ amator, in precibus & piis contemplationibus dies ſuos conſumſit. Communiſſima ejus vox: *Sic tranſit gloria mundi.* Sediſſe dicitur annis tribus cum dimidio: (x) at vix unus fuerit. (y) Jacet ante altare S. Petri in medio Eccleſiæ majoris.

*Quisquis amas mundum, mihi dic, quæ præmia reddat?*
*Et necat, & ridet peſſimus iſte nequam.*
*Fumus uti tranſit:* ſic mundi gloria tranſit;
*Stercus & umbra, tibi quicquid in orbe placet.*

*Tranſeas*

(r) non de Minda, Kranz. L. Metr. c. 51. (ſ) affert idem Meibom. in not. ad chron. Schaumb. p. 548. & Erdman. in chr. Oſnabrug. p. 238. mancum verò mutilumque chr. Mind. Meib. p. 570. (t) 1398. habet chron. Mind. jam cit. (u) Kranz. L. XI. Metr. c. 24. eſt XLVII. eique Marquardum anteponit. (w) Buken habet chr. Mind. Meib., Burſche ut in Piſtorian. (x) in chr. Mind. utroque. (y) ultra electionem non eſt provectus, Kranz. L. XI. Metr. c. 32.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Tranſeat ergo immundi fallax gloria mundi,*
*delicium, JESU, gloria, ſpesq; mea.* A. Schepel.

XLVII. *Marcvvartus*, *MARCWARTUS*, nobilis Suevus de *Randeck*, (z) non eligebatur canonicè à Capitulo, ſed miſſus à Bonifacio IX., acceptus tamen & introductus pomposè anno MCCCXCVIII. cùm Vir eſſet eximius, pollens *prudentiâ, auctoritate & dexteritate.* (a) Mox autem ad cathedram *Conſtantienſem* evocatus, quæ pinguior, &, ob patriæ viciniam, *Marcvvarto* gratior; nondum (ut ajunt) completo triennio, (b) quod tamen vix credo, (c) nobis valedixit. (d) Semper in ore habuit iſtud: *Ora & labora.*

*Stant ſub jactura Domini præcepta ſalutis,*
*hæc ſervâſſe pius quiſq; tenetur homo.*
Ora, *non* ora *tantum, verùmq;* labora,
*divelli haud poſſunt, & labor atque preces.*
Ora *conſtanter, ferventer itemq;* labora,
*in precibus noſtra eſt atque labore ſalus.* A. Schepel.

XLVIII. *Otto IV.* *OTTO* IV. Comes de *Retberg*, iterum ſine electione à Papa datus. Oppoſuêre ſe Canonici hujuſmodi repetitis auſibus, cùm in ſummum præjudicium privilegiorum & libertatis Eccleſiæ cederent. Non tenebantur enim quemcunque intruſum ad Papæ beneplacitum pro ſuo agnoſcere, ſed legitimè tantummodò electum. *Otto* autem innitebatur bullæ & fulmini, quod erat annexum. Manſit igitur in cathedra, nec malè ei præfuit. (e) Anno MCCCCIII. *Bernartus*, Comes de Lippia, cepit *Heinricum* Brunſvvicenſem, eumque in caſtrum *Falkenberg* deduxit, & duriùs aliquando habuit. Promittit igitur ille pro redemtione centum millia aureorum, datis Comiti obſidibus, & facto prius juramento corporali. Liberatus ergò. Sed abiit ad *Rupertum*, Romanorum Regem, & obtinet ab eo bannum Imperiale, à Papa etiam grandia fulmina contra *Bernartum* Comitem, ejusque fœderatos. Tandem ſolvit Dux quindecim millia florenorum, bellumq; novum indicit *Bernarto*, capitque caſtrum *Polle* ad Wiſara. Res verò per arbitros tranſacta. (f) Sediſſe dicitur tribus annis: at fortè plures erunt.

Jacet

(z) Rindeghen., id. lib. cit. c. 13. de familia Randeck vid. fragmenta in chron. Conſtantienſi apud Piſtor. p. 683. (a) Vir primarius conſilio & manu, Kranz. l. c. (b) & tamen in chron. Conſtant. l. c. anno 1398. Epiſcopus ibidem LXIII. creatus dicitur, Bucel. Germ. ſacr. P. I. p. 6. LXXIV. eſt mortuus anno 1400. ſeu juxta alios 1408. prius aſſerit Bucelin. l. c. (c) non eſt diu permiſſus illi (Mind.) Eccleſiæ, ſtatim translatus ad Conſtantienſem, Kranz. L. XI. Metr. c. 13. (d) tempore noctis cum nimia indignatione expulſum dicit chron. Mind. Piſtor. (e) majori Pontificatu dignus Kranz. L. XI. Metr. c. 32. (f) vid. chr. Schaumb. cit. p. 520. & not. Meibom. p. 548. Kranz. L. XI. Metr. c. 7. & L. X. Sax. c. 24.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacet in ſummo templo ante altare S.Petri. (g) Verbum ejus quotidianum: *Patienter, ſed conſtanter.*

*Quicquid agis*, conſtanter *agas*, *& reſpice finem*,
*ni* conſtans *fueris*, *præmia quæ fuerint?*
*Mundum atque infernum* conſtans patientia *vincit*,
conſtanter, *vin' tu vincere*, *diſce pati.*
*Vincentem* conſtans patienti*a ſola coronat*,
conſtans *&* patiens, *quartus ùt* Otto *fuit.* A.Schepel.

*WULLEBRANDUS*, Comes de *Hallermund*, (h) antea Abbas SS.Mart.Stephani & Viti in vicina *Corbeia*, prudens fervensque in religione, vigilans & diſcretus in omni actione ſua, ideò imis & ſummis gratus. (i) Circa annum Domini MCCCCVII. (k) electus, in ſpiritualibus & temporalibus optimè præfuit. Abſtulerant ferociores Nobiles, nec Deum nec Eccleſiam timentes, Anteceſſoribus ſuis multa bona, prædia, caſtra, villas, decimas, jura & immunitates. Nec vindicabant has injurias aut *negligentes* vel *impotentes* Domini. *Wüllebrandus* verò repetebat ablata ſua, & cum ſponte reddere nollent iſti, armis invaſit eos & devicit feliciter. (l) Sic *Werdehuſum* (m) reddidit *Bernartus* (n) de *Lippia*, *Reinebergam Nicolaus* de *Teklenborg*, *Roden Johannes Boccius*, (o) alii alia. Cùm verò heroico animo ipſe in aciem procederet, & cum ſpoliatoribus Eccleſiæ confligeret, ita vulneratus eſt in facie & alibi, ut fœdæ remanerent cicatrices, (p) magna tamen animoſitatis ſigna. Non fruſtra enim portabat gladium ſuum, ſed pro honore Dei & ſalute Eccleſiæ ſemper acuit eum. Rectè igitur cantillabant: XLIX. *Wüllebrandus.*

Hie iß gekommen in dit Land
van Hallermont Biskop Wüllebrant/
de hefft gebracht over ein
Roden/Reineborg und Wedekenſtein. (q)



(g) quot annis ſederit, Kranz. l.c. neſciit, diſcere tamen potuiſſet ex utroque chron. Mind., quæ dubio ſine vidit. (g) veneno intoxicatus, chr. Mind. Piſtor. (h) non Harlemunt, Bucel. l.c. p.31. a. (i) doctus & religioſus, inq; agendis publicis negotiis admodum idoneus, Trithem. L.IV. de Vir Illuſtr. O.B. c.254. religione & natu primarius, Kranz. L. IX. Metr. c.42. Vir bene meritus, Bucel. l.d. (k) non 1400. ùt Pideritius vult, Part. II. chr. Lippienſ. p.537. Swait. in chr. Vallis Dei ad ann.1408. refert cum chr. Hüxar. à nobis edit. (l) Durum & difficile eſt, Viros militares ſub leges mittere. Non cedunt ſuaſionibus, ſubtractione proventuum redigendi ſunt ad qualemcunque ordinem. Kranz. L. XI. Metr. c.42. (m) VVedekenſche Kranz. l. c. VVedegerſtein, chr. Mind. utrumque, VVedeken & VVedegenſtein chr. Oſnabr. Erdman. Wedekhuſen Bucel. l. c. (n) Simon, chr. Mind. Meib. (o) armiger Diœceſ. Oſnabr., Erdman l.c. (p) inſtar piſcis aſſati, chr. Mind. Meib. ut etiam Hamelman L.II. de famil. emort. p.115. ipſum leproſum dixerit. (q) imagini VVülbrandi caſtra hæc appicta ſunt, chr. Oſnabr. Erdmann.

Et ſanè nobiles manſuetiores facti maximè timebant eum, & majori reverentiâ poſthac proſequebantur Eccleſiam. Narrantur varia de eo acta cum *Johanne Vreſen.* (r) Sed loquax & mendax fama ſemper addit exaggerationes ſuas. Nolo ſingula repetere. Profectò pedum & enſem pro bonis contra malos ſummâ prudentiâ & diſcretione tulit Venerabilis Pater, & ſi non omnia, plurima tamen bene fecit, & ex uſu Eccleſiæ ſuæ. Verùm cùm iſta nota ſint omnibus, ego tacebo. Utinam verò clades iſta urbi non contigiſſet! (s) Prædeceſſor ejus *Bruno* (t) conſtruxerat monaſterium Ord. Bened. extra muros in *Inſula* in honorem *S. Mauritii.* Cùm verò ſucceſſu temporis ob inundationes, fures & alias injurias boni Fratres nec poſſent nec vellent diutiùs ibi manere, nec quoque conſultum eſſet, ipſe *Wüllebrandus*, cum conſenſu Capituli ſui, anno MCCCCXXXV. Dominica *Lætare* cum omnibus rebus ſuis in urbem ad S. *Simeonem* tranſtulit, (u) ubi ſtrenuè famulantur Deo. Multas etiam reliquias ſatis pretioſas ex Corbeia ſua Eccleſiæ noſtræ attulit, cum conſenſu Fratrum ibidem, ut ipſe Magiſter caritatum mihi dixit. Obiit optimus Pater, de omnibus ſpecialiter meritus, ſummus meus benefactor, morbo repentino, (vv) & jacet in ſummo templo ante altare S. Petri. (x) Quieſcat in pace! Sæpius dixit: *Cernit Deus omnia vindex.*

*Omnibus in rebus tu ſis ſincerus & æquus,*
*omnes affectus ſint ſine labe tui.*
*Adſtat enim cuſtos:* cernit Deus omnia vindex,
*Hunc* Argum *in mundo fallere nemo poteſt.*

*L. Albertus,* Modernus Antiſtes, Princeps, Pater & Dominus noſter eſt *ALBERTUS*, Comes de *Hoja*; ſed cùm nullus ante ſuum funus beatus dici poſſit, vitam ejus aliis deſcribendam relinquo. (y)

EPI-

(r) vid. latius chron. Mind. Meibom. & chr. Oſnabr. cit. ad ann. 1415. (s) dubio ſine intelligit illam in campo Veltheimſch-Marck / ſeu Marſch dicto, factam anno 1434. juxta chr. Mind. Piſt. (t) vid. hiſt. ej. & chron. Bergenſe Meibom. p. 15. (u) l. c. (vv) apoplexia, chr. Meib. Mind. (x) ſediſſe dicitur annis 30. menſ. 2. ſeu 3. chr. Mind. utrumque, an verò ſecundùm Bucel. l. a. & chr. Piſtor. anno 1437. obierit, dubium eſt. (y) Interim bene multa de eo vid. ſis in chron. Erdmanni cit. ad ann. 1420. & in chr. Mind. Meibom. p. 571. Næ peſſimè audit apud Kranz. L. XI. Metr. c. 53. & Bucel. l. c. Ceterùm cùm cœnobium Möllenbeccenſe prope Rintelium, in honorem S. Dionyſii fundatum, (vid. hiſt. Drogonis & Kranz. L. III. Metr. c. 8. ac chr. Mind. Meib.) anno 1441. (non 1400. Spangenb. L. V. chr. Schaumb. c. 23.) poſt Canonicas ſub Eo exceperit FF. Regulares Ord. Auguſtin. Kranz. L. XI. Metr. c. 53. quorum primus Prior erat M. Joann. de Hüxaria, Doctor celeberrimus, vid. chron. Oldenburg. Archi-Comit. T. II. rer. Germ. Meibom. p. 170. ne neſcias velim, A. L., me de hoc illuſtri cœnobio integrum chronicon σὺν Θεῷ editurum.

# EPILOGUS.

H*Æc ego* privatum *ſum commentatus in uſum*,
*res patriæ geſtas ut cunctas* ordine *ſcirem*,
*&* prodeſſe *queant &* delectare *vetuſtæ.*
*Si nunc* Poſteritas *auſus laudaverit iſtos*,
*gratum eſt*; *ſin: dulci patriæ ſervire decorum.*
Buſſo, *quod potuit*, *fecit*: Mindenſia *facta*
*atque* Warenſtedium *ſemper meminiſſe juvabit*,
*ſeu bona, vel mala ſint.* Oculus ſapientiæ, *&* amplum
fortunæ *pandunt nobis Veterum acta* theatrum.
*Beſtia*, *non homo*, *ſit*, *patriæ qui facta tacebit*,
*ſola etenim cunctos in ſe comprêndit amores.*
*Hoc dicit* Buſſo, *ſic* Wattenſtedius *inquit.*
*Tu*, *quicunque legis*, *meliora precaberis illi.*

---

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

CUJUS

*Numeri non paginas*, *ſed Præſules deſignant*, *ſeu numeros marginales iſtos indicantes.*


Adelbertus VI.
Adolfus Schaumburgicus quieſcit in inſula XXIII. XXV.
transfert monaſterium XXIX.
trium cœnobiorum fundator ibid.
Advocatia Hamelenſis XXXII.
bellum ob eam ibid.
Advocati de Monte XXXVIII.
caſtrum ſuum recuperant ibid.
Albertus Epiſcopus L.
Angeri pagus XVII.
Anno reliquias multas colligit XXVI.
literæ ad Abbatem Corbeienſem ibid.
Anſer candidus inaugurat Mindam, Prolog.
Aqua in vinum mutatur XXVII.
Argentifodinæ in Diœceſi Mind. ibid.
Belzeren Miles XXIX.
Bernardus Epiſcopus VII.
Lippienſis capit Henric. Brunſvicenſ. XLVIII.
Borchartus Hyddinge viſum reddit Folquino XXXV.
Borderenſia bona XXXIV.
Bokelo caſtrum XXXIX.
perfidè traditur Schaumburgico ib.

Bruning. ob contemtum reliquiarum punitur XXVI.
Bruno XVI.
ex Santerslebiorum gente ibid.
monaſterium S. Mariæ perficit & conſecrat ibid.
fundat monaſterium in inſula ibid.
fit paralyticus ibid.
translatus ex inſula ad Eccleſiam majorem XXXVI.
Carolus IV. omnia Mindenſia jura & privilegia innovat & confirmat XLI. XLIII. XLIV.
Mindæ eſt XLIV.
abit Bilefeldiam ibid.
& Herfordiam ibid.
viſitat Wittekindi M. ſepulcrum ibid.
Caſtrum in capellam mutatur XXV.
Reineberg XXIX.
Hojanum XXXVI.
in monte nunquam oppignorandum XLV.
fit ſedes Epiſcoporum Mindenſium ibid.
Clerus Mindenſis defenſus XLIV.
Comes de Werbe XXVI.
Comitum Hojenſium origo XXVII.
Comites Everſteinii cis-Rhenani XXXII.
Comitia Steinvvedenſis ibid.
Conrad. Imp. multa dat & confirmat XV.
I. Epiſcopus XXIX.
II. Epiſcopus XXXVI.
Abbatis Corb. reſponſum ad Annonem XXVI.
Cuno XXXIII.
Decima in Biſchopshagen XXVIII.
Depenow caſtrum XLIV.
diruitur ibid.
B. Ditmarus XXVII.
aquam in vinum mutat ibid.
Coëlector Cæſaris ibid.
Dominicanorum Mindenſium origo XXVII.
habitatio XXIX.
templum conſecratur XXXII.
primum Capitulum Mindæ XXXIV.
ſecundum XXXVII.
multa accipiunt privilegia XXXIV.
& domum ibid.
Drogo V.
monetam & mercatum accipit in Widenbrügge ibid.
Eccleſiæ Mindenſis conſecratio XVII.
fori inſtauratio ibid.
Idenhuſana XXIII.
Honrodana XXVI.
Collegiata S. Joh. Bapt. XXVII.
S. Simeonis ibid.
Hamelenſis vetuſtior Mindenſi XXXII.
ſecundaria poſt Mindenſem ibid.
privilegium ibid.
Mindenſis diſſenſio XLV.
Engelbertus XVII.
de Marca vaſtat Mindam XLII.
Epilogus chronici L.
Erembertus I.
Evergiſus IX.
Everſteinii Comites cis-Rhenani XXXII.


Fal-

Falkenberg caſtrum XLVIII.
Folcmarus moleſtus XVIII.
Simoniacus XIX.
miſerè perit ibid.
Folquinus XXXV.
viſû privatur ibid.
reſtitutus ibid.
Friderici I. Imp. privilegia Mindæ data XXVI.
Frygraſii Mindenſes XXXIX.
Gehlenbek XXIV.
Geinhuſen XXXIV.
Gerhard. I. Epiſcopus XL.
Gerhard. II. Epiſcopus XLII.
laudabiliter rexit ibid.
hoſtium victor ibid.
abit in terram ſanctam ibid.
obit in itinere ibid.
laudes ejus ibid.
Gottfredus Epiſcopus XXXVIII.
Gottſchalcus XXI.
Gorgonii brachium datum XXIII.
Haddenburg caſtrum XLIV.
Haleri Villa XLI.
Hamela emta à Mindenſi XXXII.
advocatia ibidem ibid.
bellum ob eam ibid.
cum Minda concordia ibid.
Hartwardus II.
Helmwardus X.
Henricus S. confirmat privilegia Mindenſia XIV.
uti niger Henric. XVI.
IV. dat prædium XVII.
confirmat jura & bona Eccleſiæ ibid.
I. Epiſcopus XXIV.
obit Burſfeldiæ ibid.
Leo dat curiam in Lothen XXVI.
II. Epiſcopus XXVIII.
Bogener, Comes Oldenburg. XXXII.
de Herfordia XLIV.
Brunſvicenſis captus XLVIII.
quâ conditione dimiſſus, ibid.
quid poſtea fecerit ibid.
Heribertus de Mandelslo fit Dominicanus *XXXVI.*
Hilburgis varias fundat Eccleſias V.
& monaſterium Viſbeccenſe VIII.
Hoſtia miraculoſa, Prolog.
Hükeli villa XLII.
Incendium Mindenſe *XVII. XXXVII.* ſeq.
Indulgentiæ *XVI. XXXII.*
Iko fundator Eccleſiæ S. Simeonis *XXVII.*
Inundatio *XXXIX. XLIV.*
Joannes Epiſcopus *XXXI.*
Kagelmünde *XLI.*
Kemnium prædium XV.
Landwardus XI.
multa obtinet ab Ottone M. ibid.
Lidarius VIII.
Loſa prædium *XVII.*
Loshugeri (ſeu Lashugeri) donatur *XVII.*
Lothen *XXVI.*
Lübbeke fit oppidum *XXXV.*
accipit ſtellam pro inſigni ibid.
Ludewicus Epiſcopus *XXXIX.*
liberalis & diligens ibid.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

condit monaſterium Wolfrodanum XXXIX.
& caſtrum Bokelo, ibid.
poteſt Frygravios ordinare ibid.
Ludolfus Epiſcopus XXXVII.
bellum cum Sim. Lippiſenſi ibid.
victor ejus eſt ibid.
ſtruxit ædes Canonicorum ib.
Majorum ignavia I.
Mandradus XI.
Marcvvardus XLVII.
vocatur Conſtantiam ibid.
Mendicus miraculoſus I.
Meinvvartus primus Prælatus S. Mauritii in inſula XVI.
Mervvintha pia matrona VIII.
Milo XII.
variarum præbendarum autor ibid.
Minda unde nomen habeat? Prolog.
Eccleſiæ hujus origo ibid.
Mindertwalt XXXII.
Minoritæ quando cœperint Hanoveræ XXXVI.
Mirabilis Miles XXV.
Mirabelsbröck ibid.
Miraculum Wittekindi Prolog.
cum reliquiis XXVI.
Eremberti I.
Monaſterium Wunſtorp III.
Möllenbecc. V.
Viſbeccenſe VIII.
portentum in conſervatione hujus ibid.
in Overnkercken ibid. XXII.XXVI.
Walſord XI.
in monte Wedegonis XII.
transfertur Mindã XIII.
S.Martini Mindæ XV.XVI.
S.Mariæ ibid.
in inſula XVI.
transfertur in urbem XLIX.
Kaminadenſe conſecratur XVI.
in Werder XXII.
in Leveren XXIII.
Schinnenſe XXIV.XXV.
Luccenſe XXIV.
in Biſchoprode XXIX.
transfertur ibid.
in Old-Rinteln XXIX.
tria fundat Adolf Schaumburgicus ibid.
varia fundata ab Hilburge V.
in Marienſeé XXIX.
in Vlote XXXI.
in Lorhen XXXIII.XXXVII.
in Falckenhagen XXXV.
Egenſtorpenſe XXXVII. XXXIX.
Walfrodenſe XXXIX.
Moneta & mercatus V.XII.XV.XXXI.
Mons nequam XXXVIII.
Nienhus caſtrum XXX.
deſtructum XXXIX.
Odalricus XX.
Otto M. multa dat Mindæ XI.
II. dat & confirmat multa XI.XII.
III. idem facit XII.
primus Epiſcopus XXXIV.
acquirit Dominicanis multa privilegia ibid.
fecit pontem ſuper Wiſera ibid.
& murum ibid.


ſecun-

ſecundus Epiſcopus XLIII.
à Papa miſſus ibid.
gratus tamen ibid.
obit ibid.
tertius Epiſcopus XLV.
omne patrimonium donat Eccleſiæ ſuæ ibid.
certis conditionibus tamen ibid.
quartus Epiſcopus XLVIII.
de Nyenhus apoſtata XXXVIII.
Schaumburgicus Lüneburgicum vincit XLIV.
Overſtede (Joann.) obit XLIV.
Peſtis XL.
Petershagen caſtrum conditum *XXXVIII.*
Epiſcoporum Mindenſium ſedes ibid.
civitas *XLII.*
teloneum ibi concedit Carol. IV. *XLIV.*
Platea piſtorum igne perit *XXXVIII. XLIV.*
Pluviæ, grandines &c. *XLIV.*
Polle caſtrum captum *XLVIII.*
Pons ſuper Wiſeram à quo ſtructus *XXXIV.*
Pückeburg *XXVI.*
Raden caſtrum *XL.*
abalienatur XLIV.
recuperatur XLIX.
Ramwardus XIII.
Præpoſitus fundator Eccleſiæ S. Joann. Bapt. *XXVII.*
Reformatio Ord. Benedictini *XXIV.*
Reineberga *XXIX. XXXI.*
recuperatur *XXXIV. XLIX.*
partem ejus accipit Oſnabruga *XXXVIII.*
Reinwardus *XVIII.*
Reliquias colligit Anno *XXVI.*
S. Mar. Magdalenæ ibid.
harum contemtor punitur ibid.
Pauli Eremitæ *XXXII.*
Santford ſylva *XXXVII.*
Sedemund *XXXII.*
Schalksberg XXXVIII.
Sigebertus multa confert bona XV.
fundat monaſterium S. Martini ibid.
S. Mariæ ibid.
bona omnia ejus confirmantur ibid.
Sigwartus *XXIII.*
multa confert ibid.
Sylvæ Mindæ datæ XII. XV.
Slotterburgenſe caſtrum conditur XXXIX.
Steigeberg caſtrum XXXVII.
Steinwede XXXII.
Comitia ibidem ibid.
Theodericus primus III.
martyr. ibid.
fundat monaſterium Wunſtorp. ibid.
ſecundus XIV.
tertius XLI.
variis in locis Epiſcopus ibid.
Carolo IV. carus ibid.
laus ejus ibid.
ArchiEpiſcopus Magdeburg. XLI.
de Marca, Coadjutor Oſnabrugenſis captus XLII.
Therwyf pia Virgo XII.
Todenhuſen XXIX.
Turres in novo caſtro XXXI.
Valim pagus XV.
Vallis benedicta XXXI.
liliorum XXXV.
Vemeding XLI.

Vicelinus

Vicelinus XXV.
Vitebullenſtrat XXIX.
Walnen villa XLI.
Wedegonis caſtrum fit clauſtrum XII.
transfertur Mindam XIII.
Wedelo XXII.
Wedekindi miraculum Prolog.
fit chriſtianus ibid.
primus Epiſcopus XXXII.
victor Hamelenſium ibid.
& Lüneburgenſis ibid.
de monte fundat monaſterium Lothenſe XXXIII.
ſecundus Epiſcopus XLIV.
feſtum S. Feliciani celebrari juſſit ibid.
Magni ſepulcrum viſitat Carol. IV. ibid.
controverſiæ cum Senatu ibid.
bellum ejus cum Frid. Brunſvicenſi ibid.
Wendehuſium XLIX.
Wernerus XXV.
Werpe Milites XLIV.
Wichbelder Diœceſ. Mind. XXXI.
Wilhelmi Imp. privilegium XXXII.
Epiſcopus XXX.
de Bodensleve XXXVIII.
Wilkinus XLVI.
Wulfarius IV.
Wüllbrandus XLIX.
multa ablata reddit Eccleſiæ ſuæ ibidem.
an leproſus fuerit? ibid.
fœdas habet cicatrices, ibid.
transfert monaſterium ex Inſula in urbem XLIX.
multas affert reliquias ibid.
fit apoplecticus ibid.
Wunſtorpium XXXI.

WEDE-

# WEDECHINDI DULDORPS, VICARII, in *VENERABILES EPISCOPOS* MINDENSES *POEMATA.*

## WEDECHINDUS AD LECTOREM:

Hæc quicunq; legis, noſtri meminiſſe rogaris,
eſſe *piæ* volumus *ſimplicitatis* opus.
Ordine *Paſtorum* vitas narrabo Tuorum,
*Minda*, brevi, in culto, & ſimpliciore ſtilo.
Tu, Sincere, Patrum cineres venerabere, Lector,
*ſimplex* & *rectus* nam ferè quisque fuit.

## POEMATA EPISCOPALIA

### I. IN EREMBERTUM.

*Sancte Pater, ſancti quos Tu molire, labores* *I. Erembertus.*
*ædificant populum, lætificantq; Deum.*
*Nunc in luce Dei lucem.* Weſtfalia, *cernis*
Lucifer *eſt ortus*, Minda beata, *tibi.*
*Gloria in excelſis Domino! tibi gratia Præſul,*
Eremberte *tuus* dignus honore *labor.*

### *II. IN HARTWARDUM.*

*II. Hartwardus.*

*Plantas, evellis, feliciter omnia!* vinum
*atque* oleum *præbes. Eja cuique ſuum.*

*Infirmos firmas, rectâ tu ducis euntes,*
*erranti monſtrat candida dextra viam.*
*Sic bonus es Paſtor, Pater optimus, omnia fecit,*
*quæ facit, in Domino, & ſic bene cuncta facit.*

---

*III Tdeodericus I.*

*III. IN THEODERICUM I.*

*Dives* ès in *Domino, Ditrice*, quid amplius optas?
has tibi num prædo præripit ullus opes?
Vidiſti, viciſti hoſtes: generoſa triumfat
mens ſemper, clypeus cujus & umbo Deus.
Non adimit, ſed dat tibi gens *Nordmannia* vitam;
quis *mœret*, palmam ſi bona pugna *meret?*

---

*IV. Wulfarius.*

IV. IN WULFARIUM.

*Dvotus ſapiens & circumſpctus ubique*
*ſparſiſti verbi ſemina pura Dei.*
*Fervor in ori tuus cunctis & fervor in actis,*
*in puro magnus fervor amore Dei.*
*Nil potuêre* lupi: *pepulit tua* clava *rapaces*,
Wulfarius *mitis* Paſtor ovisque *manet*.

---

*V. Drogo.*

*V. IN DROGONEM.*

Devota *Hilburgis Drogo* tibi gaudia fecit,
cùm pareret ſobolem fertilis illa piam,
Templa *novem* raro zelo quæ condidit, atque
Cuîque dedit ſatis. En! poſteritatis opus!
*Otto* tubi ptimo conceſſit ſplendida jura,
ſic tuus è tumulo (crede,) micabit honor.

---

*VI. Adelwertus.*

VI. IN ADELWERTUM,

*Sunt homines pravi, ſunt peſſima tempora, vivis*
*quæ, Adelberte, tua. Sed meminiſſe juvat.*
*In cineres collapſa jacet* Germania *triſtis*,
*planctus & lachrymas angulus omnis habet.*
*Tu tamen in ſancto conſtanter munere ferves,*
*& ſancto* tepidos *exſpuis ore tuo.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *VII IN BERNARTUM.*

Hoſtis habet muros: lacrymæ & ſuſpiria ſurgant? *VII. Bernartus.*
vincunt arma preces, *Mars* furioſe, tua.
*Surſum corda Viri!* cædentes jam cecidêre,
ſordibus & proprio in ſanguine quisque gemit.
Redde Deo grates, Bernarte, ut jubila fiant?
á Domino auxilium, non aliunde, venit.

---

## VIII, IN LIDARIUM.

*Cænobium* Visbeck Heleburgis *condidit, atque* *VIII Lidarius*
*exuſtum inſtaurat denuo Minda. Notes:*
*Lapſa ſunt* ſtellæ, *cùm Sol altiſſimus eſſet,*
*deſuper in flammis* Overekercke *crepat.*
*Caſis virginibus: nec ſurrexiſſet honeſta*
*ni* Mervvinda *ſuas ſponte dediſſet opes.*

---

## *IX. IN EVERGISUM.*

Eſt nihil in faſtis de te *Evergiſe*, quid obſtat? *IX. Evergiſus.*
quòd ſatis officio feceris uſque tuo,
Scimus, & hoc fidi ſero tranſcribimus ævo,
cujus in ore tuus, *Candide* candor erit
Omnia corrodit, lapides ferrumque? vetuſtas.
ſola manet, putâ, gloria, mente fluens,

---

## X. IN HELMWARDUM.

*Extollant alii ſublimia facta ſuorum:* *X. Helmvvardus.*
*ſimplicitas aſtu per - mihi - mixta placet.*
Helmvvardus *bonus eſt, devitans* nomina longa:
*cuî quoq; dic ſodes, mucida pompa bono?*
*Indiget haud virtus titilis gravioribus: ergo*
*dicere, ſat nobis, Tu* Reverendus *eras*

---

## *XI. IN LANDVVARDUM.*

*Otto* tibi; *jura* & *baculum* Digniſſime, mittit, *XI. Landvvardus.*
innovat & firmat mente manuq; tua.
Donat *Mandradus Lubegau*, acceptabile munus;
naſcitur & *VValſord*, nobile cœnobium.

*Sunt bene, ſunt bona, quæ facis omnia, Præſul amande,*
*ſic mihi* curator *tu* regionis *eras.* *

XII. Milo.

### XII. IN MILONEM.

*Milo*, pius *miles*: bona tu *cerdamina* certas,
hoſteq; proſtrato magna *tropæa* facis.
Cæſaribus gratus: tu maxima jura potitus;
auxiſti ſtudio ſemper ovile tuo.
Eja! bonum factum. Tua præmia, *ſerve fidelis*,
ſunt laus in terra, gratia magna Dei.

XIII. Ramvvartus.

### XIII. IN RAMWARDUM.

*In* clauſtrum caſtrum Wedegonis Milo *reformat*,
*ſanctis Virginibus dans*, Benedicte, *tuis.*
Ramvvardus *poſt in noſtram quod tranſtulit urbem*
*mente bonâ facto præcipitante tamen.*
*Sic titubas, Pater opteme: verùm quis ſine navis?*
*non eſt ſanctus, qui non aliquando cadat.*

XIV. Theodericus II.

### XIV. IN THEODERICUM II.

Grande *Dei donum*, Præſul laudabilis: omne
in virtute bonum, ac in pietate ſalus.
Si dives fieri cupias, ſi relligioſus;
mens etenim proba non eſt ſine devitiis
Nil dico, *Tiderice*, tamen de te omnia dicam,
Tu *Dit-rick* nobis, tu *Theodorus* eras.

XV. Sigebertus.

### XV. IN SIGEBERTUM.

*Acquiris Sponſæ manſos & prædia multa,*
*villas & ſylvas optima quæq; Sacrum*
*Cœnobium fundas* Martini *largus in urbe,*
*cœpiſti* Sanctæ Virginis *atque domum.*
*Sub te quid? per Te gens* Schauenburgica *nata eſt.*
*Omnibus hinc carus* Solis *ad inſtar eras.*

### XVI. IN BRUNONEM.

XVI. Bruno.

Tu totus bonus es: conſummas fana *Mariæ*;
tu bene *Martino*, & cuîque reapſe facis,

*Landvvard, der des Landes wartet.

*S. Mauritium* inducis; dabit *Inſula* plauſum:
 atque piam reddet, *Minda*, tibi ſobolem.
Deficiunt equidem vires atque omnia membra,
 Tu tamen *aureolus Paſtor* es atque *Pater*.

## XVII. IN ENGELBERTUM.

*XVII, Engelbertus*

*Es jubar Eccleſiæ: Te ſummus & imus honorat:*
 *dat* Loſam Heinricus: Minda *ſed uſta jacet*,
*In cineres collapſa ſuos; Rex damna rependit*
 curte *aliquâ inſtauras mox tamen Eccleſiam*,
*Atque* Johannæum *templum; laudis ſatur, omnis*
 *atque laboris, abis* angelus angelicè.

## *XVIII. IN REINWARDUM.*

*XVIII. Reinvvardus.*

*Purus* eras *purâ* Dominum Tu mente colebas,
 formabas *puro* pectora *pura* Deo.
*Impurus Folkmarus erat*, detonſor ovilis,
 non Paſtor ſancto *triſte lupus* ſtabulo,
*Qui purè* fidit Domino, ſervatur ab illo,
 *pura* Dei tua næ gloria *cura* fuit.

## XIX. IN FOLKMARUM.

*XIX. Folkmarus.*

Ingreſſus, progreſſus *&* egreſſus *malus ergò*
 *Tute* malus pejor peſſimus, *ohe!*
*Vindex* Gorgonius *mediâ te nocte peremit*,
 *non poterat ſiquidem crimina tanta pati.*
*Vos* Simoniaci *intruſi ſpectate cadaver*,
 *Qui*, niger, *à recta janua aberrat, erit*

## *XX. XXI. IN ODALRICUM, GODESCHALCUM.*

*XX. XXI. Odalricus & Godeſchalcus.*

Annales, *Ulrice* tuos ſiluêre labores,
 haud etiam in chartis ſunt, *Godeſch alce*, tui.
Non tamen eſt dubium, fuerit quin teſſera veſtra:
 *Lex, Rex, grex*: tria quæ nomen ad aſtra vehunt.
Neſciataſt mundus pia facta & omina veſtra,
 ſufficit, in cœlis quòd modò ſcripta fient.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*XXII.*
*Wedelo.*

## XXII. IN WEDELONEM.

Auguſtine, *tuis ſociis dat* regula *nomen,*
*At juxta* canones *vivere non placuit.*
*Amotis igitur fruges conſumere natis*
Werthera *virgineum ſubſtituiſſe chorum*
*Mavult, deſumtis ex* Overekerke *puellis,*
*Devote ſervit nocte dieq́, DEO.*

*XXIII.*
*Siguvvardus.*

## XXIII. IN SIGVVARDVM.

Omen ineſt: pulcrum tibi dat *benedictio* nomen:
Sat *Segvvarde*, tibi, ſi *benedictus* eris.
Aut tibi num *bellum* fecit *victoria nomen?*
Victor, io! Victor! tu *Segvvarde* mihi.
Tu, *Benedicte*, potes florentia cernere templa,
Omnia tunc bona, ſi relligio bona ſit.

*XXIV.*
*Heinricus. I.*

## XXIV. IN HEINRICUM I.

*Miſit* Mauritio Heinricum Burſfeldia *noſtro*,
*At mox* Poſtorem *reddidit ille* Petro.
*Et* Schynnæ *&* Luccæ *ſub eo ſunt condita clauſtra*,
*Fratribus in* Gehlnbeck *curia magna datur.*
*Eſt bonus & gnavus: qui tandem ſponte reſignat*,
*Matris ut in gremio molliùs oſſa cubent.*

*XXV.*
*Wernerus.*

## XXV. IN VVERNERVM.

Succeſſit *Werner*, Præſul venerabilis, atque
Egregius quicquid dixerit invidia.
*Ex caſtro* formar *Mirabilis* eſſe *capellam*.
*Wernerus Schynnam* dedicat ipſe ſacram.
Non eſt, quòd congè memorent tua nomina faſti,
Æternum nomen qui bene fecit, habet.

*XXVI.*
*Anno.*

## XXVI. IN ANNONEM.

*Sueſtituit Sanctis combuſtis* Anno *recentes*,
*Commoda & Eccleſia, promovet ille ſua.*
*Perdita lux, quâ non benefecerat, una ſuorum*
*Atque DEI cura eſt: unica meta DEUS.*

*Hunc dederat nobis Gens* Blankenburgica *Sanctum*:
*Quid multis? totus Vir ſine labe fuit.*

---

## XXVII. IN DIETMARUM.

XXVII. Dietmarus.

*Ex unda vinum feciſti: quartus & Otto*
Eligitur per Te: pulcra *fodina* datur
*Argenti* abs *Heinrico*: plurima templa ſtruuntur:
*Neundorp Martino* conſecrat omne *Simon*:
Ædem *Ramvvardus* donavit in urbe *Joanni*,
à largo *Simeon* ſumſit *Ikone* ſuam.

---

## XXVIII. IN HEINRICUM II.

XXVIII. Heinricus II.

*De Te vix aliquid faſti memorabile ſcribunt.*
*Non tamen eſt dubium, quin bona vita fuit.*
*Auxiſti fratrum reditus* decimisque bonisque.
*Summa cura tua eſt publica nonne ſalus?*
*Rexiſti benè, vixiſti benè, ſingula facta*
*Sunt bona; malè ſic exitus eſſe nequit.*

---

## XXXI. IN CONRADUM.

XXIX. Conradus I.

Exſtruxit *Reinberg*: *Rinteln* implevit *Adolfus*
Virginibus, ſibi quas *Biſchoperoda* dabat.
Veſteque mutatâ quæ candent ſub *Benedicto*:
*Dominici* Fratres nunc quoque *Minda* capit.
Fervet relligio; Patria & Reſpublica florent,
Nocte dieque DEUM templa Scholæque canunt.

---

## XXX. IN WILHELMUM.

XXX. Wilhelmus.

*Curriculum vitæ breve quamvis, care* Wilhelme,
*Factorum tamen eſt gloria major. Agè,*
*In caſtro Nienhus tua ſic induſtria fulget,*
*Ut laudes candent tempora ſera tuas.*
*Candoremq; tuum nos commendabimus omnes,*
*Donec piſciculos Wiſera noſtra dabit.*

---

## XXXI. IN JOHANNEM.

XXXI. Joannes.

Pro lubitu Tibi *Conradus* jus conſtituendi
*Wichaelder* donat, pluraque jura dedit,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus tibi *cudendi* dedit ille gravemque *monetam*:
In *caſtro turres* conſtruis ipſe *novo*,
Dimidium *Wunſtorp* acquiris, Teque ſedente
Cœnobium *Vallis ſit benedicta Dei.*

## XXXII. IN WEDECHINDUM. I.

*XXXII. Medechindus I.*

*Te laudat Cæſar* Gvilielmus, *Stein wede donans*,
*Et bona plura ſimul contulit ille tibi.*
Hamela *nunc tua ſit: cives ringuntur: ad arma*
*Feſtina, validè cadis eosq, capis.*
Albertus *damnum facit, eſt adjutor eorum:*
*Nil obſtat: cives tute tuêre tuos.*

## XXXIII. IN CUNONEM.

*XXXIII. Cuno.*

Relligioſe Pater te dat *Diepholdia* nobis,
Heu! mihi, quàm mala, quàm turbida ſęcla vides.
Tu tamen ùt rupes mediis tranquillus in undis,
Fidis ei, cujus dextera cuncta regit.
Sub te conſtruitur clauſtrum *Lothenſe* celebre,
Quod peperit mœſto gaudia multa tibi.

## XXXIV. IN OTTONEM I.

*XXXIV. Otto.*

*Otto mendicans bonus ac devotus, honeſtus,*
*Nonne gregi ſacro profuit usq, ſuo?*
*Acquirit ſociis monachis cito plurima jura,*
*Fratribus in* Minqa *dat quoque multa ſuis,*
*Reddit iis* Reinberg *ablatum: in pace quieſcat!*
*Commendat precibus ſe bonus Otto tuis.*

## XXXV. IN VOLCKWINUM.

*XXXV. Volckvvinus.*

*Lübeke* tu feciſti urbem, *ſtellamq,* dediſti:
Ex *Alden* Clerus migrat & in *Lübeke.*
Fis *cœcus*: verùm *Borchardus* lumina reddit,
Fortunate DEO, cui quoque gratus eras,
Sit nomen Domini benedictum: qui bene fecit
Omnia, num tecum talia non faciat.

## XXXVI. IN CONRADUM II.

XXXVI. Conradus II.

*Tranquillè vivit placidus* Warbergius *ille,*
*Pacis amans, hinc in pace regitq́; ſuos.*
Harbertus *vitæ pertæſus liberioris,*
*Fit monachus: clauſtri vita rigorq́; placet.*
*Transfertur* Bruno, *in templo majore ſepultus,*
*Dic, qui cernis eum: molliter oſſa cubent!*

## XXXVII. IN LIUDOLFUM.

XXXVII. Liudolfus.

Fortis & armatus *Simon* te provocat ultrò,
Egrederis validâ fortior ipſe manû.
Moxque redis victor: clamabimus; io! triumfe!
Tu *Steigebergæ* conditor atque tuæ.
Vadunt ex *Lothen Lemegoam* quando Sorores,
Jacturam pateris, *Minda* benigna, gravem.

## XXXVIII. IN GOTTFREDUM.

XXXIIX. Gottfredus.

*Ad* Wiſeram *ſtruxiſti arcem* Gottfrede *jucundam,*
Indago *Sancti dicitur iſta* Petri.
*Ille* nequam mons Montanis *nunc redditur,* Hoja,
*Quem abſtulerat Dominis pernicioſa ſuis.*
*Pax tecum in vita, te pax in morte coronat,*
*Sic* Gottfred *nobis & quoque* Gutfred *eras.*

## XXXIX. IN LUDEWICUM.

XXXIX. Ludewicus.

Cœnobium *Wolfrod* fundat: condit *Bokeloham,*
Conſecrat *Egeſtorp: dat* Ludewicus *et*
*Frygraſios* & *Vehmding,* proh! ampliſſima jura,
Quæ paucis tantùm in Weſtfalia data ſunt.
Transgreditur ripam & fines diffuſa per agros
*Wiſera*; ſic patriæ maxima damna facit.

## XL. IN GERHARDUM I.

XL. Gerhardus I.

*Ergo te primùm dat Gens* Schaumburgica *nobis?*
*Salve igitur, ſalve, juſte* Gerharde, *bene,*

*Rexiſti bene; nam feciſti, quod potuiſti,*
*Acquiris* Raden*: das pretioſa tuis.*
*Vaſta cadit, dolor ah! ſævâ Germania* peſte,
*Has inter cædes tu famulare* DEO.

XLI. *Theodericus III.*

## *XLI. IN THEODERICVM III.*

Stemmate tu parvo, vili ſub ſtramine natus,
Mente tamen magnus, cuncta quod acta probant.
Quàm bene rexiſti! *Carolo* gratiſſimus, ô quàm
Eximiè tanto culmine dignus eras!
*Burgum Virgineum* poſt amplexaris ad *Albim*,
Fis titulis magnus, major at ingenio.

XLII. *Gerhardus II.*

## XLII. IN GERHARDUM II.

Rector *eras*, protector *eras*: *condisq́, fugasq́,*
*Inſtauras, hoſtes, oppida, caſtra tua.*
*O ſi manſiſſes, major meliorq́, fuiſſes,*
*Sanctum fecit iter grandia damna tuum.*
*Nam Te perdidimus, noſter, dilecte, fuiſti*
Paxillus, clypeus, pax, decus *atque* ſalus.

XLIII. *Otto II.*

## *XLIII. IN OTTONEM II.*

A facie ignotus *Mindæ* non, *Otto*, placebas,
At cùm Te vidit, te quoque amavit ea.
*Dexteritas* placuit, placuit *Sapientia*; totus,
Dicebat, mihi nunc Optimus *Otto* placet.
Non placet hoc autem, Te quòd jugulaverit *hydrops*;
Hoc unum cruciat: cetera cuncta placent.

XLIV. *Wedechindus II.*

## XLIV. IN WEDECHINDUM. II.

*Lis tibi multa domiq́, foriſq́, ſed* enſe pedoque
*Viciſti; merces ſit tua laus & honor,*
Wiſara *tranſcendit rurſus ſua littora*: Mindæ
*Confirmat* Carolus *ſingula jura ſua.*
*Eſt nihilum, quod non mereat præconia: totus*
Conſiliis, precibus, mente manúque *bonus.*

XLV. *Otto III.*

## *XLV. IN OTTONEM III.*

Das *montem* & *caſtrum* Domino: bona cuncta Parentum:
Hæredem ſolum tu facis, *Otto*, DEUM.

Euge

Euge bonum factum! nequit hoc te pœnituiſſe,
Nec *Mindam Ottonis* pœnituiſſe poteſt.
Qui dat, huic dabitur; qui non dat, is omnia perdet;
Da terram, & cœlum ſic tibi fœnus erit.

## XLVI. IN WILKINUM.

XLVI. *VVilkinus.*

*In modico, quo Tu ſediſti, tempore, multa*
*Compleſti: veræ nam pietatis amans,*
*Quod non mortale eſt, ſcrutatus es & meditatus,*
*Nil ſtabile atque bonum, præter* amare Deum.
Purus amor *valuit, qui neſcit, vincere, vinci:*
*Eja, amor omne poteſt: ergo,* ut ameris, amas.

## *XLVII. IN MARCVVARTVM.*

XLVII. *Marcvvartus,*

*Marcvvartum* nobis miſit *Bonifacius*; ille
Prudens & mitis, doctus & æquus erat.
Mox illum præclara vocat *Conſtantia*; verùm
Sic erat in fatis, ut moreretur ibi.
Heu! mihi quanta fuit ſemper mutatio rerum,
Dum ſtruimus, ruimus: quid ſumus ergo? nihil.

## XLVIII. IN OTTONEM IV.

XLVIII. *Otto IV.*

*Hunc quoque* Roma *dedit:* Clerus *ſe opponit, at* Otto
*Sub* bulla *Papæ &* fulmine *tutus erat.*
*Quid vos bella juvant,* Bernharte, Heinrice, *quid? annon*
*Maxima poſt tandem prœlia pax oritur?*
*Vivite concordes, qui vultis vivere fauſti,*
*Peſſima vox* bellum; *nomen amabile* Pax!

## *XLIX. IN VVüLLEBRANDVM.*

XLIX. *VVüllebrandus.*

Arces ablatas *Wülbrandus* reddidit, hoſtes
Vicit, ad obſequium ſicque redegit eos.
*Adverſa* in vultu deformant *vulnera*, verùm
Maxima *virtutis* ſigna fuêre ſuæ.
*Relliquias* affert: Monachos inducit in urbem,
Æquus erat cunctis, enſe pedoque gravis.

# ALBERTI FRYSCHMEDS DE POLLE IN EFFIGIES EPISCOPORUM MINDENSIUM DISTICHA.

AVus meus *Arnoldus Fryſchmed* in Rinteln, uti erat picturarum amator, ita ubique luſtrabat eas. Cùm igitur nobiles & potentes Domini in vicinia (num *Schaumburgicos* intelligit?) magnorum beneficiorum, quæ ab Epiſcopis *Mindenſibus* acceperant, piè memores, memorias Eorum conſervare, & poſteris commendare vellent, omnes ſingulosq; depingi, inq; ſalletto ſuo majori ſecundum ordinem collocari juſſerunt. Horum unicuique ſubjectum erat diſtichon memorabile, quæ avus decerpſit, mihique in ſchedis reliquit. Ne igitur perirent, denuò legibiliter deſcripſi. *Omnis enim antiquitas honoranda, utut parva, ſordida, & abjecta videatur idiotis.* Polle anno Domini MCCCCXCVII. die S. Margarethæ.

I. HERIMBERTUS.

*Oravi* atque *laboravi*, panemque comedi
in *ſudore* meo. Principium omne grave eſt.

*II. HARTVVARDVS.*

*Plantavit* pius *Herimbertus*, egoque *rigavi*,
*incrementa* Deus maxima cuique dedit.

III. TIDERICUS I.

*Hinc ego ſum factus* Dit-ryck: *ampliſſimum ovile*
*commoda, curas & gaudia multa facit.*

*IV. VVOLVARIVS.*

*Agnum* quando ſequuntur *oves*, grex pinguior atque
major erit, procul hinc diffugiente *lupo.*

V. DROGO.

*Quæ nunquam (miranda loquor) conceperat antè,*
*illa* novem *mihi nunc* filiolas *peperit.*

*VI. ADALBERT.*

Dum potui, *luxi*, extinctus *lucebo*, nec umbræ
*lucem* hanc extinguent. *Lux* Deus ipſe mihi.

VII. BER-

VII. BERNARD.

*Si non in Domino* vanus *labor eſt*, *meus ergo*
*in Domino factus* rancidus *eſſe nequit.*

*VIII. LIUDARIUS.*

Semper *latravi*, *vigilavi* ad limina templi,
nonne *canis fidi* munere functus ego?

IX. EVERGISO.

*Omnia, quæ potui, feci: ſtat ſumma laboris;*
ſervus inutilis & debitor *omnis Ego.*

*X. HELIMWERDUS.*

Sat mihi, *dilecti*, ſi quando nomen amœnum
à ſera merear poſteritate *Patris.*

XI. LANDEWARDUS.

Primus ego tibi *Minda* dedi *Regalia Jura*,
vive memor mortis, *Cæſaris* atque mei.

*XII. MILO.*

Milo miles *erat*, *certavit*, *vicit*, *ovavit*,
*nunc etenim in cœlis*, Io triumfe! *canit.*

XIII. RAMWARDUS.

Multa tuli & feci, ut valeam contingere metam,
*lex* mihi, *Rex* mihi, pol! *grex* cynoſura fuit.

*XIV. TIDERICUS II.*

Dexter *eram in verbis*, *cunctis* & dexter *in actis*,
*nitor*, *Poſteritas*, dexteritate *tuâ.*

XV. SIGEBERTUS.

Quæ bona mens dederat, reddebat Fratribus ipſe,
*proximo* enim, ſibi non, natus in orbe fuit.

*XVI. BRUNO.*

*Effigiem noſtram ſi contemplabere, puro*
*pectore dic*: Bruno in pace quieſcat! *amen.*

XVII. ENGELBERTUS.

*Exuſtam* vidi *Mindamq; readificatam:*
ſanavit, quæ nos percutit, una manus.

*XVIII. REINUUARTUS.*

Quàm *purum* mihi nomen erat! num vita, labores,
mens talis fuerit, *candide*, tute proba.

XIX. FOLCKIMARUS.

Diſce meo exemplo vitâſſe *Simonia* facta,
qui *fumum fumo* vendidit, ille perit.

XX. *UTHELRICUS.*

*Omnia* ſi dederint mihi *nomina*, luce *Beati*
quâ diſceſſi, annon *Eutychianus* ero?

*XXI. GODESCHALCUS.*

*Fidus* eram *Domini ſervus*, *Godeſchalcus*, amabo,
in mundo num quæ gloria major erit?

XXII. WITELO.

Riſi, cùm *Dominum* me ex ſimplicitate vocarent,
*communis patriæ Witelo ſervus* erat.

*XXIII. SIGEWARTUS.*

*Pacis amator*, *Segevvardus*, pacis amator
mortuus in *pace* eſt. Nunc *Segefredus* erit.

XXIV. HEINRICUS I.

Sancto *Mauricio* me dat *Burſfeldia*, at ille
me *Mindæ*, *Mindâ* me expulit *invidia*.

*XXV. WERNERUS.*

*Werner* ſit *VVarner*: qui *hortatur* & *audit*, uterque
eſt bonus, ergo *audi*, tu ſed, amice, *mone*.

XXVI. HANNO.

*Quid ſpectas umbram? mentem vidiſſe juvabit
virtuteſq; Viri.* *Nam* bonus Hanno *fuit*.

*XXVII. DETMARUS*

Lauda *Ditmarum*, miraclis undique clarum,
puras hauſit *aquas* optima *vina* bibens.

XXVIII. HEINRICUS II.

*Heinricus Sanctæ* tu *ſimplicitatis* imago;
in capite eſt *anguis*: fronte *columba* ſedet.

*XXIX. KUNRADUS I.*

Ut *rota* mota manet conformiter *una* eademq;
ſic *Kunradus* erat *ſorte in utraque* meus.

XXX. WILHELMUS.

Infula *ſplendorem*, fictum promiſit *honorem*:
nunc in fine tonus; *nil niſi præter onus*.

*XXXI. JOANNES.*

*Gratia*, quam bellum dedit & memorabile nomen.
Totus *Chariſius*, totus & *Holdrick* eras.

XXXII. WE-

XXXII. WEDIKINDUS I.

*Et tibi præclarum fecit* Sapientia *nomen*,
*omnibus in factis hæc* cynoſura *fuit*.

*XXXIII. CUNO.*

*Cuno* velut *cuneus*, diffindens pectora dura,
fecit opus Domini mente manûque ſui.

XXXIV. OTTO I.

*Ottonem* licèt invertas, tamen *Otto* manebit;
clariùs hoc dicas: *antè retroq; bonus*.

*XXXV. VOLCKWINUS.*

Plebs clamat, *Vinum*: tu *vinum oleumq;* dediſti
illi, *cœcus* eras, & tamen *Argus* eras.

XXXVI. KUNRADUS II.

Illius an *cum-rath*, ſeu *Komm-rath* nomen, amabo?
nam cum *conſiliis* fecit is omne bonis.

*XXXVII. LUDOLPHUS.*

Conſiliô *atque* operâ *quoniam tu quemq; juvabas*,
Lieutholf *dictus eras. Sancta tibi, pie, pax!*

XXXVIII. GODFRED.

Sit *pax vobiſcum* meritò nunc quisque precatur,
ſed (durum verbum!) *pax* abit illa *Dei*.

*XXXIX. LUTHEWIGUS.*

Ad te quod *fugerint homines*, non miror, egeni,
omni natus enim *Liutwig* eras populo.

XL. GERHART. I.

Tu non *durus* eras, *durus, Gerharde, libenter*,
nî *duro nodo* dandus erat *cuneus*.

*XLI. TIDERICUS III.*

*Conſiliis, animo, factis* es denique magnus,
det nobis plures *cella* tui ſimiles.

XLII. GERHART II.

*Ille piô votô Chriſti ſpectare* ſepulcrum
*dum ſtudet, ecce in* aquis *invenit ipſe ſuum*.

*XLIII. OTTO II.*

*Otto* licèt fuerit peregrino ſanguine natus,
non tamen à nobis ille alienus erat.

XLIV. WEDIKINDUS II.

*Conſiliis armisq;* ſuos defendere ſcivit,
delicium patriæ mente manûq; potens.

XLV. OTTO III.

*Omnia*, quæ dederat *Dominus*, Tu reddis *eidem*,
ſic redit ad *Dominum*, quod fuit antè *ſuum*.

XLVI. WILKEN.

A *marceſcendo* tibi nomen erat, quia *floris*
inſtar *florebas*, mox quoque *marcor* eras.

XLVII. MARCWARTUS.

Nil *conſtans* hîc eſſe, tibi *Conſtantia* dicet;
vix urbem *intrâſti*, cùm *egrediaris* eâ.

XLVIII. OTTO IV.

*Tranquillè* vixit, *tranquillè* rexit, itemque
*tranquillè* exceſſit. *Pacificus* Dominus!

XLIX. WULBRAND.

*Arma, preces, lacrumæ, ſuſpiria* juncta fuère,
ſic *Princeps, Dominus, Paſtor* itemque *Pater*.

L. ALBERTUS.

*Allwerth, omni dignus honore* & amore fuiſti;
ſis maneasq; *Allwerth*: ſic mihi *carus* eris.

Has dedit effigies *Fryſchmed* de *Polle*, bonus tu
ora pro miſero, lector abi, atque vale!

---

# CATALOGUS
## SANCTARUM RELIQUIARUM
in Eccleſia
*MINDENSI*,
ex membranis deſcriptus
à
LAMBERTO MARPACH.

IN nomine Dei omniumq; Sanctorum. Si quis putat, me omnia & ſingula Sanctorum nomina è membranis valde ſordidis & dilaceratis, à muribus etiam variis in locis arroſis, deſcripſiſſe, aut deſcribere potuiſſe, errat. Multa nomina

nomina planè illegibilia & intelligibilia erant, ob ſordes obductas, reliqua prorſus perierant, ob cauſas dictas. Omnes reliquiæ, pauciſſimis exceptis, in magno iſto incendio ſub *Engelberto* anno Dominicæ incarnationis MLXXIII. ipſo die *S. Vincentii* Martyris exuſtæ, vel tamen deperditæ ſunt, quotquot à prima fundatione devoti Præſules collegerant. Studebant quidem Succeſſores, inprimis pius *Hanno*, ſedulus Sanctarum reliquiarum conquiſitor, damnum hoc inſtaurare, &, quod potuit etiam, præſtitit. Priores tamen, à tot Regibus, Principibus, Nobilibus, aliiſque fidelibus Chriſti pro ornamento & augmento Eccleſiæ datæ, & ſingulari ſtudio comparatæ, longè prævalebant reliquis, quæ poſt incendium iſtud acceſſerunt. Membranas accepi à *Simone Crummer* Presbytero, &, ob reverentiam erga Sanctos Sanctaſque Martyres, Confeſſores, Epiſcopos & Virgines, deſcripſi, & ex confuſo ordine alphabeticè redegi, bonæ recordationis gratiâ, & devotionis meæ causâ. Sit Dominus benedictus in omnibus Sanctis ſuis! Anno Domin. Incarnat. MCCCCIX. die *S. Agnetis* Virginis & Mart. glorioſæ. Ita autem ſecundum ordinem ſe habent:

✝✝✝

S. Agnetis Virg. & Mart.
S. Anſgarii Epiſc. & Apoſtoli Borealis.
S. Agathæ Virg. & Mart.
S. Athanaſii Epiſcopi.
S. Alexii Conf.
S. Apollinar. Epiſcopi & Mart.
S. Adaucti Mart.
S. Albani Epiſcopi.
S. Autberti Epiſcopi.
S. Altonis Conf. & Epiſc.
S. Apri,
S. Autoris,
S. Adolfi Conf.
S. Audalii Mart.
S. Audentii Mart.
S. Alexandri Mart.
S. Annæ,
S. Abundi Mart.
S. Anaſtaſii Mart.
S. Agathoniæ Virg. & Mart.
S. Aviti Epiſcop.
S. Ariſtonis Ep.
S. Audomari Ep.
S. Amalgeri Conf.
S. Archemii,
S. Afræ,
S. Aduleſii,
S. Aproniani Mart.
S. Artemii Mart.
S. Bonifacii Ep. & Mart.
S. Bertini Conf.
S. Borchardi Ep. & Conf.
S. Blaſii Ep. & Mart.
S. Bibianæ Virg. & Mart.
S. Bavonis Conf.
S. Baſillæ Virgin.
S. Beati Mart.
S. Bacchi Mart.
S. Baſiliſci Mart.
S. Baſiliſsæ Mart.

S. Carpophori Mart.
S. Calixti Mart.
S. Colomanni Mart.
S. Cypriani Ep. & Mart.
S. Candidæ Mart.
S. Creſcentiæ Mart.
S. Cæciliæ Virg. & Mart.
S. Chriſtophori,
S. Crucis Dominicæ
S. Cyriaci Mart.
S. Columbæ Virg.
S. Concordiæ Virg.
S. Cleti Mart. & Papæ
S. Catharinæ
S. Celſi Ep.
S. Columbani Conf.
S. Cunibaldi Mart.
S. Conſtantiæ Virg.
S. Claudii Mart.
S. Caſtuli Mart.
S. Caſtorii Mart.
S. Damaſi Papæ & Mart.
S. Dorothei Mart.
S. Drutberti Mart.
S. Dyſibodi Mart.
S. Deſiderii Mart.
S. Eriberti Ep. & Mart.
S. Eraſmi Mart.
S. Evariſti Papæ & Mart.
S. Emerentianæ Virg. & Mart.
S. Eugeniæ Virg.
S. Euſtochii Mart.
S. Eufemiæ Virg. & Mart.
S. Eleutherii Epiſcopi
S. Eutychiani Ep.
S. Eulaliæ Virg. & Mart.
S. Epimachi Mart.
S. Eligemii
S. Exuperantii Mart.
S. Evergiſti Ep.
S. Feliciani Mart. & Ep.
S. Fulginati Ep. & Mart.
S. Florentiæ Virg.
S. Friulſi Conf.
S. Fauſtini Mart.
S. Fulconis Ep. & Mart.
S. Florentii Conf.
S. Filberti Conf.
S. Felicis Papæ & Mart.
S. Felicitatis Virg.
S. Fabiani Mart.
S. Floriani Ep.
S. Feliculæ Virg.
S. Fortunati Mart.
S. Florentinæ Mart.
S. Gorgonii Mart.
S. Genofeſæ Mart.
S. Gordiani Mart.
S. Galli Conf.
S. Gereonis Mart.
S. Germani Ep.
S. Gregorii Mart.
S. Gerontii Ep.
S. Geneſii Mart.
S. Geminiani Mart.
S. Habundi Mart.
S. Hiacynthi Conf.
S. Hippolyti Conf. imò Mart.
S. Hilarii Ep.
S. Hildegrini Ep.
S. Hugonis Ep.
S. Heſperici Conf.
S. Hilariæ Mart.
SS. Innocentium
S. Juliani Mart.
S. Juſtini Ep.
S. Joannis Ep. & Mart.
S. Juvenalis Mart.
S. Julianæ Mart.
S. Irenæi Ep. & Mart.
S. Januarii Mart.

S. Kiliani Mart.
B. Liudolfi Abb. Corb.
S. Largi Mart.
S. Lini Pap. & Mart.
S. Luciæ Virg. & Mart.
S. Lamperti Mart.
S. Liudgeri Ep.
S. Longini
S. Leodiarii Conf.
S. Lulli Ep.
S. Landonis Ep.
S. Landeoli Ep.
S. Laurentii Mart.
S. Largi Mart.
S. Luciani Mart.
S. Leocadiæ Mart.
S. Medardi Ep.
S. Mauricii Mart.
S. Materni Conf.
S. Marcelli Pap. & Mart.
S. Marii Mart.
S. Mommoleni Ep.
S. Martyrum variorum
S. Mariæ Matris DEI
S. Matthiæ Apoſtoli,
S. Modeſti
S. Maynulfi Conf.
S. Materniani Ep.
S. Magni Conf.
S. Maur. Mart.
S. Martinæ Virg. & Mart.
S. Marini Ep.
S. Manſveti Ep.
S. Menradi Ep. aut Conf.
S. Merbotti Conf.
S. Martini Ep.
S. Mar. Magdalenæ
S. Modewaldi Conf.
S. Nicomedis Mart.
S. Nazarii Mart.
SS. Petr. & Paul. Apoſt.
S. Othomari Abb. & Conf.
S. Odulphi Conf.
S. Petronillæ Virg.
S. Protaſii Mart.
S. Pii Pap. & Mart.
S. Panthaleon. Mart.
S. Pirminii Ep.
S. Philippi Apoſt.
S. Praxedis } Virg.
S. Potentianæ } Virg.
S. Pamphili Mart.
S. Pancratii Mart.
S. Priſcæ
S. Paterni Ep.
S. Pattonis Ep.
S. Pelagii Mart.
S. Pertratæ Virg.
S. Pauli Apoſt.
S. Pauli Eremitæ.
S. Petri Apoſt.
S. Peregrini
S. Probi Mart.
S. Quinti Conf.
S. Ruſtici Mart.
S. Remigii Ep.
B. Rabani Ep. & Conf.
S. Regulæ Virg.
S. Ruſticiani Mart.
S. Ruperti Ep.
S. Racchildæ Virg.
S. Reginardi Conf.
S. Romani Mart.
S. Simeonis Mart. & Ep.
S. Stephani Mart. & Ep. in Svecia
S. Supplicii Conf.
S. Saturnini Conf.
S. Severæ Virg.
S. Severini Ep.
S. Sophiæ Viduæ
S. Speciofæ Virg.
S. Servaſii Ep.

S.Sophronii Ep.
S.Solarii Ep.
S.Severi Ep.
S.Silveſtri Mart.
S.Smaragdi Mart.
S.Simplicii Mart.
S.Suſannæ Virg. & Mart.
S.Saturnini Mart.
S.Sabini Ep. & Mart.
S.silvani Mart.
Sanctorum Variorum,
S.Triphonis Mart.
B.Theoderici Ep. Mind. & Mart.
S.Theodori Mart.
S.Theodegarii Mart.
S.Terentii Conf.
S.Timothei Apoſt.
S.Tiburtii Conf. ſeu potius Mart.

S.Tophredii,
S.Tranquillini Mart.
S.Vitalis Mart.
S.Victoris Mart. & Papæ.
S.Victerpi Ep.
S.Vedaſti Ep.
S.Valentini Mart.
S.Valeriani Mart.
S.Vigilii Conf.
S.Vedulphi Ep.
S.Vincentii Mart.
S.Ubaldi Ep.
S.Uthalrici Ep.
S.Wilhelmi Conf.
S.Willibordi Conf. & Ep.
S.Ymonis Abbat.
S.Zephyrini Pap. & Mart.
S.Zenobii Mart.

JACOBI

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# JACOBI REUTELII,
*PAST. EINBECC. AD S. ALEXANDR.*,

# HILLESHEMIA,

*in*

## EPISCOPIS SUIS

REPRÆSENTATA,

*Cum Mantiſſa metro vincta, ejusdem argumenti,*
*è tenebris ſordibusq́; ſuis eruta, notis illuſtrata,*
*& edita*

à

CHRISTIANO FRANCISCO PAULLINI.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# VENERANDE LECTOR!

PRomo nunc *Reutelium*, Virum bonum & doctum, fidumq; rerum *Hillesheimenſium* inquiſitorem. Si compendium vitæ ejus ſcire aveas, breviſſimè dicam. Cunas ei & prima crepundia dedit *Hatzkeroda* ad ſylvam Hartzicā in Principatu *Anhaltino*. Adultum, & doctrinâ nunc præſtantem fata traxere ad exteros. Probatâ ſiquidem fide & induſtriâ ejus *Göttingenſibus* & *Hardeſſianis*, *Hüxariæ* ad Viſurgim in æde *Petrina* fit Eccleſiaſtes. Inde annô MDLXVII. abs *Einbeccenſibus* ad S. *Alexandrum* vocatus. (a) Aliquot antè exceſſum annis ſermonis uſu privatus, Adjunctum à Superioribus habuit M. *Andream Noltium*, Scholæ *Einbeccenſis* Rectorem, cui cives ejus in ſacra cathedra demandabantur. Annus ei ſupremus fuit ſuprà milleſimum quingenteſimum nonageſimus tertius, quô ipsô *Veronicæ* die in templo *Alexandrino* conditus eſt. (b) At rogas, quô caſu iſte *Jacobus* in noſtras lapſus fuerit manus? Communicârat olim mecum D. *Joannes Wilhelmus Brüning*, Imperialis ſemperq; Liberæ Eccleſiæ Corbeienſis Cancellarius, Anonymi cujusdam chronicon *Hillesheimenſe*, patrio ſermone ſcriptum. Quod cùm fortè apud me vidiſſet *Hermannus Schneidewind*, Paſtor ad D. *Kilian*. Hüxar., de *Reutelio* muſſitare cœpit, in ædibus Theologi vicinioris à ſe viſo, addens: ſi mihi placeret, ſe operam daturum, ut quamprimùm perlegerem. Vix optatius quid dici potuiſſet. Miſit poſtea codicem, quem meâ manu deſcripſi. Attentiùs perlegenti mirè placuit brevitas *Reuteliana*, omnia ſuccinctè tradens. Non potui igitur me continere, quin, anti-

(a) Vid. J. Letzner. chron. Daſſel. L. VI. P. I. c. 7. p. 68. B. (b) Idem l. c. p. 90. A.

antiquo more meo, lectiones meas ſubinde brevioribus notulis conſpergerem, ſi quæ aſteriſco digna occurrerent. *Chronicon* verò MS. *Hillesheimenſe* aliquoties ad partes vocatum, nullum aliud eſt, quàm quod à *Bruningo* acceperam. Recentius erat, nec antiquâ Saxonum linguâ exaratum, multis tamen memorabilibus refertum. Meminit *Henricus Meibomius* Senior (c) *Onuphrii Meyenroſii* chronici Hillesheimenſis, & D. *Caſpar Sagittarius* (d) *Joannis* Stadtwegs MS. chron. Hillesheim. At utrumque diverſum ab iſto. Nullos allegavit autores Noſter. Quàm bene autem ex fide dignis cuncta hauſerit, tute videbis. Candorem & modeſtiam Viri laudo. Si æquus prudensq; lector (ceteris meliorem precabimur mentem,) ſtudium meum probaverit, plura hujuſmodi ſpondeo. *Gratiis dignos* cenſet CL. *Urſtiſius*, (e) & *debitum* eos *patriæ officium* præſtitiſſe ſcribit, qui bonis libris *è tenebris in lucem proferendis* obſtetricantur, *neglectosq; & ſquallentes*, deterſo ſitu, in hominum conſpectum atque conſortium deducunt. Vale, mi Lector, &, ſi velis, adde vitas *Erneſti*, *Ferdinandi*, *Maximiliani Henrici*, *Jodoci*, & moderni Reverendiſſimi & Sereniſſimi, quem Deus ſervet! Scripſi *Ferrariæ* Thuringorum Annô Dei-Hominis MDCXCVII.

(c) in not. ad Henric. Leon. T. I. rer. Germanic. p. 527. (d) de origine Ducum Brunſvicenſium §. 116. p. 95. (e) præfat. in volum. Hiſt. German.

* * *

IN nuce *Mæonides*! anguſtis ordine chartis
cernis Pontifices, *Hildeſiana*, tuos.
*Illuſtres* venerare Viros; *illuſtria* facta
ſuſpice, quæ vitæ *norma* & *amuſſis* erunt.

*Ortum* cerne tuum: *ſpecioſæ* ſicut *olivæ*
in ripa ex tenui ſemine fructificant,
Inq; plagas orbis ſublimia brachia pandunt,
& pulſant cœlum vertice grande ſuo.
Sic ſemper *felix*, ita ſemper *bella* fuiſti,
*Saxoniæ decus* & nobile *delicium.*
Imbellem donec facerent te triſtia bella,
è quibus haud unquam naſcitur ulla ſalus.
Omnia *Reutelius* mirâ brevitate loquetur;
ſed ſapienti ſat! ſingula pauca monent.
Accendunt faculas Tibi noctes *Paullinianæ*,
ut videas fontes, è quibus iſta fluant.
Laudamus meritò, quem fecit uterq; laborem,
occurrant tetri ſic mihi ſæpe libri.
Mucor eras, *Reuteli*, ſquallor, pulvis & umbra,
nunc es *Chryſologus*, totus & *Aureolus.*
Hanc metamorphoſin *Paullini* callet: is, ecce!
ex *vetulis juvenes* reſtituiſſe poteſt.

*Scripſit officioſâ crenâ*
Gabriel Lühr. D.M.

B.C.D.

# B. C. D.

## §. I.

CArolus, ob virtutem & res glorioſè ſemper geſtas toto orbe *Magnus* dictus, omnem Saxoniam, ferro à ſe ſubactam, & Chriſti jugo ſubditam, in *decem* (a) [alii *ſeptem*, (b) alii *octo* numerant (c)] Epiſcopatus ſecuit, ſicque integram Deo reddidit. Nona Sedes (d) eſt *Hilleshemenſis*, cujus fundamenta jacta primùm in *Aulica*, in honorem *S. Petri* Apoſtoli, annô DCCXCVI. Kongsſaal/vulgò nunc Elſe dicta. Eſt amœnus locus ad Salæ & Leinæ confluentiam, in quo, ſtructo à Rege palatio, plerunque reſidebat in Saxonia morans. Curam hujus ædis commiſit Carolus *Güntero*, Venerabili Viro, licèt extimam ei haud impoſuerit manum, relinquens Filio & Succeſſori ſuo *Ludovico* ſtructuram. Poſt exceſſum verò illius *Ludovicus* graves Imperii curas otio venatorio diſtincturus, venit ad nemoroſum locum, ubi nunc primaria *Hillesbemiæ* Eccleſia eſt. Ibi cultûs divini memor, per ſacellanum ſuum in altari portatili ſub patulæ fagi tegmine Miſſam celebrare juſſit, affixo trunco arboris aureo vaſculo, quod ſemper circumferebat ille, in quo *crines* & *lac* B. V. erant, appoſitâ ejusdem *imagine*. Sacris finitis, ille in ſylvam & campos, ſacellanus verò ad ſua remeat, reliquiarum oblitus. Quarum cùm altero die, ſacra iterum facturus in *Aulica*, reminiſceretur, ociùs cucurrit ad arborem. At non poterat ſacram thecam trunco avellere. Attonitus homo rem narrat *Ludovico*. Qui cum ſuis accedit, grande hoc prodigium viſurus. Divinans, ſanctius quid ſubeſſe, in terram proſtratus oſtenti hujus cauſam à Deo rogavit. Vox interim audita: *Nix tibi circumſcribet terminos ædis meæ.* Illaque mox inſolito anni tempore delapſa certam aliquam telluris aream implevit. Quâ viſâ, Imperator clamabat: Dat iß en Hildeſnee/ und ſcholl auch Hildeſchnee heeten. Alii ajunt, ſomnio fuiſſe monitum *Ludovicum*, ut eò loci ſibi deli-



(a) Tot vult chron. Mind. ap. Meibom. T. I. rer. Germ. p. 556. Werner. Rolevink. L. II. de laud. Weſtfal. c. 8. (b) Gobelin. Perſon. Coſmodr. æt. VI. c. 38. Kranz. L. II. Sax. c. 23. Engelhuſ. chron. p. 155. (c) Chron. Slav. L. I. c. 3. §. 8. Lang. chron. Citiz. c. p. Ditmar. Merſenb. L. VII. chron. p. 230. Ad. Brem. L. I. c. 9. Alb. Stad. Compil. chronol. Qui octo numerant, Magdeburg. & Hamburg. omittunt. Petr. Beck in Aquisgrano c. V. novem ſiſtit. Gryphiander ait de VVeichbild. Sax. c. 29. Carolum ne unum quidem Epiſcopatum in Saxonia fundâſſe. At unde hæc hallucinatio Viri eruditi? dicet Sagittar. de Bardevico c. 3. §. 35. (d) juxta chron. Mind. Meibom. T. cit. p. 554. ſexta, mox tamen ſentit cum autore.

gere velit ſanctiſſima Deipara oratorium. At traditio hæc merè fabuloſa eſt. (e) Certiſſimum verò hoc, ceſſiſſe Petrum Apoſtolum D. Virgini, cœptamq; in *Aulica* à Carolo Eccleſiam à *Ludovico* translatam eſſe *Hillesbemiam* ad fluvium *Inneram*, etiam ante annum DCCCXIX. Inq; baſilicâ mox *Irmenſula*, prope Corbejam eruta, ſolenniter tamen prius luſtrata & expiata, introducta, & in umbilico templi poſita eſt. (f) Rectiùs igitur urbs dicitur *Hillesbemia*, ſeu *Hillesbemium*, *Hillesheimia* vel *Hillesheimium*, non à fictitia *nive*, verùm à vicino *nemore*, quòd porrectius & amplius olim fuerit, *Hilles* vocato. (g)

I. *Günterus*. §. II. Anguſtum templum erat, nec ſatis commodum, à *Ludovico* Pio B. Virgini ſtructum. *Günterus* igitur, primus ejus Rector, dextram versùs auguſtius priori, duabus turribus conſpicuum, ſtruxit in honorem S. *Cæciliæ*, Patronæ ſuæ. At cùm haud lentè feſtinaret, pompæ neſcius, ad ſolum uſum id fabricari juſſit. Interim Eccleſia hæc inter Germaniæ præcipuas ſemper fuit. (h) Idem palatium Epiſcopale condidit.

II. *Rembertus*. §. III. Sequitur *Rembertus*, *Remibertus* ſeu *Frembertus*, (i) aut *Reybertus*, (k) qui verò poſt paucos menſes deceſſit, ut nonnulli eum è catalogo Antiſtitum expunxerint. Jacet penes *Günterum*.

Succeſſit

III. *Ebo*. §. IV. *Ebo* (l) Francus, Archi-Epiſcopus *Rhemenſis*, gratus olim *Ludovico* Imp., poſtea verò, ob conſpirationem in ſanctum ejus verticem, ſuſpectus, (m) ideoque in Synodo generali (n) officio & dignitate exutus, & in exilium pulſus, venit Hamburgum ad *S. Anſgarium*, veterem amicum, cui ſe in converſione Danorum zeloſum probârat, eiq; , tunc Antiſtiti Hamburgenſi, reliquias *Sixti* & *Simnitii* è Diœceſi Rhemenſi attulerat. Ejus igitur operâ, Sede vacante *Hilleshemenſi*, ab Imperatore potitus. Innocentiam ſuam ſingulari apologiâ (o) demonſtravit, eamque vel ex eo colliges, quod S. *Anſgarius* amore & contubernio ſuo eum dignum reputaverit, (p) adque novum hunc Epiſcopatum promoverit. Sunt, qui ideò eum ſugillant, quòd, contra *Paſchalis* mandatum, (q) iter Boreale tunc ſubterfugerit, *Gautbertum*, propinquum ſuum, ſubſtituens. (r) Sed hæc nihil ad nos. *Hillesbemia* ſanè omnia

boni

(e) Kranz. L. I. Metr. c. 10. & L. II. Sax. c. 26. qui oblitus hîc imaginis D. Virg. lac & capillos ejus affert, ibi verò imaginem illius habet. (f) Vid. Meibom. de Irmenſul. c. 8. Stangefol. L. II. annal. circ. VVeſtfal. p. 129. (g) idem aſſerit de Irmenſul. cap. cit. & in orat. de orig. Helmeſtad. Meibomius. (h) opibus, religione, ſplendore non in poſtremis cathedralibus Germaniæ Eccleſiis Kranz. L. I. Metr. c. 10. è ſeptem Comitatibus unita, ut ex (1) VVinzenburg. (2) Schlademenſi, (3) Poppenburg. (4) Peynenſi (5) VVoldenburg. (6) Lewenburg. & (7) Daſſel. (i) Kranz. L. I. Metr. c. 27. Bucelin. Germ. ſacr. P. I. p. 18. (k) Eggehardus Vragienſ. Abbas in chron. ad Egbertum, qui verò falsò hunc extinctum ſcribit anno 825. (l) Kranz. L. I. Metr. c. 30. quartum eum facit Epiſcopum, & tamen L. II. Sax. c. 27. ſui oblitus tertium affirmat. (m) Idem L. I. Metr. c. 27. (n) vid chron. Reginon. ad ann. 839. & compilat. chronol. ad ann. 836. (o) vid. eam à Madero annex. Ad. Brem. p. 236. ſeqq. (p) adde Kranz. L. II. Sax. c. 27. (q) vid. apud Mader. in diplom. Ad. Bremenſ. annex. p. 246. ſeqq. (r) Vid. Kranz. L. I. Metr. c. 27. & Add. Bremenſ. L. I. c. 18.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

boni Paſtoris munia fideliter adimplevit: conciones ad populũ ipſe habebat, baptizabat parvulos, & agenda cetera agebat ſummâ fide & curâ, ut nihil omninò in eo deſideres. Vitâ functum dicunt anno DCCCXLVII. Prælaturæ ſuæ XII. Sed hôc ipſo annô Menſe Septembri cum *Anſgario* interfuit Illuſtri Synodo Moguntiæ. (s)

§. V. *Alfredus*, ſeu *Altfredus*, in Archi-Diœceſi Colonienſi ex nobili ſtemmate ortus, diſcipulus & monachus Corbeiæ noſtræ, circa annum DCCCXLVIII. ad Illuſtrem cathedram *Hilleshemenſem* evectus, quam vitæ probitate, laudabili zelo & ſummâ prudentiâ admirabilem fecit Vir omni laude major. (t) Ipſe baſilicam B. Virg. è fundamentis excitavit, dirutâ anguſtâ minusq; aptâ æde *Ludoviciana*, XXIV. ſeu XXVI. annorum ſpatio abſolutam, & quarto ante exceſſum ſuum annô à ſeipſo conſecratam, adjuncto eidem cœnobio, ut omnes Canonici ſub regula Ordinis ſui & ſub uno tecto degentes ſoli Deo humiliter ſervirent. Quoties igitur conventum, ſeu dormitorium intrabat, ceciniſſe fertur: *quàm dulce eſt Fratres cohabitare in unum.* Inſuper tria cœnobia conſtruxit (1) *Aſvvedenſe* in Diœceſi ſua, pro Virginibus familiæ Benedictinæ, (2) *Aſſidienſe*, quod illuſtriſſimum ſemper fuit, & nobilium tantùm Virginum ejusdem inſtituti, in patria ſua, & (3) *Salgenſtadenſe*, pro monachis ejusdem congregationis. Fundationi iſtius terribilem ſubjunxit maledictionem. (u) Lapis, non homo, ſit, qui ad iſta fulmina non trepidet. (vv) Auguſti cœnobii *Gandesheimenſis* ipſe candidus Promotor fuit. Conſiliũ quippe ſuggeſſit *Ludolfo* Fundatori, Saxonum Duci, & ſtimulum addidit, quò bonum maturaret opus, filiamq; ejus *Hathumodam*, primam ibi Abbatiſſam renunciavit: (x) cui monaſterio etiam poſt *Ludolfum*, qui undecim millibus manſis dotâſſe dicitur, juxta numerum undecim millium Virginũ, (y) multos reditus contulit, pietate, prudentiâ, beneficentiâ nulli ſecundus. Stetit iſtud cœnobium monialium ante *Brunshuſii*, anno DCCCLVI. verò ad fluvium *Gande* translatum eſt. (z) Obdormivit circa annum DCCCLXXVII. regiminis ſui XXVIII. Sepultus in monaſterio ſuo Aſvvedenſi. (a) IV. S. *Alfredus*.

§. VI. Electus poſt eum *Ludolfus*, etiam Monachus Corbeienſis, vir probus & doctus, & erga pauperes benigniſſimus. Sed cùm ante confirmationem deceſſerit, in indice Præſulum vix repereris eum. In vetuſti monaſterii ſacello Electus hic benefactores inter viſus, habens ad dextram inſignia Eccleſiæ ſuæ, (b) ad ſiniſtram erat *draco*, *leo* & *aquila* V. *Ludolfus*.

 deſu-

(s) Adde Schaten. P. I. annal. Padeborn. p. 135. (t) vir verè memorabilis, & in divina religione ferventiſſimus, Kranz. L. II. Metr. c. 12. (u) plures formulas dabit Meib. in not. ad dipl. Thaſſilon. T. III. rer. Germ. p. 190. ſeq. (vv) Altfredianam vide in Th. m. Illuſtr. Vir. Corb. c. 18. p. 54. & Part. Germ. ſacr. Bucel. in frontiſpicio. (x) vid. Henr. Bodonis ſyntagma de cœnobio Gandeſian. T. II. rer. Germ. Meib. p. 482. (y) Engelh. chr. p. 170. (z) lit. fundationis & donationis dedit M. Reiskius de cornu Ammonis c. 4. §. 4. (a) conf. th. m. cit. c. 18. (b) quæ vid. ap. Letzner. in chron. Daſſel. L. II. in frontiſpicio & in hiſt. Ludov. Pii edit. ſec. c. 19.

deſuper volitans, cum ſubſcriptione LDLS E. EPS HIL: E quibus alii con-
jiciunt, fuiſſe *Ludolfum* ex Comitibus *Ringelheimenſibus*. (c)

VI. *Marquardus*, §. VII. *Marquardus* probus, liberalis, & pacis ſtudioſus; cujus miti ingenio
malitioſi homines abuſi, ut etiam duo cœnobia, ab *Alfredo* condita, Diœceſi
ſurripuerint, *Aſvvedenſe* putà & *Salingſtadenſe*: ædi cathedrali trabes ſubjecit,
aliaq;, quæ potuit, fecit. A Danis, Saxoniam populantibus, oppreſſus anno do-
minationis ſuæ tertiô ſeu quartô circa AC. DCCCLXXX. Vir longiori vitâ
digniſſimus. (d) Sepultus *Epſtorpii*. (e) Multi multa, at contraria, de hoc prœ-
lio Epſtorpienſi. Quidam aſſerunt, (f) *duos* tantùm cæſos eſſe Epiſcopos, *no-
ſtrum* & *Theodoricum* Mindenſem, unà cum *Ottone* Duce & XII. Comitibus. Alii
(g) *omnes* ferè in Saxonia Antiſtites cum plurima Nobilitate cecidiſſe volunt,
quos longâ ſerie narrant. (h) Alii (i) *tres* tantùm extinctos credunt, *Minden-
ſem*, *Ferdenſem* & *Hilleshemenſem*. De *Theodorico* & *Marquardo* res certa eſt, de
ceteris non item. Licèt hæc ſtrages annô DCCCLXXVI. d. 1, Aug. (k) ſeu bi-
ennio pòſt d. 2. Febr., vel annô DCCCLXX. (l) facta ſit, quis tamen affirma-
verit, omnes Epiſcopos periiſſe? Sed quorſum immorabimur narrationi du-
biæ & ſuſpectæ? (m) Sufficit ſciſſe, *Marquardum* noſtrum à Danis pro gloria
Chriſti martyrii palmâ fuiſſe coronatum.

Surrogatur

VII. *VVigbertus*, §. VIII. *Wigbertus*, optatiſſimus Pater, (n) illuſtris cœnobii *Gandesheimen-
ſis* baſilicam abſolvit & dedicavit in honorem *S. Joannis* Baptiſtæ, nec non *In-
nocentii* & *Anaſtaſii*, omniumq; Sanctorum. (o Defunctâ *Gerburgi*, ſecundâ
Abbatiſsâ, *Ludolfi* Ducis & Fundatoris F., ipſe *VVigbertus Chriſtinam*, Saxoniæ
Ducis ſororem, conſecravit. (p) Ferunt, fuiſſe artis Aſclepiadeæ haud ignarum,
ita, ut etiam codices de ea ſcripſerit. (q) Secundùm nonnullos quatuor annis
rexit dextertimè, (r) juxta alios, primo nondum completo, deſiit circa an-
num DCCCLXXXIV. At Synodo Moguntinenſi ſub *Luitberto* anno
DCCCLXXXVIII. habitæ ſubſcripſit. Quieſcit in ſacello palatii Epiſcopalis.
Monſtravit mihi nuper *Reinhard. Bucholtzius*, Abbas Corbeienſis, bullam *Ste-*

*phani*

(c) Antiquiſſima hæc Saxonum inſignia erant, cujus rei teſtis eſt Mathilda Auguſta, Henr.
Aucup. conjux, quæ cum iis adhuc hodie conſpicitur in cœnobio Pôlenſi, ſeu Poildenſi, agri
Eichsfeldenſis. Quid iis indicare voluerint Saxones noſtri, dicit VVittekind. L. I. annal. (d)
imò immortalitate, Bucel. l. c. P. I. p. 18. a. Vir Deo & cœlo dignus Kranz. L. II. Metr. c. 14.
(e) Id. Kranz. l. c. (f) Ditmar. Merſeb. L. II. chr. p. 30. Ad. Brem. L. I. c. 31. Helmold. L. I.
chr. c. 7. (g) Kranz. L. II. Metr. c. 9. G. Fabricius L. II. orig. Sax. Spangenb. chr. Sax. c. 108.
(h) vid. confutat. legendæ fabuloſæ Metrop. Kranz. annex. (i) Emmius L. V. rer. Friſicar. &
Kranz. L. II. Sax. c. 31. (k) ſecundùm Spang. (l) notante Kranz. L. II. Metr. c 17. (m) conf.
Meibom. not. ad L. I. annal. Wittekindi & chr. Mind. VVaterſted., ubi in not. ad Theod. I.
etiam quædam monuimus, (n) Kranz. L. II. Metr. c. 28. eſt religioſus Pater & eô locô di-
gnus, (o) Vid. H. Bodon. l. c. p. 487. (p) Idem p. 489. (q) Bucelin. l. c. P. I. p. 18. a. vocat in-
ſignem Medicum, (r) utilis Præſul, Bucel. l. a.

*phani* VI., in qua hic *VVigbertus Sanctiſſimus* dicitur,& vi cujus Eccleſia *Hilleshemenſis* & *Corbeienſis* cum omnibus hominibus, bonis & rebus in ſpecialem tutelam *S.* Petri recipiebantur.

Succeſſorem habuit

§.IX. *VValbertum*,ex Monacho Corbeienſi Benedictino,octavum Antiſtitem,Virum piè eruditum,armisq; Chriſtianorum fortiter munitum ,(s) & ſtudio propagandæ religionis flagrantem. Qui, an (ſecundum nonneminis conjecturam) ex *Albatianis* fuerit, certò affirmare haud poſſum. (t) Primus Eccleſiæ ſuæ Præpoſitum dedit,auctis utriusq; reditibus & decimis. Sub hoc tertia Abbatiſſa Gandesheimenſis, mortuâ Illuſtri *Chriſtinâ*,*Roſvvitha* velata & conſecrata eſt. (u) Mortuus circa annum DCCCCIII. at nec primo, (vv) nec decimo nono (x) ſervitii ſui.Cubat in æde cathedrali ante altare *S.Ceciliæ*. VIIJ. *VValbertus*,

§.X.Cœpit *Sighardus*,aliis *Gebhardus*,etiam Monachus Ord.Bened., licèt locum tibi dicere nequeam.Conſecravit *VVindelgardim*,Abbatiſſam Gandeſheimenſem,quæ Eccleſiam extra oppidum in memoriam B.Virginis exſtruxit à ſe dedicatam.(y) Vidit varias Imperii mutationes. (z) Summam ædem *Hilleshemenſem* nec non altare *S.crucis* pomposè ornavit, ſuggeſtumq; laminis ex puriſſimo auro obduxit. Defecit circa annum DCCCCXXIIX. IX. *Sighardus*.

§.XI.*Dithardus*(b)ex monacho *Hirſaugienſi* delectus Abbas *Hersfeldenſis*, cum conſenſu ſenioris *Dithardi*,Prælati ibidem,(c)& annô DCCCCXXVIII. electus Epiſcopus *Hilleshemenſis*, ſuccedente ei in cœnobio Hersfeldenſi *Burcardo.Gandeshemenſe* collegium denuò à fundamentis exſtruxit & conſecravit: tabulam auream margaritis & lapidibus pretioſis diſtinctam D. Virgini ſacravit, (d) civibusq; coæquavit milites ſuos ſine diſcrimine. (e) Defecit circa annum DCCCCLVI. laudatiſſimi muneris ſui XXVIII. X. *Dithardus*,

§.XII.Intravit *Othvvinus*(f)ex celebri monaſterio *Augienſi* propè Conſtantiam in inſula lacûs Bodamici,ubi Rector ſcholæ fuerat novem ferè annis,doctus & zelo religionis fervidus, (g) vocatus primùm *Bergam* ad Albim,quod opu- XI. *Othvvinus*,



(s)vir religione & ſanctitate præcipuus,merito & moribus inſignis.Kranz.L.II.Metr.c.28. doctus & ſtrenuus Trithem.L.IV.de Ill.Vir.c.199. illa enim tùm erant Pontificum ornamenta.Kranz.l.a. (t) de hac gente vid.Letzner.hiſt.Ludov.Pii edit.ſec.c.33.(u) Bodo l.c. p.481.(vv)ut Kranz.vult L.II.Metr.c.28. (x) Bucelin.l.c.(y) Meibom.in not.ad panegyr. Roſvvithæ fundatricem hujus Eccleſiæ facit Gerburgim II. Henrici Hezelonis, Bavar. Ducis, ſororem, Abbatiſſam Gandeshemenſ.VII., quod ex ſubjecta Ottonis II. confirmatione patet, qui diſertè ait : neptim ejus Gerburgim quoddam ibi monaſterium in ſuperiori plaga civitatis ſecum penitus à fundamento conſtruere voluiſſe, congregaturam ibi XXX.ſanctimoniales ſub regula S.Bened. Bodo contrà aſſerit p.494. Gerburgim Eccleſiam iſtam, à Windilgarde conditam, in cœnobium Benedictinum mutâſſe, & XXX.perſonis locum aptiſſimum reddidiſſe, (z) dabit eas Kranz. loc. cit. (a) ergò non annis 40. præfuit,ſecundùm eund.l.c. (b) Kranz.L.III.Metr.c.11.Dethardus,(c) Lamb.Schafnab.ad ann.925.(d) hoc munus Pontifice dignum vocat Kranz.l.c. (e) Id.l.c.(f) Ochvvinus,Ottvvunus,Bruſchio Ochvving,Ditm.Merſeb.L.III.p.67. Aduvinus (g) chr.Hirſaug.Trith.

opulentum cœnobium eſt prope Magdeburgum Ord. Bened. (h) ſecundus Abbas. Ex hoc translatus *Hilleshemium*. Certis quibusdam anni feſtis Canonicis ſuis propinavit modicam vini menſuram, quod tunc rariſſimum iis erat; adjecit Diœceſi *Giſenhemium*, attulit ex Italia (i) integrum *Epiphani* corpus, cujus in honorem capellam exſtruxit baſilicæ ſuæ contiguam, eamque conſecravit. Multa alia pretioſa acquiſivit, & dedit Eccleſiæ. *Garburgim* II. Abbatiſſam Gandesheimenſem velavit, conſilio ejus uſus eſt *Otto M.* (k) Abiit ad perpetuas manſiones annô DCCCCLXXXVI. Kal. Decembr. digniſſimi Præſulatûs ſui XXIX. (l)

XII. *Osdagus.* §. XIII. *Osdagus, Osdaſus* & *Osdachus*, (m) etiam monachus divitis *Augiæ*, pedum obtinuit circa annum DCCCCLXXXVI. Omni honore & amore dignus. (n) Cathedræ ſuæ largitur pagum Algermiſium. Suſpicor, eum fuiſſe ex Equitibus *Hilleshemenſibus*. (o) *Sophia* I. Abbatiſſa *Gandesheimenſis*, nuper electa, inter *Willigiſum* Moguntinum & hunc Antiſtitem ſemina diſcordiæ ſpargens, à nullo alio, niſi à ſolo *Palligero*, i. e. ArchiEpiſcopo velari voluit. Quare ad hunc actum invitabat *Willigiſum*. Qui pertinaciter *Hilleshemenſi* contrarius, Gandeshemiam ad ſuam Eccleſiam ſpectare aſſeruit. Indixit ergo diem ſolenni actui; Ad quem etiam comparuit Osdagus, jus ſuum à Prædeceſſoribus legitimè exercitum animoſè defendens, & poſteris ſuis ſervans. Interim res hæc multa peperit litigia. (p) Ad meliores ſedes abiit circa annum DCCCCXC. Pontificatûs ſui IV. (q) Expectat adventum Domini in crypta ſub choro Summæ ædis intra urbem.

XIII. *Gerdagus.* §. XIV. *Gerdagus*, (r) *Gerhardus, Gardachus, Gerdachus*, & *Gerlachus*, induſtrius & religioſus homo, olim Cellarius *Hilleshemenſis*, addidit Diœceſi ſuæ duos ampliſſimos pagos minus *Algermiſium* & *Siprechthuſium*, & plura ei comparâſſet,

(h) Quo de vid. chron. Meibom. (i) ex urbe Ticinenſi Bucel. l. a. (k) vid. erect. Eccleſiæ Magdeb. apud Meibom. T. II. rer. Germ. p. 734. (l) ita Kranz. L. III. Metr. c. 34. quem ſequitur Meibom. in chr. Bergenſi, (m) vid. Ditmar. Merſeb. L. III. chron. p. 67. & Krantz. lib. cit. c. 41. (n) Vir præſtans Kranzio l. c. & Bodoni valde reverendus, (o) Ditmar. l. c. Præpoſitum monaſterii ſui vocat. Ita verò olim dicebantur templa primaria. (p) Pallium propriè & ordinariè tantùm ArchiEpiſcopis & Metropolitanis conceſſum, impropriè, exque gratia ſpeciali, paucis olim quibusdam Epiſcopis, in Germania Bambergenſi, ex perpetuo privilegio, Sleidan. L. XIII. Comment. in Italia Oſtienſi, eò quod Romanum conſecret, inſtituente Marco. Polyd. Vergil. L. IV. de rer. invent. c. 12. Affert enim pallium ArchiEpiſcopale nomen, unà cum reali plenitudine Pontificalis officii, ideò dicitur inſigne plenitudinis officii Pontificalis c. antiq. 23. de privil. Et olim nullus habebatur verus ArchiEpiſcopus pallio deſtitutus. Exempla vid. ap. VVeberum in introduct. Epiſcopor. tit. IV. §. 29. p. 69. Magnum igitur privilegium & ſum̃a gratia, quòd Burcardo II. Halberſtadenſi, ejusq; Succeſſoribus, in perpetuum conceſſum ſit pallio uti in ſolennibus feſtis, prælatâ cruce, & albo equo deferri ad Eccleſiam, Vid. annal. m. Huysburg. Nunc verò quilibet Epiſcopus pallium redimere tenetur, quo de J. Chriſtoph. Klee in diſp. inaug. de pallio Epiſcopali habit. Jen. c. 3. §. 2. Ceterùm litigia latè exponit Bodo in ſyntagmate ſuo p. 497. ſeqq. (q) Kranz. l. c. habet 25. Ditmar. l. a. quinque, (r) ita vocat Bodo & Ditmar.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

parâſſet, ſi diutius ſuperfuiſſet, Ultimo vitæ & ordinationis ſuæ anno, devo-
tionis causâ, abiit Romam, reverſus mox deceſſit VII. Id. Decembr. anno
Dccccxciv. (ſ) Sepultus in pace coram altari S. Petri in templo primario.
(t) At ſi *Bernvvardus* anno Dccccxcii. (ùt alii firmiter contendunt,) ſucceſ-
ſit, error iſte calculi manifeſtus eſt.

§. XV. *Bervvardus, Bernvvardus, Barvvartus* & *Barvvardus*, (u) ex Illuſtri Comitum *Sommerſeburgicorum* gente ſatus, cujus avus maternus *Athalbero*, primus Comes Palatin⁹ Saxoniæ hereditarius, uti ex *Tangmaro* etiam nos conjecimus, (w) Pontifex rarioris pietatis & vitæ irreprehenſibilis, inq; divinis & humanis rebus verſatiſſim⁹, *Ottonis* III. Præceptor, (x) Sacellanus, (y) & Cancellarius, (z) ſedem *Gerdagi* occupat circa añum Dccccxcii. XIV. Kal. Febr. (a) Primo ſtatim eminentiæ ſuæ anno in ſeptentrionali urbis Hilleshemenſis plaga in ſqvallido, horrido & nemoroſo loco ſplendidum cœnobium in honorē *S. Michaëlis* Archangeli, ad normam instituti Benedictini, pro monachis, è ſuis bonis conſtruxit, eiq; multa prœdia, curtes, villas & familias, nec non trecentos manſos, largâ manu contulit. (b) Etiam Canonicorum reditus, decimas & præbendas, uti vocant, multùm auxit, pagum Himels-Thür de ſuo patrimonio, cum omnibus decimis & pertinentiis, Eccleſiæ dedit, & quotquot *Gerdagus* gemmas, uniones, ſeu aurum reliquerat, (ſecundum ejus ante obitum ordinationem) Eidem obtulit. Deſignato jam in Comitiis Werlenſibus *Henrico II.* Rege, *Ekhardum*, Marchionem Miſniæ, regiâ prorſus pompâ *Hilleshemii* ſuſcepit. (c) Vidit peſtilentiſſimam luem, quæ totam Saxoniam civibus ſpoliabat ſuis, ut oppida & mapalia ubique vacua ſtarent. Wandali igitur in hoc turbido piſcaturi, violentam irruptionem fecêre in Saxoniam, at virtute Imperiali magnâ clade fuſi inſignes temeritatis ſuæ pœnas dedêre. (d) Oriuntur denuò motus inter Moguntinum & Hilleſemenſem à *Sophia* Gandesheimenſi, quietis neſcia, *Ottonis III.* F., petulanter ſuſcitati. Inter initia Sedis *Bervvardianæ* Gandesheimenſe cœnobium combuſtum erat, quod hic multis ſumtibus integris XV. annis fideliter impenſis inſtaurârat. Cùm nunc conſecrari debebat, vocat *Sophia* XIV. S. *Bervvardus.*

(ſ) Bucel. l.c. habet 993. Lamb. Schafnab. 992. (t) Ditmar. Merſeb. l.c. ait: corpus ejus per ſingula diviſum membra in duobus ſcriniis ad monaſterium ſaimit à conſociis lugubriter delatum eſſe, ipſumque terræ commendatum à Giſilerio, Archi-Præſule Magdeburgico, caſu tunc adveniente, unà cum Anteceſſore ſuo Osdago. (u) Ditmar. L. IV. p. 68. vocat Bernhardum, idque repetit L. VI. p. 163. Lamb. ad ann. 992. Bernnardum. (vv) in Hiſt. Iſenacenſi §. 33. (x) Ditmar. L. IV. p. 68. Magiſtrum Regis vocat; Engelhuſ. in chron. p. 188. ita: ipſe fuit pædagogus Ottonis III., quem idem Otto dilexit, & in vita conſilium ejus ſecutus, & in omnibus obedivit. (y) & confeſſarius, legebatur in margine. (z) ita Lambert. vocat ad ann. 992. (a) Idem l.c. (b) egregiè hæc conveniunt cum chron. Monaſt. S. Mich. ap. Meib. T. II. rer. German. p. 517. (c) latiùs cuncta narrat Ditmar. L. V. p. 106. Gobel. Perſon. Coſmodr. ætat. VI. c. 52. & Sagittar. diſp. de Eccardo I. Sect. XV. (d) Vid. Kranz, L. III. Metr. c. 49.

*Sophia* Moguntinum, renitente *Bervvardo*. Qui amicè monuit mulierem, ut ab hujusmodi ſcandaloſis turbationibus & iniquis novationibus ceſſaret, & Sedi ſuæ ordinariæ honorem & obſequium deferret. At ſurdæ cantabat hymnum. Ipſa potius propoſiti ſui tenacior omnes Monialium ſuarum animos contra Hilleshemenſem concitavit acerrimè. Res defertur ad *Ottonem* Imp. & Pontificem Romanum. Illô autem defunctô, Sophia iterum iterumque monuit *Willigiſum* Moguntinum, ut quantociùs monaſterium conſecraret, ad ſuam quippe pertinere Diœceſin *Gandesheimium*, aſſerens, & nihil ſibi eſſe cum Hilleshemenſi. Deciſio tandem Imperialis *Bervvardo* omne jus in Eccleſia *Gandesheimenſi* adjudicavit & confirmavit pleniùs, ſublatis omnibus prætenſionibus, gravaminibus & querelis Moguntini. Vigore hujus decreti Imperialis *Bervvardus* annô MVII, præſente Henrico II. Imp., templum & monaſterium ſolenniter conſecravit & dedicavit, (e) omni jure *Hilleſemenſis* Epiſcopi ſarto tecto & in perpetuum confirmato. Equidem *Gandeshemenſe* Collegium, ab omni jurisdictione exemtum, ſoli cathedræ Romanæ & Imperio reſervatum, liberam habebat poteſtatem, vel Moguntinum, ſeu *Hilleſemenſem*, aliumvé, ad hunc & alios actus eccleſiaſticos, vocare. (f) Verùm cùm Præſules *Hilleshemenſes* ab ipſa fundatione *Gandesheimenſi*, ſine contradictione, ultra duo ſecula, licitè & validè diverſos actus exercuiſſent, utique nunc demum cedere nolebant, ſed in poſſeſſione juris ſui manere. (g) Sub hoc *Bervvardo* anno MXIII. *Hilleshemia* magnum incendium paſſa eſt. (h) Mathildæ, Antiſtiti Quedlenburgenſi, ultimum viaticum dedit. (i) Qui verò eum cum *Adalodago*, Epiſcopo Bremenſi, coætaneum faciunt, graviſſimè impingunt. (k) Poſtquam igitur XXIX. annis (l) optimè præfuiſſet, DEO & hominibus ubique acceptus, auctis egregiè Eccleſiæ bonis, & cunctis feliciter actis, (m) viam æternitatis ambulat annô MXXII. (n) Paſtoralis officii XXXI. (o) Claruiſſe dicitur vivus defunctusque miraculis, ob quæ etiam indici Sanctorum à *Cæleſtino* III. anno MCXCIV. (non anno MCLXXXIV. ùt chron. MS. vult, (p)) inſcriptus eſt. Conditus in crypta monaſterii ſui Michaëlitani, cui *Bruno* ArchiEpiſcopus hoc poſuit monumentum:

*Hac*

(e) Vid. fuſiſſimè H. Bodon. Syntagma cit. p. 498. & 500. (f) vid. Privileg. Innocent. III. ap. eund. Bodon. p. 507. (g) Idem l.c. p. 501. Conf. Bruſch. catalog. Epiſcop. Hildeſ. & Mallinckrot L. II. de Archi-Cancellar. c. 1. (h) chr. Stederburg. ad h. ann. (i) vid. Ditmar. Merſeb. L. IV. p. 82. (k) chr. Brem. VVolteri ap. Meibom. T. II. rer. Germ. p. 25. ait: tempore Adaldagi X. Epiſcopi Bremenſis B. Barvvardum floruiſſe, miraculis ſcilicet poſt obitum. At qui iſte Bremenſis ſecundùm Bucel. anno 988. obierit? (l) ita Kranz. L. III. Metr. c. 49. at chron. S. Mich. & MS. chr. Hildeſ. habent 31. (m) præfuit verbo, exemplo, & rebus omnibus bene cedentibus divinâ miſeratione, Eccleſiamque ſuam in diebus ſuis non mediocriter provexit Kranz. l. c. (n) Bucel. in annal. Germ. ad ann. 1015. habet ann. eund. (o) chr. Stederburg & chr. S. Mich. etiam habent ann. 1022. Lamb. autem & Bucel. l.c. 1024. chr. Hildeſ. MS. 1023. (p) etiam chr. Slav. quod L. IV. c. 23. ἀποθέωσιν ejus dabit.

*Hâc tumuli foſsâ clauduntur Præſulis oſſa*
Barwardi, *miri mirificiq; Viri.*
*Qui patriæ ſtemma radians velut inclyta gemma,*
*Acceptus Domino, complacuit populo.*
*Nam fuit Eccleſiæ condignus Epiſcopus ille,*
*Quem DEUS* Emanuel *diligit &* Michaël.
*Tandem biſſenis undeno menſe Kalendis*
*Felix hanc vitam mutat in angelicam.* (q)

§. *XVI. Gotthardus*, uti ab *Henrico* II. quem *Sanctum* vocant, reſtauratore multarum in Germania Eccleſiarum, defuncto *Bernhardo*, (Bernhario) Monachus & Abbas olim *Altahenſis* in Bojaria, per *Willegiſum* Moguntinum Hersfeldenſium Prælatus factus fuerat: (r) ita poſt tranſitum religioſiſſimi (ſ) *Bervvardi* Sedi Hilleshemenſi, ubi Rex à puero inſtitutus & nutritus, invitus & renitens, (t) Antiſtes conſtitutus eſt anno MXXII. IV. Non. Decembr. (u) Erat Comes Bavarus (w) *Schyringenſis.* (x) Primô ſtatim Prælaturæ ſuæ anno (y) inſignem Eccleſiam Collegiatam *S. crucis* intra Metropolin inchoavit, & quarto poſtea annô conſecravit. (z) Eôdem anno cœpit fabricare Conventum *Regularium* ad muros urbis orientem versùs in honorem S. *Bartholomæi* in loco, quem vocant ad *Salinas*, zur Sülten. (a) Jucundus locus eſt, olim horridus & incultus. (b) Fundavit idem in Diœceſi ſua ſub annum MXXX. monaſterium *Holt*-ſeu *Haldhuſanum* ſub regula S. Benedicti pro monachis, multarum aliarum Eccleſiarum & Xenodochiorum conditor, inſtaurator & benefactor liberaliſſimus. Annô MXXVI. in urbe partis orientali (c) Eccleſiam, ſeu monaſterium inſtituti Benedictini *S. Mauritii*, Patroni ſui, conſtruxit, hodie die Kirche auf dem Berge. (d) Eôdem reliquam monaſterii *S. Michaëlis* partem à *Bervvardo* nondum conſecratam ipſe *XV. Gotthardus.*



(q) Vid. vitam ejus fuſius deſcriptam à Tangmaro Presbyt., edit. à Brovvero anno 1616. in 4. Mogunt. In notis hujus p. 99. legitur: Bennonem quendam, quem Hieron. Emſercum Lang. chr. Citiz. p. 764. in monaſterio S. Mich. Hildeſ. à puero nutritum aſſerit, Bervvardo epitaphium reliquiſſe, factum poſtea Epiſcopum Miſnenſem IX. ſecundùm Chytræi calculum L. VII. Sax. p. 229. ſecundùm Albini chron. Miſn. tit. XX. p. 279. XI. quem Bucel. in catalog. Sanctum vocat, Lang. l. c. p. 780. Virum Dei. Albin. l. c. Brunonem nobis ſiſtit, rectius verò Benno dicitur. Erat Comes Saxoniæ, Magiſter Pariſienſis, Albin. l. c. è Woldenbergenſibus, non Wollenberg. ùt Lang. ſcribit l. c. p. 764. aut Bullenberg. Bucelin. Menol. Benedict. p. 428. (r) Sifried. Presbyt. L. I. epit. ad ann. 1002. Lang. l. c. ad ann. 1014. (ſ) Sanctiſſimum vocat Kranz. L. IV. Metr. c. 7. (t) Lang. l. c. (u) Lambert. ad h. ann. & chr. Stederburg. Helder. verò in Orat. de Gotha habet annum 1066. (vv) erat juxta ſeculum vir ſangvine nobilis, natus ex Comitibus Bavariæ, illis videlicet, quibus præteritis, primus Otto fratrem ſuum Henricum fecit Ducem Bavarorum. Sangvine igitur junctus Imperatori, Kranz. L. IV. Metr. c. 7. (x) Scheyrenſis Bucel. l. a. (y) Engelhuſ. chr. p. 194. (z) Id. l. a. (a) zur Sulta/ Zulſa, Engelhus l. c. Sulſa chr. Stederburg. (b) locus foris & intus prædiis & religione florens Kranz. l. c. olim ruderibus & frutectis obſitus, Engelhuſ. l. a. (c) lege occidentali. (d) chr. Stederb.

ipſe conſecravit cum pluribus altaribus. *Aribo* Moguntinus ignem è favillis ſuſcitaturus, *Gothardo* propter Eccleſiam Gandershemenſem multas creabat moleſtias. Res verò diremta in Comitiis Francfurtenſibus, *Godhardo*, ſuisq; ſucceſſoribus, legitimè intrantibus, jure hactenus Gandeshemii exercito confirmato. (e) Das Papengekieff hat manch leeres Weinfaß gemacht/und konten die Biſchoffe die Nonnen doch nicht in rechten Sattel bringen. Anno MXXXI. (alii malunt ſequentem) cùm dedicaretur baſilica Michaëlitana, in feſto ejus ſolenni omnis confluxit populus, qui *Bennonem*, Epiſcopum Aldenburgenſem, (f) ſiniſtrum templi latus dedicaturum, oppreſſit, ut paucos poſt dies, morbo ingraveſcente, animam efflârit, ſepultus in nova iſta Eccleſia. (g) Anno MXXXIII. in vigilia Pentecoſtes ad veſperas idem monaſterium S. Mich. fulmine tactum conflagravit (h) ſub *Adelberto*, ſecundo Abbate, in cujus rei memoriam adhuc ſuperat in Eccleſia cœnobii retrò altare S. crucis tæda in columna ærea, quondam à *Bervvardo* erecta. (i) Igitur anno MXXXV. iterum dedicatum & conſecratum eſt à *Gothardo*, qui eidem monaſterio adjecit Eccleſiam *Dirickholthuſanam*. Ceterùm quantæ autoritatis fuerit *Gothardus*, vel inde probamus, quod crebriùs graviſſimis conſiliis Imperialibus interfuerit & maximis congregationibus, caducæ pariter & æternæ ſalutis amans & ſtudioſus. (k) Aſſedit Synodo *Tremonienſi* ab *Henrico* II. inſtitutæ, in qua cetera inter Principibus eccleſiaſticis *miſſæ*, ſecularibus *eleemoſynæ*, & populo *jejunia* indicta ſunt pro communi pœnitentia. (l) Sub idem tempus Antiſtes Padiſontanus *Meinvvercus* vitæ finem fecit. Divinans hoc *Gothardus*, eopſe die miſſam & prandium diſtulit, donec nuntius aliquis certiora afferret. Quo adveniente etiam, & exceſſum Padebornenſis referente, ociùs ad altare ille properabat, & finito ſacro menſæ aſſidens, apprênſa ſimilâ, *O beate*, dixit, *Meinvverce, quomodo te lata tua ſimila à fato communi non exemit? quamdiu ego vixero, non guſtabo amplius album panem*, uti quoque fecit. (m) Ajunt, cùm olim in villa quadam (n) ſacra inter diceret: *mando omnibus excommunicatis,*

(e) Vid. Bodon. l. c. p. 500. (f) vid. chron. Evermoti Oldenburg. à nobis notul. illuſtrar. (g) Helmold. L. I. chr. Slav. c. 18. quem exſcripſit Kranz. L. III. Metr. c. 51. quorum ille ſic: Bernvvardus in poſſeſſione, quæ ſibi provenerant hereditario jure, magnam fundavit Eccleſiam, ampliſſimis, ut videri poteſt, impenſis, in honore S. Mich. Archangeli, in qua etiam copioſam monachorum turmam ad ſerviendum Deo aggregavit. Conſummatâ ergo ad votum baſilicâ, ad denunciatum dedicationi feſtum, convenit immenſa multitudo, ubi cùm ſiniſtrum Eccleſiæ latus Epiſcopus Benno dedicaret, à populo compreſſus & attritus, poſt paucos dies, morbo ingraveſcente, vita defunctus; & in aquilonari ejusdem Eccleſiæ abſida honeſtam obtinuit ſepulturam. Aψìs quid ſit, Bangert. in not. ſuis pulcrè explicat, qui templum hujus monaſterii magnificentiſſimum vocat, & ſex turribus in ſublime ductis exornatum. (h) idem dicit chr. Stederburg. & chron. S. Mich. (i) idem chr. S. Mich. (k) non minus temporalis tranquillitatis curator, quàm æternæ proviſor ſalutis, Kranz. L. IV. Metr. c. 7. (l) Id. L. IV. Saxoniæ c. 35. & l. c. (m) Gobelin. Perſon. Coſmodr. æt. VI. c. 53. & ex eo Kranz. l. a. (n) Lutzingvvorde vocat Engelhuſ. p. 194.

*catis, ut exeant foràs*; tres è tumulis prodiiſſe defunctos, temploq; egreſſos. Queîs viſis, populus gratiam ejus humili voce petiit & obtinuit. (o) Urbi *Gothæ* ipſe nomen primùm dediſſe creditur. (p) Obdormivit tandem vitæ, gloriæ & curarum ſatur anno MXXXVIII. (q) in monaſterio S. Mauritii montano extra muros urbis. (r) Cubat in crypta Eccleſiæ cathedralis, (s) ad cujus tumbam multa miracula coruſcâſſe referunt; (t) numero Sanctorum poſtea ſolenniter adſcriptus eſt. (u)

§. XVII. *Ditmarus*, Conradi *Saliqui* capellanus, virtute & ſanguine nobi- XVI. *Ditmarus*,
lis, (vv) præ omnibus aliis competitoribus ad clavum ſedere cœpit anno MXXXVIII. Moliebatur præclara, quæ tamen ob anguſtum Prælationis ſuæ terminum perficere nequibat. (x) Obiit ſub eo *Sophia* Gandesheimenſis, rixarum amatrix, cui ſurrogatur *Adelheidis* ſoror ejus. Quam cùm confirmâſſet Ditmarus, (y) expoſuit ei machinationes & moleſtias, Prædeceſſoribus ſuis *Bervvardo* & *Gothardo* à *Sophia* factas, pro tot & tantis beneficiis. Repopoſcit igitur ſub excommunicationis pœna omnes decimas, villas & reditus, ab Anteceſſoribus Eccleſiæ Gandesheimenſi datas. Dura vox hæc videbatur *Adelheidi*, coacta tamen tandem tradidit, quas *Ditmarus* omnes Eccleſiæ ſuæ reddidit unà cum pago *Wangerden*. At non bene factum hoc. Paulò poſt magnum incendium ædem cathedralem, cum annexo monaſterio, pro Canonicis Benedictinis ab *Alfredo* ſtructo, dormitorio, & magna civitatis parte, conſumſit. Quâ occaſione Canonici, diſciplina & zelo antiquo tepeſcente, non amplius conjunctim in uno clauſtro, more cœnobitarum, vivere

(M) 2 volue-

(o) Id. l. c. (p) In ſigillo urbis hujus altero Gothardus, Epiſcopali habitu indutus, dextrâ
pedum, ſcævâ librum tenens, inq; ſolio reſidens, addito dextro lateri S. GOTHE ſiniſtro
HARDUS, & in orbiculo imaginem cingente: SIGILLUM CIVIUM IN GOTA.
In altero idem viſitur Gothardus, dextrâ codicem, ſiniſtrâ baculum paſtoralem oſten-
tans, cujus latus claudunt duæ turres minores. Nullum eſt dubium, plures ejuſmodi ſta-
tuas viſas fuiſſe olim Gothæ, ipſumq; fortè urbis Patronum fuiſſe, in cujus honorem in-
ſtituebatur quotannis proceſſio ſolennis. Plura in hanc rem conſignata habet D. Sagittar.
in memorab. hiſt. Gothan. c. 1. §. 7. (q) conſentiente Bucel. in annal. Germ. ad h. ann. Lam-
bert. & compilat. chronol. habet annum 1025. (r) ſub manibus nepotis ſui ex ſorore, qui
tùm loci Abbas erat, Kranz. L. V. Metr. c. 4. (s) Brovver. L. I. Antiquit. Fuld. c. 18. p. 75.
ait: in monaſterio S. Bartholomæi à ſe ſtructo, (t) Bucel. l. c. vocat magnorum patra-
torem miraculorum & mortuorum ſuſcitatorem, (u) vivus inter egregios Viros Eccle-
ſiarum Chriſti Rectores & Doctores refertur ab Erdmanno in chr. Oſnabr, T. II. rer.
Germ. Meibom. p. 205. Reliquias ejus Donatianus, Abbas Raſtedenſis, aſportavit in ſuum
monaſterium, earumq; in honorem capellam conſtruxit. chr. Raſted. Meibom. Tom. cit.
p. 97. (vv) animo & carne nobilis Kranz. L. IV. Metr. c. 19. Idem l. c. c. 26. origine & natu
Danum facit, qui patrocinio Gunildis, Magni Canuti Regis F., Epiſcopatum Hildeſ. im-
petravit, & interfuit colloquio Sleſvicenſi, à Bezelino Hamburgenſi inſtituto (x) pro
temporis brevitate nec moliri nec perficere potuit grandia, Kranz. l. c. (y) hoc neſcit Bodo
l. c.

voluerunt, auram captantes liberiorem. Quæ omnia ex ablatis bonis *Gandesheimenſibus* deducebant ſagaciores. Ipſum *Ditmarum* facti ſui pœnituit. Et monachi *Michaëlitani* queruntur de moleſtia hujus Epiſcopi in ablatione decimarum *Lofferdenſium, Eggelſenſium, Netlingenſium, Savvingenſium,* & *Beddungenſium,* nec non bonorum *Wendhuſanorum.* (z) Naturæ debitum perſolvit annô MXLIV. (a) ſextô ordinationis ſuæ. (b) Dormit in crypta ſub choro baſilicæ.

XVII. *Aſelmus,* §. XVIII. *Aſelmus,* (*Aſelinus, Atzelinus, Etzelinus*) *Henrici II.* ſacellanus cujus auctoritate promotus eſt. Vixerant hactenus Canonici cathedrales (ùt dixi) in uno cœnobio ſtrictioris obſervantiæ cultores. Religio erat & nefas, ſine ſpeciali Decani licentia, vel choro abeſſe, ſeu prodire in publicum. Cùm verò priores Epiſcopi, bonâ licèt intentione, reditus eorum ſubinde augerent, pinguiora fercula potumq; generoſiorem apponerent, mollities hæc animos eorum paulatim corrupit, ut, cucullo abjecto, laxiori ſibi diſciplinâ factâ, & antiquâ communione diſſolutâ, quisque ſui peculii, ſuæ reſidentiæ & œconomiæ cuſtos & Dominus factus ſit, connivente *Aſelmo.* Hic muros majoris Eccleſiæ, unà cum monaſterio adjuncto, ſine præſcitu Capituli, dejecit, ſolâ remanente ſacriſtiâ baſilicæ antiquioris, quam ſacello B. Virginis appoſuit, ampliorem moliturus ædem, ſed irrito prorſus labore. Dum enim unam partem ſtrueret, altera corruit. Diſplicuit ſiquidem Domino, cujus occulta, at æqua & recta, judicia ſunt. Multa inſuper meditabatur præclara in rebus pariter eccleſiaſticis ac ſecularibus. Verùm nullibi fortuna adſpirabat labori. Pretioſus ipſius annulus adhuc ſervatur à Canonicis, quó in feſtis ſolennioribus Epiſcopi digitos ornare ſolent, nec non pallium ejus, cui nomen *Aſelmi* auro intertextum eſt: coronas minores ante ſummum altare Sole & Lunâ obduci fecit, magnamq; campanam, *Cantabon* dictam, fundi juſſit, ut nunquam non meminerit officii ſui, ſatis induſtrius, at infauſtus homo. Pavit gregem ſuum decem annis. (c) *S*epultus in crypta anno MLIV. (d)

XVIII. *Hezilo,* §. XIX. *Hezilo, Hecelo,* (e) Echilo, (f) ex illuſtri genere natus, (g) Præpoſitus Goslarienſis, juvenis conſcendit cathedram, moribus nondum bene defecatis, quos tamen ipſe mox emendavit pulcherrimè, gloriâ & opibus Anteceſſores ſuos præcedens. Prima ejus cura novæ Eccleſiæ ſtructura. Amoto igitur vaſto iſto ædificio, ab *Aſelmo* cœpto, ſed non perfecto, cathedrale

(z) conf. chr. S. Mich., quod verò hæc ad ann. 1043. refert, cùm jam ante quadriennium mortuus fuerit. (a) chr. Stederburg. & Bucel. l. a. (b) Kranz. l. c. ait quintô, (c) Id. L. IV. Metr. c. 26. viginti habet, (d) chr. Stederb. & Bucel. l. a. (e) Lambert. ad ann. 1063. Bangert. in not. ad L. III. Helmold. c. 9. (f) Kranz. L. V. Metr. c. 4. Venerius Vercellenſis lib. de unit. Eccleſ. conſervand. ap. Freher. T. I. rer. Germ. ſcript. vocat VVecelinum. (g) Eccardi, Miſniæ Marchionis, cognatum fecit Bucel. in catal. Epiſcop. Hildeſ., quo de Eccardo vid. exercit. hiſt. D. Sagittar. pro loco habit. Jenæ 1675. ideò à Kranz. l. c. dicitur Vir præcipuus.

drale ſuum ex imis fundamentis, olim ab *Altfredo* poſitis, intra ſexennium reædificabat ad normam & formam *Alfredianam*, ut vix notâſſes differentiam antiquam inter novamq; ædem, niſi quòd aditus ex crypta ſub choro in ſacellum B.Virg., à *Ludovico* Pio conditum, præcluſus fuerit, idq; extra majorem Eccleſiam remanſerit. Ultimo Pontificatûs anno novum ſacellum in forma rotunda ſuper iſtud altare erigere cœpit, poſt obitum demum ejus abſolutum. Hanc Eccleſiam ſuam novam, cupro tectam, omni argenteo aureoq; ornatu, ùt imaginibus, libris, calicibus, aliisq; pretioſiſſimis illuſtriorem ſplendidioremq; fecit, additâ coronâ aureâ in medio templi ſuſpenſa, cœleſtis Hieroſolymæ emblemate. (h) Canonicis legavit quinquaginta præbendas, easq; diverſis decimis & reditibus auxit pro cujusq; ſtatu & egentia. Cleri enim cultûsq; divini ſtudioſiſſimus erat, & ſingularis pauperum benefactor. *Henrico* IV. Saxoniam vaſtanti ingens auri pondus tranſmiſit, ut pauperculis ſuis ſubditis parceret improbus ejus miles. Eccleſiam in monte *S. Mauritii*, à *S. Gothardo* fundatam, monialibus tradidit, piè & caſtè ibi viventibus. Verùm cùm nimis vicinæ eſſent urbi, ad præcavenda ſcandala & delicta, ad alium locum translatæ ſunt, ſubſtitutis XX. Canonicis Deo perpetuò famulantibus, quorum primus Præpoſitus erat *Cuno*, propinquus *Hezilonis*, factus poſtea Epiſcopus *Brixinenſis*. (i) Struxit quoque templum, in honorem SS. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, dedicatum à *Burcardo* II. Halberſtadenſi Epiſcopo, ob valetudinem *Hezilonis* tunc collapſam, idq; XV. Clericis inhabitandum dedit, præpoſito iisdem *Adeloldo*. (k) Laudabiliter omnia fecit, florente totâ Metropoli, cujus incrementa & ſtabilimenta omni modo auxit & promovit. Utinam fœdo iſto tumultu Goslarienſi ſe non contaminâſſet Vir ceterà honoratiſſimus. At homo fuit, ecquî ergo à communi noſtra labe, quæ *labi* eſt, eximi poterat? (l) Tandem cùm prædicto Epiſcopo Halberſtadenſi delicta ſua confeſſus eſſet, ad beatum exodum ſe præparaturus, Canonicos antè congregabat, mandans, ut, ob Dei gloriam animarumq; eorum ſalutem, priſtinum obſervantiæ rigorem reducerent. Peccâſſe ſe conniventiâ & licentiâ, quâ omnes ſimus deteriores. Diſtributâ demum omni hereditate bonisque ſuis per Diœceſin, cuilibet monaſterio & Eccleſiæ certum quid legabat pro ſalute & refrigerio animæ ſuæ, reliqua deſtinabat pauperibus. Sic bene

 obiit

(h) memoria hujus Pontificis grandis illa corona, quæ viſitur in Eccleſia. Kranz. L. V. Metr. c. 4. (i) ſequitur Autor chr. Hildeſ. MS. ſed in toto catalogo Epiſcoporum horum, quem Bucel. dedit l. c. p. 46. non reperio Cunonem. (k) Kranz. l. c. ait: ipſum quoque fundâſſe Collegium S. crucis intra urbem. At vide §. 16. (l) vid. Lamb. Schafnab. ad ann. 1063. Naucler. Vol. II. general. 36. Spangenberg. chr. Sax. c. 223. Cruſ. L. III. Annal. Suevic. P. II. c. 14. Münſter. L. III. Coſmogr. c. 79. VVolff. Cent. XV. lect. memorab. f. 973. Bangert. not. ad L. III. Arnold. chr. Slav. c. 9. p. 323. ſqq. Cent. Magdeb. C. II. c. 10. p. 346. Beyerling. Th. V. H. T. I. lit. A. p. 288.

obiit annô MLXXIX. officii ſui XXV. (m) Tumulatus in monte Mauritiano, quem vivus dormitorium ſibi elegerat.

XIX. *Vdo.* §. XX. *Vdo*, Comes *Alvenslebianus*, promotus ab *Henrico* IV., cui addictiſſimus erat, magno ſuo ſuorumq; damno. Omnium enim Principum odia & arma in ſe concitavit. Juratus ejus cumprimis hoſtis erat *Egbertus*, Marchio Miſniæ & Saxoniæ Dux, qui, ferro & igne totâ vaſtatâ Diœceſi, *Hilleshemium* oppugnavit, *Vdonemq́*, ad deditionem compulit. (n) Qui tanti pœnitere ſuum emit, omnibus decimis boniſque eccleſiaſticis divenditis & oppignoratis, ut per totam vitam ſuam graviſſimam cladem ſenſerit. Paſſus etiam quædam ob motus Goslarienſes, queîs *Hezilo* immerſus fuerat. (o) Ortum poſtea novum bellum inter *Henricum* IV. & Filium ejus, quo de paſſim Autores. (p) Inter ſchiſmaticos Præſules noſter fuerat, ideo in Concilio *Northuſano*, una cum *Padebornenſi* (Henrico II.) & *Halberſtadenſi*, (Friderico) ad pedes *Ruthardi* (Moguntini) & *Henrici* IV. proſtratus veniam petiit. (q) Ictus poſtea ſapuit *Vdo*, tranquillioris vitæ amans, DEO & ſibi vixit, factâque cum vicinis amicitiâ, qui cumprimis obeſſe aut prodeſſe poterant, pacificus & ſincerus erga omnes fuit. Sic ſenſim villas, decimas, redituſque aliquot recepit, quos omnes *Hilleshemio* ſuo pro illato damno contulit. Defuncto *Meinvvardo*, quarto Abbate monaſterii S. Michaël. intra Hildeſihemium, *Vdo* conſtituit *Conradum*, extraneum hominem, parum utilem. (r) Ipſe tandem, variâ jactatus fortunâ, ad meliora transfertur gaudia anno MCXIV. cùm hîc ſediſſet XXXV. annis. Quieſcit in capella S. *Laurent.* ædis Metropolitanæ, gloria ſuæ gentis. (ſ)

XX. *Bruningus.* §. XXI. *Bruningus*, Decanus Eccleſiæ Goslarienſis, Princeps omnibus virtutibus illuſtris, prudens, humilis & pius. Nec conſecratus aut confirmatus, cùm neutrum à Moguntino poſtulârit, quòd *Henricum* V. contra Papam concitâſſet. Depoſitô pedô poſt quadriennium, (t) in monaſterium S. *Bartholomæi* ad Salinas ſe abdidit, divinis contemplationibus usque ad

finem

(m) Kranz. l.c. habet 17. (n) Bunting. chr. Brunſv. p. 57. ſeqq. Spangenberg. chr. Sax. c. 207. (o) Brovver. Antiquit. Fuld. L. IV. c. 24. p. 294. in hiſt. Wideradi vix caſus hoſce tangit, amandans lectorem ad Lambert. Fabricius verò in glor. Fuldæ p. 106. minùs Heziloni favens ita cecinit:

Sangvine profuſo maduêre altaria templi,
Quod juſſû factum eſt, Hezilo inique, tuô.
Si tibi commiſſæ curâſſes commoda plebis
Præſul; & Hildeſiis gloria magna foret.

(p) Vid. poſt multos alios Kranz. L. V. Sax. c. 17. ſeqq. (q) Conf. Schaten. P. I. Annal. Paderborn. ad ann. 1105. (r) vid. chron. mont. Sereni p. 224. ſeq. (ſ) De gente Alvenslebiana vid. Marc. Wagener. & Cyriac. Edinum edit. anno 1581. Ipſe Comitatus Alvenslebienſis in ArchiDiœceſi Magdeburg. eſt, cujus primi Domini deſcendiſſe putantur à Comitibus Oldenburgicis. Extinctâ maſculâ prole Marchiones Brandenburgici eô potiti ſunt, & poſſederunt usq; in annum 1238. Tunc Otto Brandenburgicus in bello contra Ludolfum Schladamenſem, Præſulē Halberſtad., captus, pro pretio illi reddidit 1600. marcas argenti & caſtrum Alvenslebium cum pertinentiis ſuis. Antiſtes vero año 1260. vendidit Rudolfo Dingelſtedio, ArchiEpiſcopo Magdeburgico Vid. Kranz. L. VIII. Metr. cap. 11. & L. VII. Vandal. c. 23. Chr. Magdeb. ap. Meibom. T. II. p. 331. (t) ita chr. MS. Hildeſ. Bucel. l. c. unum tantùm numerat menſem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

finem vitæ intentus. Hoc Collegium ex ſuis maximè ſumtibus reædificavit, magnus ejusdem benefactor. (u)

§. XXII. Cœpit *Bertholdus* I. Præpoſitus cathedralis Eccleſiæ Hilleshemenſis, doctus erat & omni præconio dignus. (w) Conſcripſit multos codices lectû dignos. Totũ Clerum in Diœceſi reformavit prudentiſſimè, monaſteria claudens ad inhibendas excurſiones, quæ nil moderabile ſvadent. Fundavit extra urbem in pago *Baccarode* cœnobium pro Canon. Regul. O.S. Aug. à nomine ſuo *Bertholsrode*, poſtea *novale S. Mariæ*, Marienrode dictum, quod Benedictini deinde poſſederunt. Adjecit ſacriſtiæ Eccleſiæ cathedralis aliud elegans ædificium, auctis reditibus & præbendis Canonicorum de ſuis bonis *Hardershemenſibus*. Sub eo manaſterium *Ringelhemenſe*, à *Theodorico* ejusdem nominis & loci Comite, circa annum DCCCCXXI. fundatum pro monialibus, inhabitandum traditur monachis Benedictinis, quorum primus Abbas erat *Rudolfus*, ex monaſterio S. Mich. Hilleshemenſi ſumtus. (x) Anno MCXVII. Eccleſia *Richenbergenſis* incepta eſt. (y) Paulò ante exceſſum *Höxariæ* miſſam celebrabat, donans S. *Chiliano* calicem novum. (z) Animam DEO reddidit anno MCXXX. (a) Sedit annis XVII. (b) inſigni cum gloria, pacis amantiſſimus, quam ſanctè coluit, frementibus in tota vicinia bellis. Jacet ſub altari omnium Sanctorum Hilleshemiæ.

XXI. *Bertholdus I.*

§. XXIII. *Bernhardus I.*, Comes *Rotenburgicus* ad Tubarim, (c) Præpoſitus ſumæ ædis Hilleshemenſis, (d) vix adduci potuit ad portandam inſulam; non neſciens, quantæ molis ſit animarũ curam agere fideliter. Ipſe Anteceſſoris ſui *Gothardi* oſſa è tumulo elevari juſſit, inq; ejus honorem magnificũ Ord. Benedict. monaſterium pro monachis in ſuburbio Hilleshemenſi (locum vocant den Brühl) año MCXXXIII. VI. Jul. (e) nonageſimo quinto poſt exceſſum ejus, fundare cœpit, eundemq; beatè defunctum, multis miraculis hactenus illuſtrem, albo Sanctorũ inſcribi impetravit ab *Innocentio II.* in Concilio *Rhemenſi*. Sarcophagus ejus auro, argento, multisq; gem̃is diſtinctus, valorem decem millium florenorum ſuperabat, quos è ſacrificiis & eleemoſynis tumbam *Gothardi* (populariuin ſuorum è Bojaria) viſitantium collegerat, cui reverenter incluſum cœnobio *Gothardiano* tradidit. (f) Primus Abbas *Fridericus*, deſumtus ex Collegio *Fuldenſi*, è cujus diſciplina non minùs, quàm

XXII. *Bernhard. I.*

*Attahenſis*

(u) Neſcio, cur Kranz. l. c. hujus Bruningi omninò oblitus ſit, ſtatim poſt Udonem ponens Bertoldum, (w) Vir eô loco non impar. & genere & moribus optabilis, Kranz. L. VI. Metr. c. 7. (x) vid. chron. S. Mich. (y) chr. Stederburg. (z) Viſſelbecc. chron. Höxar. ad h. ann. (a) Chr. Stederburg. & mont. ſeren. ad h. ann. Mar. Scot. ad eund. ait: apud Cluniacenſe cœnobium Monachus Bertholdus, Hiltinenſis Epiſcopus, obiit, (b) chr. MS. Hildeſ. habet 12. (c) quod neſciit Kranz. L. VI. Metr. c. 21. (d) Magiſter ſcholarum, Mar. Scot. ad ann. 1130. (e) Henr. Wolter. in chr. Brem. ap. Meibom. T. II. rer. Germ. p. 49. habet ann. 1128. (f) Conf. chr. Engelhuſ. p. 225. chr. Stederburg. ad ann. 1133. Kranz. L. VI. Metr. c. 21. chr. Brem. cit. l. a.

*Attahenſis* monaſterii prodierat *Gothardus.* (g) Idem *Bernhardus* ampliſſimum Comitatum *Winzenburgicum* Eccleſiæ ſuæ addidit, *Hermanno* Comite, ob ſtupratam à ſe militis Svevi conjugem, miſerrimè occiſo. (h) Ambulabat ſpiritus aliquis (*Pileolum* dicebant, Hödeke) per caſtra *Hilleshemenſia*, qui eâpſe nocte, quâ *Hermannus*, ultimus gentis ſuæ, periit, ociùs ad lectum *Bernhardi* properans; *Surge*, dixit, *& occupa, quod nunc tuum eſt*, *Winzenburgum.* Sta up Plátner/ weltu nu ſchlapen/ de Wenſenborch iß dyner. Fecit & tenuit anno MCLII. (i) Excommunicavit poſtea *Pileolum* iſtum, qui *Aquisgrani* civi Hilleshemenſi apparens rogavit, ut intercederet pro ipſo apud Antiſtitem. Porrò poſt mortem *Lotharii* Saxonis ſub Conrado III. Diœceſi ſuæ incorporavit inſignem Abbatiam *Ringelheimenſem*, una cum Præpoſitura *Onolsburgenſi*, quam antea partitam cum *Henrico* Brunſvicenſi tenuerat. In ſenio tandem oculis fere privatus nihil tamen de priſtino zelo, fide & vigilantia remiſit, ſed omnia Eccleſiæ jura integra conſervavit, præſertim jurisdictionem *Gandesheimenſem* eccleſiaſticam, tot ſumtibus & laboribus abs Anteceſſoribus partam. Deceſſerat poſtremis ejus annis *Lutgardis* II. Abbatiſſa ad Gandam, quam loco *Barthæ*, ab Epiſcopo Padebornenſi conſecratæ, juſſu *Lotharii* Imp. Goslariæ Abbatiſſam fecit anno MCXXXIV. Annô MCXL. Romam abiit. (k) Annô MCXLVII. *Gerardus* Richenbergenſis Præpoſitus Eccleſiæ Stederburgicæ præficitur ab eodem *Bernhardo*. Annô MCXLVIII. in Synodo Halberſtadenſi *Henricus Leo* diſſidium aliquod diremit, quod multis abhinc annis inter *Fridericum* Palatinum & *Bernhardum*, Vicedominum Hilleshemenſem, fuerat. (l) Denique cùm ob ſenium fractasque vires electam *Adelheidem* IV. inaugurare nequiret, vices ſuas Pontificales demandabat *Bernhardo Spigelio*, Præſuli Padebornenſi, actui tamen ipſe interfuit, ut præſentiâ ſuâ jus Eccleſiæ ſuæ antiquum eò fortiùs defenderet. Promiſitque Electa ſtipulatâ manu omnem reverentiam & obſequium Sedi *Hilleſhemenſi*. Sedit annis XXIII. (m) obiitque annô MCLIII. (n) Delatus in monaſterium *Gothardianum* à ſe fundatum, ubi in medio chori ultimam expectat tubam. (o) Duos ejus annulos valde pretioſos, in quorum altero *hiacynthus*, in altero *topaſium* fulget, adhuc ſibi ſervant Canonici.

XXIII. *Bruno.* §. XXIV. *Bruno*, Decanus Eccleſiæ cathedralis, pius, juſtus & humilis, reſtaurator Eccleſiæ & collapſi palatii Epiſcopalis. Illam de novo texit integram:

(g) Vid. Brovver. L.I. Antiqv. Fuld. c. 18. p.75. (h) ita narrat Kranz. L.VI. Sax. c.11. & Bunting. chr. Brunſv. P. I. p.63. alii tamen aliter, ùt Gozecenſ. p.235. Mar. Scot. ad ann. 1130. (i) Kranz. L. VI. Metr. c. 21. & L.VI. Sax. c.11. (k) chr. Stederburg. ad h. ann. (l) Vid. chr. Marienthal. T. III. rer. German. Meib. p. 249. (m) Kranz. habet 22. vir præclarus, Id. l. c. præſtans & DEO plenus, Id. L. VI. Metr. c.41. (n) anno decimo eum reſignâſſe putat Kranz. L. VI. Metr. c. 41. ob cæcitatem, chr. mont. ſeren. ad ann. 1154. ita: Bernhardus, Hildenſemenſis Epiſcopus, ab Epiſcopatu abſolvitur & moritur, (o) Vid. plura de eo in chr. Brunſv. Bunting. p. 6[illegible]

integram arcis *Winzenburgicæ* ſtructuram à *Bernhardo* cœptam perfecit, ingentique turri communivit. Bibliothecæ *Hilleshemenſi* multos utiles ac inſignes libros dedit, cathedramq; ſuam multo ornatu & reliquiis auxit. Fecit ſibi anniverſarium cum largis eleemoſynis & candela perpetua ad tumbam ſuam, & *Winzenburgicis*, in honorem Anteceſſoris ſui, multa contulit: (p) nativitatem B. Virg. cum octava primùm celebravit, monitus ab ea viſibiliter. (q) Sedit VII. annis 3. menſ. Defunctus piè placidèque annô MCLX. Conditus in medio cathedralis templi ante S. Cæciliæ altare.

§. XXV. *Hermannus*, Præpoſitus ad S. crucem intra Metropolin, Vir nobilis, pius & prudens, humanus & liberalis, nullique non acceptus, inprimis *Fridericus* I. Imp., quem publico nomine ad Comitia Goslarienſia abeuntem excepit Orator facundiſſimus. Ab eodem regalia ſua in caſtris Mediolanenſibus obtinuit. In annonæ caritate magna ſubſidia tulit ſuis & exteris, in pauperes propenſiſſimus. Cultum divinum ſeriò promovit, cantans, legensq; horas ſuas devotè. Ipſe in Diœceſi ſua feſtum *omniũ fideliũ* primus introduxit, ad majorem devotionem excitandam, more ſeculi, de ſuo patrimonio multas aſſignans præbendas & redit⁹. Sub eo tertiò combuſta Eccleſia *Gandesheimenſis* reædificata ab *Adelheide* IV. (r) & conſecrata ab eodem, præſente *Heremanno*, ArchiEpiſcopo Bremenſi, aliisque. Ipſe dedicavit etiam Eccleſiam S. *Blaſii* Brunſvici annô MCLXXII. exſtructam & ornatam ab *Henrico*, cui virtus generoſa & mens excelſior *Leonis* nomen dedit; (ſ) inter primos conſpiratores poſtea relatus. (t) Subditi quidam malitioſi plectendi erant ab eo, ſed nebulones diffugiebant, aliosque ſibi copulantes ſocios totam Diœceſin ferro & igne populabantur, ut tertia ferè pars decimarum redituumque Epiſcopalium ſubtraheretur. Interpoſitâ tandem auctoritate Imperatoris, auxiliô vicinorum Principum, tumultus iſti quieſcebant. Quamprimùm igitur bonus *Hermannus* tranquillitati redditus, iter aggrediebatur in Palæſtinam, ſepulcrum Domini ſpeculaturus. Verùm factô naufragiô, ut arreptô aſſere nudus ſolusque elaberetur, ſtipem oſtiatim Hieroſolymam usque petiit. Ipſe tamen religioſi voti tenax, omnes concoxit moleſtias, ſemper alacriùs pergens. Et omnes eum in pretio habebant, qui Chriſti nomen profitebantur. Vix in Italiam redux ex morte ad vitam tranſiit anô MCLXXIV. (u) Paſtoratus ſui XIV. (w)

XXIV. *Hermannus.*

(N) §. XXVI.

(p) VVincenburgico Comitatui paruêre oppida, Alfeldia & Gronau, cum Præfectura ſua, & alia, dicta Freden. Et habuêre multi nobiles in hoc comitatu caſtra ſua, ut Steinbergii, Bodenburgii, Stockii, Rhedenii &c. (q) anno 1161. habet chr. mont. ſeren. ad h. ann. Add. Kranz. L. VI. Metr. c. 41. (r) Bodo in ſyntagmat. ſuo p. 505. (ſ) vid. chr. Riddagshuſan. T. III. rer. Germ. Meib. p. 347. Eccleſiam hanc Aut. hiſt. de Henr. Leone c. f. vocat monaſterium, cauſam dat Meib. in not. (t) Kranz. L. VI. Sax. c. 20. (u) Chr. Stederb. habet 1169. (vv) Kranz. habet 17.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXV. *Adalogus*, §. XXVI. *Adalogus, Adelogus, Adologus,* & *Adelhogus*, quaſi diceres Edelhoch / vel Adelhoch / nobilis *Dorſtadianus*, (x) Præpoſitus Goslarienſis, electus annô MCLXXV. fidus & vigilans (y) ſuæ Eccleſiæ vixit, nec rebus Imperatoris, ſeu Henrici Ducis immerſus. (z) Prima officii cura Dei gloria & proximi ſalus, quam utramque quæſivit & promovit diligenter, amplitudinem Eccleſiæ omni modo intendens. Propinqua ejus *Salome*, nata de *Pleſſe, Ottonis*, Comitis *Daſſelenſis*, conjux, cujus liberos, caſtra ſequente marito, & poſtea in terram ſanctam abeunte, ut quisque de vita ejus dubitaret, bene educavit & inſtruxit, inprimis *Reinoldum*. Monuit ſubinde *Salomem*, ut Comitatum *Daſſelenſem* ei venderet, ſe daturum illi in eo, pro ſtatu & conditione ſua, alimoniam ſufficientiſſimè, & filiis ejus opimas præbendas. Rem hanc ſubolfaciens *Henricus Leo*, omnia diſſipavit conſilia. Interim *Adalogus* ab *Homburgico* emit Præfecturas *Leuenſtenium* & *Grenam*, cum jure reluitionis, quæ tamen mox ad *Homburgicos* redibant. (a) Adfuit noſter *Philippo* Colonienſi anno MCLXXXII. & *Henrico* VI. in obſidione Brunſvicenſi. (b) Profectus tandem cum Imperat. in terram ſanctam. Quô mortuô miſerè reverſus ad ſuos. Omnia Eccleſiæ ſuæ jura & laudabiles conſuetudines antiquas in chartam conjectas ab interitu non tantùm vindicabat, ſed quoque confirmavit auxitque plenius. Annô MCLXXXVIII. bullam dedit S. *Nicolao* Höxariæ cum largiſſimis indulgentiis. (c) Sanxit etiam, ut poſthac XXIV. ſolidi (Schillinge) valoris Hilleshemenſis unam marcam puri argenti valerent. *Adelheidam* V. Gandeshemenſem electam conſecravit. Naturæ ſatisfecit anno MCXC. Præſidentiæ ſuæ XV. (d) Jacet in umbilico cryptæ Hilleshemenſis.

XXVI. *Berno*, §. XXVII. *Berno, Benno* & *Brenno*, Decanus Eccleſiæ cathedralis Hilleſemenſis, Vir prudens, modeſtus & eruditus, (e) qui magnâ ſupellectile bibliothecam auxit ornavitque. Plurima Eccleſiæ bona diſtracta, oppignorata,

(x) Letzner. in hiſt. Carol. M. c. 12. vocat Comites Saxonicos: hunc quidem in chr. Daſſel. L. II. c. 1. ex Comitum gente deducit, reticens verò, qualis ſeu quanta ea fuerit. Meibom. in aur. bulla Andronici & alibi nobiles Dynaſtas, ſeu Barones nominat, edle Herrn / quorum ſedes tribus milliaribus Goslariâ diſtabat. Noſter erat Theodorici Fil., Arnoldi, cognomento Variabarba, Buntbart / cœnobii Dorſtadiani fundatoris, frater, ſepulti in eo anno 1464. VI. Kal. April. Anno 1056. teſtes inter reperi Arnoldum, Dominum in Doerſted, anno 1110. Walterum, anno 1150. Fridericum, anno 1273. Frid. & Walter. erant Canonici Hildes., & frater eorum Bernhard. Rector patriæ ſuæ, cujus conjux Alheida Homburgica. Anno 1327. alius Bernhard, nobilis Dominus in Doerſted. Ex hoc & VValdenburgica Domina nati ſunt Frid., Canon. Hildeſ., & Walterus, qui ex VVarburgica ſua genuit Arnoldum & Eliſabetham, viventes anno 1450. Hæc erat Decaniſſa Gandersheim. anno 1470. (y) Vir præſtans, Kranz. L. VII. Metr. c. 3. (z) Id. l. c. (a) Letzner chr. Daſſel. L. I. c. 7. & L. II. c. 1. (b) chron. Slavor. L. VI. c. 4. Add. D. Sagittar. orig. & incrementa Brunſvici §. 98. & 103. necnon hiſt. Henr. Leon. ap. Meibom. T. I. rer. Germ. p. 431. (c) Viſſelbeck. chr. Höxar. ad ann. 1395. (d) chr. Hildeſ. MS. habet 17. Kranz, L. VII. Metr. c. 3. decem (e) Vir eximius, Id. lib. cit. c. 17.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rata, ſeu ære alieno oppreſſa ipſe fideliter redemit, additis ſubinde novis, & multiplicatis Canonicorum reditibus, boni Patrisfamilias munere dexterrimè fungens. Præpoſituram *S. Petri* Goslariæ, ad eum immediatè pertinentem, ſed valde depauperatam, & à ſecularibus direptam, priſtino nitori, valori & dignitati ſuæ reſtituit, Dictatore Summo Pontifice, ſub pœna fulminis ſacri, ne quis antiquæ hujus Præpoſituræ bona alienaret, ſeu ſub quocunque prætextu auferret. Anteceſſorem ſuum *S. Bervvardum*, cooperante *Theodorico*, Abbate S. Michaëlis, factis ſubinde ad tumulum ejus miraculis, Sanctorum collegio intulit ſub *Cœleſtino* III. anno MCLXXXIV. (f) Diu etiam contendit cum Moguntino ſuper jurisdictione *Gandesheimenſi*, tutor jurium ſuorum zeloſiſſimus. (g) Anno MCXCI. cum *Theodorico* Halberſtadenſi Epiſcopo, & *Wittekindo Spigelro*, Corbeienſi Abbate, Brunſvicum oppugnavit, caſtris in villa *Leuenfordana* ad Ocram iterum poſitis. At nihil effecêre omnes, niſi ut colonos expilârint. (h) Quot annis ſederit, incertum eſt. Remur, eum extinctum eſſe anno MCXCVIII. (i)

§. XXVIII. *Conradus I.*, in chr. Sax. *Claudarius* (k) dictus, Comes Ravensburgicus, (alii nobilem Franconem Reinſteinenſem faciunt,) Friderici I. & Philippi Impp. propinquus & Cancellarius, (l) Epiſcopus antea Lubecenſis, (m) valedixit ſtatim Hilleshemio primo anno, captans & capiens ampliorem parochiam cum titulo Ducali illuſtrem, ſcilicet *Würtzeburgenſem*. Interim Hilleshemiæ liberalitatis ſuæ veſtigia ubique reliquit, ornamenta ſplendidiſſima Eccleſiæ, & duo ſcrinia reliquiis farta. Advocatiam Hilleshemenſem multo argento acquiſivit, cujus dimidiam partem Canonicis ſuis dedit, & ſanè maximè exaltata fuiſſet Diœceſis ejus curâ & operâ, niſi ambitio ocius eum ad cathedram *VVürtzeburgenſem* traxiſſet, Virum ceterà ſummæ auctoritatis. (n) Fecit cum *Henrico* VI. iter ſanctum, in quo Regem Cypri coronâſſe fertur. Illo mortuo, remeavit in Germaniam, *Philippo* Imp. carus & fidelis. Juſtitiæ cultor erat eximius, furibus, latro- XXVII. *Conradus I.*



(f) Helmold. chr. Slav. L. IV. c. 23. & chron. S. Mich. nec non ſuprà §. 15. (g) vid. Bruſch. catal. Epiſcop. Hildeſ. (h) vid. Hiſt. Henr. Leon. T. I. rer. Germ. Meibom. p. 433. ſi hæc anno 1191. facta ſunt, qui Adalogus anno 1190. obierit? (i) vix uno præfuit anno Kranz. L. VII. Metr. c. 17. (k) Claudarus Idem loc. jam cit. (l) Vir literatus & facundus, & in multis Eccleſiis jam intitulatus Id l. c. (m) in chr. Lubecenſi Alb. Crummedyckii tres reperio Conrados. Primus fuit Abbas Riddagshuſanus, & ſucceſſit fratri ſuo Geroldo, promotus ab Henr. Leone, cum quo iter faciens in terram ſanctam defecit. De altero dicitur, quòd fuerit Vir literatus & facundus, in multis Eccleſiis beneficiatus à Frid. I. cujus Cancellarius erat, datus anno 1183. De neutro autem reperi, quòd ad Præſulatum Hildeſienſem promotus ſit. Nec id de tertio, Gyſenhemio ſcilicet, ſuſpicari potes. Vid. T. II. rer. Germ. Meib. p. 395. ſeqq. (n) & cui nemo facilè refragaretur, Kranz. L. VII. Metr. c. 17. Cùm Eccleſiam Herbipolenſem cerneret vacare, priore dimiſsâ, ad illam tranſivit, neutram verò aſſecutus, quia non meruit, quam contemſit, nec apprehendit, quam curioſè ambivit. Id. l. c. c. 9.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tronibus, & hujuſmodi patibuli Candidatis infenſiſſimus. Occiſus tandem miſerè à *Bodone Reinſtenio* & *Henrico Hundio* à *Falkenberg*, Equitibus ex orientali Francia, quos ob facinus quoddam acrius objurgârat, anno MCCIII. in feſto S. Barbaræ. (o) Epitaphium ejus circumfertur tale:

*Hôc procumbo ſolo, ſcelerisq; ego parcere nolo,*
*vulnera facta dolo dent habitare polo.*

Ejus tempore collecta manus Magdeburgi Brunſvicum expugnare voluit. *Henrico Palatino*, urbi huic ſuppetias laturo, Hilleshemenſes viam intercludere conabantur. *Henricus* verò fugavit eos uſque ad portas. Magdeburgici, illorum ſocii, à tergo invaſuros Palatinum in fugam egerunt. Qui, recollectis viribus, properabat ad *Ottonem* Regem, mox *Philippus* Imp. cum milite ſuo venit, & *Conrado* noſtro. Irrumpunt in urbem Brunſvicum, at in longo ponte repulſi, multique in Ocram lapſi periêre. Magnâ igitur clade reverſi ſunt domum. (p)

XXVIII. *Harbordus*, §. XXIX. *Harbordus*, *Herbordus* & *Heribertus*. (q) reſignanti Conrado ſucceſſit. Erat antè Cantor Eccleſiæ cathedralis, poſtea Præpoſitus, nobilis & diligens Vir. (r) Difficilimis temporibus electus, & in cœnobio Corbeienſi à *Bernhardo* Padebornenſi conſecratus. (s) Flagrante bello inter *Philippum* & *Ottonem*, pauperculam & deſolatam hanc Eccleſiam nemo facilè amplectebatur, ut etiam *Innocentius* III. electionem Epiſcopalem iterum iterumque ſeriò mandârit Capitulo, quod onus tandem in *Harbordum* devolutum eſt. Qui clavus fixus erat in pariete, ut quiſque ſarcinas ſuas de eo ſuſpenderet. Prudens & circumſpectus erat, candidus, ſeverus & gravis auctoritate, firmoque judicio præditus. At his omnibus parùm profecit propter altercationes duorum iſtorum Summorum Principum. (t) Cumque *Harbordus Philippo* magis favere videretur, ceteri autem ſeculares, nobiles & ignobiles, *Ottoni* IV., *Henrici Leonis* F., in hoc ſchiſmate imperiali ad extrema diſcrimina ventum eſt, deficientibus plurimis Miniſterialibus ab *Harbordo*, ut coactus hic fuerit fugâ ſe ſubducere, & tutiorem ſibi eligere locum. At *Hilleshemia* ideo fulmine Pontificis tacta. (u) Sic graſſabantur alii impune per

Diœ-

(o) tumultui, neſcio unde exorto, immixtus cæditur, & inventus eſt ſub armis geſtâſſe cilicium. Id. loc. jam dict. quod memorabile judicat Schaten. P. I. annal. Padeborn. p. 926. ad Viri commendationem, (p) vid. plura de hoc Conrado ap. Kranz. L. VII. Sax. c. 9. & 10. & L. VII. Metr. c. 7. & 17. Tabulas, in quibus anno 1199. indict. II. Philipp. Imp. Hartwico, Archi-Epiſcopo Bremenſi, Comitatum Stadenſem reddit, hic Conradus Hildeſimenſis Epiſcopus, VVirtzburgenſis Electus, & Imperialis Aulæ Cancellarius recognovit. (q) Hartbertus, chron. mont. ſereni p. 76. (r) Vir induſtrius & bonus, natus genere militari, Kranz. L. VII. Metr. c. 24. (s) Vid. P. I. annal. Padeborn. Schaten. p. 930. ſeq. (t) Kranz. L. VII. Sax. c. 15. ſeq. & L. VII. Metr. c. 24. Spangenberg. chr. Sax. c. 238. p. 411. (u) annal. Padeborn. cit. p. 925.

Diœceſin, nemine vel renitente ſeu contradicente. Omnia Eccleſiæ bona diſperſa, ſpoliata, perdita, ſeu alienata, ut præter luctum & miſeriam nil vidiſſes, vel audiſſes amplius. Monentibus ergo amicis, ad ſuos rediit Antiſtes, ſedens in ſpe & ſilentio ad clavum procellas inter haſce & tempeſtates. Abſentem Moguntinus confirmârat & conſecrârat. Dominus tamen rurſus benedixit ei. Siquidem bona oppreſſa, diſtracta & oppignorata recuperavit redemitq; præſente auro, unà cum ſex pagis *Oslebio, VVanckeslebio, Steckemio, Ottredeſſio, Uppumo* & *Ringelhemio*, quos *Sigfridus Blanckenburgicus* hactenus tenuerat: reddidit feudum Epiſcopale *Oldendorp*, molamque in Metropoli, & pagum *Materten* cum pluribus decimis, inſtaurabat templum cathedrale, ut boni Patrisfamilias ſpecimen ex quocunque emicuerit angulo. *Theodoricum* Merſeburgenſem elegit cum aliis. (vv) Sub hoc S. Andreas locum dedit Eccleſiæ Collegiatæ, ſubſtitutis Canonicis, quorum reditus à *Joanne* Gallico, Imperatoris *Ottonis* Cancellario, dati ſunt, omnia hæc confirmante & promovente *Harbordo*. Idem fundavit Collegiatam *S. Joannis* extra urbem, piarum fundationum ſincerus fautor & autor. Præfuit novem annis, (x) rebus humanis exeedens annô MCCVIII. (y) *Mathildis* I. Comitiſſa Woldenburgica, Abbatiſſa Gandeshemenſis, accuſârat hunc *Harbordum* Romæ, quòd nimis rigorosè jurisdictionalia in Eccleſia iſta appeteret, & reverſa eſt anno MCCVII. cum magnis privilegiis, in quibus expreſsè continetur, ut nemo, præter *Sedem Apoſtolicam*, in hoc monaſterio aliquam ditionem habeat, & quòd ipſæ moniales à quocunque velint, Epiſcopo catholico conſecrationes altarium, baſilicarum &c. licitè & validè petere poſſint & debeant. (z)

§. XXX. *Sigfredus* I. Abbas, (a) antea Fuldenſis, adhuc digladiantes vidit *Philippum* & *Ottonem*, quorum hic eum pro defenſione ſui præfecerat Hilleshemiæ. (b) Optimè præfuit, (c) emtis redditisq; Eccleſiæ ſuæ multis bonis, inprimis Advocatiâ in *Himmelsthür* & *VVitenborg*, (d) unà cum omnibus pertinentiis ſuis, & hâc quidem cum XII. manſis. (e) Reditus Canonicorum notabiliter auxit, & in omnibus bene proſpexit. Præpoſito ſuo adjecit duas villas in Neapoli Hilleshemenſi, Cantori villam in veteri oppido Hilleshemenſi, deditque luminaria perpetua multa. Auxilium laturus

XXIX. *Sigfredus I.*

(N) 3 *Phi-*

(vv) chron. mont. ſereni ad ann. 1204. (x) Kranz. l. c. (y) Bucelin. l. a. chr. Hildeſ. MS. (z) legi meretur Bodo l. c. p. 507. ſeq. in quo integra bulla Innocentii III. eſt. (a) Bucel. l. c. & chron. MS. Hildeſ. ſimpliciter monachum Fuldenſem vocant; at Brovver Abbatem L. I. Antiq. Fuld. c. 18. p. 75. idem tamen ipſe contrarius ſibi L. IV. p. 293. dum ad cathedram Moguntinam hunc Illuſtrem Eppenſteinium accerſitum ſcribit, cum Fabricio in glor. Fuld. p. 103. ſeqq. Nec XXIV. Antiſtes fuit Sigefridus, ut idem opinatur Brovver *l. c.* (b) vid. Kranz. L. VII. Metr. c. 29. (c) Eccleſiæ utiliſſimus l. c. (d) VVitenborg cœnobium olim prope Popenburgum in monte conſpicuum, in quo ultimus ejus nominis comes & fundator ſepultus eſt. Comitum VVitteborgenſium etiam meminit Kranz. L. VIII. Vandal. c. 11. & Arnold. Lubecenſ. L. VI. c. 13. p. 466. at iſti nihil ad nos. (e) chr. MS. Hildeſ. legit Höven/ rectius tamen Huven ſeu Hoven/ manſos.

*Philippo* in obſidione Brunſvicenſi,cives eduxit ſuos. At *Philippus* mirabili viſione territus,mox obſidione ſolutâ diſceſſit. *Autor* quippe, cujus corpus ibi quieſcit,enſem dextrâ vibrans in vallo & muris, toti agmini Philippéo tantum injecit terrorem, ut ociùs abiret. (f) Anno MCCXX. *Sigfridus* interfuit conſecrationi majoris Eccleſiæ Halberſtadenſis. (g) Fugerant ad hunc multi cives Hannoverani, de *Ottone* Duce ſuo conquerentes maximè, quos omnes domum ire juſſit,& Domino ſuo parere. (h) *Ottoni* Imp.,ante obitum confitenti autoritate ſacerdotali veniam peccatorum dedit in caſtro *Hartzburg*. Amarè defleſſe dicitur Princeps delicta ſua. (i) Idem *Sigfredus* ſubſcripſit teſtamento Optimi Imp. (k) & Viri devoti, qui DEUM ſemper præ oculis habebat. (l) Sedit *Sigfredus* annis XIV. (m) Deceſſit annô MCCXXI. XXI. Nov. in pace ſepultus ante altare S. Petri in templo cathedrali. (n)

XXX. *Conradus II.* §. XXXI. *Conradus II.* à *Riſenberg*,Magiſter Pariſienſis, Decanus Spirenſis & Canonicus Moguntinus, à ſecularibus rebus plerunque, quantum poterat,abſtractus,eccleſiaſticas majori provexit ſtudio. (o) Multorum monaſteriorum fundator & autor. *Falckenbergenſe* ad Goslariam ejus autoritate & curâ ſurrexit ſplendidè. Añô MCCXXII. habuit S. *Franciſcus* concilium Ordinis ſui cum FF.*Hilleshemiæ*,ubi præſens fuit ille. (p) Vix extaret *Winhuſinum* ad Aleram feminarum cœnobium in agro Lyneburgico,niſi *Agnetæ*, *Conradi* Landsbergici F., & *Henrici* Gvelfici Junioris, Ducis Sax. & Palatini Rheni uxori,prima ſuggeſſiſſet conſilia.Huic parochiam *Winhuſinam* cum omnibus decimis incorporavit. Præterea duo pro Fratribus mendicantibus in Metropoli ſua erexit, quorum ſingularis Patronus erat: & cœnobium iſtud Virginum S. *Mar. Magdalenæ*, nec non *Willinghuſanum* (q) infra *Barenburgum* huic origines & dotationes ſuas ampliſſimas debet. Totum Clerum ſibi ſubjectum reformavit, ad probitatem & modeſtiam hortans ſedulò. Inſuper multa Eccleſiæ bona dudum oppignorata redemit, adauctis Canonicorum præbendis. Inſtauravit palatium Epiſcopale, caſtrumque *Winzenborg* magnis ſumtibus, oppidulumque *Roſenthal*, nec non caſtrum *Schartele*.

(f) Longiùs hoc perſequitur Kranz. lib. & cap. cit. L. V. Sax. c. 35. & L. VII. c. 16. chr. Slav. L. VI. c. 4. at Meibom. in chron. Riddagshuſan. p. 350. pro mera fabula habet, (g) chr. mont. Seren. p. 136. (h) Kranz. L. VIII. Sax. c. 35. (i) Ineffabili contritione compunctus, Id. L. VII. Sax. c. 37. qui porrò ſic ex Alb. Stadenſi: tanta fuiſſe fertur morituri pœnitudo, ut coquinariis ſuis præceperit collum ſuum calcaneis premere, & viliſſimam DEI creaturam omninò ſupplantare. Hunc Kranzii locum Sigonius L. XVI. de regno Italiæ integrum inſeruit, at vide, quomodo eos perſtringat Meibom. in apol. pro Ottone IV. Imp. T. III. rer. German. p. 147. (k) Id. in cit. apol. p. 148. ſeq. (l) l. c. (m) idem ait chr. Hildeſ. MS. (n) Epiſcopus in neutralitate permanens, finivit in pace tempora ſua, appoſitus Patribus ſuis, poſt annos decem ingreſſûs ſui Kranz. l. c. Contrarius his Brovveri locus ſuprà citatus, (o) vir præclarus, qui de religione cenſetur ferbuiſſe, Kranz. L. VII. Metr. c. 38. (p) Wolter. chr. Brem. p. 58. ed. Meibom. (q) Kranz. l. c. vocat VVülfinghuſen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Schartele.* Quod poſtea, unâ cum oppido *Empera.* (nunc *Gronau* vocant,) & caſtro in *Inſula* prope Hilleshemium, (quia furum & prædonum latibula erant,) deſtruxit. Hic *Conradus* probavit miracula S. *Eliſabetæ*, juſsû Romani Pontificis. (r) Annô MCCXXXIII. *Burckardus*, Præpoſitus Hilleshemenſis, poſtulatur ArchiEpiſcopus Magdeburgicus. Simultates habebat noſter cum *Ottone* Brunſvicenſi. Uterque in comitiis Moguntinis gravamina ſua expoſuit anno MCCXXXV. quæ ob prolixitatem non addo. Annô ſequente in craſtino nativitatis Mariæ tota *Hilleshemia* cum omnibus templis & ædibus, quotquot muri cinxerant, exuſta eſt, remanente tantùm S. *crucis* oratorio cum viculo ſuo. (ſ) Tandem curarum laborumque pertæſus in maximo illo Eccleſiæ ſchiſmate annô MCCXLV. reſignans, primum in cœnobio ad Fratres *Prædicatorum* intra urbem ſe abdidit, ſoli DEO ibi famulaturus. Ortis autem ex nova electione magnis diſſidiis, horrens ea & fugiens, abiit demum in monaſterium *Schonovienſe* Diœceſis Spirenſis, ubi tribus annis supervixit, tumulatus in eodem.

§. XXXII. *Henricus* I. Præpoſitus *Hagiopolitanus*, plurium ſuffragiis electus annô MCCXLV. Huic à paucioribus opponitur *Hermannus*, Præpoſitus S. *Cyriaci* Brunſvici, unde lerna malorum. Licèt enim *Henricus* à Moguntino conſecratus & confirmatus eſſet, etiam ab Imperatore regalia, Principem decentia, legitimè impetrâſſet, ad poſſeſſionem tamen Eccleſiæ ſuæ pervenire haud potuit, factione *Hermanni* ſemper prævalente. Qui totam occupans Diœceſin, cum omnibus oppidis & caſtris, præſidiis ea firmabat pro lubitu. *Henricus* contrà, præter unicum caſtrum *Winzenborg*, nihil habebat amplius. Re hâc turbulentâ latiùs expensâ, ad evitandam omnimodam Diœceſ. everſionem, ſatius eſſe duxit, æquiori animo cuncta perferre, in ſpe & ſilentio expectando fortitudinem. Abiit ergo Lugdunum ad *Innocentium* IV. Concilio tunc præſidentem, exponens ei iniqua *Hermanni* intruſi conamina. Opem ſpondebat Summus Pontifex læſo. *Hermannus* verò & Papæ & aliis glaucoma objecit, fidens ſociis opibusque ſuis. Datur tandem à Sede Romana Epiſcopô Argentinenſi *Henrico* facultas & plenipotentia, re penſiculatiùs examinatâ, omni modo, etiam banno majori, *Henrico* contra *Hermannum* adſiſtere, inque cathedram ſuam reponere. Ibat *Hermannus* Romam. Papa verò, confirmatâ ſententiâ Argentinenſis, perpetuum ſilentium ei injunxit. Ille piè, juſtè & prudenter omnia egit ſemper, emtis bonis nonnullis pro Eccleſia. Habitaverant hactenus monachi Michaëlitani XXXI. *Henricus I.*

(r) Anno 1231. obiit nobilis & S. vidua Eliſabeth, Thur. & Haſſ. Domina Landgravia, F. Reg. Ungar., & jacet ſepulta in Marborg, & elevata eſt de ſepulcro, & ante elevationem ejus Papa dedit mandatum Epiſcopo Hildeſ., Conrado Abbati S. Georg., Abbati Harſevelde, Diœceſ. Verdenſ., de probatione miraculorum, & quod deberent citare teſtes de probatione, & accepta ſibi remittere ſub ſigillis, quod & factum eſt. Id. VVolter l. c. p. 58. (ſ) Chr. S. Mich. & Engelhuſ. in chr. p. 250.

chaëlitani cum monialibus. Quod contubernium monaſterio magnam adſperſit labem. Hinc *Godſchalcus* Abbas, nobilis *Bolzemius*, juſsû *Innocentii* IV. pepulit eas. (t) Deſiit *Henricus* annô MCCLVII. 1. Maji ad S. Catharinam in æde primaria reſurrectionem expectans. (u)

XXXII. *Ioannes I.* §. XXXIII. *Joannes I.* Præpoſitus S. Mauritii extra muros, & Canonicus cathedralis, probus & eruditus erat, pius & affabilis. (u) Ipſe feſtum *S. Joannis ad portam latinam* per ſuam Diœceſin ſolenne fecit & magnum. A Comite *Woldenbergico*, nobilibus ab *Eskerde*, aliisque, multa coëmit bona, quæ inter urbs & caſtrum *Peyna* cum omnibus pertinentiis ſuis, adeoque integrum iſtum Comitatum, quo de mox in *Ottone*. Cùm verò Duces Brunſvicenſes in eodem ſuas quoque haberent prætenſiones, ipſeq; *Joannes* ſponte cedere nollet, bellum ei denunciârunt *Joannes* & *Albertus* FF. annô MCCLXI. (w) Quô annô etiam Decano Hilleshemenſi cum Eccleſia *Golcikenſi* diſſenſio erat. (x) Tandem ſuperveniente ægritudine mentis corporisque paulò pòſt exſpiravit *Joannes*. (y)

XXXIII. *Otto I.* §. XXXIV. *Otto I.* Dux Brunſvicenſis, *Ottonis* F., (z) *Conradi*, Epiſcopi Ferdenſis, frater, electus à Capitulo, ut foret *inſtrumentum pacis* inter Germanos ſuos *Joannem* & *Albertum*, & ſic Comitatus *Peynenſis* integer maneret & ſalvus Eccleſiæ Hilleshemenſi. Oppugnabantur Comites *Peynenſes* à Ducibus Brunſvicenſibus & *Joanne* Hilleshemenſi unitis armis. Uterque Comes ſine prole vixerat. Hinc, clam ad ſe vocato Epiſcopo, B. Virgini Hilleshemenſi totum dominium ſuum pro remedio animæ offerunt. Solvit obſidionem *Albertus* Brunſvicenſis, neſciens, quid inter Epiſcopum & Comites *Peynenſes* actum eſſet. Quamprimùm verò reſcivit, bellum renovabatur, Antiſtite interim ad plures abeunte. Canonici motus hoſce compoſituti eligunt Fratrem *Ottonem*, at nec ſic ceteri quieverunt. Hinc ilias malorum. (a) Poſt quintum demum annum confirmabatur à Papa, fortè quòd minorennis eſſet adhuc & Sub-Diaconus. Iturus verò ad Concilium *Lugdunenſe* fit Diaconus, & mox Presbyter. Adverſarios perpetuò habuit Fratres, ut præ mœrore contabuerit annô MCCLXXV. (b) Sedit annis XVIII. (c) Cubat ante altare S. *crucis* in Eccleſia cathedrali. (d)

§. XXXV.

(t) Literas Pontifi is dat chr. S. Michaël, conf. chron. m. Badeslebienſe, (u) Kranz. L. VIII. Metr. c. 1. ait, eum 20. annis præfuiſſe, quod erroneum eſt, (u) Vir inſignis, undecunque natus. Nam niſi aut inſigniter doctus, aut nobiliter natus, ad illum Epiſcopatum non perveniſſet, (vv) Id. L. VIII. Sax. c. 28. (x) Vid. chr. Riddagshuſan. ap. Meibom. T. III. rer. Germ. p. 357. (y) Conf. chr. Bunting. Brunſvic. p. 98. (z) quem unicum decus Saxonici germinis vocat Kranz. L. VIII. Sax. c. 19. (a) Id. lib. cit. c. 28. & L. VIII. Metr. c. 25. Bunting P. I. chr. Brunſvic. p. m. 98. a. qui exſcripſit Kranzium, (b) Bucelin habet 1279. (c) Kranz. l. c. habet 19. (d) De Comitibus Peynenſibus latiùs forſan dicendum erit in *Hildeſia noſtra*, ex VII. Comitatibus unita.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. XXXV. *Sigfredus II.* nobilis Dominus à *Querfurt*, (e) Decanus Eccleſiæ cathedralis Magdeburgicæ, operâ *Bernhardi* Magdeburgici & *Alberti* Brandenburgici Diœceſin ingreſſus eſt. Confirmatus à Moguntino, & à *Rudolfo I.* ceu Princeps Imperii regalibus inveſtitus, Vir omni laude major. (f) Captivos à Brunſvicenſibus magno ære redemit, addidit Eccleſiæ ſuæ duo oppida prorſus deſolata *Sarſtedium* & *Empenam*, (*Gronau* abs eo dictam,) tranſlatamque hanc ad meliorem locum, exque tribus pagis conflatam. *Albert.* & *Wilhelm.* FF. Duces Brunſvicenſes, ſimultates cum *Henrico Mirabili*, ſeu *Moroſo*, familiæ *Grubenhagianæ* conditore, habebant. Oppugnant illi *Helmſtadium*, queîs auxilia miſit *Sigfredus* noſter. Fiunt induciæ ſic, ut obſeſſi & obſidentes liberum haberent introitum & exitum in & ex urbe. Multi, iique præcipui, induciis, Ducumque & Epiſcopi præſentiæ, confiſi, ibi convenerant, pacem porrò facturi firmam ſtabilemque. Cives Helmſtadienſes verò clauſis portis omnes iſtos trucidârunt. *Rudolfus* I., pacis amantiſſimus, mandata dedit publica, annexis graviſſimis pœnis, ut ſi quis poſthac alter alterum invaderet, in ipſo crimine puniretur ſeveriſſimè. Omnes Imperii Ordines approbant hoc edictum. Paulò poſt ad Principes Saxoniæ, quos inter *Segfredus*, multæ deferebantur querelæ de damnis, ab *Henrico Moroſo*, ex arce *Herlingsberga*, paſſim illatis. Cingitur corona *Herlingsberga*, quæ ab *Henrico* defenſa, multis utrinque occiſis. Tandem *Henricus* Dux elapſus, expugnatâ & dirutâ *Herlingsberga*. Cúmque arx hæc in Diœceſi Hilleshemenſi ſit, & ex ea hactenus ſubditi nimis infeſtati eſſent, Epiſcopus judicium *Borclanum* iterum ſibi acquiſivit hâc occaſione, non longè abs *Herlingsberga* exſtructa ab eodem arce *Leuenburgo*. Illam poſtea iterum obſedit *Henricus*, at inani ſucceſſu. *Sigfredus* enim Ducem cum ſuis in fugam egit, uti *Conradus* olim *Stedingos*. (g) At

XXXIV. *Sigfredus II.*

(O) Brunſvi-

(e) De Illuſtribus Dynaſtis Querfurtenſibus curioſum chronicon edidit Cyr. Spangenberg, quod utique meretur legi. Extincti ſunt anno 1496. Chr. ejusd. Sax. c. 345. (f) Vir metiſſimus & utiliſſimus, Bucelin. l. c. (g) Scripſerat Conrado II. Gregorius IX., quantis injuriis & moleſtiis hactenus affecerint Stedingi Eccleſiam Bremenſem. Mandârat ideo Mindenſi, Ratzenburgenſi & Lubecenſi Epiſcopis, ut quisque per ſuam Diœceſin veniam peccatorum fidelibus promittendo, iſtos contra turbatores concitaret, ut vel ad gratiam converſionis accederent, vel in confuſionis foveam deducerentur. Monet igitur Hildeſienſem, Ferdenſem, Oſnabrugenſem, ut in hoc ce pio fidei negotio laudatis Epiſcopis, Mindenſi, Ratzeburgenſi &c. conſilio & auxilio efficaciter aſſiſtant. Integram bullam habet Meibom. in not. ad chr. Schaumb. p. 534. Erant autem Stedingi Friſici generis populus, poſt Butiadas & Stattlandos introrſum ad Viſurgis ripas in parte occidentali ex adverſo VVordenſium ſedes habentes, anno 1204. Mauritio Oldenburgico, aliisque Dominis ſuis, cœperunt rebellare. Hinc quotidie inſolentiores facti oppugnare etiam vicinos auſi ſunt. Vid. Stadenſ. ad ann. 1212. ſeqq. Kranz. L. VII. Metr. c. 47. poſtea canum more interfecti ſunt. Add. chr. Schaumb. Lerbeccii, & VVinckelmanni notit. vet. VVeſtfal. L. II. c. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Brunſvicenſes ad fluviũ *Fuſe* ex *Olsburgo*, vetuſtiſſimo Comitum ejusdem nominis caſtro, condunt *Lauenthal*, ſeu *Lauenvvedel*, i.e. *domum Leonis* ab iis dictã, ex qua in Diœceſin Hilleshemenſem crebriores fecere excurſiones. Antiſtes igitur in finibus Diœceſ. ſuæ, ad fluvium *Leynam*, oppoſuit arcem *Papenburg*, (Poppenburg) ut fortiter reſiſteret, expugnato non tantùm *Lauenthalio*, ſed etiam *Kalenberga* ad *Leynam*, abs *Ottone* Duce condita. (h) Qui ruinam hanc ægerrimè ferens, cum *Henrico* & *Alberto* Brunſvicenſi, nec non *Ottone* Brandenburgico, aliisque Principibus, arma conjungens, invaſit Diœceſin Hilleshemenſem, occupatoq; *Sternburgo* & *Obergâ*, totam eam vaſtavit. *Sigfredus* contrà *Uslariam*, *Eberburgum*, *Gevelhuſium* & *Echteke* rurſus populatur. Tandem ex bello pax. (i) *Conradus* IV. Abbas Riddagshuſanus, à *Burcardo Hogershemio* & *Brunone Inſulano* inſignem emit curiam Hilleshemii: *Meibomius* (k) Inſanum vocat. Paulò ante exceſſum multa coëmit bona noſter, licèt non præſente pecuniâ, *Wallenrode*, *Ruthe*, *Heerſtede*, *Weſterhofen* & *Hunſrüok*, nec non oppidum *Daſſel*. In capella S. Mariæ Magdalenæ à ſe inſtaurata fundabat IV. præbendas. Obiit annô MCCCVI. (l) XXVII. April. regiminis ſui XXX. (m) Sepultus in medio cathedralis templi ſub corona.

XXXV. *Henricus II.* §. XXXVI. *Henricus* II. Comes *Woldenbergicus*, *Henrici* Senioris F., Decanus cathedralis Eccleſiæ Hilleshemenſis, electus anno MCCCXI. urbem ſuam rebellem, impoſito eidem caſtro *Stürvvolt*, quaſi diceres **ſteur Gewalt**/ ab Hilleſemenſibus contumelioſè **Aelckenborg** dicto, ad obſequium & homagium redegit, ſupplicemq; in gratiam recepit. Pace cum civitate facta, abiit ad *Henricum* VII. Imp., regalia & confirmationem bonorum, (inprimis Comitatus *Daſſelenſis*) abs Anteceſſore *Sigfredo* emtorum, obtenturus. At *Daſſelenſe* dominium inter eum & Corbeienſes multa ſevit litigia; (n) ſtruxit caſtrum *Hunsrück*, (o) & cum propinquo ſuo Comite *Homburgico* obſedit caſtrum *Heimbeck*, idq; ad deditionem coactum ſolo æquavit. Cum *Ottone* Brunſvicenſi levibus congreſſus prœliis, donec per alios Imperii Principes res componeretur. *Bockelemium* cum omnibus pertinentiis MC. marcis argenti emtum Eccleſiæ ſuæ addidit. (p) Caſtus alioquin Princeps & ſatis æquus, juſtitiæ amans, erga pauperes beneficus, & in officio ſuo ſedulus. Cùm accuſatus eſſet apud Romanum Pontificem abs æmulis ſuis, profecturus Avenionem, febri correptus exſpiravit anno MCCCXIV. XIII. Augusti. (q)

§. XXXVII.

(h) vid. not. Meibom. in chron. Schaumb. p. 527. (i) conf. ejusd. not. ad Henr. Roslæ Herlingsbergam, (k) in chron. Riddagshuſano p. 359. T. III. rer. Germ. (l) Bucelin. l. c. & Bunting. in chr. Hildeſ. habet 1310. (m) ita Buceliu. & Kranz. l. c. (n) vid. diſſ. m. hiſt. XII. §. 2. ſeq. Letzner chr. Daſſel. L. II. c. 2. Kranz. L. IX. Metr. c. 3. & chron. Hüxar. Viſſelbecc. ad ann. 1338. (o) tergora canis vocat Kranz. l. c. (p) dimidiam ſc. partem. (q) Bucelin. habet 1318.

§. XXXVII. *Otto* II. etiam Comes *Woldenbergicus*, *Hermanni* F., XXXVI. *Otto II.* *Henrici* Epiſcopi ex fratre nepos, ultimus ſuæ ſtirpis, (r) Canonicus cathedralis & Præpoſitus S. Mauritii extra muros, electus anno MCCCXIX. *Mönichhuſii*, & alius, quem *Engelborſtium* vocant, Diœceſin miſerè vaſtabant, ſociis ſibi undiquaque adjunctis. *Otto* verò prudens & animoſus dolo circumvenit eos in campo prope *Olslebium* ſub Præfectura *Coldingenſi*, ubi fortiter eos aggreſſus eſt, factâ utrinque pugnâ cruentâ. Vicit tamen ille, & maxima hoſtium pars cæſa, capta, fugata eſt, ſpoliis ampliſſimis reportatis, datoque ab inimicis pro illato damno magno argenti pondere, quo bona Eccleſiæ oppignorata redemit, caſtra aliaque ædificia collapſa (inprimis *Popenburgum* & *Stürvvalt*,) inſtauravit, emitq; caſtrum *Lutter* ad *montem urſorum*, (Barenberg) Præfecturam *Brecken*, (s) alteram partem *Böckelhemenſem* & pagum *Kaleſeld*, ſub Præfectura *Weſterhofiana* 3060. marc. argenti, (t) &, quod primarium eſt, Comitatum *Woldenbergenſem* Eccleſiæ ſuæ adjecit. (u) Emerat Prædeceſſor ejus *Segfredus* à Domino de *Pleſſe* arcem *Lindau* in Eichsfeldia ad *Rumam* (vv) cum pertinentiis ſuis, quam munivit fortiſſimè. Auream miſſam fundavit in Eccleſia Hilleshemenſi, (x) dedit duas candelas cereas ad pulpita, tempore Adventus, dum cantatur: *Veni Redemtor gentium* &c. Feſtum *S. Eliſabethæ* ſolenne fecit, & anniverſarium *Henrico* ac *Sigfredo*, cognatis ſuis. Obdormivit in pace anno MCCCXXX. (y) Rexit Eccleſiam annis XVI. (z) Sepultus in æde Metropolitana.

§. XXXVIII. *Henricus* III. Dux Brunſvicenſis, *Alberti Pinguis* Filius, De- XXXVII. *Henricus III.* canus cathedralis, omnium ſuffragiis electus anno MCCCXXXV. (a) Contra quem, ſacro fulmine tactum, *Papa* Joannes XXII. intruſit *Ericum*, Comi-



(r) Amplus VVoldenbergicus Comitatus, in Diœceſi Hilleshemenſi ſitus, complexus eſt XXVIII. pagos. Arx in monte eminet in vicinia oppidi Bockelemenſis. Altera horum Dominorum Præfectura erat Derenburgum, quam in cœnobium monialium mutârunt. Anno 996. Sigmund. ludo equeſtri Brunſvicenſi interfuit; anno 1070. Luderus & Ludolf F. F. vixêre: anno 1090. vixit Ludolf. junior, & Mathilda, Abbatiſſa Gandersheimenſis: anno 1182. Frid. Imp. arcem VVoldenburg obſedit & cepit, quòd Comes fidus eſſet Henr. Leoni, Kranz. L. VI. Sax. c. 42. S. Benno, Epiſcopus Miſnenſis, ex hac gente erat. Albin. chr. Miſn. tit. 20. p. 279. Th. illuſtr. Corb. Viror. c. 28. Rutgerus de Altena caſtrum hoc ſuâ pecuniâ redemit & munivit, chron. Marcan. Notthof. T. I. rer. Germ. Meibom. p. 379. (s) rectiùs puto Freden, (t) forſan 360. vid. Letzner. L. II. chron. Daſſel. p. 21. (u) frater Ottonis erat Gerhard., patriæ ſuæ Rector, qui cùm ex Sophia non genuiſſet liberos, adulterium commiſit cum Molitoris num filia, ſeu conjuge? ideò abs eo peremtus dicitur. Hinc Otto totum dominium Eccleſiæ ſuæ tradidit. Ita potentia temporali creavit ea Eccleſia in immenſum, Kranz. L. IX. Metr. c. 12. (vv) Letzner chr. cit. L. II. c. 3. (x) memoriale inſigne vocat Kranz. l. a. (y) Bucel. habet 1334. Letzner l. c. 1335. (z) Letzner l. c. Kranz. tamen l. a. habet 14. (a) adſtipulatur Letzner. Spangenberg autem L. V. chron. Henneb. c. 5. p. 198. habet 1334.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rem *Schauenburgicum*. Illi adhærebant Miniſteriales plurimi. Unde arces Eccleſiæ in poſſeſſionem recepit. Huic favebat Hilleshemia cum paucis admodum Capitularibus. Ergo introductus in urbem ibi morabatur. Interim agri & oppida miſerè vaſtabantur, nec poterat implacabile hoc odium per integros XIV. annos aut minui vel extingui. Adeò pertinax uterq; in tuendo jure ſuo. (b) Cives pro *Erico* prœliantes expugnabant, non ſine ſtrage ſuorum, *Stürvvoldiam*, (c) caſtrum *Pippelburg* (d) prope Hilleshemium, incenſô vicô Damm. Verùm miles *Henricianus* ubiq; palmam reportavit. Induciæ tandem factæ ad decennium, hâc tamen conditione, ut quiſq; retinuerit, quod ceperat antè. At nec ſic concordia, recrudeſcente potius bello ferociori, ut nulli ſexui, ætati, ſeu Ordini parſum ſit per integrum triennium. *Henricus* turbulenti temporis pertæſus reſignationem meditabatur, ſed ecce! *Ericus* morbo correptus finem vitæ fecit & omnis miſeriæ hujus anno MCCCXLVIII. (e) Sepultus in *Greuen Alveshagen*. Sic *Henricus* urbe in gratiam receptâ rerum potiebatur, pace & tranquillitate Diœceſi redditâ, impoſito civibus cenſu, quem Fron-Zinß vocant, & ad ſtructuram arcis *Mariæburgenſis* (f) ab altera parte civitatis, hebdomatim XII. talenta (Pfund) monetæ Hilleshemenſis. (g) Abſolutus demum à fulmine Romano per *Innocentium* VI. & confirmatus omnia prudenter ordinavit, & præclarè ubiq; ſe geſſit. *Greuelslebium* (poſtea *Greuelsborn* dictum) & *Gilverdeshuſium*, amplos pagos, in Comitatu *Daſſelenſi*, ad ſylvam *Sollingenſem*, cùm Eccleſiæ ſuæ obeſſent, deſtruxit, caſtrum *Walmudenſe* cepit, Northuſanos, *Alberto* Fratri ſuo adverſantes, perdomuit, & ſtrenuum ubiq; ſe geſſit, (h) relinquens poſteris ſuis decem munitiſſima caſtra cum omnibus pertinentiis, ſcilicet (1) *Mariæburgum*, (2) *VVinzeburgum*, (3) *Leuenburgum*, (4) *Stürvvolt*, (5) *Ruthen*, (6) *Paynam*, (7) *Schlademium*, (8) *VVidelagium*, (9) *Lutteram*, & (10) *VVoldenſtenium*. Juſſu Pontificis Romani primùm introduxit feſtum *corporis Chriſti* ſingulis annis ſolenniter celebrandum, faciens ſibi ſplendidum anniverſarium, multis ad id deputatis præbendis. Sedit annis XXXII. (h) & deceſſit anno MCCCLXII. VI. Febr. ſepultus in æde cathedrali, (i) ante altare S. Catharinæ, cùm paulò ante monaſterium *Fratrum minorum* Brunſvici dedicâſſet. Epitaphium ejus tale:

*Poſt M. poſt tria C. poſt ſexaginta duosq;*
*hunc - - - ſexta necat Februi, qui pace quieſcat.*

*creverat*

(b) tanta erat pertinacia non cedendi. Cujus fuerat, ei defuit ſecularis poteſtas, cui arma & amici promtiùs acceſsêre, jus illi deceſſit, Kranz. L. IX. Metr. c. 21. chr. Schaumb. Lerbecc. ad ann. 1320. (c) Kranz. lib. cit. c. 21. vocat: compeſce violentiam, (d) Poppenburg, (e) 1346. Letzner. chr. Daſſel. L. II. c. 4. (f) Kranz. l. c. c. 35. vocat urbem, (g) conf. Letzner. l. c. (h) Id. l. c. c. 5. 6. & 7. (h) ita etiam chr. Hildeſ. MS. Kranz. verò L. IX. Metr. c. 35. habet annos 17. (i) Idem loc. jam cit. ait: in æde S. Blaſii Brunſvici, at Letzner L. II. chr. Daſſel. c. 7. cum Autore facit.

*creverat Eccleſia per eum præſtante Maria;*
*Præſul pacificus, Henricus honoris amicus,*
*hic eſt proſtratus, Brunſchvvig de Principe natus.*

§.XXXIX. *Joannes* II. cognomine *Schatland*, (*Schadeland*, aut *Schade-* XXXVIII.
*brand*,) an Friſius, vel Colonienſis, aut Hamelenſis fuerit, incertum eſt, mona- *Ioannes II.*
chus aliàs Dominicanus & S. Theol. D. invito Capitulo à *Gregorio* XI. (k)
commendatus. Erat ſimplex homo & umbræ monaſticæ aſſuetus. (l) Vix in-
greſſus *Hilleshemium* bibliothecam ſibi oſtendi voluit. Ductus in armamenta-
rium, monſtratisq; gladiis, pugionibus, clypeis, loricis, dixêre Canonici: *Re-
verendiſſime Pater, hæc ſunt volumina Prædeceſſorum tuorum.* Ille quietis amans,
variorumq; armis, queîs impar erat, laceſſitus, rogabat Pontificem Rom., ut
alteri conferret Eccleſiam armatam, ſe eam defendere haud poſſe. (m) Tranſ-
latus igitur poſt biennium *Auguſtam* Vindelicorum anno MCCCLXIV. Ve-
rùm & ibi reſignavit homo ad tanta munera parum aptus.

§.XL. *Gerardus* è Mindenſis Eccleſiæ Advocatis Nobilis Dominus *de* XXXIX.
*Monte*, ſeu *Scalksborg*, (n) ex Cantore & Decatro Eccleſiæ Hilleshemenſis fit pri- *Gerhardus*;
mùm Epiſcopus Ferdenſis, deinde annô MCCCLXV. Hillesheimenſis, Vir
prudens, doctus, (o) magnanimus & felix, auctoritatis verò non adeò magnæ,
ſi corpus ſpectes, ingenio autem præſtantiſſimus. (p) Vagabantur LX. nobiles
Weſtfali, ex rapto vivere ſueti, per totam Provinciam, quos prope *Aulicam*
omnes cepit, & clemens erga eos fuit. Bellum ei indixerat *Magnus*, Brunſv. &
Lyneburg. Dux, (q) cum confœderatis ſuis *Theodorico Kagelvvyt*, ex monacho
Ciſtercienſi Epiſcopo Magdeburgico, & *Alberto Rickmerſtorpio*, Halberſtaden-
ſi Antiſtite, hujus nominis III. Comitibus *Anhaltinis*, Dynaſtis *Querfurtenſibus*,
*Hamerslebienſibus*, & aliis. *Gerhardus* pacem præferens armis, omnem captabat
occaſionem Ducem *Magnum* demulcendi. At hic propoſiti ſui tenaciſſimus
erat. Sic *Gerhardus* admodum invitus militem collegit, quodq; potuit, fecit,
voto nuncupato B. Virgini, rogitans: *an mallet aureum, ſeu ſtramineum tectum?*
quaſi diceret: ſi vicero, *aurea* libertas erit, & omnia Eccleſiæ bona & jura ſalva
ac integra. Sin: *ſtraminea* omnium noſtrûm conditio, & dura ſervitus. Sic con-
greſſus eſt cum hoſte anno MCCCLXIX. viribus & numero impar ad pagum
*Dincklariam*, (r) & mox evaſit ſuperior, captis, cæſis, fugatisq; obviis quibusq;,
ipſo etiam *Magno* Duce, *catenato* dicto, mit der Ketten/ & *Alberto* Halberſta-
denſi, nec non duobus Dominis de *Hackeborn*, *Henningo* à *Steinfurt*, Capitaneo



(k) at hic cœpit anno 1371. Dixerim potius ab Innocentio VI. qui primùm ſedit ann. 1354. (l) Vid. Kranz. L. IX. Metr. c. 51. (m) Id. l. c. (n) vid. not. m. d hiſt. VVedekindi II. Epiſcopi Mind. XLIV. (o) annal. MS. prædicant eum à ſtudiis poëticis & oratoriis, quæ ita excoluerat, ut in utroq; genere ſcripta nonnulla publici juris fecerit. Meibom. in not. ad chron. Schauenburg. p. 542. (p) fuit naſo aquilino, facie deformi, voce ſupra modum inſuavi, quæ audientibus riſum moveret; prudentia verò & literarum & rei etiam bellicæ peritiâ nulli erat inferior. Meib. ad idem chron. l. c. (q) Kranz. L. IX. Sax. c. 33. vocat Ottonem, (r) Dingeber Id. l. a. & L. IX. Metr. c. 5. Dinckeler.

Magdeburgico, *Gumbrechto* & *Almericho Wanslebiis*, *Henrico* & *Rudolfo Alvenslebiis*, & *Buſſone Aſſenburgico* captis, *Woldemaro* Anhaltino, *Alberto* Mansfeldenſi, *Wolfarto* Querfurtenſi, *Joanne* Hadmerslebienſi in pugna cadentibus. Præclarus *Dialecticus* erat *Albertus* Halberſtadenſis, noſter verò *Gerhardus* facundus *Orator*. Inde adagium apud Saxones: *Logicam* ſuccubuiſſe *Rhetoricæ*, Klanck owerwand den Ranck/ quòd *Gerhardus* viciſſet *Albertum*. Hæſitabant aliquando Hilleshemenſes, ad quos, *O mei*, dixit Gerhardus, *nolite trepidare, ecce tot millia adhuc latent in manica mea, qui omnes præſidiam ſpondent.* Circumferebat nimirum multas reliquiarum particulas, in queîs fiduciam ponebat ſuam. Ex pretio captivorum XIII. millia marcarum argenti congeſſit, & redditurus B. Virgini, quod antè fecerat, votum, turriculæ in ſummi templi choro tectum aurô rhenano obduci fecit, ad 3000. marc. argenti: ex reliqua ſumma anno MCCCLXXXIV. conſtruxit Carthuſianorum cœnobium, (ſ) extra Metropolim, vorm Damm-Thor/in quo jacet ſepultus. Tres inſuper ædificavit arces in Diœceſi ſua, ad ripam Fuſæ *Steinburgum*, in littore Leynæ *Coldingam*, & ad Ocram *Vinneburgum*. In hoc prœlio *Dinkleriano* adfuit Gerhardo *Bado de Obergen*, Abbas S. Mich. intra Hilleshemiũ, qui fortiter pugnavit, multosque proſtravit. (t) Sed nova oriuntur diſſidia inter Brunſvicenſes & noſtrum. Caſtro *Walmudenſi* obſidione ab hoc cincto, *Otto* & *Albertus* Brunſvicenſes, quia caſtrum *Hartzburg* capere non poterant, ceperunt, ſpoliâruntque in vigilia omnium Sanctorum annô MCCCLXX. *Alefeldiam*, oppidum in Comitatu Wintzenburgico ad *Leynam*, ut Hilleshemenſis ab obſidione *Walmudenſi* diſceſſerit, opem laturus *Alefeldiæ*.

Een M. drey Wörſte / | eins eim Eck melde /
een L. twe XX. Otto Förſte | All Hillgen wint Allvelde. (u)

Annô

(ſ) Ex præda de novo inſtauravit, Kranz. L. IX. Metr. c. 52. Erdman. chr. Oſnabr. ad ann. 1384. de fundatione loquitur, Conf. Bunting. chr. Brunſvic. P. I. p. 245. & P. II. p. 411. aur. compilat. chronol. ap. Piſt. & Kranz. L. IX. Sax. c. 33. Victorem vix habuiſſe 500. armatos, & 1500. tamen cepiſſe, autor eſt Engelhuſ. chr. p. 274. (t) Vide chr. S. Mich. l. c. p. 522. quod ita: Hic Abbas fuit cum Gerhardo Epiſcopo Hildeſemenſi in prœlio prope Dinckeler, & erat armatus à plantis pedum usque ad verticem, fulgens in eo tanquam ſpeculum, habens ſcapulare de ſerico in galea, quod pendebat à caleptra usque ad baltheum, vel medium corporis, & erat magna tempeſtas venti illo in tempore, ſic quod ventus flavit ſcapulare hinc & inde, & omnis populus mirabatur. Et fuit primus in acie belli, & cùm appropinquaret parti adverſæ prope Dinckeler, adverſarii ſui balare inceperunt, ſicut mens & conſilium fugeret ab eis, & ſolo terrore perterriti pro primo fugam inierunt. Bado autem cùm eſſet primus in acie, non tantùm non fugit, ſed & ceteros milites & vaſallos in Domino confirmavit, & evaginato gladio pugnare cœpit, & viriliter agere cum ſuis, pars adverſa contrita eſt, & maximam partem ipſe interfecit. Cùm autem Gerhardus Epiſcopus Hildenſemenſis videret tam virile certamen Badonis, clamavit ad ruſticos: ô Viri Pilati, quomodo ſtatis? videte monachum, vos autem quid facitis? (u) Letzner. chr. Daſſel. L. II. c. 10. ſeq. & chr. Sax. Spangenb. c. 294.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annô MCCCLXXVII. adfuit *Carolus* IV. Mündæ & *Gerhardus* noſter Regi. (w) Triginta ferè annis in hiſce motibus conſumtis, ſenex moleſtiarumque pertæſus, *Gerhardus* coadjutorem ſibi fecit *Joannem*, Comitem *Hojanum*, Epiſcopum Padebornenſem. Facto demum ſibi anniverſario, datiſque Eccleſiæ primariæ multis ornamentis, quæ inter calix aureus gemmis pretioſè diſtinctus, rebus caducis eximitur annô MCCCLXXXVIII. (x) relinquens Eccleſiæ ſuæ ſine pignore & ruina XII. caſtra elegantiſſima & bene munita. Præfuit annis XXXIV. (y)

§. XLI. Joannes III., Comes Hojanus, Germanus *Ottonis*, Præſulis Monaſterienſis, (z) poſt *Rupertum*, Ducem Montenſem, antea Epiſcopum Pataviensem, electus Antiſtes Padebornenſis, domitor nobilium prædonum *Padbergenſium*, (a) datur *Gerhardo* coadjutor, ſub ſpe ſucceſſionis, approbante hoc Bonifacio IX. Contra Comites *Redtbergenſes* virtutem ſuam non ſemel oſtenderat feliciter. Annô MCCCCXIX. exarſit bellum inter Brunſvicenſes & *Joannem* noſtrum. A partibus *Bernhardi* Brunſvicenſis erant *Wilhelmus* Lyneburgicus & *Joannes*, Epiſcopus Halberſtadenſis, *Henricus* Dux Sleſvicenſis, & frater ejus *Adolfus*, unà cum *Friderico*, Marchione Brandenburgico. A *Joannis* Hilleſemenſis latere ſtabant frater ejus *Otto*, Monaſterienſis Epiſcopus, Comites *Hojani*, *Honſteinenſes*, *Spiegelbergenſes*, & alii, qui lectiſſimum habebant exercitum. (b) Utrinque agri & oppida vaſtata, direpta, incenſa, fruges conculcatæ, pecora abacta, ſubditi capti, & nil niſi luctus & dolor. Verùm *Joannes* bis inſigni prœlio victus ad *Auſtrovicum* anno MCCCCXXI. & caſtrum *Gronde* ad Viſurgim annô ſequente. Tribus annis bellando contra Duces Brunſvicenſes perdidit captivos ad octo millia florenorum liberandos. Quos inter Comes *Spigelbergicus* perdidit *Oze* & *Grone* ſua caſtella, pro quibus *Stürvvolt* impignoratum eſſe dicitur. (c) Tandem mediante *Theodorico*, ArchiEpiſcopo Colonienſi, & hi motus componebantur. (d) Gloriam ſuam Padebornæ partam ſuperbiâ & luxu adeo hîc obfuſcavit, ut ingratus omnibus fieret. *Winzenburgum* & *Freden*, fortiſſima caſtra, deſtruxit. (e) Præpoſitum cathedralem *Eckhartum* ab *Hanſeé*, Virum pium & honeſtum, ſub prætextu pacifragii publici, *Stürvvoldiæ* in ſqvallidum conjecit carcerem, in quo, exacto biennio, miſerè periit, num præ mœrore, ſeu veneno, dubium eſt. Adeò amara res veritas, ut graviſſima

XL. Joannes III.

(w) Vid. chr. Mind. Piſtorian. p. 750. malè autem p. 748. dicitur Borherdus; (x) Bucel. habet 1348. chr. Daſſel. l. a. 1398. (y) Bunting. & Letzner. l. c. Kranz. L. IX. Metr. cap. 53. habet 33. (z) Id. L. X. Metr. c. 49. (a) Id. l. c. c. 50. & Kerſenbroch de Epiſcopis Padebornenſ. (b) ſplendidam militiam Id. L. XI. Sax. c. 8. (c) Chr. MS. Hildeſ. (d) Kranz. l. c. c. 8. & 9. chr. Spangenb. Sax. c. 309. p. 515. (e) Kranz. L. X. Metr. c. 46. Letzner, chr. Daſſel. L. II. c. 12.

ma ſemper pariat odia. Heu mihi, quòd Principes audire nolent fidos & bene monentes. Divulgatâ optimi & innocentiſſimi *Eckharti* morte, *Joannes* infenſum exoſumque ſe reddidit univerſis. Et licèt coram Canonicis & nobilibus ſe purgaret prolixiùs, ſuſpiciones tamen abſtergere nequibat. Sic nihil favoris reſtabat amplius. Quâ re commoti Archi-Epiſcopi Magdeburgicus & Colonienſis, Præſul Halberſtadenſis, Duces Brunſvicenſes & Lyneburgici, Comites Wernigerodani, Regenſteinenſes, aliique, ut unitis viribus Diœceſin invaderent, eamque cæde, ferro, igne & rapinis miſerrimè vaſtarent per integrum triennium, omni fortunâ fugiente à *Joanne*. (f) Malis igitur undiquaque cum ætate ingraveſcentibus, reſignat in favorem *Magni*, Ducis inferioris Saxoniæ, tunc Epiſcopi Caminenſis. Quô vix ingreſſo in urbem vitâ exceſſit *Joannes* anno MCCCCXXIV. (g) in die S. Pancratii, annô turbulentæ ſuæ Ephoriæ XXXVI. (h) Quieſcit in ſummo templo ſub corona.

XLI. *Magnus*, §. XLII. *Magnus*, è Ducibus inferioris Saxoniæ, quos *Lauenburgicos* vocamus, antea Epiſcopus *Caminenſis*, aſſignatâ cedenti *Hojano* certâ pecuniæ ſummâ, pro honeſta ſuſtentatione ſui, (qui tamen mox abiit ad alias ſedes,) electus anno MCCCCXXIV. & nimis honorificè ab Hilleshemenſibus exceptus, optimam cuique ſpem fecit, ſiquidem lex & regio ſupremæ ejus leges erant. Utcunque in alto ventus erat, inde vela vertebat ſua, togâ ſagôque inclytus, illam tamen, exemplis Anteceſſorum ſuorum territus, huic catè ſemper præferens. Humilis præterea erat, mitis, & amabilis Princeps, decus & præſidium vaſtatæ Eccleſiæ ſuæ, (i) de cujus reſtitutione in integrum maximè ſollicitus erat, oppida, arces, decimas, ære alieno gravatas, redimens, & inſtaurans ſingula de ſuo cumprimis patrimonio, prædonum perſecutor acerrimus. (k) Verùm ob ſumtus bellicos, qui multi erant, lites ei cum *VVilhelmo* Brunſvicenſi Seniore continuæ; Adſtitit nimirum huic contra rebelles nobiles ad Viſurgim & Deyſtriam, qui victas quoque dedêre manûs. (l) Fædere cum *Ottone* Brunſvicenſi *Bernhardi* F. pacto, porrò cum *Joanne* Halberſtadenſi, aliiſque vicinis Comitibus & Dynaſtis curavit, ut refractarii cives Halberſtadenſes ad obſequium & ſubmiſſionem Antiſtitis & Principis ſui redigerentur. Ex inſtinctu *Joannis Uslarii* arma etiam movit contra Mülhuſium. (m) *Agneſa*, *Conradi*, Marchionis Landsbergici F., *Henrici*, Saxoniæ Ducis & Palatini Rheni, *Henrici Leonis* F., altera conjux, exſtructo pro monia-

(f) ideò Bucel. l. a. eum vocat inutilem. (g) conſentiente Bucel. l. a. (h) Kranz. L. X. Metr. c. 46. habet 26. & Letzner l. c. totidem. (i) Epiſcopus inſignis & nobilis Vir. Kranz. L. XI. Metr. c. 28. optimus & deſideratiſſimus Pontifex, c. 45. (k) Letzner chr. Daſſel. L. II. c. 13. (l) Id. l. a. (m) Engelhuſ. chr. p. 300.

monialibus *Winshuſiano* monaſterio, de fundando Collegio monachorum quoque ſollicita erat. Locus videbatur commodus ad *Iſam* agri Lyneburgici fluvium, ſub dominio *Ottonis*, Br. & Lyneb. Ducis. Aſſignatæ erant iſti Palatinæ decimæ metallicæ Goslarienſes ad dies vitæ ſuæ, quas pro loco iſto ad *Iſam* obtento *Ottoni* reddidit. At monaſterium nunc conſummatum mox igne periit, monachis è conventu *Riddagshuſano* cum Præpoſito eorum *Ditmaro* anno MCCXLV. introductis, anno MCCLIX. ex villa *Iſenhagen Baccerodam* translatis in Diœceſ. Hilleshem.; quam, pulſis Fratribus & Sororibus irregularibus Ordinis Auguſtiniani, in uno hoſpitio nec pudicè nec religioſè viventibus, *Joannes* noſter III. novis cœnobitis tradiderat. Hoc cœnobium poſtea *Magnus* Marienrode vocavit. (n) Sub hoc *Godofredus* aliquis, civis Hilleshemenſis, bonâ intentione inſtituit Congregationem, approbante eam Diœceſano, & confirmante *Martino* Papa III. Ex curia *Luermanniana*, im Brühl, à ſe emta, condidit monaſteriolum adjuncto ſacello, in quo Viri de laboribus manuum ſuarum victum & amictum honeſtè ſibi faciebant, Deo inſimul perpetuò famulantes. Nec in eccleſiaſticis ſegnis fuit *Magnus* iſte, omnia monaſteria viſitans & reformans. Præfuit laudabiliter XXVII. annis. (o) In ſenio tandem, cum conſenſu Capituli, Coadjutorem ſibi fecit *Bernhardum*, Ducem Brunſvicenſem & Lyneburgenſem juvenem, at cunctis virtutibus illuſtrem, omnibusque carum. Fato functus ſuo anno MCCCCLII. XI. Octobr. (p) Jacet in baſilica ante baptiſterium.

§. XLIII. *Bernhardus* II. Dux Br. & Lyneb., *Friderici* F. & *Ottonis* frater, ex diſpenſatione Romani Pontificis, ſupplemento ætatis acceptô, fit Adminiſtrator annô MCCCCL. in omnibus bene proſpexit. Struxerat *Fridericus* parens monaſterium *Cellenſe* pro *nudipedibus*, in quod, abjectis mundanis omnibus, ſeſe abdidit, futurum ſolius Dei mancipium. Traduntur ergo falces regiminis *Bernhardo*, curæque ejus ac fidei *Otto*, frater minorennis, maximè commendatur. Feliciter gubernat exq; voto ſuorum omnium. Cum patruele *Wilhelmo* ſeniore ob *ſalinas* Lyneburgicas (q) bellum geſſit, longè latéque agro Lyneburgico vaſtato. Socios ſibi adjunxerat *Bernhardus Joannem*, Antiſtitem Ferdenſem, viciſſim ferro & igne populans Wilhelminum territorium, *Rodenvvaldium* ſcilicet, cum centum villis, *Altenium*, *Betterloam*, & *Neapolin* Hanoveranam, cæſis captiſque utrinque non paucis, exuſtis quoque à *Wilhelmi* milite *Winſenio*, *Biſſendorpio* & *Duſſe-*

XLII. *Bernhardus II.*



(o) conf. chr. Riddagshuſan. Meib. T. III. rer. Germ. p. 356. & junior. Meibom. diſp. de metallifodin. Hartzicis §. 55. ubi ipſas tabulas Ottonis integras ſubjicit, (o) Kranz. l. c. habet 25, totidem Letzner l. 2. Bucelin. verò 28. (p) Letzner habet 1449. (q) vid. Bunting. chr. Brunſvic. & Sagitt. hiſt. Lüneb.

*Duſſebornio*. *Bernhardus* autem diſceſſit ſuperior. Cumque paternis ditionibus & Eccleſiæ Hilleſemenſi ſimul commodè præeſſe nequiret, patriæ ſuæ amore tactus, & eccleſiaſticæ vitæ pertæſus, dimiſsâ Hilleshemiâ, & acceptâ magnâ penſione pro abitu, annô MCCCCLIX. duxit *Mechtildem Schaumburgicam*, rarioris formæ virginem, quam tamen mox reliquit *Wilhelmo* Lyneburgico Seniori & viduo, adverſario ſuo, ſine prole decedens. *Wilhelmus* verò filium ex ea ſuſtulit non diu ſuperſtitem.

XLIII. *Erneſtus I.* §. XLIV. Sic Bernardus *Erneſto Schaumburgico* pro ſorore germana reddidit ſponſam ſuam Hilleshemenſem annô MCCCCLVIII. (r) Parum doctus hic erat, venationis ſtudioſus, curæ eccleſiaſticæ negligens, niſi quod monaſterium *Gothardianum* valde deſolatum, & adhuc extra muros ſtans, inſtaurârit & reformârit. Daſſelenſium verò jura accidit maximè. Ultimô vitæ ſuæ annô (MCCCCLXX.) bellum ob fines Eccleſiæ, & loca nonnulla oppignorata, ortum denuò totam perdidit Diœceſin. Implicitus quoque erat bello, abs *Alberto* Mindenſi contra Comites *Hojanos* ſuſcepto. (ſ) Sed nec inde aliquid ſalutis. Ipſe tandem, ob infauſtam pugnam cum Brunſvicenſibus temerè commiſſam, mœrore conſumtus obiit, (t) annô Pontificatûs ſui XII. ſepultus in Eccleſia cathedrali ante altare S. Petri. (u)

XLIV. *Henningus.* §. XLV. Sciſſis fiſſisque Electorum Hilleshemenſium animis, major eorum pars *Henningum* eligit, minor contrà *Hermannum*, Landgravium Haſſiæ, & Canonicum tunc Colonienſem. (w) Nobilis ille erat de *domo*, & Decanus Eccleſiæ cathedralis Hilleshemenſis, Vir bonus & doctus. Prælatus igitur *Hermanno*, Romam properans, mox confirmatus & infulatus ibi rediit, armis cognati ſui *Bartoldi Landsbergii*, Epiſcopi Ferdenſis, nec non *Friderici* ac *Wilhelmi*, Brunſvic. Ducum, & fidelium ſuorum Hilleshemenſium bene munitus, ſolenniter & cum plauſu civitatis introducitur. Interim caſtra Eccleſiæ tenebat Præpoſitus, cum primariis Miniſterialibus, *Henningo* adverſantibus. *Hermannus* bellum fugiens remeabat ad ſuos. In cujus locum à Canonicis eligitur *Balthaſar*, Dux Meclenburgicus, Epiſcopus Schwerinenſis, qui potentiâ Fratris ſui inductus, cum Præpoſito cathedrali reſidebat Peynæ. Alii id moliebantur, ut *Henningus* ſedem

(r) Anno 1468. nobilis Erneſtus, Holſatiæ & Scovvenburg comes in oppido Pattenſen electus fuit in Epiſcopum Hildenſemenſem, & in oppido Sarſtede primò fuit receptus, chr. M nd. Meibom. (ſ) Vid. Kranz. L. XII. Sax. c. 9. (t) conſentit Bucel. l. c. Letzner habet 1470. (u) conf. Id. chr. Daſſel. L. II. c. 14. chr. Bunting. Br. L. III. p. 61. & Spangenberg chr. Schaumburg. (vv) contra Krantz. L. XII. Metr. c. 5. ait, majorem partem elegiſſe Hermannum, & minorem Henningum, cui conſentit Bucelin. Germ. ſac. P. I. p. 19. B. At L. XII. Sax. c. 10. ait, majorem Capituli partem Henningum aſſumſiſſe, cui favet Letzner L. II. chr. Daſſel. c. 15. Hic etiam Canonicum vocat, Kranz. verò l. c. nunc ex multis annis Archi-Epiſcopum Colon. & L. XII. Sax. c. 10. qui jamdiu tenuit Eccleſiam Colonienſem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſedem Hilleshemenſem cum Schwerinenſi commutaret. At nihil effecerunt, levibus interea utrinq; prœliis comiſſis. Cives Hilleshemenſes caſtrum *Stürvvold* integrô annô arctâ obſidione cingentes, fame tandem expugnârunt, tradentes id *Henningo* ſuo,ut tutiùs in eo lateret, exodum tragœdiæ hujus ſpeculaturus. (x) *Balthaſar* etiam armatâ manu repulſus ad ſuos maturabat abitum. At ne ſic quidem livor ceſſit, ſchiſmate hoc ſcandaloſo tribus ferè annis durante. Sed rogas, quænam diſſenſus & averſionis animorum,ſeu diſplicentiæ Henningianæ, cauſa? dixerim,familia ejus attrita,nec adeo ſplendida,ſeu pompoſa,licèt olim fumoſas imagines ſuas & ſtantes in curribus Æmylianos oſtenderet. Victis demum refractariis, iisque ad obſequia compulſis, *Henningus,* poſt nubiloſum iſtud triennium, rerum potitus pacificè, ſeptem annis ſedit. Sub eo *Henricus Schaumburgicus*, ex Præpoſito S. Mauritii electus anno MCCCCLXXIV. Præſul Mindenſis. In ſenio tandem curarum diſcriminumque ſatur,baculum & enſem, conſentiente Sixto IV., tradidit *Bartoldo Landsbergio*, Antiſtiti Ferdenſi annô MCCCCLXXXI. reſervatâ ſibi modeſtâ & honeſtâ portione ad reliquam vitam commodè tranſigendam. Cubat in ſummo templo Vir probus, bonus & æquus.

§. XLVI. Sol oritur, ſed quem mox nubila condunt. *Bertoldus*, Nobilis *Landsbergius*, (y) Canonicus olim Cathedralis Ferdenſis, poſtea Decanus,& tandem Epiſcopus ibidem, Jur. D. & Decretal. Licent., Vir pius, doctus, prudens, & amabilis patriæ Pater, veluti Sol radios ſuos in omnes extendens, plauſum merebat à ſingulis. At ô utinam conſtantior hæc ſors & gloria fuiſſet! Mox ab aliquibus Miniſterialibus ſeductus,ſub ſpecioſo prætextu flagitans à civitate acciſam, de quolibet ſcilicet dolio cereviſiario tres ſolidos, ſic tamen, ut menſuræ diminuerentur, ipſeque Senatus de omnibus Hilleshemiæ rebus venalibus certum aliquod vectigal poſceret, inque uſum viciſſim converteret, multorum irritavit animos. Senatus enim populusque libertatis amans rogabat Pontificem, ut antiquæ conſvetudines & priſcæ leges ſartæ tectæ manerent,omnes hujusmodi innovationes fore periculoſas. *Bertoldo* autem acriùs inſtante & acerbiora minitante,bellum naſcebatur inteſtinum, quod totam perdidit Diœceſin. Longum utiq; foret,nec ſatis tutum,ſingula ejus acta recenſere. Obverſantur iſta animis noſtratium,& adhuc in ore omnium ſunt. Extant mandata (inprimis *Wilhelmi*) Ducum Br.& Lyneb. publicè affixa,in quibus aſſiſtentiæ ſuæ cauſas contra urbem Hilleshemenſem prolixiùs exponunt. Circumferuntur literæ *Goslariæ*, *Gottingæ*, *Einbeccæ*, *Hanoveræ* & *Brunſvici*, eidem *Wilhelmo* inſcriptæ, quibus mandatum ſeveriſſimum vel tolli, ſeu minui rogant,

XLV. *Bertoldus II.*



(x) Vid. Kranz. l. c. (y) Bucel. l. c. vocat Baronem.

rogant, at fruſtrà. Fœdiſſimum inde bellum, mox ab alio latiùs deſcribendum, (z) cujus ſcriptum quia publicabitur, quilibet iſtud evolvere, & pro modeſtia ac prudentia ſua dijudicare poteſt. Si enim ego accuratè omnia narrare velim, prolixum id & tædioſum erit. Si ſtrictè & ſynopticè ſcripturus, neſcio an compendium fieret diſpendium. Placet igitur ἀπέχειν. Extincto tandem hoc bello inter Bertoldum & cives ſuos, mutuus amor crevit, & amica conſpiratio, ut DEO & ſibi tranquillè fauſtèque adhuc vixerit quinq; annis. Monaſterium *Ringelheimenſe* inſtauravit reformavitq; feliciter, montem quoque *Georgianum* prope Goslariam, & cœnobium *Nudipedum* Lyneburgi, fœda Augiæ ſtabula, Herculeo prorſus labore repurgavit. Nullibi lubentiùs morabatur, quàm *Rotenburgi* in Diœceſi ſua Ferdenſi, quam arcem inſtaurabat muniebatque, in qua etiam animam DEO reddidit in vigilia Aſcenſionis Dominicæ anno MDIII. Præfuit Eccleſiæ Hilleshemienſi XXI. (a) Ferdenſi XXXIII. annis. Quieſcit in æde hujus primaria, quam ſplendidiſſimis ædificiis ornârat, inſignemque bibliothecam in templo Mauritiano collegerat. (b)

XLVI. *Ericus.* §. XLVII. Lachrymas inter & gaudia feliciter defuncto *Bertoldo* ſurrogatur anno MDIII. juvenis & optimæ ſpei Princeps, excelſioris etiam animi, tranquillitatis tamen ſtudioſus, *Ericus*, Sax. Angar. & Weſtfal. Dux, Canonicus Colonienſis. Magnâ hic pompâ exceptus & donatus ab omni ordine mentem mox mutabat ſuam. Seriò quippe expendens exulceratum Eccleſiæ Hilleshemenſis ſtatum, ex continuis bellis ita attritum, ut vix, ſeu tamen ſerò ſpes melioris fortunæ ſupereſſet, poſt primum ſtatim annum ſponte ſuâ reſignans, ſubſtituto *Joanne* fratre, ipſe revertitur Coloniam. (c) Demum anno MDVIII. electus Epiſcopus Monaſterienſis, ubi ſumma cum laude & magnâ dexteritate XIV. annis præfuit, cernens è longinquo miſeriam

(z) Dubio ſine Letznerum indigitat, qui in chron. Daſſelens. anno 1596. Erfurti typis Beckianis excuſ. l. II. c. 16. à pag. 30. ad 50. totum bellum hoc provinciale, innexis literis Principum civitatumque, pacificationibus &c. deſcripſit fuſiſſimè. Conf. Kranz. L. XII. Sax. c. 36. & L. XII. Metr. c. 17. (a) Kranz. l. c. habet 22. (b) inſigne monumentum à Kranz. notatum l. c. hoc. Memoriæ digniſſimi Præſulis Domini Bertoldi de Landesberg, militari genere nati, optimis moribus & literis imbuti, quem Rege digna proceritas, egregius animus, ſingulare ingenium, eloquentia non vulgaris, virtus eximia, exquiſita in cunctis eminentia Anteceſſori ſuo commendabat, ut illum adoptaret in Eccleſia Ferdenſi filium. Papa conſecrari juſſit Epiſcopum; ſed majori dignum loco abripuit Hildeſemenſis Eccleſia, cui cum ſumma laude præfuit annis XXII. priorem retinens commendatam, quam antè ſolam annis decem gubernavit, hoc factum ponitur. (c) Vides, ait Kranz. L. XII. Metr. c. 28. quò operetur educatio. Ex puero innutritus Coloniæ ritibus inclinari non poteſt, ut majori ſubeat oneri, ponitque, quod alii, fatigatis omnibus notis & amicis, magna inſtantia noctes atque dies conſequi ambirent.

ſeriam & interitum Eccleſiæ derelictæ. Collectus ad Patres ſuos anno MDXXII.

§. XLVIII. *Joannes* IV. Dux Sax. Angar. & Weſtfal., Erici Frater, electus & confirmatus, jamque in cœnobio *Mariærodano* inauguratus anno MDIV. die ♀. 4. Aug. horâ XII. ſumto prandio cum Comite *Regenſteiniano*, *Schaumburgico* & *Lippienſi*, Vaſalliſque Eccleſiæ ſuæ, nec non Senatu Hilleshemenſi, ex caſtro *Stürvvald* obviam proceſſit, ob ſolennitatem homagii, venturo Fratri *Magno* usque ad *villam* Arbergen, ubi in campo dilectiſſimum Germanum honorificè excepit, verba faciente *Joanne Jahrmarktio*, Cancellario Hilleshemenſi. Inter Comites *Magni* erant *Bartoldus Obergius*, *Georg.* & *Clemens Bulovii*, *Henric. Wittorpius*, Conſiliarii, & *Berchman* Cancellarius unà cum multis aliis. Qui omnes & ſinguli eodem die comitabantur *Joannem* in urbem, jubila inter & fauſtas ſubditorum acclamationes. Aliquot ab initio regiminis ſui annis pacificè & optimè præfuit, cùm verò oppida, caſtra, Præfecturas, & bona Eccleſiæ, tantùm non omnia bellis ſuperioribus Miniſterialibus oppignorata, & abs Ecclesia avulſa repeteret, crabrones irritavit. Inde maximum & funeſtiſſimum exarſit bellum, ut ſi quis volubilis fortunæ theatrum videre geſtiat, hunc utique *Joannem* præ aliis intueatur. Totum bellum, adeoque ejus ortum, progreſſum & finem, nec non miſerabilem Epiſcopi ſortem, non nemo victuræ mandabit chartæ, ut ego actum hîc agere verear. (d) Perdidit infauſtiſſimus Præſul, præter Hilleshemiam, *Mariaburgum*, *Peynam* & *Stürvvoldiam*, omnia oppida, urbes, caſtra & ſingula, ut pauperiem ejus aſperrimamque fortunam ſatis demirari nequeam. Quæ omnia jure belli ad Victorioſos Brunſvicenſes translata ſunt, & in feuda iis collata à Glorioſiſſimis Impp. *Carolo V.* *Ferdinando* I. *Maximiliano* II. & *Rudolfo* II. Integris tribus & viginti annis in utrâque fortuna, maximè tamen adverſa, miſerè exantlatis, *Joannes*, banno Imperiali etiam vinctus, & omnibus bonis exutus, annô MDXXVII. reſignans, ad Fratrem ſuum *Magnum* abiit, & Raceburgi plerunque delituit usque in annum MDXLVI. Non mirabere, ſi quis fortè haſce meas ſchedas excuſſeris, quòd bella Hilleshemenſia ſatis memorabilia, & poſteris tranſcribenda, ſub *Bertoldo Landsbergio* & *Joanne* noſtro *Lauenburgico* infauſtis ſemper avibus geſta, tribus tantùm verbis meminiſſe, non verò latiùs enarrare voluerim. Eſt in vicinia diligens horum morum Notarius, à quo mox omnia & ſingula prolixè & publicè peti poſſunt. Ego mihi tantùm ſcribo, non aliis. Ipſe autem aliis, non ſibi tantùm.

XLVII. *Ioann. IV.*



(d) Vid. Letzner L. II. chr. Daſſ l. à c. 18. ad 38. Chytr. l. VIII. Sax. p. 233. ſeqq. & L. XII. p. 352. Bunting. chr. Brunſv. P. III. p. 68. ſeqq. Spangenberg. chr. Saxon. c. 355. & 358.

XLVIII. *Balthaſar,* §. XLIX. *Balthaſar Merckle*, ſeu *Mercklinus*, Waldkirchæ (c) in ſylva nigra, Diœceſ. Conſtantienſis, pauperculis, at honeſtis parentibus natus, ſtudiis promeruerat ſummum Doctoris gradum in Jurisprudentia, humanus & affabilis Vir, ſed arrogans. Non contentus Canonicatu Conſtantienſi, ambiit & obtinuit in aula *Maximiliani* I. Imp. officium, & Præpoſituram extra muros patriæ ſuæ. Abiit poſtea cum *Carolo* V. in Hiſpaniam, nactus ab eo ſpartam Vice-Cancellarii ſui. Inde ſumma auctoritas acceſſit Viro, ut etiam graviſſima negotia, Imperium, cunprimis Nationem Germanicam, concernentia, ei demandarentur. Ille autem ſemper altiora affectans, cognitô lamentabili Hilleshemiæ ſtatu, & proſcripto *Joanne* IV. Antiſtite, omni verſutiâ id moliebatur, ut ad hanc eveheretur cathedram. *Joannes* id ſubolfaciens, impotentiæ ſuæ memor, (ipſe enim nec ſuppetias ferre poterat Eccleſiæ, nec bona ejus amiſſa reſtituere,) reſignat *Merklino*, promittens ſibi per Eum, ceu ſecretioris admiſſionis magnæque exiſtimationis Miniſtrum in aula Imperiali, Cæſaris gratiam, & alia meliora quæque. *Balthaſar* titulum munusque oblatum promtè accipit, ſpondens *Joanni* & Canonicis ſuis aureos montes. Miſſus annô MDXXVIII. à Cæſare ad diverſos Imperii Principes, divertit etiam Hilleshemiam, Diœceſin ſuam, tanquam Adminiſtrator, ſuſcepturus. Mox abiit ad aulas Brunſvicenſium & Lyneburgenſium, bene ubique habitus. Rediens à Canonicis & Vaſallis Hilleshemenſibus ſplendidiſſimè excipitur *Stürvvaldiæ*. Paulò pòſt abiit, exceſſit, evaſit, omnium, quæ promiſerat, nunquam memor. Veniens ad *Carolum* V. Bononiæ tunc morantem, confirmationem à Papa, & Regalia à Cæſare, ceu Epiſcopus & Princeps, ſolenniter impetravit. Demum in Comitiis Auguſtæ habitis Collegium cathedrale duos ad eum ablegat Canonicos, & Civitas Conſulem ſuum, *Wildfeur*, ut Eccleſiæ urbisque ſuæ negotia Cæſari ſubjectiſſimè exponeret, omniique meliori modo promoveret. At ille cunctans ubique, res Hilleshemenſium ſemper diſtulit in craſtinum, ut tandem Legati, rebus planè infectis, abirent. Id unum effecit, ut *Wildſürius*, ex ſpeciali Cæſaris gratia, inſignibus Equitis Aurati ornaretur. Hinc omnibus infeſtus inviſusque eſſe cœpit. Mox iſte varios cuniculos fecit ad ampliſſimam parochiam Conſtantienſem, nec eum, reſignante *Hugone de Hohen-Landberg*, laudatiſſimo Viro, (f) ſpes decepit. Sed faſtus ſunt ante ruinam. Non tantùm enim *Balthaſar* omnem Cæſaream gratiam turpiter effudit, ſed etiam biennio pòſt

(c) Chytr. L. XXX. Sax. p. 925. vocat Veldkirch & L. XII. p. 352. Mercelium, (f) Vir ſanè egregius, & omnibus laudibus dignus, & utinam Eccleſia noſtra Conſtantienſis ſimilem ſemper haberet. Chron. Conſtant. ap. Piſtor. p. 696.

pôſt caballum conſcenſurus Treviris, apoplecticus delapſus eô annô MDXXXI. mortem ſibi acceleravit. (g)

§. L. Sic *Otto Schaumburgicus*, Jodoci F., hujus nominis III., juvenis XVII. annorum, volente ita *Carolo* V. & petente *Wilhelmo* Naſſovico, ſuffectus eſt Adminiſtrator die S. Pantaleonis annô MDXXXI. At poſt ſexennium demum conſecratus, num ob deficientes ſumtus, aliasvé cauſas, non ſatis liquet. Sed fluctus perpetuò fluctum truſit, & cuique diei recens ſua erat afflictio. *Otto* tandem ob neglectum, ùt ajunt, confirmationis terminum, (alii putant, ob agnitam nunc doctrinam Auguſtanæ Confeſſionis,) à *Paulo* III. dignitate ſua privatus annô MDXXXVII. Jubentur ergo Canonici per *Petrum Pſortium*, Epiſcopum Aachenſem, intra ſex menſes alium eligere, quod niſi fiat, Papam quendam iis miſſurum eſſe, addidit ille. XLIX. *Otto III.*

§. LI. Suffectus igitur *Valentinus Teutlebius*, nobilis Doctor Theol. & Legum, Præpoſitus S. Bartholomæi Francofurti ad Mœnum, Canonicus Moguntinus, Magdeburgicus & Hilleshemenſis, nec non *Alberti Moguntini*, Eccleſiæ Romanæ Cardinal., in ſpiritualibus Vicarius, Vir, judicio *Pauli* III. *vitæ & morum honeſtate decorus, in ſpiritualibus providus, & temporalibus circumſpectus, aliisq; multiplicium virtutum donis fide dignorum teſtimoniis inſignitus.* Territus hic infelicium Anteceſſorum ſuorum veſtigiis, maximè invitus acceſſit. Statim verò Romam abiens conſecratur & confirmatur tert. Id. Januar. MDXXXVII. Regalia obtinuit à *Carolo* V., cujus Conſiliarius erat, d. 3. Mart. annô ſequente. Omnis ejus cura amiſſorum recuperatio. Sed quis prædam eripuerit fortiori? Terrere quidem voluit Magnanimos Heroës Brunſvicenſes, tunc adhuc Pontificiæ religioni addictos, bullâ *Pauli* III. Verùm iſti parta tuebantur. (h) Interim, quod potuit ille, fecit, Sacello S. *Annæ*, nec non Suffraganeo Hilleshemenſi reditus perpetuos largiens. Annô MDXLVII. Hilleshemenſes Carthuſiam & monaſterium S. Bartholomæi ad *ſalinas* deſtruxerunt. Eod. anno reformatur civitas juxta doctrinam Auguſtanam, diu à *Valentino* ſufflaminatam. Conſcribebant ergo *Joannes Bugenhagius*, Paſtor Wittebergenſis, *Antonius Rabe*, & *Henricus Wynckel*, ordinationem eccleſiaſticam Hilleshemenſem, inque ſex templis ad *S. Andr.*, *Jacob.*, *Mich.*, *Georg.*, *Martin.* & *Paulum* Miniſtri conſtituti ſunt, quorum inſpector erat *Jodocus Yſerman.* (i) Cùm ergò conamina *Valentini* ſine ſucceſſu dilaberentur omnia, nec par eſſet fortuna labori, æquâ mente tulit, quod mutare nequibat, & precibus tandem jejuniisque fatigatus obiit Moguntiæ anno MDLI. Præſulatus ſui XIII. ſepultus ibidem L. *Valentinus*.

dem

(g) obiit extra Diœceſin anno 1532. Id. chr. l. c. Conf. Chytr. L. XII. Sax. p. 352. (h) conf. Chytræi Sax. L. XV. p. 429. (i) Id. L. XVI. p. 460.

dem in æde Nudipedum Vir ceterà doctus, prudens, nec tantô faſtigiô indignus.

LI. *Fridericus*, §. LII. Electus quidem fuerat *Fridericus*, Dux Holſatiæ, *Friderici* I. Daniæ Regis F., Canonicus Colonienſis, anno MDLI, ſed demum anno MDLIV. XVII Sept. Metropolin ſuam magnificè ingreſſus eſt. De cujus adventu Hilleshemenſes maximè gaviſi, reddiderunt ei caſtrum *Peynenſe*, 18000. Joachimic. antea iis oppignoratum. Mox inde abiit in Holſatiam, confirmatus interim à *Paulo* III. Multum ſpirabat, ſed parum valuit. Lites abs Anteceſſoribus ſuis cum Ducibus Brunſvicenſibus cœptas, & adhuc ſub judice in Camera Imperiali pendentes, ipſe retexturus & pertexturus nihil non omiſit, at mox in patria ſua raptus ad plures didicit, quàm totus homuncio nil ſit. Conditus ibidem in cathedrali templo in vigilia Simonis & Judæ Apoſtolorum. Sub eo anno MDLV. in Neapoli Hilleshemenſi incendium oritur, quod CXIV. ædificia conſumſit.

LII. *Burcardus*, §. LIII. Sic rerum potitur Nobilis *Burcardus Obergius*. Favebat ei maximè *Henricus* Junior Dux Brunſvicenſis, à quo ſingulariter commendabatur Capitulo. Electio ejus valvis tantùm Eccleſiarum affixa, non de cathedris publicis populo indicta eſt, contra morem Anteceſſorum. Sub initium ſtatim diſſidia & altercationes cum Canonicis ſuis habuit, nec civitatem bene erga ſe affectam deprêndit. Vixit igitur duobus annis in caſtro *Woldenbergico*, in quod eum *Henritus* Brunſvicenſis ſecuritatis causâ immiſerat. Sepultæ quidem in favillis religioſæ ſimultates, at conſtans amor & ſtabilis concordia ſemper deſiderabatur. Interim auxilio *Henrici* ſui caſtrum *Mariæburgum* à ſe occupatum per octo annos detinuit, acciſis ſubinde Canonicorum & oppidanorum reditibus. Acceptâ confirmatione à *Pio* IV. anno MDLXIV. arcem & Præfecturam *Stürvvald* (k) à Duce Holſatiæ redemit, reddito Canonicis *Mariæburgo*. Etiam Duces Brunſvicenſes oppida aliquot, præfecturas & monaſteria, à Parentibus eorum occupata, certis conditionibus reddere volebant, ſi nimirum ille juri ſuo, quod in cetera, jure belli obtenta, prætendebat, in perpetuum renunciaret. At non poterant convenire inter ſe. (l) Vixit poſtea bene & quietè, donec *Stürvvaldiæ* nobis ereptus anno MDLXXIII. XXIII. Febr. Præſulatûs ſui XVI. ſepultus in æde cathedrali.

LIII. *Erneſtus*, II. §. LIV. Sequens fuit *Erneſtus*, utriuſque Bavariæ Dux, Com. Palat. Rheni, Archi-Epiſcopus Colonienſis, Epiſcopus & Adminiſtrator Monaſterienſis, Leodienſis & Friſingenſis, electus eòpſe anno d. VII. Mart. Sed qualem quantamve ſcribendi materiam ille relicturus ſit poſteris, ipſi conſignabunt,

Mea penna quieſcat!

*Sis*

(k) Peynenſem adhuc Adolfus, Holſatiæ Dux, Friderici Frater, ſibi oppignoratam habebat, (l) Chytræus L. XIX. Saxon. p. 545.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sis felix & fauſta mea*, Hilleshemia, *Nutrix*,
*candida Te ſervet Pax, amor, atque ſalus!*
*Nulla ſalus bello: ſit pax! ſic omnia rident;*
*ex pace eſt bellum, quicquid in orbe vides.*
*Dum Pacem dico, bona ſingula diximus: ergo*
ſit pax vobiſcum! *plebs canat omnis*: amen!

# JUSTINI BARTRAMII
## *PONTIFICES HILLESHEIMENSES* metro vincti.

S*Ylva* dedit nomen celebri vicinior urbi;
abs illa hæc *Hilleſheimia* dicta fuit.
Ara ſacrata Tibi Virgo Sanctiſſima, cujus
devotus cultor Rex *Ludovicus* erat.
Primus Rector erat fidus *GUNTHARIUS*, ædem
*Cæciliæ* atque aulam condidit ille ſacram. I.
Saxoniam à veteri fermento purgat, & iſtam
in Domino firmat; ſicque beatus obit.
*REMBERTUS* paucis, queîs ſedit, menſibus, implet II.
ſanctum perfecti Præſulis officium.
*EBO* Rhemenſis, Regi ſuſpectus, & exul,
obtento baculo rexit ovile bene. III.
Doctrinâ & vitâ præluxit in omnibus (uno
ut verbo dicas) *irreprehenſibilis*.
*ALFREDUM Corbeia* dedit, Sanctiſſima Mater, IV.
Pontifices inter Maximus ille fuit.
Baſilicam à fundamentis exſtruxit, & ampla
clauſtra ſuô ſumtu condidit ille tria.
*Aſvvedenſe, Salingſtadenſe* atque *Aſſidienſe*;
quodlibet ad leges eſt, *Benedicte*, tuas.
Adjecit reditus quantos: cuncta hic *Alefredus*
vivens & moriens fecit ubique bene.
Dat rurſus *Corbeia* Virum pietate nitentem,
*LUDOLFUM*, ſed mox deſiit ille Pater. V.

Ut vix inveniatur Præſulum in indice nomen,
electus ſiquidem, non benedictus, erat.
VI. Succeſſit *MARQVARDVS*, pacis cultor & æqui,
quem *Nordmannorum* gens furioſa necat.
Quàm pretioſa autem mors, pro Chriſto cecidiſſe!
næ, vitam qui ſic perdidit, inveniet.
VII. *Gandeſiæ* templum *WICPERTVS* perficit, atque
*Baptiſtæ* Domini conſecrat iſtud ibi.
Hic artis Medicæ gnarus, bona ſcripta reliquit,
judicium quibus ex cernis & ingenium.
VIII. *Corbejæ* ad Wiſaram *WALBERTVS* filius, æquus,
fervens, & catus in religione fuit.
IX. Imperii occurrit mutatio multa *SIGHARDO*,
ornatur templum hîc araque ſancta *Crucis*.
Auro ſuggeſtum puro veſtivit, ubique
ejus in hac ſancta ſplenduit æde nitor.
X. *Gandeſiam* rurſus condis Venerande *DITHARDE*,
accipit ornatum Maxima Virgo ſuum.
Aurea in hoc templo cui tabula longa pependit,
diſtincta hæc gemmis, caraque valde fuit.
Æquos feciſti cives, equiteſque fideles,
reddat ut obſequium par tibi quiſque ſuum.
XI. *OTHWINVS* Bergâ veniens benedictus ad Albim,
ornamenta ædi dat pretioſa ſuæ.
Dat vinum certis quoque Fratribus ille diebus,
affert *Epiphanî* Præſulis oſſa Pii.
Plura dedit bona, villas, prædia pinguia, cætum
defendens & amans dexteritate ſuum.
XII. Eſt, *OSDAGE*, tui magnum *Algermiſium* amoris
pignus: quid porrò dextera larga tulit?
Jurgia multa ciet *Gandæ* rixoſa *Sophia*,
opponis clypeum, Vir Reverende, tuum.
Contra *Palligerum* validè tua jura tueris,
i nunc, & turbas, fæmina bella, move!
XIII. Munera *GERDAGI* minus *Algermiſium*, & amplum
eſt *Siprechthuſium*, quæ dedit ille Deo.
Pluſcula largitus, citiùs niſi Parca necâſſet;
ſat tibi, quòd fuerit ſedulus atque probus.
Cùm lacrymis præ lætitia tua mœnia vidit,
Roma, ante exceſſum, ſicque beatus erat.

Quis,

Quis, *BEERWARDE*, tuas laudes exponet, ubique XIV.
inque choro atque foro gloria ſumma tibi.
Es pius, es prudens, *Ottoni* carus amicus,
conſilio atque fide ſingula facta geris.
Struxiſti Sancto *Michaëli* ſplendida tecta,
inſuper & tua lux luxit ubique bene.
Antiquas lites tibi *Gandeſiana* recoxit,
at fruſtra, Juris tute Patronus eras.
Ad tumbam demum miracula facta leguntur,
vivus & extinctus Vir Reverendus eris.

Miſit *GOTTHARDUM* nobis *Herſfelda*, ſtupendum XV.
doctrinâ, vitâ & religione virum.
Ille *Crucis* templum fabricari juſſit in urbe,
ſtruxit & ad muros nobile *Mauritii*.
Inque *ſalinis* cœnobium dat *Bartholomæo*,
eximium atque aliud condidit *Halâhuſii*.
*Michaëlitanum* verò dum conſecrat ipſe,
à denſa *Benno* plebe peremtus obit.
Illius ad tumulum miracula multa coruſcant,
hinc Sanctos inter Roma locavit eum.

Ardua molitur *DITMARUS*, & ardua ſanè XVI.
viciſſent, modò ſi vita fuiſſet ei.
Sub ſaxo pacem nunc *Gandeſiana* ſacerdos
invenies, fugiat mœſta querela procul!
At quid tu decimas *Adelheidi* ſurripis amplas,
*Dithmare*, acceleras tute tibi interitum?
Mox etenim factum hoc incendia maxima plectunt,
in quibus urbs, ædes, ſummaque templa cadunt.
Vindex ipſe ſui Deus eſt: vel munera nulla,
ſeu da perpetuò, & linque cuique ſuum.

Una domus fratres comprênderat hactenus omnes, XVII.
una dabat parcâ, quod ſatis, olla manu.
Quàm bona certabant omnes certamina, juſtis
vincti præceptis tunc, Benedicte, tuis.
Sed rigor iſte fugit: curtæ laxantur habenæ,
accipit & cenſus & bona quiſque ſuos.
Hinc illæ lacrymæ! ceſſat communio, ceſſant
antiqui mores, priſcaque cura fugit.

Mutatur rerum facies; connixit *ASELMUS*,
 Poſteritas cujus mollitiem reprobat.
Sedulus in cunctis, infauſtus in omnibus ille,
 adverſum ſenſit ſemper habere DEUM.
Immenſo extinctam vult ædem condere ſumtu,
 aſt vano niſu, dum ſtruit, ecce ruit.
Non eſt ſucceſſus, non eſt benedictio, cernis
 & palpas læſi ſigna tremenda DEI.
XVIII. *HEZILO* disjecit molimina grandia *Aſelmi*,
 ſtruxit & ad normam, Sancte *Alefrede*, tuam.
Aſſurgunt muri, turrita cacumina templi,
 & nitor & facies ſplendida cuique ſuus.
Argento & gemmis Eccleſia vaſta coruſcat,
 artificesque ſuos angulus omnis habet.
Accipiunt *Petrus* & *Paulus* ſua commoda tecta,
 in quibus ara DEI eſt, & ſacer ignis erit.
Creverunt & opes, irritamenta bonorum,
 nam puris animis omnia munda manent.
Victus, veſtitus largè promuntur egenis,
 paſcitur in membris ſic DEUS ipſe ſuis.
Omnia nunc rident, & vix formoſior urbs eſt,
 cinxit eam pietas, pax, amor, alma ſalus.
Ceſſit *Mauritius* Sanctis in *monte* puellis,
 noctes atque dies quæ modulantur ibi.
Scandala ſed propter mox longè tranſtullit illas,
 ſubſtituens Fratres, qui *canones* crepitant.
Singula præclarè & faſtis digniſſima, turbas
 ſi modò vitâſſes, *Hezilo*, Goslariæ.
Sed labi humanum eſt, veniam *miſerere* meretur,
 terſerunt lacrymæ crimina cuncta tuæ.
Vox poſtrema Patris: *Fratres, mea corcula, nati!*
 *ut bene ſit vobis, vivite pacificè!*
*Antiquam juxta canonesq; reducite vitam,*
 *reddite conſtanter vincula veſtra DEO.*
*Sunt ea paupertas, mens caſta humilisque, referta*
 *obſequio; his gradibus vadimus ad Superos.*
Dixit: & in cœlum ſuſpirans lumina clauſit,
 & bona diſtribuit ſingula pauperibus.
XIX. Ex *Alvenslebiis* *UDO* ſurrexit ad enſem
 & baculum, dignum prædico laude Virum.

Ipſe ſuæ ſortis faber eſt, quia Cæſari adhæret,
  concitat in pectus arma Viroſque ſuum.
Poſt ictus ſapiens tranquilla in pace quievit,
  felix qui Domino vixerit atque ſibi.
*BRüNINGUS* prudens Princeps, & Paſtor amandus, XX.
  imperii cunctis omina fauſta dedit.
Aſt anno quarto cathedramque mitramque pedumque
  linquens, mancipii pondera magna ſui.
*Bartholomæani* clauſtri ſe fecit alumnum,
  hymnis & precibus nocte dieque vacans.
Urbs illi carcer, verùm hæc paradiſus eremus:
  ſolus, ſi bene vis vivere, vive tibi.
Scripſiſti, inſignis *BARTOLDE*, volumina multa, XXI.
  in quibus ingenium cernitur atque labor.
Cœnobia ad veteres leges ubicunque reformas,
  ſexum intra cellas fœmineum cohibens.
*Bartolsrodenſis* primus fundator & altor,
  quod *Mariæ Magnus* deinde *novale* vocat.
Hoſpitium fuerat *Ringelheimenſe* ſororum,
  accipiunt Fratres nunc, *Benedicte*, tui.
Primus Præfectus Vir dignus laude *Rudolfus*,
  filius hic Sancti num *Michaëlis* erat?
Suſcepit oblatos *BERNARD* invitus honores, XXII.
  maximus eſt animæ (credite) cura labor.
Elevat ex tumulo Venerabilis oſſa *Gothardi*,
  & facit abs ejus *nomine* cœnobium.
Sanctis adſcribi curat: miracula fulgent;
  confluxus populi quantus in urbe fuit!
Non eſt mendicus, ſua qui non munera ferret,
  & plebis muri vix capiunt copiam.
*Wintzenburgenſi Hermanno* cum conjuge cæſo,
  *Pileolus* ſubitò nuncia læta tulit.
Heus, *Bernarde*, infit, vin' tu jam ducere ronchos?
  ſurge, & abi: *Wintzen-burg* ſine fraude tuum eſt.
*Hermannus* cecidit! cecidit ſimul illius uxor!
  i, propera feſtim, & jura tuere tua.
Vix dictum factum: ſic *Hildesheimia* caſtrum
  cepit, adhuc ſervans in ditione ſua.
Ille Diœceſi *Ringelm* incorporat, atque
  *Onolsburgum*, quod Præpoſitura fuit.

Ille ſui juris defenſor acerrimus, ille
    diſrupit telas, *Gandeſiana*, tuas.
In ſenio viſsû privatur, at impiger ille
    ad lætum lethum ſedulus usque manet.
*Gotthardus* Fundatoris ſibi corpus & oſſa
    aſſervans, requiem jugiter optat iis.
XXIII. Prædeceſſoris *BRUNO* veſtigia calcans,
    inſtaurat templa & caſtra ubicunque ſua.
Bibliothecam auget, dans ornamenta cuivis
    regali prorſus magnificâque manu.
Inſtituit ſacrum quoque feſtum *Nativitatis*,
    Alma Dei Mater, Sancta *Maria*, tibi.
Gentis delicium eſt, & ſplendor maximus urbis,
    *HERMANNUS*, Cleri gloria, plebis amor.
XXIV. Quem Cæſar *Fridericus* amat, quem diligit omnis
    ex animo ſexus, cûi pia turba favet.
Fidus mœſtarum Pater & Tutor viduarum,
    à cujus facie nullus abibat inops;
Cunctis inſtituit feſtum ille *fidelibus*, atque
    ædem *Gandeſiæ* cernit in igne ſacram.
Atque reædificatam rurſus conſecrat illam,
    & *Blaſio* templum dedicat ille ſuum.
Turba Diœceſin ferro vaſtabat & igne
    perdita, ſed quam mox arma Virique fugant.
Ille Palæſtinam ſanctam Solymamque ſalutans,
    cerneret ut purâ mente ſepulcra DEI.
Naufragus arrepto licèt aſſere fortè redemtus
    perrexit ſudans, alſit & omne tulit.
In Latium tandem feſſus miſeratque reverſus,
    puram animam Domino reddidit ille ſuo.
Imperii turbas inter multasque procellas
    inconcuſſa ſtetit mens, *Adaloge*, tua.
XXV. Prudens & ſimplex, tibi lex & terminus unus,
    ſumma Dei cura eſt, atque ſalus hominum.
A *Salome* affectas Comitatum *Daſſelienſem*,
    verùm conſilium diſjicit ille *Leo*.
Aſt *Homburgenſis* geminam tibi vendidit arcem,
    quæ *Lauenſteinium* & ſplendida *Grena* fuit.
*Brunſvvigum* oppugnans ſociusque comesque *Philippi*,
    at bene qui latuit, vixit & ille bene.

Mi Præſul *BERNO*! vix Te ſtudioſior ullus, XXVI.
prædicat id populus; pulpita, templa canunt.
Præpoſituram tu reddebas *Goslarienſem*,
ſplendori veteri reſtituensque tibi.
Auſpice Te faſtis Sanctorum inſcriptus apertè
*Bervvardus*, cathedræ gloria ſancta ſuæ.
Infeſtas etiam *Brunſvvigum* cum *Thiderico*
& *Wittikindo*, aſt auſus inanis erat.
*CONRADUS* primus Juris defenſor & æqui, XXVII.
relliquias templo & maxima dona dedit.
Plura daturus, eum citiùs niſi fata vocaſſent
*Herbipolim*, miſerè mox is ubi periit.
*Hundius* & *Reinſten*, quem caſtigârat utrumque,
cudunt conſilia in ſangvinolenta caput.
Ille Comes fuerat Regis fidusque Sacerdos,
cùm ſanctè ad ſanctum vaderet ille ſolum.
Poſſet, ſi modò *Brunſvvigenſia* bella fugiſſet,
nunc melius famæ conſuluiſſe ſuæ.
In quænam *HARBORDUM* triſtiſſima fata reſervent XXVIII.
tempora, præ luctu nemo referre poteſt.
Ampla Diœceſis vaſtata & perdita tota,
ludibrium populi & fabula plebis erat.
De ſceptro inter ſe certârunt *Otto*, *Philippus*,
O quantum ſchiſma hoc Imperiale fuit!
Quod nimiùm videare, *Harborde*, faviſſe *Philippo*,
hæc eſt interitûs unica cauſa tui.
Ah! *conſummatum* eſt! hæc ultima linea rerum:
ô mores hominum! ô ferrea fata Dei!
Verùm candidior redit hora, Deusque placatur,
qui largâ dextrâ reddidit omne tibi.
Mœſtos & miſeros ſemper fiducia ſervat,
neſcit enim Dominus deſeruiſſe ſuos.
*SIGFREDUS* benefactor erat turorque ſuorum, XXIX.
Fratribus & templis qui bona multa dedit.
Ille bonæ mentis radios diffudit ubique,
cottidiè Phœbus ſplenduit iſte recens.
Auxilium tulit afflicto viresque *Philippo*,
milite cum *Brunſvvich* cingeret ille ſuo.
Sanctus at *armatus* viſus defendere muros
Autor, & hinc quò ſe proripit iſta manus?

Indulſit

Indulſit veniam *Ottoni* Regi morienti,
qui ſua flens multùm crimina faſſus erat.
Et teſtamento ſubſcripſit Principis æquo,
laudes perpetuò cujus in orbe manent.
XXX. *CONRADUS* rerum ſacrarum fautor & autor,
fundat & inſtaurat cœnobia, atque juvat.
Caſtra ſua atque aulam reparans, bona multa ſuorum
auxit, familiæ conſuluitque ſuæ.
*Falckenberga* tuam laudabit, Maxime Præſul,
curam, laudabit *Winhuſiumq́;* tuam.
Et *Willinghuſium*, *Maria* & quoque *Magadalena*,
queîs vitam & dotem dextera larga dedit.
Quantum *mendici Fratres* coluêre Patronum,
à Te ſtructa illis qui duo clauſtra tenent.
Providus in cunctis, & circumſpectus ubique,
& bonus uſque tuis, atque beatus eras.
In cineres niſi quòd collapſam videris urbem,
hic quantus luctus cordoliumque fuit!
Cuncta cadunt modò non, æquantur ſumma profundis,
& tantùm ſupereſt ſola *capella crucis*.
Conſilium præſens faciens *Franciſcus* in urbe,
Fratribus indixit multa ſtatuta ſuis.
*Eliſabetha* quoque tu miràcla probâſti,
quærens, num verè ſingula facta ſient.
Hoſpitium tandem tibi *Schonovienſe* miniſtrat
cœnobium; hoc corpus condit & oſſa tuum.
XXXI. Denuò ſchiſma ſacrum faciunt *Heinricus* & *Hermann*;
hic intruſus erat, ille vocatus erat.
*Heinrico* tantum eſt *Wintzenburgenſe* ſuperſtes
caſtrum, aſt *Hermannus* cætera cuncta tenet.
Fas & jura favent *HEINRICO*, præſidiumque
*Hermannum* contra Papa ſpopondit ei.
Inque Diœceſin læſum ſine fraude jubetur
*Heinricum Heinricus* reſtituiſſe ſuam.
*Hermannus* paſſu Romam properante cucurrit,
hujus ut edictum tolleret arte ſuâ.
Judicis aſt Papæ manſit ſententia firma,
& fractæ vires ſunt, *Herimanne*, tuæ.
Cauſa triumfavit bona ſic, rerumque potitus
*Heinricus*, magnâ dexteritate regit.

Cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cum Monachis monachæ vixerunt hactenus uno
ſub tecto, quæ res ſcandala multa dedit.
Sic non inſtituit *Benedictus*, nec *Berevvardus*,
ergo prunas à ſtramine Papa locat.
Cautiùs ut poſthac & relligioſiùs illi
vivant, & *Michaël* ſit ſine labe bonus.
Ad *portam* eſt feſtiva dies celebrata *latinam* XXXII.
prima *Joannis*: quæ cura *Joannis* erat.
Hic paſſim decimas, fundos, bona multa coëmit,
quæ inter *Peyna* etiam litigioſa fuit.
Oppugnant *Brunſvvigenſes* nunc undique *Peynam*, XXXIII.
queîs tulit inſignem ex fœdere noſter opem.
Antiſtes verò ficto ſub ſchemate certans
clandeſtina inter conſilia omne gerit.
Adverſum ſociis quod ſit, *Peynenſibus* autem
utile; nam cincti nil niſi verba dabant.
Mortis & æternæ memores, *Pia Virgo*, ſalutis,
reddimus hanc arcem atque omnia noſtra tibi.
Tu ſis noſtra hæres, hoc Tu patrimonium habebis,
ſola Tibi ſoli *Peyna* dicata manet.
Solvitur obſidio: *Albertus* non ſenſerat aſtum,
quô tamen auditô, bella renata citò.
Fallacem totus crudeliùs ibat in hoſtem,
interea Antiſtes *Hilleſianus* obit.
Ut *Comitatus* ei pòſt ſalvus & integer eſſet,
electus *Frater* Duxque Caputque ſuus.
*SIGFREDUS* multo captivos ære redemit, XXXIV.
addens *Empenam Sarſtediumq;* ſibi.
Illa hodie *Gronau* dicta eſt; certamina multa
cum *Brunſvvigenſi* geſſit ubique Domo.
Claudicat in partes anceps victoria utraſque,
quicquid ſit, bello (credite) nulla ſalus.
Felix, qui poterit pacis cognoſcere fructus,
& pace in multa vivit obitque piè.
Proque renitente urbe eſt arx *Stürvvaldia* ſtructa, XXXV.
pellat ut *Heinricus* vim furioſam hominum.
Juſtis *Heymbecium* capit armis, urbis & unam
*Boklemii* partem comparat ære ſuo.
*Daſſelium* lites peperit: ſibi vendicat iſtud
*Heinricus*, feudi præterito Domino.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fas & jus *Corbeja* ſuum defendit, & æquo
    obtento *HEINRICVS*, quæ facienda, facit.
Ardenti tandem procul hinc eſt febre peremtus,
    vita bona eſt, ejus clauſula quando bona eſt.
XXXVI. *VVoldenbergenſem* Comitatum tradidit OTTO,
    poſtremus Gentis ſurculus iſte ſuæ.
Agmen prædonum cæditque fugatque, ſecundam
    *Boklemii* partem ſubjicit ære ſibi.
Emit *Lutteram* ad prærupta cacumina *montis*
    *Vrſini*, templo dans bona plura ſuo.
Ejus & inventum ſacrum *Miſſa aurea*, fecit
    ille dies ſanctos, *Eliſabetha*, tuos.
XXXVII. Brunſvvigenſi *Heinrico* Schaumburgenſis *Ericus*
    oppoſitus, proh! quàm flebile ſchiſma fuit.
Urbes & pagi vaſtantur, diripiuntur,
    luctus & lachrymas angulus omnis habet.
Quas inter turbas *HEINRICVS* abire volebat,
    autor at illarum morte peremtus obit.
Hinc optata quies: multarum commoda rerum,
    *Heinrici* felix imperiumque fuit.
Præfuit ille bene, & ſapienter profuit ille,
    & *feſtum Chriſti corporis* inſtituit.
XXXVIII. *Schattlandus*, monachus mendicans, iſte *IOANNES*,
    arduum ad hoc munus totus ineptus erat.
Accedens ſubitò vult cernere *bibliothecam*,
    oſtendunt *clypeos*, arma Viroſque ſuos.
Hæ ſunt Pandectæ: hæc ſunt magna volumina noſtra,
    omnis in hoc codice eſt ſorsque ſalusque tua.
Territus ille fugit Romam, ſpartamque relinquit;
    ſvetus enim vitæ deſidiæque ſuæ.
XXXIX. Nobilis adſcendit cathedram de Monte *GERHARDVS*,
    lux Cleri, & populi Gloria rara ſui.
Vilis erat perſolla, & totus homuncio parvus,
    doctrinâ præſtans ingenioque gravis.
Nobilium furum compeſcuit ille furorem,
    clarum pugna facit *Dinckleriana* Virum.
Ille *catenatum* quâ *Magnum* ceperat, atque
    plures ex lecta Nobilitate Viros.
Gratus pauperibus dat plurima munera, tectum
    aurô contexit, Virgo beata, tuum.
Inque Diœceſi faciens munimina tuta,
    impenſis ſtruxit pòſt tria caſtra ſuis.
XL. Sed placuit *Padebornâ* ſubſtituiſſe *IOANNEM*;
    exarſit bellum (proh dolor!) inde novum,
*Hojanus* quô victus magnâ clade receſſit,
    inde Diœceſi quanta ruina ſuæ!
Attendas, quæſo, noſtra *Hillesheimia*, fabor
    ſincerè tecum, cùm tua res agitur.

Nonne tibi ſemper fatalia bella fuêre,
 ſemper enim facta es pauperiorque minor.
Bello nulla ſalus eſt: bis te quippe, *Ioannes*,
 tot captis cæſis, terga dediſſe ſcio.
*Eckhardum* ſed cur in vincula trudis ab *Hamé*,
 clarum candore & relligione Virum.
Ille perit, perit ſimul at tua gloria, factum
 hocce nec inſigni ſuſpicione caret,
Facundâ poteris quam non detergere linguâ,
 nam *niger* es, *niger* es, tu *niger* atque manes.
Succedat *MAGNVS*, Dux Saxoniæ inferioris, XLI.
 & videat, num te major is eſſe queat.
Anſa ſalutis abeſt: renovantur bella, querelæ
 augentur, miſerè Paſtor ovisq; perit.
Devotus civis faciens Collegia ſacra,
 *Gotfredus*, leges has dedit ipſe ſuis.
Corde manûq; illi omnes orent atque laborent,
 & maneant ſervi perpetuò Domini.
Auxit *Nudipedum* cœtum *Fridericus*, ita omne
 *BERNARDO* nato traditur Imperium. XLII.
Fit cuſtos Fratris, feliciter omnia! rexit
 hic gentem ſummâ dexteritate ſuam.
Diſſidium illi ac *Wilhelmo* fecêre *ſalinæ*,
 ambobus nuper quas *Lyneburga* dedit.
Formoſam tandem *Mechtildem* duxit, & eaſem
 cum baculo affini reddidit ipſe ſuo.
*ERNESTVS* venator erat, non Paſtor, ovile XLIII.
 vix curans, catulos paſcit equosq; ſuos.
Cœnobium fertur tamen inſtauràſſe *Gothardi*,
 hoc eſt, quod dignum laude peregit iners.
Ob pugnam infauſtam cum Brunſvvigenſibus actam
 enecuit tandem mœror & angor eum.
Schiſma novum faciunt nobis *HENNINGVS* & *HERMANN*: XLIV.
 hic ceſſit, motus naſcitur inde recens.
*Balthaſar* Antiſtes *Suverinô* inducitur, illi
 *Peynam* dant, ubi cum Præpoſito latuit.
*Henningo* caſtrum dant *Stürvvaldenſe* fideles
 cives, in quo tunc tutior ille fuit.
*Balthaſarum* tandem ſua ſpes deluſit hiantem,
 cogitur ad caulam ſicce redire ſuam.
Vicit! io vicit! pietas *Henningia*, eandem
 pax compenſârunt largiùs atque ſalus.
Principium, *BARTOLDE*, tuum bene fervet, & , auſim XLV.
 dicere, felix eſt: ſed medium tepuit.
Ergo tibi placuit temere irritare *Leones*?
 optima pax rerum proſperiora dabit.
Parce, precor, ferro, quorſum in tua viſcera ſœvis?
 tene juvat corpus dilaniâſſe tuum?

Sat cæſum eſt: magnis potior pax mille triumfis;
  pax redeat, laus ſit, quòd rediit illa, Deo.
Creſcit amor Patris, & patriæ concordia creſcit,
  dat pax Juſtitiæ baſia multa piæ.
Cœnobium inſtauras *Ringelheimenſe*, reformas
  *Nudipedes* fratres, quos *Lyneburga* fovet.
Augiæ ſtabulum *montem* purgasq; *Georgi*,
  & facis ex voto, quæ facienda tibi.
Sed *Rottenburgum* tandem tibi lumina claudit,
  & ſervat cineres optima *Ferda* tuos.
XLVI. *ERICVS* primô ſtatim annô ſponte reſignans,
  ſacrum Germano linquit ovile ſuo.
Ille *Monaſterienſis* Epiſcopus omnia juſtè
  atque piè faciens, nòmina ſumma meret.
XLVII. Verùm ego quid de Te dicam hic, infauſte *Ioannes*,
  jurant in mortem cuncta elementa tuam?
Quis varios caſus, quis tot diſcrimina rerum,
  & mala quis poterit dicere cuncta tua?
Annales referant *Hillesheimenſia* bella hæc,
  volvat eos, ſi quis ſingula ſcire velit.
Saxoniam ergò tuam repetens atque arva paterna,
  tradis *Balthaſaro* lampada *Merclenio*.
XLVIII. Ambitioſus homo, titulos & munera captans,
  inſtabilis ſemper manſit in officio.
A nobis abiit *Conſtantiam*, ubi ille caballo
  delapſus morbo mortuus attonito.
XLIX. *OTTONEM* Paulus ſublimi privat honore,
  quid cauſæ? fuerit religionis opus.
L. Ille *Valentinus* *TEVTLEBIVS* uſque ſtudebat
  omne Diœceſi reſtituiſſe ſuæ.
Sed nihil effecit; condit *Moguntia* corpus,
  ſpiritus aſt cœtu ridet in angelico.
LI. Reddita Peyna tibi *FRIDERICE*, ſed eſt breve tempus,
  quod vivis, fumus, ſomnus & umbra ſumus.
LII. *BVRCARDVS* bonus eſt, & ſi fortuna dediſſet
  pondus conſiliis, optimus Ille foret.
Cœtum claude tuum, Dux Maxime, ſit benedictum
  principium Imperii & finis ubique tui!
LIII. *ERNESTVS* vivat! quoque Tu *Hillesheimia* vivas!
  & videas multos, ſed ſine nube, dies!

---

Sic ego *Iuſtinus* ſcripſi *Bartramius*; atque hæc
  *obſequii* & *fidei* ſymbola ſunto mei.
Diſtortis pedibus vadit mea Muſa, ſed omnem
  defectum ſupplet mens ſine fraude bona.
Saxoniæ noſtræ Rectores *Saxo* recenſet:
  ſi ſatis eſt, bene! ſin, tu mihi fac melius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ACTA ET FACTA
# PRÆSULUM NUENBORGENSIUM,

*BREVITER NOTATA*

AB A.D. DCCCCLXVIII. AD A.D. MCCCCXCIII.,

*& EDITA*

CUM NOTIS

CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI.

## L. B. S. P.

AUtor hujus ſcripti, meam ſi probaveris conjecturam, fuit *Joannes de Iſenach*, Decanus olim Eccleſiæ cathedralis *Numburgenſis*, cujus mentio fit in *chronico Portenſi*, (a) quod *M. Juſtinus Pertuchius*, ejusdem Monaſterii Rector, duobus libris diſtinctum, AD. MDCXII. nobis dedit, ubi anno MCCCCLII. unà cum *Joanne Magdeburgo*, Præpoſito, *Eilero Rogehuſio* Seniore, & toto Capitulo *Numburgenſi*, pactum quoddam confirmavit inter *Joannem*, hujus nominis ſecundum, at decimum ſeptimum Abbatem, & *Henricum Mangoldum*, Canonicum & obedientiarium, (ut vocant) S. Kiliani. Aliquando ſimpliciter nominari voluit *Joannes Iſenach*, modò *de Iſenach*, & *Joannes Iſenachenſis*. Vixit ſub *Petro Haugvvitzio*, Epiſcopo Numburgenſi XXXIII. qui ab anno MCCCCXXXV. in annum MCCCCLXIII. ſedit, & Succeſſoribus hujus, *Georgio Haugvvitzio*, & *Theodorico*, hujus nominis III. ex nobili *Burgsdorfiana* gente ſato; deſiit autem circa annum MCCCCLXVII. in feſto S. Thomæ ſub *Henrico* II. Famulus & amanuenſis ejus erat *Caſpar Holtzapfel* Wangenhemenſis, qui poſtea in Collegio B. Virginis *Iſenaci* factus eſt *Scholaſticus*, vixitq; adhuc anno MCCCCXCVI. Abs hoc ſcriptum iſtud accepit *Franciſcus Sixtus*, ejusdem reformati Collegii Canonicus ultimus, qui Genero ſuo *Joanni Himmelio*, Proto-Diacono Iſnacenſi, Proavo meo, hujuſmodi rerum amico, tradidit, & ab hoc jure hereditario tandem ad me pervenit. Scripſit equidem *Paulus Langius*, induſtrius cœnobita *Bozavienſis*, Ordinis

(a) l. I. c. 3. p. 147.

Bene-

Benedictini, amplum rerum *Numburgenſium* Commentarium in *chronico* ſuo *Citizenſi*, (quod mancum mutilumq; aliquando deprehendi, ut ad Hiſtoriam *Wigmanni* & *Joannis* I. monui, ) à prima fundatione, i.e. ab AC. DCCCCLXVIII. uſque ad MDXV. Verùm extra chorum ſemper ſaltat monachus, & cum leonibus aliquando vulpes congregat prolixitatis ſtudioſus. *Anonymus* verò noſter ea tantùm notavit ἐν ἐπιτομῇ, quæ in ſua æde geſta ſunt, ſeu prava aut recta fuerint. Qui λακωνισμὸς mihi ſanè placet. Quod verò *Nuenburgenſium* Præſulum meminiſſe voluerit, ideò factum remur, quia Sedes Pontificialis Cizâ *Numburgum* citius translata eſt, ibiq; vix ultra ſexaginta annos ſtetit, ſic ut à potiori facta ſit denominatio. Dedit etiam D. *Caſpar. Sagittarius*, Profeſſor Jenenſis & Hiſtoricus Ducalis Saxonicus, repetitam Præſulum *Numburgenſium* hiſtoriam anno MDCLXXXIII., à prima Epiſcopatus origine ad annum MDCLVI. Forſan uterque uſus eſt hoc MSto, & *Langius* & *Sagittarius*, licèt neuter ejus meminerit. Cum enim ille ex variis chronicis, & quarundam Eccleſiarum cathedralium annalibus ſua collegerit, hoc ſanè ſcriptum vix effugerit viſum manusq; ejus. *Sagittarius* autem quondam mentionem fecit *Anonymi* cujusdam minuti chronici *Numburgenſis*, neſcio tamen, an hoc noſtrum indigitârit, vix verò mea me fefellerit ſuſpicio. Et D. *Iacobus Wolfius*, Med. Prof. Jenenſ., paulò ante exceſſum ſcripſerat mihi de *chronico Numburgenſi*, ab *Iſnacenſi* quodam collecto. Quod ſanè non aliud fuerit quàm noſttum. Diu ergò hæſi, an luce ſeu orco dignius judicari queat hoc ſchedion. Cùm tamen δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν, etiam ea hîc interdum reperiantur, quæ nec *Langius* vel *Sagittarius* habet, nulla quoque ſatietas re-

rum honeſtarum ſit; ineſt enim rebus egregiis ea vis , ut quò ſæpiùs ac preſſiùs inſpiciantur, eò magis ac magis placeant, ſuaſu aliorum, queîs bellæ ſordes iſtæ deliciæ ſunt, *Syntagmati* meo adjicere volui, quod ut æqui boniq; conſulas L. B., voti mei ſumma erit. Vive feliciter! *Ferrariæ* Thuringorum A. S. MDCXCVIII.

---

L*Angius* hoc ſaxum volvens, *quadrata rotundis*
miſcuit, haud curans, *alba* vel *atra* ſient.
Aſt *HIC* Paſtorum dans *acta & facta* ſuorum,
extra oleas mentis non ſpatiatur inops.
Omnia *ſuccinctè*, ſed *ſuaviter*, & ſine fumo
ſiſtit, & addit, quæ neſciit iſte *Pater.*
*Lux* eſt in tenebris: *lucem* ſed amabimus omnes;
*Paullini* nobis *Lucifer* iſte fuit.

*Ociùs ſcripſit Venerando Amico*
SIMON HOHBERGER.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# IN NOMINE DOMINI AC SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI AMEN.

PRima ſedes noſtra Epiſcopalis ab *Ottone* I. Imp. *Cizæ* conſtituta eſt in honorem DEI & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & *primus* ei *Proviſor* ab eo datus *HUGO*, quem *Athelbertus*, Magdeborgenſis Archi-Epiſcopus, A. D. DCCCCLXVIII. conſecravit in Magdeborg. Erat bonus Paſtor & Venerabilis Pater, qui bene vixit & rectè docuit. Dux Bojemorum *Dedi* Urbem & Eccleſiam ejus cepit, vaſtavit, ipſumque *Hugonem* cum omni populo inde fugavit A. D. DCCCCLXXIV. Qui poſtea A. D. DCCCCLXXIX. in ſacra ſua Sede aliqualiter reſtituta moritur anno ordinationis ſuæ XI. HVGO I.

*Secundus* FREDERICUS ab eodem Archi-Epiſcopo *Athelberto* ordinatur AD. DCCCCLXXX. paulò ante hujus mortem. *Giſelharius*, Epiſcopus antea *Merſeborgenſis*, factus poſtea, promotione *Ottonis* II., Archi-Epiſcopus *Magdeborgenſis*, malitioſâ aſtutia & ambitione quâdam etiam aliquandiu retinuit *Merſeborgenſem* Sedem quoad reditus & potentiam. Cùm verò perpetuò retinere non poſſet, ex invidia & malitia vaſtavit & diſſipavit eam, bona partim vicinis Epiſcopis, *Miſenenſi* & *Cizenſi*, (a) dando. Et ne invidiam faceret *Halverſtedenſi*, tradidit ei ſacram jurisdictionem. Potiora verò & plurima, imò *novem* urbes, (b) ad ſe rapuit *Giſelharius*. Ut tamen ſub bono prætextu cultus divinus conſervaretur *Merſeborgi*, Abbatiam ibi inſtituit pro Monachis Ord. S. *Benedicti*, quibus præpoſuit *Othratum*, Monachum S. *Johannis Baptiſtæ* in Magdeborg. Mox autem eô mortuô dedit illis *Haymonem* ex eodem Monaſterio, iſtamque Abbatiam ſuo Archi-Epiſcopatui ſubjecit. Sed malè. (c) Dicunt, obiiſſe *Fredericum* circa AD. DCCCCXC. anno Pontificatûs ſui X. FREDERICVS.

*Tertius* HUGO II. ordinatus à *Giſelhario* Magdeborgenſi AD. DCCCCXCI. Eodem annô *Ottonem* III, hoſpitem ſuum *Cizæ* majeſtaticè tractavit, HVGO II.

(T) ctavit,

(a) Pars Epiſcopatus noſtri, quæ jacebat inter Salam & Eliſtram, ac Mildam fluvios, & Pliſni, Vedu & Tuchurino pagos, cum villis paſſim & piſcinis Friderico Cizenſi Epiſcopo datur. Ditmar. L. III. p. 55. conf. chron. Magdeburg. T. II. Meibom. rer. Germ. p. 278. Idem chron. p. 282. Epiſcopum hunc Hildricum vocat à Giſelhario ordinatum, qui etiam unctioni Daginonis, Archi-Epiſcopi Magdeburg., adfuiſſe dicitur p. 282. (b) Ditmar. L. III. p. 55. undecim habet, puto autem pro IX. librarium ſubſtituiſſe XI, ſiquidem novem tantum cum chron. Magdeb. p. 278. recenſet: (1) Scudici (2) Gotung, Corug, (3) Worcin (4) Digni (5) Hilburg, Ilburg, (6) Dibin, Dibni, (7) Pungi, Pug, (8) Linbenici, Luibanici, (9) & Gezeriſca, Gezeriſco. (c) Conf. Meibom. chron. Bergenſ. T. III. rer. Germ. p. 292. & chron. Magdeb. l. a.

ctavit,uti decebat,qui contrà Eccleſiæ multa privilegia dedit & confirmavit. *Cizâ* diſceſſit ad *Idonem* (d) Miſenenſem, qui fuit Comes de *Rocheliza.* (e) Eodem annô XII. Kal. Nov. conſecrationi templi Halverſtedenſis adfuit *Hugo* unà cum aliis Saxoniæ Primatibus. (f) Sedit in AD. MI. annos nempe XI.

HILLE-VVARDUS. *Quartus* HILLEWARDUS à *Giſelhario* etiam ordinatus AD. MII, amator fratrum ſuorum, populi Pater, pauperum cuſtos & juſtitiæ cultor, qui Eccleſiam ſuam unicè amabat. Omnia, quæ *Fredericus* injuſtè acceperat ab Eccleſia *Merſeborgenſi*, ob tranquillitatem animæ ſuæ ſpontè eidem reddidit. (g) Adfuit inunctioni *Walthardi* Magdeborgenſis AD. MXII. (h) & *Geronis*, Succeſſoris illius. (i) Auxit Eccleſiam ſuam multis bonis, decimis & privilegiis. *Idonem* Miſenenſem AD. MXV. in *Lypz* mortuum XIII. Kal. Jan. in Eccleſia Miſenenſi coram altari ſepeliri curavit. (k) AD. Mxxiii. ordinavit & conſecravit *Hunfredum*, Archi-Epiſcopum Magdeborgenſem. Adſuit in conventu, quem *Aribo* Moguntinus in Franckhonovurt indixerat A.D. MXXVIII. Aderant ſimul cum eo XXII. alii Epiſcopi unà cum *Kunrado* II. Rege, *Aribo* Archi-Epiſcopus cum Suffraganeis ſuis *Argentino*, *Auguſtenſi*, *Paderbornenſi*, *Papenbergenſi*, *Würzeborgenſi*, *Hildeneshemenſi*, *Halverſtedenſi*, *Verdenſi*, & *Wormatienſi*: *Piligrinus*, Archi-Epiſcopus Colonienſis, cum Suffraganeis ſuis *Mindenſi*, *Mimigardevordenſi Trajectenſi*: *Hunfredus* Metropolitanus noſter cum Suffraganeis ſuis, *Merſeborgenſi*, *Havelbergenſi*, *Miſenenſi* & noſtro. Inſuper *Virdunenſis*, *Schleſvvichenſis*, *Mantuanus*, *Aldenborgenſis* & multi Abbates. Pertractata ibi fuit cauſa Abbatiſſæ *Gandesheimenſis* contra Epiſcopum *Hildeneshemenſem*, qui tamen vicit. (l) Poſt annos ſexaginta & unum à fundatione ſacræ Sedis noſtræ, nimirum AD. MXXIX. *Cizâ* ea translocatur *Nuenborgum* cum omnibus rebus, poſſeſſionibus & immunitatibus ſuis ac juribus. Expediebat Eccleſiæ munitior ac tutior locus, ob pacis firmitatem & religionis augmentum, magno id deſiderio apud *Johannem* XX. Papam procurante *Kunrado* II. Imp., & pium propoſitum chriſtiano zelo promovente *Echarto* Marchione cum fratre ſuo *Herimanno*, qui prima fundamenta Eccleſiæ majoris in *Nuenborg* poſuerunt. (m) Hanc translocationem *Johannes* Papa dictus & *Kunrad.* Imp. A. D. MXXXII. confirmant. (n) Comitibus de *Glisperg* multa bona contulit, ùt bene meritis de Eccleſia noſtra.

(d) Ido, Egido, Eigido, Eiko, Eik, Eidus, Egidius. (e) Vid. Albin. chron. Miſnenſ. tit. 21. p. 279. (f) Ditmar. l. IV. p. 73. (g) Ditmar. L. VI. p. 123. (h) chr. Magdeb. cit. p. 285. (i) Id. chr. p. 286. (k) Ditmar. L. VII. p. 197. (l) Conf. P. I. Annal. Padeb. Schaten. p. 472. (m) Vid. diſ. Sagittar. de Eccardo II. Marchione Miſniæ Sect. XI. per tot. (n) literas utriusque dabit id. Sagittar. l. c.

noſtra. (o) *Ditmarus* Merſeborgenſis pro parochia duarum civitatum *Tribni* & *Tuchus* tres villas ei reddidiſſe dicitur. (p) Præfuit ann. XXXVI. & obiit circa AD. MXXXVIII.

*Quintus* KATHALO (q) è Longabardia, bonus Proviſor, Paſtor & Rector Cleri & populi, ordinatur ab *Hunfredo*, Metropolitano noſtro, & primus dicitur Epiſcopus *Nuenborgenſis*. Adfuit dedicationi novæ Eccleſiæ in *Heroſvelt* cum *Hunolto* Merſeborgenſi & *Hunfredo* Magdeborgenſi, ex conſenſu *Bardonis* Moguntini, ad cujus parochiam ſpectat iſtud monaſterium, præſente etiam *Heinrico* III. adhuc juvene AD. MXL. Sequente anno adfuit dedicationi Eccleſiæ *Mimigardevordenſis*. (r) Idem Rex ei dedit villam *Cuſence* in pago *Zurba*. Moritur Romæ ob negotia Eccleſiæ ſuæ eò miſſus AD. MXLV. Pontificatus ſui VII. (ſ) KATHALO.

*Sextus* EPPO, alii vocant *Everhard*, ordinatus etiam ab *Hunfredo* Magdeborgenſi, doctus, pius, & in magnis negotiis tractandis judicioſus & ſerius, apud Reges & Principes multæ auctoritatis, *Heinrico* certè IV. percharus, cui fideliſſimus viciſſim erat. Dedicationi Eccleſiæ *Gozecenſis* ipſe adfuit, (t) A. D. MLIII. tertio Kal. Octobr. unà cum *Athelberto*, Archi-Epiſcopo Bremenſi, *Burckhardo* Halverſtedenſi, *Wyntero* Merſeborgenſi Epiſcopis & aliis multis. A. D. MLXI. in Hungaria cum *Wilhelmo*, Marchione Thuringiæ, *Andreæ* Regi contra fratrem auxiliatus eſt fortiter, & multos barbaros occidit. Poſtea verò *Andreas* equo ſuo dejectus, & pedibus cohortum contritus eſt. Marchio dirâ fame preſſus, *Eppo* autem captus eſt. Tandem uterque in patriam cum triumpho rediit. (u) Contulit liberalitate *Heinricorum* Regum (w) Eccleſiæ ſuæ *Grimm*, *Kochedez*, *Strele*, *Ozſchez*, *Liſnik* & *Poruz* in pago *Dalemenca* ſito. (x) In ſynodo Erphurtiæ AD. MLXXIII. ob decimas Thuringis à *Segefredo* Moguntino indicta, *Eppo* quoque cum *Hildeneshemenſi*, *Oſenbrugenſi*, & *Papenbergenſi* Epiſcopis erat, & fervidus nimis in ſtudio ſuo contra Thuringos pro Moguntino. (y) Expulſus ideò obteſtari cœpit Regem, ut vela mutare & ſanioris animi eſſe velit. (z) Porrò legatus EPPO.

(T) 2 Regis

(o) Imò Albin. chron. Miſn. tit. XXI. p. 284, eum pro Comite Glisbergenſi habet. VValterus de Glisberg monaſterium Scotorum Erfurti condidit, Lamb. Schafnab. ad ann. 1036. (p) idem aſſerit vita Ditmari ex codice MSto à Madero edit. & chron. Ditmar. annex. p. 261. (q) Cathelo, Kadalo, Cadalus, Kaſſo &c. (r) Intelliget dedicationem Eccleſiæ Transaquenſis Monaſterii VVeſtphalorũ, quâ nihil per totam Saxoniam ſpectatu quidem magnificentius fuit, prolixiùs recenſente Schateo. l. c. ad ann. 1041. (ſ) Albin. l. c. Burcardum, ſeu Buſſonem hîc intrudit; alii eum Cathaloni præponunt. (t) vid. chron. Monaſt. hujus à Madero edit. p. 290. ſeqq. (u) Vid. Lamb. Schafnaburg. ad ann. 1061. (vv) III. & IV. (x) de hoc pago quædam habet Meibom. de pagis Saxon., latiùs de eo Reinecc. in fine ad chron. Ditmar. p. 280. & David Peifer in Lipſia ſua L. I §. 19. ſeq. latiſſimè omnium M. Graun, in diſſ. ſingulari habit. VVittenberg. 1687. (y) Lambert. ad ann. 1073. p. 190. (z) Idem ad ann. 1074. p. 205.

Regis fuit ad *Ottonem* Bojoariæ Ducem miſſus. (a) Sed ob formidabilem Saxonum Suevorumque legationem perterritus Rex, *Epponem* unà cum aliis Epiſcopis caſtris exire juſſit, ne crabrones amplius irritaret, (b) imò pro miſeri & ſpreti Regis fide juramento ipſe affirmavit perſonaliter, ut tandem ab excommunicatione abſolveretur. (c) In rivulo denique ex caſu equi miſerè periit. (d) Vir multùm utilis. Interim Abbas Gozecenſis *Fredericus* è Comitib. Palat. Sax. fit Prælatus *S. Georgii* in Nuenborg Ordinis S. Benedicti, volente ita novo Rege *Rodolpho* Suevo, Heinrici IV. Antagoniſta. Hoc monaſterium *Suanhilda*, *Echardi* I. Miſniæ Marchionis uxor, *Hermanni Billungi* Filia, condidit. (e) Sedit *Eppo* ultra annos XXXIII. Obiit circa A.D. MLXXIX.

GÜNTERUS.

*Septimus* GÜNTERUS ordinatus per *Hartuicum* Magdeborgenſem & Metropolitanum ſuum A.D. MLXXIX. Erat *Willehelmi*, Comitis de *Kamborg*, frater, (f) fideljs Pater, qui Eccleſiæ ſuæ varia bona comparavit in *Numleben*, *Hohlfeld*, *Schafſtede*, *Petersberg* &c. Obiit A.D. MLXXXVIII. Pontificatus ſui IX.

WALLRAMUS.

*Octavus* WALLRAMUS. Mortuo *Güntero* unanimiter electus eſt *Fredericus*, Gozecenſis Abbas, monachus Ord. S. Benedicti ùt *Hugo* I., diu deſideratus. Verùm *Heinricus* IV. ſub prætextu, quaſi electio inſcio Rege facta eſſet, irritam prorſus cenſuit. Cizenſes tamen electionem defendebant, nec ullum alium cupiebant. Interim moritur Abbas *Heroſveldenſis*. Rex igitur *Fredericum* electum in locum ejus deputabat. Hic verò aſſerebat, ſe duo monaſteria ſimul commodè non poſſe regere, etiam contra Scripturam eſſe, duobus ſervire Dominis, coactus tamen ſuſcipere debuit. Verùm ingraveſcente ſenio moleſtum admodum fuit, utrique loco præeſſe. Igitur *Nuenborgenſem* Abbatiam reliquit *Kunrado* ex Bojoaria, quamvis *Heroſveldenſem* libentiùs amiſiſſet. Hic *Kunradus* è monaſterio ſuo Papebergenſi, propter inſolentiam & ambitionem, diſceſſerat in monaſterium S. *Michaëlis* Hildeneshem, ad cognatum ſuum Abbatem *Menvvardum*. Quem dum hîc cerneret *Fredericus*, eumque ſedulum ac officioſum crederet, ſecum ſumſit in *Nuenborg*, & Præpoſitum fecit in monaſterio S. *Georgii*. Poſtea per quatuor annos

(a) Idem ad ann. 1076. p. 241. (b) Idem p. 245. (c) Id. p. 249. ſeqq. (d) vide Freher. T. I. rer. Germ. p. 131. & chron. Magdeburg. cit. p. 306. (e) Autor chron. Montis ſereni ad ann. 1171. Eccardum iſtum facit fundatorem Epiſcopatûs Numburgenſis, quem ſequitur P. Albin. in chron. cit. tit. X. p. 115. ſeq. & in calce libri p. 438. Licèt enim tranſlatorem ſaltem eum facere velit Sedis Epiſcopalis Cizâ Numburgum, rectiùs tamen edocebit te D. Sagittar. diſſ. de Eccardo II. Sect. XI. (f) vid. chron. mont. ſeren. p. 203. Lipzeke, Chamburg, & Miſna inter munitiones Marchionis Miſniæ referuntur. Id. ad ann. 1194. Conjux Wilhelmi Comitis de Camburg, quæ Geve nuncupatur, in crypta monaſterii Gozecenſis à dæmonio liberata eſt. Chron. ejusd. monaſt. p. 221. edit. Mader. Bucelin. Germ. ſacr. P. I. p. 41. B. cum Albino chron. cit. tit. XXI. p. 284. facit hunc Günterum Comitem à Brene.

annos ibi Abbas, *Menvvardo* demum apud S. *Michaëlem* mortuo, huic etiam monaſterio præficitur. (g) Servus in oculis. Dedit igitur Heinricus Rex AD. MLXXXIX. *Nuenborgenſi* Eccleſiæ *Wallramum* ſibi fidelem, ab *Hartuico* Magdeborgenſi ordinatum. Hic monuit *Ludovicum*, Thuringiæ Comitem, (h) ut Regi *Heinrico* aſſiſteret, & hoſtis fieret omnium hoſtium ſuorum. (i) Fundationi monaſterii *Bigaugienſis* cum *Alvvino* Merſeborgenſi & *Hartuico* Metropolitano adfuit. (k) Obiit A.D. MCX. Epiſcopatûs ſui XXI.

*Nonus* TIDERICVS I. A.D. MCXI. electus, & ab *Adelgoto* Metropolitano conſecratus, (l) Venerabilis Pater, ad omnia utilis, fundator monaſterii *Bozau*, (m) Ord. S. Bened. *Nuenborgum* captum cum Capitaneo ejus *Heinrico Cephalico* (n) Tandem *Tidericus* ab infideli *Bennone* in templo *Bozaugienſi* inter preces cultro perfoſſus, paulò poſt obiit AD. MCXXIII. Epiſcopatûs XII. *TIDERICVS I.*

*Decimus* RICHWINVS (o) AD. MCXXIII. ſucceſſit, à *Routhardo* Magdeborgenſi ordinatus. Sequente anno baſilicam in *Bozau* conſecravit, & altaria aliquot ibi dedicavit, à quorum dedicatione mors impediverat *Tidericum.* (p) Suaſor fuit *Richvvinus Wicperto* Marchioni, fundatori monaſterii *Bigaugienſis*, cum Metropolitano, *Arnoldo* Merſeborgenſi, *Godeboldo* Miſenenſi, & *Wyndolfo*, Abbate Bigaug., ut, relictis mundanis, ſacrum religionis habitum ſuſciperet. Quod & ipſe fecit AD. MCXXIV. Sequente anno obiit Pontificatûs ſui II. *RICHVVINVS,*

*Undecimus* VDO I. Landgravii Thuringiæ filius, (q) electus AD. MCXXVI. & ordinatus à *Routhardo* Magdeborgenſi. Sequente anno *Bruno*, Comes terræ Plyſnenſis, cum *Wylla* (r) ſua, *Oethvvino* filio ab apro in ſilva occiſo, monaſterium Sanctimonialium in *Smollen* fundavit, totumque ferè pagum *Plyſnenſem* liberaliter contulit, eique filiam ſuam *Garburgim* in Abbatiſſam dedit. Cùm verò ſorores illæ mundo magis, quàm Deo placere vellent, amovit, & ſubſtituit monachos Ord. S. Benedicti. Sed quia hi etiam nihilo meliores, & totum monaſterium nunc in ſpiritualibus & temporalibus valde depravatum erat, *Bruno* Comes deſuper lacrymâſſe dicitur, & nunc in mortis agone poſitus, *Udonem*, Nuenborgenſem Epiſcopum, ad ſe venire juſſit, rogans propter Deum, ut ipſe auctoritate Pontificiali locum Deo dicatum conſervaret, amotisque monachis O. B. Ciſtercienſes fra- *UDO I.*

(T) 3 tres

(g) vid. fuſiſſimè chron. Gozecenſ. p. 222. ſeq. in chron. autem Monaſterii S. Michaël. Hildeſ. T. II. rer. Germ. m. Meib. p. 518. Conradus hic dicitur conſanguineus Abbatis Sigeberti, & civis Hildeſienſis F., de reliquis autem ibi altum ſilentium. (h) Salius erat, (i) vid. literas apud Dodechin. ad A.D. MXC. ubi tamen falsò dicitur Magdeburgenſis Epiſcopus, cum reſponſo Ludovici, (k) Vid. chron. Bigaugienſ. p. 247. Sigfrid. Presbyr. ad ann. 1091. (l) chron. Magdeburg. cit. p. 324. addit Arnoldum, qui tamen inter noſtros non reperitur, (m) quo de vid. Mader. in calce chron. mont. ſereni p. 284 ſeqq. Conf. Lang. chron. Citiz. p. 782. (n) i. e. cum capite (o) Rivvinus, (p) vid. fundat. monaſt. Bozaugienſ. (q) Saltatoris F. (r) Sibylla.

tres induceret, totumque monaſterium cum omnibus rebus & bonis ſuis ſub defenſionem ſuam ſuſciperet. Moritur *Bruno* Comes, & *Udo* noſter fecit, quod promiſerat illi. Interim Epiſcopus ad ſpectationem translationis S. *Godehardi*, Epiſcopi Hilleneshemenſis, eò abiit devotionis gratiâ, & in itinere divertit apud fratres in *Walkenred*, cum quibus in reditu venit, eosque aliquos in *Smolle* poſuit, iisque Abbatem dedit *Athelbertum* è conventu *Walkenredenſi*. Strenuè famulabantur Deo; ſed cùm Slavus quidam, diabolus in carne ambulans, divitiis tamen & potentiâ præfulgens, amicum ſuum, (s) ob multa crimina ſub anathematizatione mortuum, in templo *Smollenſi* humari mandâſſet, totus conventus cum Prælato pro ignominia & violatione ſancti loci id reputans, effodi juſſit, & ſubitò extra monaſterium poni. Ille verò Slavus, velut rabida beſtia, monaſterium adortus, eique undam & ignem, rotam & crucem minatus eſt. Itaque Abbas *Athelbertus* ab *Udone* licentiam petit cum fratribus ſuis revertendi ad proprium Monaſterium. Epiſcopus verò denegat, dans potius facultatem commodiorem & tutiorem locum in parochia ſua eligendi. Turpe enim & nefas eſſe, ob inſaniam unius hominis ſervitium Dei negligere, in gratiam diaboli. Variis ergo locis luſtratis, placet tandem *Cuſna* ad fluvium *Salam*, quem locum Udo plenariâ libertate confert & ſacrat pro novo monaſterio ibi conſtruendo, quod *Porta Mariæ* vocatum eſt. Sed bona ac poſſeſſiones fratrum in *Smollen* valore & numero præponderabant *Cuſnanis*. Igitur *Udo* cum conſenſu Capituli ſui de bonis Eccleſiæ *Nuenborgenſis* monaſterio alia dedit, donec æquivalentia videretur, (t) juſtitiâ ſic exigente, uti ad longum ſingula dicuntur in literis *Udonis* Epiſcopi deſuper confectis. (u) Quod concambium *Innocentius* II. Papa (vv) & *Kunradus* Rex II. (x) confirmârunt. Erat Eccleſia S. Mariæ in *Nuenborg* cædibus, rapinis, & aliis modis profanata ac contaminata, quam B. *Nordbertus* expiavit, & violatores, cùm ſatisfacere nollent, terribili anathemate ab Eccleſia ſejunxit. (y) *Lotharius* III. Dei gratiâ Romanorum Rex, ob divinum amorem, & conjugis ſuæ Rikze, & Venerabilis Archi-Epiſcopi Magdeborgenſis *Nordberti* petitionem, legitimo concambio commutabat & tradebat Eccleſiæ in Magdeborg Abbatiam *Alsleve* in interioribus & exterioribus plurimùm dilapſam, in ripa fluminis *Sala* ſitam, cum

(s) cognatum, (t) chron. Portenſe L. I. p. 82. (u) Id. chron. p. 23. (vv) anno 1137. (x) anno 1140. Vid. lit. confirmationis in chron. Port. L. I. p. 18. ſeqq. ubi pro Padepurgenſi legas velim Padeburnenſi. Erat autem Bernh. iſte hujus nominis I., ſed XVI. in ordine, ex nobili gente de Oſede. Miror ſanè, Schatenium, qui tamen minutiora quæque corraſit, hoc neſciviſſe. P. I. ann. Padeborn. p. 754. ſeq. (y) conf. chron. Magdeburg. cit. p. 327.

cum omnibus ad eam pertinentibus : è contra à præfato *Nordberto* per manum *Heinrici* , Magdeborgenſis civitatis Præfecti, in concambium ad uſum Regni ſuſcepit caſtrum *Scartfeld* in montanis, quæ *Hartz* dicuntur, ſitum, cum omnibus ſuis pertinentiis. Cujus rei teſtis præſens etiam adfuit *Udo* noſter, quem longo ordine ſequuntur *Havelbergenſis*, *Hildeshemenſis*, & *Cremonenſis* Epiſcopi, duo Cardinales, Abbates, & alii plures. Actum Goslar. IX. Febr. AD. MCXXX. indict. VIII. anno Domini *Lotharii* , ex quo regnare cœpit, ſexto. Sanctam coluit amicitiam *Nordbertus* cum *Udone*, uti ex variis literis conſtat, quas vidi, in quibus eum vocat *cor & animam ſuam , in Domino ſuo dilectum , Amicorum & fratrum ſuorum Primatem , vicinum ex animo dilectum : coëpiſcopum vigilantem , & in Domino verè amandum* &c. AD. MCXXXIII. B. *Nordbertus* cum *Lothario* Rege ibat Romam, ad introductionem *Innocentii* II., ubi litem ei fecit Abbas Fuldenſis de præcedentia ſeſſionis; & ſanè niſi optimus Archi-Epiſcopus ab hujuſmodi rixis & vanitatibus non abhorruiſſet, multum ſanguinis effuſum eſſet. (z) Et quia Eccleſia *Nuenborgenſis* majori defenſore opus habebat, eligebatur Marchio *Kunradus* , (a) qui lubenter ſuſcepit, & beneficia quædam nobis contulit cum caſtro *Saddan* eodem annô. Rex autem *Kunrad* AD. MCXLIV. confirmavit. Ita Marchiones facti ſunt Advocati & defenſores Eccleſiæ noſtræ. Fundavit etiam *Udo* in honorem S. *Stephani* Proto Martyris monaſterium Virginum O. S. B. *Cizæ* extra muros in loco editiori. (b) *Bartoldus* verò, Abbas Eccleſiæ S. *Georgii*, propter negligentiam removetur. Obit denique *Udo* AD. MCXLVIII. in expeditione ſacra cum *Kunrado* Rege, dum in red tu naufragium faceret. Sedit ann. XXII. (c)

*Duodecimus* WIGMANNUS, (d) *Kunradi* Marchionis (e) ſororis (f) filius, (g) ordinatus à *Frederico* Metropolitano circa AD. VVIGMANNUS,
MCL. (h) Anno ordinationis ſuæ tertio, [illegible] AD. MCLIII. cùm *Portenſis* Conventus dilectioni ſuæ *Joſeph* & *Joannes* eſſet, omnes donationes ab *Udone* ei factas confirmavit. Tradidit autem *Udo* gan-

(z) Abbas iſte erat Berthous à Schlitz. De hoc tumultu nihil prorſus habet Browver. L. IV. Antiqq. Fuld. p. 298. Eberhard. Fabricius verò in gloria Fuldæ p. 218. tetigit eum, citans pro Fuldenſi aliquot autores, (a) Miſniæ, (b) ubi nunc ædes cœmiterii ſita eſt, (c) anno 1148. Udo Cizenſis Epiſcopus à Jeroſolymis rediens naufragio periit, chron. Bigaug. p. 260 (d) Udoni Udonem ſurrogat Laug. chr. Citiz. p. 789. cum Bucelin. l. c. p. 41. B. prætermiſſo Wichmanno & Bertholdo I. Verùm nonnulla iſtius chronici injuriâ temporis perdita ſunt. Meminit enim Bertholdi II. & non I. (e) Miſniæ, (f) Mechtildis, (g) chr. Bigaug. p. 260. & chron. Mont. ſereni p. 203. Comitis Geronis Bavarici de Seburg, al. Tegeburg, Albin. l. c. p. 285. (h) atqui ab Hardevvico Magdeburg. juxta chron. Magdeburg. p. 320. qui anno 1088. obiiſſe dicitur. Henric. enim, ſucceſſor Hardevvici, fato functus ſuo anno 1107. Id. chron. p. 323.

gangrias in *Lochvviz* & *Cuſna* cum omnibus attinentiis & decimis, molendinum cum rivi deductione, uſum piſcandi in illo tractu fluvii *Salæ*, qui præterfluit agros congregationis, portionem ſilvæ, determinatam longitudine à capite torrentis ultra *Kokelobe* usque ad foſſas *Aldenborgenſes*, latitudine verò ab ipſo monaſterio usque ad aggeres, qui ſunt ſecus novalia Hollandenſium: quasdam domos in *Nuenborg* cum fundo & aliis appenditiis earum, quibus Abbas *Athelbertus* conquiſivit gangriam in *Heggendorf*, octo manſos, quos *Metfredus* dimiſit in *Langendorf*, villa *Kemerich* & fluvii tranſitum, quem dimiſit *Günterus* noſter; (i) manſum *Droitze*, quem dimiſit M. *Heinricus*, duos manſos in *Riſene*, de quibus cambium fecit Abbas *Athelbertus* cum *Heinrico*. His addidit *Wigmannus* noſter duos manſos in *Heſeler*, unum Hollandenſem manſum in *Tribune*, porrò in *Nuenborg* cum curia duos manſos, quos per manum *Hartmanni* Vice-Domini dedit *Tiderico* Abbati Portenſi. Quæ pro mea inſtructione ex literis *Wigmanni* privatim decerpere volui. (k) AD. MCLIV. *Hartmannus*, Cizenſis Canonicus, cùm de vinea colenda ad uſus Fratrum in *Porta* ſollicitus eſſet, & illi Eccleſiæ traderet in villa *Tribune* manſum unum, ut vinum in illo manſo collectum fratribus & pauperibus infirmis, quos ſecundùm regulam non decet negligere, proponatur, & ut poſt añum, quando vinum novum potabile, ſuperfuerit, Fratribus communiter offeratur. Sed decima urna, ſi fertilitas vini permittit, ut ſequeſtretur pro pretio lagenarum & inſtrumentorum conſtitutum eſt. Eodem annô (l) *Wigmannus* fit Archi-Epiſcopus in Magdeborg. Sedit ann. IV.

BARTOLDUS I.

*Decimus tertius BARTOLDUS I.* Præpoſitus antea Cathedralis Eccleſiæ electus AD. MCLIV. & ordinatus à *Wigmanno* noſtro, nunc Metropolitano. Dederat *Cæſar Heinrico* Leoni poteſtatem inſtituendi Epiſcopat⁹ in Slavia, uti etiã fecit, nominatim in *Oldenborg*, *Miklenborg* & *Razeborg*, quod ſubſcripſit noſter. (m) Moritur poſtea in Italia AD [illegible] anno ordinationis VII.

UDO II.

*Decimus* [illegible] *II.* Venerabilis & laudabilis Pater, ordinatus & conſecratus à *Wigmanno* præfato. Anno MCLXIII. VII. Id. Octobr. Eccleſia, *Dei gratia* dicta, dedicata eſt in honorem B. Virginis, S. Victoris, & S. Pontiani Martyrum, à *Wigmanno* Metropolitano, adſtantibus & cooperantibus *Miſenenſi*, *Merſeborgenſi* & *Cizenſi* noſtro. (n) Dedit Portæ Mariæ AD. MCLXVIII. chirographum ſuum ſuper concambiis: (o) contulit eidem ſalictum quod-

dam

(i) Erat Comes Leiningenſis, antea Canon. Eccleſ. Numburg., poſtea Epiſcopus Spirenſis, fundator monaſterii Maulbronnenſis unà cum Waltero Lomershemio, (k) conf. chr. Portenſ. L. I. p. 27. ſeqq. (l) non anno 1152. juxta chron. Magdeb. cit. p. 329. (m) Vid. antiquitat. Maderi Brunſvicenſ. edit. prim. p. 121. & L. I. chron. Slavor. c. 88. (n) Eccleſia iſta, zur Gottes Gnade dicta, ſita propter oppidum Calbam ad Salam, & fundata à B. Nortberto ex bonis Ottonis, Comitis de Cruttorp. Primos lapides Archi-Epiſcopus cum præfato Comite in fundamento poſuit. Otto poſtea à Nortberto ejusdem Eccleſiæ primus factus eſt Canonicus, & in Diaconatûs Ordinem ab ipſo promotus. Vid. chron. mont. ſeren. ad ann. 1131. & 1163. (o) chron. Portenſ. L. I. p. 30. ſeqq.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dam inter Salam & clauſuram molendini fratrum ſitum: poſſeſſiones in *Kotevvitz*: confirmavit concambium poſſeſſionum in *Katzenrode*: dedit libertatem in monte *Sálberg* lapides frangendi & terram fodiendi ad reparandas clauſuras & alia neceſſaria facienda: liberum inſuper tranſitum per viam, quam ipſi habuerunt, & jus fontem, qui de eodem monte emanat, in uſus ſuos, quò voluerint, transducendi, & clauſuram ipſorum, quantumcunque fracta fuerit, ad littus applicandi. (p) Traditionem Fratrum à *S. Georgio* ad reparandam Salæ clauſuram à fratribus in *Porta* factam confirmavit AD. MCLXXII. *Otto*, Marchio, monaſterium in *Porta* AD. MCLXXV. ex loco *Cuſano* tranſtulit ad radices montis, ubi adhuc eſt. AD. MCLXXIX. *Fredericus* I. Imp. curiam habuit in *Nuenborg*, ubi anno ſequente VII. Id. Octobr. concambium *Smollenſe* confirmavit, quod ipſe *Udo* cum multis aliis ſubſcripſit. (q) Obiit AD. MCLXXXVI. (r)

*Decimus quintus* BARTOLDUS II. Eccleſiæ Nuenborgenſis Canonicus, electus AD. MCLXXXVI. & ordinatus à *Wigmanno*. Dat monaſterio in *Bozau* AD. MCXC. privilegium confirmationis ſuper duos manſos ſitos in villa *Cochovv*. Cùm *Heinricus* VI. Imp. regni ſui XXIII. Imperii ſecundo Monaſterio dicto in *Bozau* etiam privilegium confirmationis ſuper inſtitutione in *Zvvickovve* cum duobus manſis, & ſuper decimatione telonii & quinquaginta ſcabronum ac duodecim curtibus ibidem daret, inter teſtes primarius erat *Bartoldus* noſter. Dat. apud Merſeborg VI. Id. Decembr. (ſ) Adfuit ſolemni & generali curiæ in *Geilenhuſen* ab *Heinrico* Imp. indictæ AD. MCXCV. & poſt biennium ivit cum eo, ac *Hermanno* Landgravio & *Ottone* Brandeborgenſi, aliiſque in terram ſanctam; ſed AD. MCXCVIII. rediit inde. *Athelbertus* Præpoſitus in *Luſinitza* res monaſterii ſui perdiderat, & cum feminis, quarum cuſtos eſſe debebat, ſe polluerat; ideò à *Bartoldo* noſtro ab officio remotus eſt. Cui ſucceſſit *Marcvvard*. Canonicus in *monte claro*. (t) AD. MCCVI. *Bartoldus* Româ reverſus cum conſenſu Papæ in manus *Philippi* Regis ſponte reſignat parochiam ſuam anno ordinationis XX. BARTOLDUS II.

*Decimus ſextus* ENGELHARD AD. MCCVI. electus (u) nondum erat Presbyter, mox autem ex diſpenſatione Papæ, volente ita *Philippo* Rege, à Metropolitano *Ludolpho* ſacerdos & Epiſcopus ſimul ordinatur. (w) Poſt Deum Matrem ejus ſemper Virginem Beatiſſimam ſanctiſſimè coluit, exercens ubique pietatis & miſericordiæ opera, de quibus inter alia teſtantur Monaſteria ſuæ Diœceſeos, ſpecialiter in *Bozau*, (x) cui collationem in *Profin* cum capellis, infra terminos ejus conſtruendis, à Prædeceſſore ſuo *Udone* factam, confirmavit. (y) Adfuit Frederico II. Imp. apud Würzeborg. (z) AD. MCCXVII. ENGELHARD.



(p) Id. chron. p. 33. ſeqq. (q) Idem p. 36. ſeqq. (r) chr. Bigaug. p. 266. habet ann. 1157. (ſ) Conf. Lang. chron. Citiz. p. 790. ſeq. (t) chr. mont. ſereni ad ann. 1200. (u) Id. chron. habet ann. ſeq. (vv) Id. ad ann. 1207. (x) laudat id Lang. l. c. p. 796. (y) Id. l. c. p. 797. (z) vid. Ecſtorm. chron. Walckenried. p. 136.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum eodem *Frederico*, *Tiderico*, Advocato Eccleſiæ noſtræ, (a) & multis aliis Epiſcopis & Principibus ad terram ſanctam ivit ſub ſpe recuperationis. Habuerant diu Abbas *Bigaugienſis* & *Tidericus* Marchio, propter advocatiam iſtius monaſterii, multas & difficiles controverſias, quas ex ſpeciali mandato Metropolitani *Engelhardus* noſter & *Echardus* Merſeborgenſis diſſecant, & utrumque ad oſculum pacis reducunt. (b) AD. MCCXXXI. Abbas in *Nienborg* cum *Sophia* in Quitilenborg graviter punitus eſt. Sed hoc nihil ad nos. (c) AD. MCCXXXVIII. *Henrico*, Miſniæ Marchioni & Landgravio Thuringiæ, beneficia multa contulit (d) *Engelhardus*, pro quibus ipſe Epiſcopo reddidit magna privilegia. AD. MCCXXXIX. omnia monaſteria in tota Diœceſi ſua, ex mandato Papæ, in diſciplina, cantu & celebratione cultus divini accuratè reformat, omnes abuſus amputando. In ſenio ſuo pro ſalute Eccleſiæ ſuæ limina Sanctiſſimorum Apoſtolorum *Petri & Pauli*, Patronorum noſtrorum, perſonaliter viſitavit, ubi ab *Innocentio* Papa abdicationem officii ſui petit ſimulque obtinet. *Segefredum* Moguntinum Erphurtiæ mortuum cum pia veneratione humari curavit, Vir in omnibus factis laudabilis. Obiit tandem AD. MCCXLII. Sedit ann. XXXVI.

*TIDERICUS II.* *Decimus ſeptimus TIDERICUS II.* marchio Miſnenſis non eſt canonicè electus, ſed *M. Petrus* in ſchola Pariſiana tunc conſtitutus, Vir bonus & doctus. Priusquam verò ille veniebat, favore Metropolitani & fratris ſui Marchionis confirmabatur *Tidericus*. Ergo per duos annos inter ſe diſputârunt acriter. *Tidericus* verò pecuniâ & armis fratris ſui potentior; ideò cedere oportebat *Petrum*, & ſorte ſuâ eſſe contentum. *Tidericus* autem bene præfuit, ut Eccleſiam ſui pœnitere non poſſit. Erat enim ſedulus, diſcretus, cultor juſtitiæ, & beneficus in pauperes, Clero & populo dilectus. AD. MCCXLVII. magnam campanam Erphurtiæ ſolemni cum devotione conſecravit. (d) Primi Eccleſiæ noſtræ fundatores, promotores & benefactores erant *Heremannus* Marchio, & conjux ejus *Reglyndis* Marchioniſſa, frater ejus *Echardus*, & conjux ejus *Uda* Marchioniſſa, *Syzo*, Comes Doringiæ, (e) *Wilhelmus* Comes

(a) March. Miſn. (b) chron. Mont. ſeren. ad ann. 1223. p. 152. (c) Abbas combuſtus, & Abbatiſſa de caſtro ejecta pro ſuis delictis. chron. Magdeburg. cit. p. 330. Conf. exercit. m. de Advocat. Monaſt. §. 21. (d) ſc. Haini, Ortranti, Strelæ, Dalæ, Oſchatzii, Grimmæ & Smölnæ, nec non Rutleitzbergii, aliorumque oppidorum, arcium, & decimam. Hiſt. Epiſcop. Numburg. Sagittar. p. 22. (d) in chron. MS. Erfurt. ab anno 438. ad 1541. compilato, de alia campana hæc ad ann. 1497. notata ſunt: In demſelben Jahr iſt die groſſe Glocke zu U. L. F. durch Meiſter Erhard von Campen gegoſſen worden/ und hat 270. Zentner/ dabey Biſchoff Doctor Johann Laſpe/ hat ſie Montag nach Trinitatis getauft. Wenn man nun ein Pfund Ertz für 4. Groſchen rechnet/ macht die Summa 4725. Thaler 5. gute Groſchen. (e) Kevernburgicus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Comes & *Gepa* Comitiſſa, *Berchta* Comitiſſa, *Tidericus* Comes & *Gerburgis* Comitiſſa. Quia tamen Epiſcopus noſter conſummare volebat baſilicam iſtam, omnes & ſingulos, tàm vivos quàm mortuos, qui ad hanc ſtructuram ſuas eleemoſynas mittunt liberaliter, in generalem fraternitatis ſocietatem & orationum participationem ſuſcepit AD. MCCXLIX. Pontificatus ſui V. Sub eo fundamentum poſitum eſt majoris templi in *Porta Mariæ* AD. MCCLI. XII. Kal. April. AD. MCCLV. Pontificatus ſui anno XII. *Tidericus* hic, *miſeratione divinâ* Epiſcopus, Guardiano fratrum minorum in *Iſnac* auctoritatem dedit primarium lapidem ponendi ad Eccleſiæ fundamentum, quam ipſe de novo conſtruere volebat: dedit inſuper omnibus ad prædictam ſtructuram ſuas eleemoſynas conferentibus XX. dies indulgent., literis tamen poſt conſummationem operis non valituris amplius. AD. MCCLVIII. Monachis in *Bozau* duos manſos in *Gladiz* confirmat: (f) auget præbendas Canonicorum, & reditus Eccleſiæ omni modo. AD. MCCLXVIII. magna erat gverra inter *Albertum* Landgravium & *Tidericum* Marchionem, patruos noſtri Epiſcopi, ob quam etiam non poterat perſonaliter adeſſe templi *Portenſis* dedicationi; ideò vices ſuas dedit *Merſeborgenſi* & aliis Epiſcopis. (g) Pro reliquiis è *Porta* acceptis reddidit fratribus privilegium. (h) Annus obitûs ejus incertus eſt: puto tamen fuiſſe AD. MCCLXX. vel ſequentem. Jacet Cizæ ſepultus.

*Decimus octavus* MEYNHERUS, Præpoſitus Eccleſiæ majoris, Burggravius Miſniæ. An ordinatus ſit à *Kunrado*, Metropolitano noſtro, neſcio. Eccleſiam multis debitis oneravit, pompoſior aliquando præter neceſſitatem & utilitatem. Quorſum enim ſumtus inutiles? De eleemoſynis vivimus nos Clerici, & hujus rei nos oportet eſſe memores, ſi beatè vivere velimus. Si ergo *Meynherus* melius præfuiſſet, prœmium jam haberet in cœlis. Obiit circa AD. MCCLXXV. anno Pontificatûs ſui V. (i) MEYNHERUS.

*Decimus nonus* LUDOLPHUS electus AD. MCCLXXVI. (k) Neſcio autem, à quo ſit ordinatus propter turbas tunc in Eccleſia Metropolitana. Claruit ſub eo *Martinus Scotus*, Monachus, ùt volunt, Ordinis Ciſtercienſis, qui bis ei ſcripſit. AD. MCCLXXVIII. adfuit Metropolitano *Kunrado* in extremis ſuis conſtituto. *Saleſin* ad *Strelam* vendidit: Monaſterii in *Porta* & *Bozau* ſingularis benefactor. Pro indulgentiis, S. *Catharinæ* apud *Iſenac* conceſſis, miſit Abbatiſſæ Monaſterii, LUDOLPHUS.



(f) Vid. Lang. l. c. p. 807. (g) chron. Portens. p. 271. (h) Id. p. 282. (i) non anno 1266. Lang. l. a. p. 810. (k) non anno 1266. Id. p. 812.

Monaſterii, cognata fortè ejus, aureum calicem & pulcrum tapetum coccinei coloris argento intertextum. Sic autem ſe habent:

*LUDOLPHUS*, Dei gratiâ *Nuenborgenſis* Epiſcopus, Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos hæc litera pervenerit, ſalutem in Domino ſempiternam. Univerſitati veſtræ per hoc ſcriptum notum fieri volumus, quod ad humilem petitionem Abbatiſſæ S. *Catharinæ* apud *Iſenac*, & Sancti ejusdem Conventûs Monaſterii, dedimus indulgentiam, quòd quicunque in anniverſario conſecrationis baſilicæ iſtius, in feſto *nativitatis Domini* & *Paſchatos*, in *Pentecoſte*, in omnibus *feſtis ſolemnibus* Beatiſſimæ *Virginis*, item in feſtis *S. Margarethæ* & *S. Mariæ Magdalenæ*, humiliter & devotè ad ipſum monaſterium S. *Catharinæ*, beneficia ſpiritualia petiturus, per octo dies continuò acceſſerint, & ad conſtructionem, reparationem vel innovationem præfati Monaſterii, ſeu ad omnia opera ejusdem, pias eleemoſynas propter Deum largiter contulerint, vel miſerint, Nos de miſericordia Domini noſtri Jeſu Chriſti confiſi, unum annum & carenam unam de injuncta eis pœnitentia ſingulis annis in perpetuum relaxamus. Datum Nuenborgi Anno Domini MCCLXXX. III. Kal. Aug. Sedit Ludolphus ann. VIII. non XVIII. Obiit circa A.D. MCCLXXXIV.

*BATHERIUS.* *Viceſimus BATHERIUS* electus, ſed non confirmatus, ideò neglectus in catalogo Epiſcoporum noſtrorum. Legi tamen, fuiſſe doctum, pium, & religioſum Virum, ad tantum munus aptum. Obiit AD. MCCLXXXV.

BRUNO. *Viceſimus primus BRUNO*, nobilis de *Quernfort*, electus AD. MCCLXXXV. (l) Utilis Pater Dedit *Alberto* Marchioni, Advocato ſuo, in beneficium *Echardsberg*, *Botelſted*, *Raſpenberg*, *Beichlingen*, Comitatus *Buch* & *Maſpe* AD. MCCLXXXVIII. Adfuit *Rodolpho* Regi in ſolemni curia Erphurtiæ AD. MCCXC. & *Heinrico* II. Archi-Epiſcopo Moguntino ibidem, qui pietatem & prudentiam ejus valdè admirabatur. Erant mali homines, qui nec Deum, nec Miniſtros ſuos reverenter habebant, ſed multa damna, moleſtias, & injurias iis faciebant; convocavit ergò *Bruno* noſter vicinos & Coëpiſcopos ſuos *Wittich.* Miſenenſem, & *Heinricum* Merſeborgenſem in *Nuenborg*, ubi in unitate Spiritus Sancti promulgârunt mandatum, ſeu bullam Sanctiſſimi Domini *Honorii* IV. contra iſtos Eccleſiæ turbatores, raptores, & contemtores ſacrarum perſonarum ſub formidabili anathemate A. D. MCCLXXXVI. (m) Ex invaſione *Adolphi Naſſovii* haud modicum damnum paſſa Diœceſis. Promiſerat quidem Eccleſiæ ſatisfactionem, ſed quid verba ſine re? *Portæ* & *Bozau* multa contribuit beneficia, & donationes iſtorum monaſteriorum confirmavit fidelis eorum Procurator.

(l) vel potius ſequente ſecundùm privilegium, datum monaſterio Bozovienſi apud Lang. l. c. p. 820. Si enim AD. 1301. fuit Pontificatûs ſui 15. utique cœperit anno 1286.
(m) vid. Spangenberg. chron. Querfurt. c. 11. p. 350.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

curator. (n) AD. MCCXCV. vocabat eum ad ſe *Ericus* Metropolitanus. Soli enim *Brunoni* confiteri volebat ante obitum ſuum. AD. MCCCIII. fugit ad eum pius Comes *Otto* de *Kerchberg*, cui Erphurtenſes caſtra ſua deſtruxerant, omnibus rebus, quas invenerant, vel combuſtis vel raptis. Innocens erat bonus *Otto*, ſed furioſi homines nec ſacra nec prophana ritè diſcernebant. In extremis ſuper cinerem & pulverem in horto ſuo ſparſum junctis manibus jacuit, ibique placidè, ſine viſibili ictu mortis, obdormivit in Domino, memor iſtius: *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Sedit ab AD. MCCLXXXV. ad MCCCIV. ann. nimirum XIX.

*Viceſimus ſecundus* UTHELRICUS I. electus AD. MCCCIV. optabilis Pater, (o) nobilis de *Wolckenberg*, (p) monaſterio *Bozau* manſos & bona aliqua confirmat. (q) *Otto* de *Kerchberg* ſenior parochiam in *Briſenize* & capellam in *Kerchberg*, cum conſenſu *Uthelrici*, confert eidem monaſterio; (r) innovat *Frederico* Landgravio beneficia in locis præfatis, item in *Groſſenhayn*, *Ortrant*, *Grimm*, *Oſchaz*, *Rocheliz* &c. *Athelbertum* Landgravium de variis actionibus ſuis paternè & amicè dehortatus eſt; ſed nihil effecit optimis conſiliis ſuis. Vendit Dominis de *Ilenborg* pro D. marc. argenti Frybergenſis monetæ *Dalam* & *Strehlam*. Dedit eidem *Bozau* privilegium confirmationis, quod *Nicolaus* Abbas reemerit pratum à monaſterio alienatum. (s) Obiit XV. Kal. April. AD. MCCCXVI. Sedit ann. XII. Sic enim in lapide quodam legi: UTHELRICUS I.

A.D. MCCCXVI. XV. KAL. APRIL. R. P. OLRIC. EPS. NUENB.

IN DNO OBDORMIVIT Aõ PONTIF. SUI XII. O. P. E.

*Viceſimus tertius* HEINRICUS I. Comes de *Grumpec*, (t) utilis & prudens Vir, cui *Johannes* XXII. Papa privilegia Eccleſiæ innovavit & auxit: parochiam in *Langendorf* Decaniæ Cizenſi adjecit, ornamenta eccleſiaſtica & præbendas nonnullorum Canonicorum melioravit; fratrem ſuum fecit Cuſtodem Eccleſiæ. Magna fames ſub eo per totam Thuringiam. Multùm igitur benefecit famelicis. Cùm audiret, filios Belial in Magdeborg Archi-Epiſcopum ſuum *Burchardum* clavâ in cuſtodia ſua occidiſſe, largiter lachrymatus eſt deſuper, & per tres dies in jejunio & precibus ſolus vixit in crypta ſua. Obiit AD. MCCCXXVI. ſedit ann. X. HEINRIC. I.

*Heinricus vixit: fecit, quod vox pia dixit:*
*Ore, manû, factis, cunctis ſplendeſcit in actis.*

(V) 3 *Nunc*

(n) vid. Lang. inprimis p. 816. & 819. ſeq. (o) vitæ rectitudine conſpicuus, & in agibilibus mundi peritiſſimus. Lang. p. 821. (p) Bucelin. G. S. P. I. p. 41. B. Albin. chr. Miſn. tit. XXI. p. 285. habet Ilenburg. (q) Lang. l. c. p. 821. (r) Id. l. c. p. ead. & in Hiſt. m. Kirchberg. (s) Id. Lang. p. 826. (t) Id. p. 828. Bucelin. l. c. ſcribit Stolenburg & Grunpech., Albin. l. c. Stalburg; Comites aliàs de Grunpech cœnobium Ichtershuſanum fundarunt anno 1164.

*Nunc jacet in requie: quidnam vita eſt ſine pace?*
*Oret pro nobis! bene ſic mihi, ſic bene vobis.*
*Vitam pro norma, bene qui vis vivere, forma.*
*Spiritus in cœlis precibus Sancti Michaëlis*
*Gaudet perpetuò. Sit laus & gloria Summo!*

VVIT-TICH. I. *Viceſimus quartus* *WITTICH.* I. (u) electus circa AD. MCCCXXVII. multa laudabilia fecit, ſed non notata ſunt, more veterum, qui magis æſtimabant facta & acta, quàm ſcripta in crypta. Licèt non negaverim, multa eſſe annotata, quæ poſtea igne, bello, & incuriâ hominum conſumta, direpta & diſperſa ſunt. Fundator eſt Eccleſiæ Collegiatæ *B. Virg. Nuenborgi*: arcem *Salek* cum oppido Eccleſiæ ſuæ emit. Obiit AD. MCCCXLVII. Sedit ann. XX.

JOHANNES I. *Viceſimus quintus* *JOHANNES* I. de *Miltiz*, (vv) electus AD. MCCCXLVII. Impetrâſſe dicitur *Avenione* ſuâ auctoritate indulgentias monaſterio in *Bozau* (x) AD. MCCCXLIX. Turpe autem, quòd in ipſo feſto *S. Johannis* Evangeliſtæ AD. MCCCLII. (y) quinto ſedis ſuæ, inter feminas & pocula, inter choreas & levitates ſubitaneâ morte perierit. Sedit ann. V.

*Luſit, ſaltavit, ſed non oravit, amavit,*
*Nympharum amplexus, pocula finis erant.*
*Sic abit ille Pater noſter: ſed quò? pereundum eſt,*
*in Domino ſanctè ni moriare tuo.*
Luſus & choreæ, *ſunt oſcula dulcia funes,*
*queîs Satanas ſtultos faſcinat atque capit.*
*Et* vinum & choreas *vites ſimul atque* puellas:
*ſic vives bene, ſic tu moriêre bene.*

RUDOLPHUS. *Viceſimus ſextus* *RUDOLPHUS* è Pincernis in Thuringia, electus AD. MCCCLII. confirmat & approbat incorporationem Eccleſiarum *Briſeniz* & *Lobichau*. Defenſionem Diœceſi ſuæ promittunt Marchiones & Landgravii fratres: oppignoratur Capitulo noſtro *Sneberg* & *Breiting*. Obiit AD. MCCCLXII. Sedit ann. X.

A. D. MCCCLXII. IN FESTO B. J.... VENERABIL. DNS.
RODOLPH. EPS. NUENBURG. OB. Q. A. E. I. P.

G. *Viceſimus ſeptimus G.* (z) Comes de *Schvvartzborg*, electus AD. MCCCLXII. bene præfuit, ſed non utiliter. Vendunt Canonico ad *S. Mauritium* extra muros Venerabili *Porta* aliquot curias & manſos, cum conſenſu Epiſco-

(u) è gente Miltizia, Albin. l.c. Dreſſer. mavult Meldingianam, nihil autem hac de re Pec-
cenſtein in Th. Sax. L.I.c.10. (vv) Meldingen habet Albin. l.a. (x) promittit quidem Lang.
l.c.p.837. ſe exhibiturum bullam, ſed non reperio, ut ruſus defectum chronici ſui hic ha-
beas. (y) non 1372. Lang. l.c.p.837. qui ipſe fatetur, quinto regiminis ſui anno periiſſe, &
anno 1347. VVittigoni ſucceſſiſſe, imò p.839. lin.2. apertè dicit, anno 1352. Joannem
defunctum eſſe, (z) alii vocant Gothard., alii Gerhard.

Epiſcopi AD.MCCCLXVI. Vendebat Duci in *Svideniz Strelam* & alia trans
Muldam, *Saden* & *Fravvenhayn* pro quatuor millib. ſexcentis & ſexaginta fl.,
ſacram tamen jurisdictionem ſibi reſervavit. Factus tandem Epiſcopus in
*Würzeborg.* (a)

*Viceſimus octavus* WITTICH II. Et hujus acta & facta in tenebris ſe- WITTICH. II.
pulta jacent. De foreſto aliquid in *Breitenbach* Decaniæ Cizenſi dedit. Obiiſſe
credunt AD. MCCCLXXXI. Sedit annos octo, vel novem.

V.D. WITTICH. EPS. NUENB. IN DNO OBDORMIT IN
VIGILIA S. - - - Aõ MCCCLXXX. . . . Q. I. P.

*Viceſimus nonus* CHRISTIAN, electus AD. MCCCLXXXII. Nobilis erat CHRISTIAN.
de *Witzleb.* Hic quamvis XIII. annis uſque in AD. MCCCXCV. præfuerit,
de factis & actis tamen ejus nihil reperitur, quàm breviſſimum hoc:

*Utilis atque pius, ſapiens, & providus, omni*
*in re diſcretus* Chriſtian *ille fuit.*

Pudeat Epiſcopos noſtros, ut non quiſque ſuæ Diœceſi ordinet *doctum Hi-*
*ſtoricum*, qui totius Eccleſiæ acta & facta ordine colligat & conſcribat fide-
liter, ad perpetuam rei memoriam, & poſteritatis tam *delectationem*, quàm *in-*
*formationem*, cùm tamen videmus, quòd aliquando, ob leve diſſidium & mi-
nutam liticulam, multi oriantur motus. In quolibet Capitulo *Hiſtoricus* eſſe
debebat; qui ſanè ùt *utilis*, ſic *neceſſarius* eſſet. Sed quamdiu colamus *culi-*
*ces*, tamdiu deglutiuntur *cameli.* Mortuus dicitur *Chriſtianus* AD. MCCCXCV.
Sedit ann. XIII.

*Triceſimus* UTHELRICUS II. de *Rothenfeld*, (b) ſedit ann. XIV. uſque UTHELRICUS II.
in AD. MCCCCX. Ejus temporibus natus in villa aliqua noſtra *agnus*
*cum inſula.* Dedit adhuc *Friderico Martiali* (c) *Döbeln*, *Breytenhayn*, *Lang-*
*berg*, *Wizenfels*, *Camborgk*, *Mülenberg*, *Wyhe*, *Memleben*, *Nieumarc* &
*Hesler* AD. MCCCCVII. Controverſiæ erant inter *Portam* & *S. Mauritium*
ſuper vineis in *Salberg* & domos adjacentes, ſuper via publica &c. ſed
per *Heinricum de Augir*, Decretalium Doctorem & Cantorem Eccleſiæ
Magdeborgenſis & *Tidericum de Goich*, Præpoſitum Budiſſinum, Juris Li-
centiatum, tanquam deputatos arbitros, ſepoſitæ & conculcatæ, confirman-
te omnia Epiſcopo noſtro, (d) AD. MCCCCX. *Stephanus Santberger*, Vica-
rius, ita de Eo:

*Olri-*

(a) in catalogo Epiſcop. VVürzburg. Burcardos, Meginhardos, Gebhardos & Gerhardos
reperio, non verò Gothardum. Dubito ergo cum Lang. p. 840. de veritate narrationis hu-
jus. Si tamen ita ſit, ecquî VVittigo II. mortuo Godhardo ſuccedere potuit? Lang l. c. p.
842. aut quî VVittigo iſte anno 1381. obierit? Bucelin. l. c. p. 41. & Lang. p. 843. & de-
mum Prædeceſſor ejus, ùt Epiſcopus VVürtzburgenſis, anno 1403. (b) Radenfeld, Roſen-
feld, Rodenfels, (c) Bellicoſo, (d) Vid. chron. Portenſ. p. 138. ſeq.

*Olricus de campo rubro Antiſtes erat maximè laudabilis, qui, ſi omnia ſaxa in parochia ſua potuiſſet aurea reddere, non intermiſiſſet, ſi tamen ad majorem DEI gloriam & Eccleſiæ ſalutem ceſſiſſet iſta metamorphoſis.*

GERHARDVS. *Triceſimus primus* GERHARDVS de *Goch*, (e) laudabilis Vir, optimè præfuit, & cum magna dexteritate, pro DEI gloria & Eccleſiæ commodo ſemper vigilans & fidelis: (f) adfuit celebri Concilio *Conſtantienſi*, in quo Hæreſiarcha *Huſs* concrematus eſt. Obiit AD. MCCCCXXVII. ſi non ſequente. Sedit ann. XVII.

*Mortuus, ut vivat: dum vixit, mortuus ille:*
*Vera Tibi vita ex morte,* Gerarte, *venit.*

IOHANNES II. *Triceſimus ſecundus* JOHANNES II. de *Scleyniz*, Præpoſitus antea & Doctor Decretalium, Vir in omnibus laudandus, doctrinâ & vitâ rectus & ſimplex. Contra furores *Huſſitarum* Eccleſiam ſuam armavit fortiter, caſtrũ *Cizenſe* foſſis, muris & turrib⁹ præaltis cingendo. Obiit AD. Mccccxxxiv. in feſto S. Andreæ Apoſtoli, ſepult⁹ Cizæ. Sedit añ. VII. (g) Alii pauciores numerãt:

*Doctrina & pietas cui nomen fecerat, ille*
*in crypta hac recubat. Tu miſerere, DEUS!*

PETRVS. *Triceſimus tertius* PETRVS de *Haugvvitz*, Juris Licent., electꝰ AD. Mccccxxxv. *Huſſitæ* totam ejus Diœceſin vaſtantes fecêre, ut monaſterium Sanctimonialium ad S. *Stephanum* extra muros Cizenſes in civitatem translatum ſit juxta S. *Michaëlem.* Supervenit poſtea bellum inter *Fredericum* Electorem & *Wilhelmum*, Saxoniæ Ducem, Fratres, qui parùm fraternè viventes flammis & enſe graſſabantur per Thuringiam. AD. Mccccliv. Fratres iſti redeuntes in unum pro ſtabilienda majori concordia prope *Nuenborgum* in monticulo colloquuntur, poſtea ad *Portam* eunt, ubi *Fredericus* fratri dixit: ecce! non confundetur, cùm loquetur inimico ſuo in *Porta.* Obiit AD. Mcccclxiii. ſepultus Cizæ. Sedit annis XXVIII.

*Petra fuit Petrus, turris quadrata ſuorum;*
*præſidium miſero nonne cuique dedit?*

GEORGIVS. *Triceſimus quartus* GEORGIVS de *Haugvvitz*, Præpoſitus *Cizenſis* & *Numborgenſis*, ac Canonicus *Merſeborgenſis* & *Würzeborgenſis*, (h) doctus & aptus Vir, electus AD. Mcccclxiii. Menſe Septembri. Duodecimo ferè poſt electionem die obiit cum luctu omnium. Sepultus Cizæ.

*Magnus*

(e) Guch, (f) dicit D. Sagittar. in hiſt. cit. p. 33. deliticula inter eum, & Erhard. Abbat. Portenſ. ob ſilvam, das Grab-Holtz dictam, & Lang. chr. cit. p. 855. & 859. citat. At ego inter Abbates Portenſes non reperio Erhardum; Boſovienſis Abbas erat, & Lang. l. c. p. 858. ſeq. integras tibi dabit literas. Sed cùm bonus Vir pag. ſeq. ſeipſum corrigat, haud peccâſſe videtur. (g) Peccenſtein. l. c. p. 69. ita de eo: Herr Johann von Schleinitz iſt Biſchoff zu Naumburg und Zeitz/ein hochverſtändiger Herr/ und Decret. D. in Italia worden/hat 4. Jahr nur reſidiret/jedoch viel Nutzes und Fromens dem Stifft geſchafft/ denn er das Schloß zu Zeitz à fundamentis neu erbaut/und mit Thürmen und Mauren/ wie noch zu ſehen/befeſtiget. (h) Præpoſitus Miſnenſis & Decan. Cizenſis, Canon. Würzeburg. & Numburg. Albin. l. c.

*Magnus eras*, major, *quid?* maximus, *eja, fuiſſes*,
*ſi vitam Domini Clementia Summa dediſſet.*
*Sed feſtinandum eſt : oreris moreriſq; repente*,
herba *Tuis ſaltem fueras ita* ſolſtitialis.

*Triceſimus quintus TIDERICUS* III. de *Burgstorf*, (i) eôdem annô menſe Octobri electus, Vir egregiè doctus, cui nullus ex Prædeceſſoribus par erat. (k) Obiit poſt triennium, AD. ſcilicet MCCCCLXVI. Sedit annis III. (l) *TIDERICUS III.*

*Triceſimus ſextus HEINRICUS* II. cognomento *Stammer*, Saxo, electus AD. MCCCCLXVI. Homo, qui nihil humani à ſe alienúm putabit. *HEINRICUS II.*

[Hîc deſiiſſe videtur, quisquis etiam fuerit, Autor hujus opuſculi. In margine enim ſcriptum erat : AD. MCCCCLXVII. *in feſto S. Thomæ Apoſtoli in pace obdormit Collector horum Actorum.*]

*Heinricus* verò II. obiit AD. MCCCCLXXXI. (l) Ejus tempore ſcripſit Abbas, ùt ajunt, *Reinhartsbornenſis*, alii *Erfurtenſem* habent, memorabilem ſermonem ad *Congregationem Bursfeldenſem*, quem, ad futuram rei memoriam, interſero, prout eum in cœnobio Gothano accepi. (m) Sic autem de verbo ad verbum iſte ſonat :

## De HISTORIA SERMO CLAUSTRALIS ad *Sacram Congregationem Bursfeldenſem.*

QUi *Hiſtoriam* cum *Sole* comparaverit, ſapienter certè fecit. Sicut enim *Sol* omnibus rebus in aëre, tellure & aqua, viſibilibus & inviſibilibus, calorem, incrementum & ſuſtentationem largitur : ita *Hiſtoria* vitam, fidem, auctoritatem, & ſtabilimentum donat omnibus rebus in vita communi. Da mihi lucem ſine *Sole*, & firmamentum rerum abſque *Hiſtoria*. Ipſe Deus in Sacroſanctis libris, quos vulgariter *Biblia* vocamus, præter *hiſtoriam* nihil reliquit nobis. In toto V.T., præter Pſalmos Davidis, Proverbia, Canticum



(i) Buxdorf, Albin. l.c. alii habent Buckensdorf, (k) doctrinam ejus fuſiùs commendabit Lang. l.c.p.869. & ex eo D. Sagittar. l.c.p.36. (l) non anno 1471. ùt Bucelin. vult l. c. (l) Vid. de eo Lang. l.c.p.870. & Sagittar. l.a.p.37. Anonymus ita de Eo :

*Nôſſe cupis, mi viator, quis ſub tumba jaceat?*
*Vini fuit is amator, dic, qui tibi placeat?*
*Salus, ſalus, ſemper ſalus, odit pius, amat malus.*

(m) De Abbate montis Petrini Erfurdiæ res mihi certior videtur. Autor enim hujus ſermonis ſe vocat fidele S. congregationis membrum. At ſecundùm Bucelin. Germ. ſacr. P. II. p. 18. Monaſterium iſtud Petrinum Congregationi acceſſit anno 1439. De Reinhardifontano autem nihil reperio in iſto catalogo, quod ſeriùs acceſſerit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& Eccleſiaſtem, pura *hiſtoria*, ſtilo divino conſcripta, rerumque graviſſimarum plena. Quid Prophetæ ad unum omnes enarrant, niſi *hiſtorias*? quid Sanctiſſima Evangelia, quàm *liber Hiſtoriarum*? quid tota paſſio Dominica? certè *hiſtoria*, & amplius nihil. Omnes homiliæ noſtræ, ſeu expoſitiones Evangeliorum, ſunt *hiſtoriarum* ſacrarum explicationes. Seu terreas ſecuros & impios, ſeu conſoleris pavidos & triſtes, ſeu confortes fideles in fide & perſecutionibus, *Hiſtoriâ* opus eſt. Et ſine hac nihil unquam efficies. Vix mollius ad ſomnum reduxit Mater plorantem infantiam tuam, quàm vel cantillando, ſeu prænarrando *hiſtoriolam*, licèt fictam non factam. Poëtæ myſteria ſua, ſacra & profana, figmentis involvunt, ſeu narrationibus ingenioſe fictis & pictis. Tota Theologia *ſtudium Hiſtoriarum* eſt. Legiſtæ provocant ad acta ſua; ſed quid illa, niſi *hiſtoriæ*, ſeu bonæ vel malæ fuerint? Medici nituntur ratione & experientiâ. Hæc ex multorum annorum *Hiſtoriis* combinatur, & abſque hâc tota Ars manca & mutila eſt. Per univerſam Philoſophiam ſe diffundit *hiſtoria*, ſeu ſpeculativam, ſeu practicam inſpicias. Matheſis fulcitur obſervationibus, i. e. *hiſtoriis*: Phyſica illuſtratur *hiſtoriis*: Ethicus & Politicus ſemper citant *hiſtorias*. Omnis ætas, omnis ſexus, omnis homo, ſeu magnus vel parvus ille ſit, delectatur *hiſtoriâ*. Quando ruſtici in cauponis inter ſe confabulantur, de *hiſtoriis* ſolliciti ſunt, ſciſcitantes, quid novi in vicinia, ſeu alibi, de bello aut pace, vel de aliis rebus hic vel iſte audiverit. Summa: *Hiſtoria* univerſum mundum regit, firmat, ornat, delectat & ſuſtentat. Quod cùm ita ſit, miror ſanè demirorque, *Religioſi Sacræ Congregationis Patres*, *ſtudium Hiſtoricum* (ſine quo nullus ſolidè erudiri poteſt,) adeò frigidè, jejunè, & ineptè (ſi tractetur) in Monaſteriis noſtris paſſim tractari. Verùm *ſacra & profana hiſtoria* conjungenda eſt, ſi *divinam Providentiam*, quæ cuncta gubernat, accuratiùs cognoſcere, & ſtudioſiùs perſpicere velimus. Meritò igitur in ſingulis cœnobiis doctus *Hiſtoriarum Magiſter* conſtituendus erat, qui juniores, at quid de junioribus dico, imò etiam ſeniores (nam & hi plerique infantes ſunt in hoc ſtudio,) certis horis fideliter informet. O quantum inde lucrum, nec auro vel argento comparandum, quanta inde rerum experientia, quanta inde auctoritas & veneratio Sancto Ordini noſtro! Annotârunt rerum naturalium Scriptores varia monſtra, ſed quod ſine *cerebro* fuerit, nondum reperire potui. Homo equidem juxta Platonem *monſtrum* eſt, quòd Sanctiſſima Trinitas *monſtret demonſtretq;* in eo ſummum artificium, ſapientiam, clementiam, & bonitatem ſuam, ipſeque in compendio *monſtret* admiranda totius mundi. Sanè, qui *hiſtoriarum* imperitus eſt, hunc ego, alio tamen ſenſu, *monſtrum* dixero, Dei & Naturæ inimicum, *monſtrum ſine cerebro*, jumentis haud præſtantiorem. Curate igitur, *Sacræ Congregationis Antiſtites*, ut hoc ſtudium prorſus

ſus divinum, & ſuâ naturâ jucundum, honeſtum, & utile in ſcholis noſtris vigeat, floreat, creſcat, fructusq; ferat mortali & perenni vitâ dignos. Fugite poſthac monſtrum iſtud horrendum, cuî lumen (rationis) ademtum, *ignorantiam* ſcilicet *hiſtoriarum*. Sic demonſtrabitis, Vos Deo & æternitati famulari, & ad ſalutem hominum natos eſſe. Qui aures habet audiendi, audiat, imò audiet. Obſtupui, & vox mihi hæſit faucibus, ſi aliquando Prælatos Ordinis noſtri de Fundatoribus & Anteceſſoribus Monaſteriorum ſuorum interrogavi, ipſos autem magis mutos deprehendi quàm piſces. Nihil enim, planè nihil reſpondere ſciebant, ſeu confusè tamen, & hæſitanter, & parciùs, omnium rerum antiquarum ignorantiſſimi. Ordinis noſtri inſtituta non ſunt otiari, vel edere & bibere, aut ſaltem in choro Pſalmos decantare, ſeu in cella aliquid orare, ſed *ſcholas* etiam habere, inq; iis *ſacras literas*, *& bonas Artes ac ſcientias* fideliter docere & diligenter diſcere. Inter has autem *Hiſtoria* triumphat & imperat ùt *Regina*, à Deo nobis data. Si conveniatis inter Vos, & faciatis hoc ſtatutum, ut quilibet Prælatus de conſcribendis *annalibus*, vel *hiſtoria Monaſterii ſui* ſollicitus eſſe debeat, quid melius, quid utilius, quid vel ſcitû, ſeu lectû jucundius præſtare poterit? Dicis: Unde otium Abbati, qui curam debet habere rei ſacræ & œconomicæ? licèt ipſe nec velit nec poſſit hunc laborem in ſe ſuſcipere, annon in conventu idoneus aliquis, quem ad hoc opus deligere & conſtituere valeat? at deſit, aliunde petendus erit, qui bonum opus perficiat. Non dubito, quin alia monaſteria, etiam extra Congregationem & Ordinem noſtrũ, pari diligentiâ accendantur, & veſtigia noſtra ſequantur. Si Sum̃us Pontifex & Apoſtolicus Dominus univerſale mandatum per totam Germaniam emitteret, ut idem ſtudium eandemq; curam in colligendis *annalibus* ſuis quælibet *Diœceſis* & *Monaſteriũ* haberet, eosq; poſtea, ceu *Palladium* ſuum, conſervaret, proh! quàm ſaluberrimum inſtitutum foret. Et ſi Imperator ſuum adderet præceptum, ut idem facerent omnes *Principes* & *Comites* in Imperio, quisq; in ſuo territorio, vix aliquid glorioſi⁹ ſeu utilius factum puto in Germania. Quis verò uſus hujus laboris? inenarrabilis erit. Quodlibet enim monaſterium (de Provinciis idem erit judiciũ,) omnia privilegia, documenta, & acta ſua in compendio haberet, uti *Homerum in nuce*, & ſic cum Grajo iſto ſapiente *omnia ſua* commodè ſecum portaret tempore perſecutionis. Salva etiam manerent privilegia, immunitates &c. quæ aliàs variis injuriis & mutationibus, belli, ignis, inſidarumq; manuum expoſita ſunt. Quot lites & inconvenientiæ poſteris vel præſcinduntur, vel deciduntur, ſi membranæ integræ & illæſæ in copialibus ſerventur? Nemo poterit certiùs & juſtiùs admirari Providentiam divinam in regenda navicula Eccleſiæ ſuæ, quàm hoc modo, ſi origines & progreſſum cujuslibet in particulari attentiùs legat. Placebit pius fervor fidelium Principum in fundandis Monaſteriis, & ſumma eorum liberalitas, ut devotiùs pro tantis Benefactoribus oremus. Craſſa ignorantia, domum ſuam neſcire, eamque

non ſatis perluſtrare,& Majores ſuos ignorare. Magna ingratitudo,gloriam & memoriam, ac pia facta Anteceſſorum ſuorum contemnere, eosque, ſi tamen poſſimus, ab interitu non vindicare. Sunt quidem multi Ordinis noſtri Viri docti & conſcientioſi,qui in hoc ſtudio valde ſudârunt hactenus, ſed unum eſt, quod diſplicet mihi. Quod nimirum à ſcopo ſemper aberrent, & *peregrina*, quæ nihil faciunt ad rem,immiſceant, ut ſaltem volumina creſcant. Nullum monaſterium in tota Congregatione,fermè dixerim Germania, quod non commentarium aliquem perito Scriptori ſuppeditet, ut alienarum rerum obliti,metæ noſtræ,quam præfigimus,unicè inſiſtere poſſimus & debeamus. Date mihi viliſſimum & obſcuriſſimum omnium,annon Fundatorem,ſeu Fundatricem habuit? quis, vel quænam ille ſeu illa? quæ familia,vita & intentio utriusque fuit? quæ & quanta dotatio clauſtri? quæ privilegia? quæ ſeries & ſucceſſio Prælatorum ſeu Prælatarum? quid quisque ſeu quæque bene vel malè egit? quamdiu ſedit? quomodo de ſeculo in ſeculum monaſterium crevit & decrevit? ex quibus occaſionibus & circumſtantiis? annon in Diœceſi ſua memorabilia,ſeu monumenta quædam reperiuntur,quæ,ùt domeſticæ,adjungi poſſunt? hæc & ſimilia ſi diligenter à me inquirantur,notentur,ſcribantur,annon cum Deo & tempore pulcrum Vobis reddi poſſit chronicon, variarum antiquitatum monaſticarum plenum? Reſpondete mihi ad hæc *Sacræ Congregationis Patres*! Quis non commoveatur ad *hiſtoriam*, quandoquidem ſanctiſſimi Viri, *Moyſes*, *Prophetæ* & *Evangeliſtæ* hiſtoriarum ſcriptores fuerunt. Nec labor quenquam bonum deterrebit. Ad hunc enim nati ſumus, ùt volucres cœli ad volandum, & piſces ad natandum. Sed non quilibet aptus ad eum. Rectè. Non *quilibet*: ergo etiam *nullus*? è quovis ligno non ſculpitur Mercurius, nec cuivis contingit adire Corinthum. Eligantur itaque & formentur *apta* ingenia, & hæc ſanè Vobis non deerunt in tanta Congregatione. Ita: difficile ſtudium *Hiſtoricum* eſt; ſed *jucunditas* & *utilitas* ex eo promanans omnes ſuperat difficultates. *Hiſtoricum* oportet eſſe *veritatis* amatorem, qui ſciens nihil ſcribat, niſi quod factum ſit. Hoc non conſiderant illi, qui tot fabulas mulierum & vana ſomnia congerunt, quam turpitudinem odi & culpo. *Sincerè* ſcribendum eſt & *verè*. Si tamen, uti fit, aliquando à falſa narratione, veri ſpeciem habente, ipſum factum ſpecialiùs ignorans, decipiaris, veniam dabunt probi & candidi Viri. Deinde *potiora*, *graviora*, *utiliora*, & *perenni memoriâ digna* notanda & excerpenda ſunt. Si verò *minora* & *leviora* aliquando immiſceantur, ideò fiat, quia & hæc uſui eſſe poſſunt, licet alius ex ignorantia rei parùm capiat. Annon ex ſcintilla aliquando incendium? & annon ex minutis rebus prolixæ lites cum multis tædiis? Ergo *judicioſè* agendum eſt in omni hiſtoria. Licèt etiam *ſtili decor* hiſto-

riam

riam maximè ornet; tolerabilis tamen erit, modò *verè* & *prudenter* ſingula colloces. *Res* & *pondera rerum* magis reſpiciet ſapiens, quàm *colorata verba* ſine iis. Verba ſcilicet ſatiant animos minimè. Sed propoſitum meum non eſt docere, quô artificiô ſcribendæ ſint *hiſtoriæ*, potiùs autem monere, ut communi Patrum decreto & publicâ auctoritate ſedulò doceantur illæ in Monaſteriis noſtris, nec *ſtudium* iſtud *ſapientiæ* adeò neglectum ampliùs jaceat. Sine hiſtoria *homo* non eſt homo: ſine ea non ſumus *Monachi*: imò ſine ea nemo poteſt *ſalvari æternùm*. Cœlitus delapſum erat venerabile iſtud: Nosce Te Ipsum: at quomodo ſine *Hiſtoriæ* adminiculo Te noveris unquam? ſcrutare, & fatearis neceſſe eſt, me vera dixiſſe. Stulti eſſemus & magni fatui, ſi adeò rigidam vitam eligeremus, neſcientes, Sanctiſſimos quosque eam præ omnibus mundi oblectamentis, deliciis & divitiis amâſſe unicè. At hoc quis Tibi ſine *hiſtoria* dixerit? *Paſſio Dominica* eſt noſtra exaltatio & exultatio, noſtra conſolatio & æterna ſalvatio. Quis verò hanc ſine *hiſtoria* docuit vel didicit unquam? pauciora dixi, *Venerabiles Patres*, cum prudentibus enim loquor, & religioſis Viris. Inter omnes Ordinis noſtri *reformationes* nulla pulcrior & conſtantior adhuc fuit, quàm hæc noſtra *Burſfeldenſis*, quia veris fundamentis ſubnixa eſt. Ipſa enim *nucleum*, *medullam*, *animamq́*, Regulæ Sanctiſſimi Patris noſtri intendit. Scitis, *Venerabiles Patres*, *Burſfeldam* eo tempore, cùm *Johannes* noſter ex *Cluſa* prope *Gandeſiam*, conſilio *Ottonis* Brunſwicenſis, primùm in eam veniret, fuiſſe *horribilem abominationem totius Saxoniæ*. Unicus enim ex tot in ea adhuc frater latebat, & quidem miſerrimè: Præter *vaccam* famelicam non aliud ei ſuſtentaculum: ſacra ædes *ſtraminea* erat, *boum, equorum, vitulorumque ſtabulum*. (m) Ipſe tamen *Johannes* Bono cum Deo ſaluberrimum reformationis noſtræ opus in ea conſummavit fideliter & feliciter. Laudate miraculum Altiſſimi! Quantâ ſolemnitate poſtea *Nicolaus Cuſa*, S. R. E. Cardinalis, hujus *Reformationis ſacram Congregationem* confirmaverit, & poſt hunc *Pius II.* Dominus Apoſtolicus, omnes ſcitis. Cùm igitur è ſordibus levati ſimus, meritò ſcholas noſtras optimè conſtituamus. Si verò *Hiſtoria* deſit, nihil laudis, nihil emolumenti, aut fundamenti reliqua ſtudia habebunt. Credite mihi, *Patres*, & ad lancem rationis & veritatis ſingula dicta mea expendite. Ad Dei gloriam & omnium ſalutem dico, Vobis quod dico: ſingula etiam, ſi poſtulatis, in ſolemni Capitulo coram omnibus & ſingulis explicabo & demonſtrabo ſolidiùs. Nihil præſcribo Vobis, nec prudentiorem ſeu doctiorem me judico; urgente tamen conſcientiâ, ùt *fidele Sacræ Congregationis membrum*, hæc *animi* mei *arcana* Vobis ad dijudicandum propono & expono. Neminem è Vobis unquam puduit, ſi quando in itinere dubius informari potuit à *ſubulco*, vel



(m) Vid. Trithem. chron. Sponheim. ad ann. 1429.

vel *anicula* rugoſa. Gratias agam puero, ſi in bivio trepidanti mihi digito monſtret, quò tutò ire poſſim. Quis igitur hoc meum conſilium ſpernet? *Pietas* & *doctrina* fecit, ut dextera Domini Ordinem noſtrum exaltaverit, eumque admirabilem reddiderit coram univerſo mundo. At ubi illa, ſeu hæc docetur & diſcitur niſi in ſcholis? quomodo autem illa vel iſta ſine exemplis, ſine *hiſtoriis*, vel juniori, vel ſeniori infundi poteſt? tantæ virtutes, tanta dignitas, tanta utilitas, & tanta etiam divinitas ineſt *Hiſtoriæ*, quam qui non æſtimat, collaudat & diſcit, omni beſtiâ beſtialior erit. Deſpectis literarum ſtudiis, ſoli Deo placere deſiderans *BENEDICTUS* Pater noſter, ſanctæ converſationis habitum quæſivit. Studia literarum deſpexit, tanquam ſancto ejus propoſito inimica, ſed *hiſtoriam* non deſpexerit; ſiquidem *S. Gregorius Magnus*, Supremus Pontifex, & Vicarius Chriſti, dum *vitam* ejus ſcriberet, nihil planè ſcripſit, quàm *narrationes hiſtoricas*. Et quid Vobis *miracula* ſunt, quàm *hiſtoriæ*, ſeu *relationes rei ita verè geſtæ?* Si quis apud Græcos & Romanos proverbialiter, vel lepidè & concinnè quid dixiſſet, ſubitò annotabatur pro notitia, informatione & delectatione poſteritatis. Et nos piget acta Anteceſſorum & Monaſteriorum noſtrorum, pro uſu & inſtructione poſterorum, fideliter conſcribere, cùm tamen ſic ad idem ſtudium excitari poſſint? Non ſufficit, quòd ego ſtatum cœnobii mei ſciam, & poſteri eum ſcire volunt ac debent. Quomodo autem id fiat, niſi eum à nobis deſcriptum aliquando reperiant? Annon ſocordiæ, ignorantiæ, infidelitatis, imò levitatis nos arguent, putantes: nos cum *Sardanapalo* tantùm ediſſe, bibiſſe, luſiſſe, & brutali more, præſentia, futura & præterita pari oblivione dimiſiſſe, cùm nullum *induſtriæ* & *fidei* ſpecimen exſtet. Omnia, quæ manû ſtruimus, temporum injuriis pereunt, ut deleatur memoria eorum, & evaneſcat veluti fumus & umbra. Sola charta durabilis eſt, & perenni memoriâ digna. Multi opinantur, ſi grande aliquod ſaxum, cui *effigies* eorum inciſa, ſepulcra tegat, ſat tutos & munitos eſſe ab interitu. At quid mihi cum inani iſta gloria & vanis ſumtibus, quos propter Deum in pauperes erogare malo? Hocne tu pro laude habes, quòd poſt mortem quilibet ruſticus pedibus *effigiem* tuam conſpurcat & conculcat, dicens nihil amplius, quàm: *hic jacet Pater Thomas, Prælatus olim!* Ab illo laudaris, ab iſto vituperaris, prout hominum affectus ſunt, qui *nigrum ab albo* diſtinguere neſciunt. Si alii facultates monaſterii per avaritiam & fraudes, ſicque *per fas & nefas*, trecentis &c. florenis augent, magnum ſe patrâſſe gloriantur. Sed quid hoc cum propoſito meo? Prælatus præſit & proſit vivis & futuris, piè & juſtè, ſecundùm Dei mandatum, & conſcientiam ſuam. Oportet enim eum villicationis ſuæ rationem reddere in diſtricto examine, etiam de omiſſis bonis operibus. Conjungite igitur, *Venerabiles Sacræ Congregationis Antiſtites*, mentes manuſque veſtras, &, ad majorem Dei gloriam, ad ſalutem, inſtructionem & delectationem hujus & futuræ ætatis, hoc negotium de conſcribendis *chronicis*, ſeu *annalibus monaſticis*,

ſticis,ſeriò volvite atque revolvite. Scribite,ipſo Deo mandante, *pro generatione altera*,& populus,qui creabitur,laudabit Dominum. Scribite, quæ audieritis & cognoveritis, quæ Patres veſtri narravêre Vobis. Iſta non celate filios & poſteritatem noſtram,ut cognoſcat *generatio altera*,ut ponant homines ſpem ſuam in Deo, & non obliviſcantur operum ejus, ſed mandata illius ſervent in æternum. *Callicrates* ſagittâ per latera ictus,poſtquam cum aliis exportaretur,ſeſe morientem miſeratus eſt, non quòd pro Græcia occumberet, ſed quia nihil laudabile poſteris relinqueret. Ne igitur & Vos obſcura mors maneat, præclarum hoc inſtitutum attendite,& ſcribite Deo & Poſteritati. Valete & judicate. Dat. è cella mea clauſtrali in feſto Fabiani & Sebaſtiani Martyrum Anno Domini MCCCCLXXXI.

*Triceſimus ſeptimus TIDERICUS* IV. de *Schönberg*, (n) Vir Nobilis, & Nobilior pietate, doctrinâ, moribus & cunctis virtutibus, eligebatur AD. Mcccclxxxi. fecit poſtea, cum conſenſu Capituli, Coadjutorem Conſanguineum ſuum, (o) ex eâdem familia, *Johannem*. Memoria illius eſt & erit in benedictione. Obiit AD. Mccccxcii. Cizæ, ibique ſepultus eſt anno Pontificatûs ſui XI. Ego ſic de Eo. *TIDERICUS IV.*

*Mons* cecidit! *pulcher mons*: heu *pons*, *fonsq́*, ſalutis
*Numburgi* cecidit! *frons* mihi triſtis. Ita:
*Pulcher mons* cecidit: *Valles* deflete ruinam;
Majoris caſus nuncius ille mali.
Totus *pulcher* erat grandis *mons* ille *Sionis*,
totus at uno ictu, proh dolor! ecce, cadit.
*Pulcher mons*, *Schönberg*, fortunatiſſime Præſul,
quô nunc æternùm cantica ſancta canis.
Hunc *pulcrum montem* pia gens venerabitur omnis;
gaudium enim noſtrum delitiumque fuit.

Alius ſic: C. H.

Omnes *Tidrici* noſtri rexêre decenter,
hoc igitur nomen cœlitùs omen habet.
Aſt omnes inter *Quartus* præſtantior; Ille
*Mons formoſus* erat, *totus amœnus* erat.

G. D.

*Triceſimus octavus JOHANNES* hujus nominis III. de *Schönberg*, electus AD. Mccccxcii. O Deus ſerva nobis, quem dediſti, bonum & fidelem ſervum tuum, & libera eum ab omni malo nunc & in æternum, Amen. *IOHANNES III.*

JODOCUS

(n) De Illuſtri Gente Schönberg. vid. Paul. Mart. Sagittar., Eccleſiaſt. Altenburgi in Miſnia, ſplendorem familiæ hujus Schönbergicæ: de Tiderico autem noſtro Lang. l.c. p. 874. & D. Sagittar, l. c. §. 37. ſeq. Breviter Bucelin. l. c. p. 42. in jure Canonico fuit verſatiſſimus, rigidus juſtitiæ cultor, diſciplinæ eccleſiaſticæ zelator, & œconomus felix. (o) Ex fratre nepotem Lang. l. c. p. 883.

# Jodocus Trutvetter (p)

*R. D.*

# TIDERICO HÖPFFINGK, DECANO S. MARIÆ IN YSENAC,

*Salutem in Domino perpetuam.*

Reddet Reverentiæ Veſtræ *Johannes Pfieſter*, Vicarius Eccleſiæ veſtræ, *chronicon Epiſcoporum Nuenburgenſium*, quod non ſolùm bis attentè perlegi, ſed etiam per adoleſcentulum meum deſcribi curavi. Placet & mihi, & omnibus, qui apud me viderunt. Paucis enim multa dixit Autor, & cùm à nullo, me ſciente, hæc glacies adhuc fracta ſit, laudem promerebit & gratiam apud Antiſtitem ſuum, qui hoc genus ſcribendi ſemper fecit magni. Ego quidem aliis ſtudiis inſudo, cùm tamen *Hiſtoria* proſit & delectet, amo & colo illam, omnesque eos, qui eam ab interitu ſervant, optans, ut etiam noſtri homines, qui poſſunt, & in quorum manibus vetuſtiores membranæ ſunt, de reliquis Eccleſiis in noſtra patria ſimile quid tentent. Meſſis quidem magna, ſed ubi ſunt operarii? Amicus noſter *Johannes* otium & commodam habet occaſionem hujuſmodi res conſcribendi. Bene igitur, quod horas otioſas in talibus occupationibus conſumat, ab omni otio mundano totus alienus. Frater Reverentiæ Veſtræ apud nos pietati & doctrinæ ſtudet, in omnibus laudandus, quod certò mihi credat velim. Sed nunc Vicariam expetit in *Ortruf*. Juvabo eum, quocunque modo potero. Interea commendo Reverentiam Veſtram gratiæ Dei. O. P. M. *Erphortiæ* die S. Gregorii Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXCVI.

(p) Si ſciſſe velis, quis fuerit Jodocus iſte, evolvas velim Annal. meorum Iſenacenſ. ſ. 136.

CUN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CUNRADI EVERMOT,

*PRESBYTERI RAZEBURGICI,*

CHRONICON

# EPISCOPORUM ALDENBORGENSIUM

IN WAGRIA,

*notulis illuſtratum & editum*

à

CHRISTIANO FRANCISCO PAULLINI.

ANNO

*M. DC. XCVII.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

L. B.
*S. P. D.*

SI nihil in hiſtoria *purâ & illuſtri brevitate* dulcius eſt, docente Cicerone *in Bruto, Evermotius* utiq; gratias laudesq; merebit publicas, Præſulum *Altenburgenſium* vitas ſuccinctè enarrans. Diu latuit *Conradus* iſte ſqualore obductus in ſchedis Avi mei materni M. *Franciſci Uranii*, Eccleſiaſtis in burgo crucis ad ripam Vierræ, Viri piè docti & Antiquitatum Germaniæ amantiſſimi. Sed nunc prodeat, fortunamq; ſuam, ſi quâ dignus ſit, reverenter habeat. Eſt & hoc, judice *Reinero Reineccio*, in prælo-quio ſuo ad Ditmarum Merſeburgicum, *cum utilitatis fructu conjunctum haud pœnitendo, profecta ab aliorum induſtria id genus monumenta, ſi fortè lateant, proferre in lucem, quemque inde contraxêre ſitum, conveniente limâ detergere atque expolire.* De autore codicilli non eſt, quòd ſpecialiora à me expectes. Hoc unum ſcio, in agro Lyneburgico natum & educatum, fuiſſe Virum doctum ac religioſum, & vixiſſe adhuc circa AC. MDLXI. Ceterùm vale feliciter! Iſenaci d. XXVII. Aug. annô MDCXCVII.

---

SEmper amas fracidis Veterum impalleſcere chartis,
 teſtis erit facti *Wagria* vaſta tui.
Nomen inauditum fuit hactenus *Everemoti*,
 aſt tua penna *Virum* fecit in orbe novum.
Fauſtæ quisquiliæ! felices denique ſordes!
 hunc quæ theſaurum poſteritatis habent.
Præſulibus dum das *Altenburgenſibus* ævum,
 ipſe Tibi vitam ſic ſine morte dabis.

*Quod ſpondet amicus Amico*
Jacob van Düren, JC.

CHRO-

# CHRONICON
## EPISCOPORUM ALDENBORGENSIUM.

† ‡ †

INter omnes gentes Septentrionales nulla unquam fuit durioris cervicis, & in cultu ſuo idololatrico contumacior, quàm Slavica. Aliquot abhinc ſeculis, ſolius Dei gratiâ, (cujus nomen in ſecula benedictum!) verbum ejus paſſim per Germaniam & alias nationes prædicatum fuerat, Stormaros etiam & Holzatos miſericordia Domini per *Karulum*, Excelſiſſimum Regem, ad fidem tractos illuminaverat, iſti tantùm Dæmonum cultores aures & oculos ſuos pertinaciter occludebant, ſatanico ſuo ſervitio conſtanter addicti. Irrepſerat quidem *Karuli* tempore tenuis & obſcurus radius cœleſtis luminis in Wagriam; at extincto Rege, & ille extinctus eſt, ut Slavi ultra CCC. adhuc annos, à tempore illuceſcentis Evangelii, ſine Deo, ſine gratia, ſine ulla ſpe ſalutis in tenebris manſerint. Quot milliones animarum Sanctiſſimi Viri, & Septentrionis Apoſtoli glorioſiſſimi, *Anſgarius*, *Rimbertus*, & multi alii, doctrinâ & miraculis ad veram fidem perduxerunt, qui ſanè in Slavia etiam non fuerint otioſi. At nihil prorſus efficiebant apud obſtinatos inimicos Dei. Uti igitur Deus ex ineffabili miſericordia ad converſionem Saxonum *Karulum* excitabat; ita ad inſtruendos & ſalvandos Slavos *Ottonem* animavit motu plus quàm heroico & planè divino. Sicut verò ille ſine gladio duram gentem emollire non poterat: ita huic ſine enſe non dabatur progreſſus. (a) Quot labores, pericula, moleſtias, exercitus, ſumtus uterque impendit & conſumſit pro ſalute errantium animarum, ut certè nec Saxonia nec Slavia ſanctiſſimis Imperatoribus dignas unquam rependerit gratias. Juſtum & pium foret, imagines utriusque in omnibus ſacellis, clauſtris & templis, ad perpetuam rei memoriam, ſuſpendere, ut populus quotidiè ad preces & ſuſpiria pro ſalute eorum æterna ſtimularetur. Omnia enim Deus per tantos effecit Heroës. Omnis eorum intentio, unicum votum, omniumque prœliorum primarius finis

*indoles Slavicæ gentis.*

*Caroli M. & Ottonis I. zelus.*

(Y) 2 finis

(a) niſi Ottonis gladius formidabilior fuiſſet, quàm divinæ ultionis cenſura, non tàm citò cervices inclinâſſent, Kranz. L. III. Metrop. c. 30. ideo Ad. Brem. L. II. c. 14. eſt omnium Septentrionalium nationum domitor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

finis lucrum erat animarum. Ideo gratiſſimi Reges ſolum Deum heredem inſtituebant, reddentes ei, quas tanto ſudore acquiſiverant, provincias. Rectè igitur uterque re & nomine dicitur *Magnus*. Sit memoria eorum in benedictione ſempiterna. Ut autem porrò cuncta honeſtè, decenter & religioſè procederent, & nullibi aliquid ſaluti hominum deeſſet, oves ad ovile reductas certis Paſtoribus commiſit *Otto*, & in variis terris ſex fundavit Epiſcopatus, qui ſunt:

*Epiſcopatus ab hoc fundati.*

I. *Havelbergenſis*, fundatus annô DCCCCXLVI. cujus primus Paſtor & Proviſor erat *Udo*, ſeu *Dudo*,
II. *Aldenborgenſis* - - - DCCCCLII (DCCCCXLVIII) - - - Mako,
III. *Brandenborgenſis* - - DCCCCLX. - - - Detmarus,
IV. *Merſeborgenſis* (IV.–VI.: DCCCCLXVIII. (b)) - - - Bozo,
V. *Miſenenſis* - - Borkhart.
VI. *Cizenſis*, ſeu *Numburgenſis* (c) - - - Hugo.

Ut autem major firmitas & tutior in Epiſcopis ordinandis eſſet opportunitas, Archi-Epiſcopatum quendam, ad quem negotia & controverſias ſuas, ſi quæ exortæ fuerint, quaſi ad caput referre valeant, eis conſtitui & præponi communi deliberatione in S. Synodo Ravennenſi anno DCCCCLXVIII. ſtatuit. Erexit igitur eam in confinio Saxonum Slavorumq; ſupra ripam fluminis Albiæ in *Magdeborg* in honorem Dei & S. Mauricii, eique totam Slaviam, & prænominatos Epiſcopatus, excepto tamen *Aldenborgenſi*, quem Archi-Epiſcopo Hammaburgenſi reſervabat, ùt viciniori, pio zelo ſubjecit. (d) Et licèt *Brandenborgenſis* & *Havelebergenſis* antea Moguntino Archi-Epiſco-

*Archi-Epiſcopatus Magdeb.*

(b) alii habent 969. (c) Paul. Lang. in chron. Citiz. circa init. p. 755. edit. Piſtorian. putat, Miſnenſem, Mersburgenſem, Citizenſem, & Havelbergenſem Epiſcopatus uno eodemq; annô (968.) indict. XI., Regni Ottonis I. XXXIII. Imperii autem VI. fundatos, & à Joanne XIII. confirmatos, eodemque anno ipſo natali Domini dictos Præſules quatuor per Adelbertum, Monachum Trevirenſem S. Maximini, tunc Archi-Epiſcopum Magdeburgenſem, anno ordinationis ſuæ ſecundo, ſimul conſecratos fuiſſe. Conſentit Gobel. Perſona Coſmodr. æt. VI. c. 48. modò quòd annum regni Ottonis XXIV. imperii IX. habeat, inquiens: ceteri duo, qui his additi erant, ſunt Brandenburg. (Ditmar.) & Poſnanienſis (Jordanus) prius conſecrati. De Miſnenſi, Merſeburg. & Cizenſi idem aſſerit Ditmar. L. II. chron. p. 29. Havelbergenſem verò prius conſecratum dicens. Idem autem Ditmar. l. c. Adelbertum anno 970. XV. Kal. Nov. Apoſtolicâ autoritate promotum ait. Quod ſi ita ſit, ipſeq; (ſecundùm Lang.) laudatos Præſules anno ordinationis ſecundo ſimul conſecravit, exſurget annus 972. (d) Ad Brem. L. II. c. 7. & ex eo Helmold. L. I. c. 11. cum Crummedyk. in init. chr. Lubecenſ. quinq; ſuffraganeos Magdeburgenſi dat, Mersburg. Citiz., Miſnenſ., Brandenburg. & Havelberg. Eundem numerum habet Kranz. L. II. Vandal. c. 30. at L. IV. Sax. c. 14. recenſet ſex, addens cum Gobel. l. c. ex Ditmaro Poſnanienſem, ſeu Porenenſem. Qui an ſit in Lubucenſem translatus, non enunciat; id tamen pro comperto habet, Lubucenſem è Polonia in ditionem Brandenburg. eſſe translatum. Voluit equidem Otto I. Eccleſiam Aldenburg. Magdeburgenſi, ob gentis cognationem, ſubmittere, ſed Adeldagus Hammaburg. ſuam eſſe maluit, quòd terminus Eccleſiæ ſuæ antiquis Impp. privilegiis circumſcriptus foret. Kranz. & Helmold. l. c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epiſcopo ſubditi fuerint, tunc tamen, juſsû Imperatoris, à vinculo obedientiæ iſtius abſoluti fidem & obſequium *Magdeburgenſi* promiſerunt. (e) Victis igitur & converſis partim Slavis, (f) rebusque Imperii alibi juſtè & ritè diſpoſitis, cultum divinum Otto maximè geſtiebat inſtituere & ulteriùs promovere in Wagria, ejecto abominabili dæmonum cultu, cui omnis terra pertinaciter hactenus adhæſerat. Placuit Principi Maximo, tùm ob loci commoditatem, & portum, qui ibi erat navigabilis, nec non propter jucunditatem, ſalubritatem, terminus totius Slaviæ & caput gentis *Starigardia*, (ſic incolæ vocant, Saxones *Aldenborgum*, ſeu Oldenburgum, Dani *Brandebuys*,) ut ſedem ibi formaret Epiſcopalem, & cathedram ſtrueret in honorem Dei & S. Joannis Baptiſtæ, præſidente Eccleſiæ Hammaburgenſi & Bremenſi *Adaldago*, ſancto Viro. Dives urbs erat & ampla, cives animoſi & bellicoſi, & habitaculum ibi Principum Slavorum. Wagriorum enim, Obotritorum, Kyſſinorum, Polaborum, (g) aliorumque longiùs diſſitorum populorum Domini ùt potentes, ſic feroces, propter latiſſimas terras, quæ ſub jugo eorum erant, palatia inibi multis annis habuêre. Ex hac civitate perpetuò excurſitantes, contra Danos & Saxones, qui ab hoc & iſto latere vicini erant, pro ſuperſtitione & libertate ſua prœliabantur, (h) ſeu indicta iis ab eisdem bella furioſè propellebant, ad cædes & rapinas nati. Molliores autem poſtea per victoriam Ottonis facti, magna eorum pars, abjectis idolis ſuis, veram fidem amplectebatur, exſtructis ubique non tantùm templis, clauſtris & oratoriis, ſed etiam oppidis & villis, ut planè formoſiorem acquireret faciem Wagria à Dei vero cultu. (i) Maximus autem, ditiſſimus & latiſſimus Epiſcopatus hic *Aldenborgenſis*. Subdidit enim Otto primo Paſtori *Markoni* totam Wagriam, (k) cum omni Obotritorum (l) terra, à terminis Holzatorum uſque ad fluvium Panym & urbem Demmyn, nec non uſque ad civitatem *Heidibium*. Sic enim veteres vocabant Sleſevvich. Non eſt in vicinia amplior parochia, quàm noſtra olim fuit. Genuit illa tres alias magnas Diœceſes, *Sleſevvichenſem*, cujus primus Paſtor erat *Haroldus*, (m) *Razeborgenſem*, ubi primò docuit *Ariſto* *Hiero-*

*Altenburg.*

*parit alias Diœceſes,*



(e) conf. narratio fundationis Eccleſ. Magdeburg. à Meibom. annal. Wittek. annex. p. 112. (f) vid. Helmold. L. I. c. 9. (g) Wagrii hodie ſunt Lubecenſes & Aldenburgenſes, Obotriti Meklenburgenſes & Sverinenſes, Kyſſini Gutzovienſes & Gryphiſvvaldenſes, Polabi Ratzeburgenſes, (h) Helmold. L. I. c. 12. (i) Idem l. c. (k) VVagria tunc omnis iſte tractus erat, qui inter Travam, Svalam & Suentinam amnes, deinde à ſeptentrione & oriente mari Balthico Lubecam uſque concluditur: quæ terra noſtrâ ætate magnam Holſatiæ partem conſtituit. Nam Lubecam, Segebergum, Oldeslöam, Plönam, Nieſtadium, Lütkenburgum & Altenburgum complexus eſt. Bangert. in not. ad Helmold. L. I. c. 12. p. 34. (l) in MS. erat Obertt. (m) Ad. Bremenſ. L. II. c. 2. p. 42.

Hieroſolymitanus, & *Mekeleborgenſem*, cui primùm præficiebatur *Joannes*, monachus Scotus, Ordinis S. Benedicti, dans unicuique largiſſimam dotem. Ut verò liberaliſſimus Rex omnis gratiæ & beneficentiæ cumulos in *Aldenborgenſem* Eccleſiam, ejusque Antiſtites, transfudiſſe videbatur: (n) ita hi viciſſim erga Principes, ſeu Regulos in Slavia, & populum eorum benigni ſemper extitêre. Dabatur iis, ut darent aliis, ſicque faciliùs ad gremium Eccleſiæ traherentur. (o) Duriſſima enim gens ſolâ prædicatione flecti non potuit. Neceſſum igitur erat, ut prœmiis ſubinde allicerentur obſtinatiſſimi animi.

*I. MARKO.* Primus igitur Paſtor, ſeu Pontifex *Aldenborgenſium* & ſimul *Sleſevvichenſium* erat *Marko*, (p) Vir humilis, devotus & zelo fervens. Hic vineam ſuam in nomine Domini ingreſſus plantavit, rigavit, conquiſivit operarios undique, & DEI benignitate etiam invenit, paucos licèt, tamen ſtrenuos, non ceſſans, donec ſpinæ producerent uvas. Omnem populum ampliſſimæ ſuæ proviſioni in animam commiſſum usque ad urbem Demmyn ipſe baptizavit, docuit, monuit, & nutantes in fide fideliter confortavit. Nullus dies, nulla abiit hora, quâ non aliquid DEO lucratus eſſet. Si ergo graviſſimum & laborioſiſſimum ejus officium inter incultas haſce gentes rectiùs expendas, facilè judicabis, qualis & quantus fuerit ille. Quamdiu autem ſederit, aut quô annô obierit, tacentibus annalibus ignoratur.

*II. EGEVVARDVS.* Secutus eum eſt *EGEWARDUS*, (q) conſecratus à S. *Adaldago* Hammaburgenſi, in converſione reliquorum Slavorum valde etiam induſtrius. (r) Omnes tulit labores, moleſtias, æſtus & frigora. Bene tamen, quòd nunc floruerit Chriſtiana religio, DEO benedicente, in Wagria omni ex voto. Ædificabantur certatim à Wagriis, Obotritis, & Kyſſinis templa & monaſteria, vocabantur undique & fovebantur Presbyteri, monachi cum Sanctimonialibus, & dabantur iis nutrimenta ſufficientiſſima in terra hac noſtra nunc benedicta. Omnes villæ & anguli reſonabant hymnos & laudes DEI, ut piiſſimus *Otto* Imp. deſuper exultâſſe Deumque in cœlis glorificâſſe dicatur. Adeò creſcebat indies religio, & omnia ſuccedebant proſperè. Ac niſi ob intolerabiles vexationes & importunitates ſecularium, (qui deglubere, non tondere volebant

(n) Dabatur enim Pontifici annuum de omni Wagriorum, ſeu Obotritorum, (i.e. Lubecenſium, Altenburg. Mecklenburg. Sverinenſ.) terra tributum, quod pro decima imputabatur, de quolibet aratro menſura grani, & XL. reſticuli lini, & XII. nummi puri argenti. Adhæc unus nummus pretium colligentis: & præterea multa alia. Helmold. l. c. Kranz. L. II. Vandal. c. 32. (o) Helmold. L. I. c. 12. (p) Marcus, non autem acceſſit anno 970. ut Bucelin. ſcribit German. ſacr. P. I. p. 55. a. (q) Egvvardus, Eguardus, Egardus, Edvvardus, Eduardus, etiam Evagrius, qui primus Epiſcopus eſt Adamo Brem. L. II. c. 8. & 17. (r) Virum ſtrenuum & DEO deditum oportuit eſſe, qui tam grandem DEI vineam acceperit excolendam. Kranz. L. III. Metr. c. 30.

lebant oves,) levis alioquin gens & lubrica ad defectionem permota fuiſſet, (ſ) quousque adhuc progredi potuiſſent Epiſcopi noſtri? ſub hoc *Egevvardo* Sleſewichenſis Eccleſia à noſtra avulſa eſt, proprium ſibi præponens Pontificem *Haraldum*, non ſine damno *Aldenborgenſis*, ſeu reditus, vel animas ſpectes. (t)

Succeſſit *WAGO*, (u) Vir primarius, (w) vixitq; inter Slavos primùm ſatis tranquillè & feliciter. Soror ei erat valde formoſa & pudica, quam Regulus Obotritorum *Billugus* mirum in modum deperibat, & *Wagonem* ſummoperè ſæpius rogabat, ut daret eam ſibi in conjugium. *Wago* rem hanc familiaribus ſuis exponit, qui, intuitu vitæ morumque *Billugi*, tantùm non omnes diſſvadebant, clamantes publicè: quid ſibi velit ruſticus iſte & malè moratus homo cum lepida & honeſta virgine? ſibi ſimilem quærat ille. Quæ res multùm offendit *Billugum*, iram tamen compreſſit. Cùm verò unicè diligeret puellam, precibus tamdiu fatigavit Epiſcopum, donec conſentiret. Peperit illa poſtea *Hodikam*. Quam elegantem virgunculam *Wago* bene erudiri juſſit in ſcholis, &, cum conſenſu Patris, etiam ante annos diſcretionis, in Abbatiſſam promovit in monaſterio *Miklenborch*. Audiens hoc frater ejus *Mizela* frenduit, Patrique ſuo temeritatem crebriùs exprobravit, quòd contra mores patrios non tantùm ex Alemannia duxerit conjugem, ſed quoque filiam ſuam votis ligâſſet monaſticis. Quid alii hac de re judicarent, turpe eſſe dictu. Callidè tamen odium ſuum in Chriſtianos diſſimulabat. *Billugus* aſſiduo filii ſermone valde commotus & perturbatus clanculùm meditari cœpit, quomodo *Hodikam* ex monaſterio ſurriperet, & conjugem ſuam repudiaret. (x) Sed cùm Epiſcopus magnâ polleret auctoritate apud omnes, multosque potentes amicos inter Saxones haberet, rem hanc in commodius tempus diſtulit, ſatis gnarus, nec conjugem pelli, nec res Eccleſiaſticas turbari, ſeu tolli poſſe ſine publico tumultu & manifeſto periculo. Vultum igitur leoninum in vulpinum commutavit. Venerat *Wago* publici negotii causâ in *Micklenborch*, eoque acceſſit *Billugus* cum nobilibus & miniſterialibus aliquot. Ibi prolixè petiit ab Epiſcopo, ne Obotriti poſthac tributum Pontificale (y) amplius ſolverent, quin potius ex ſpeciali gratia permitteret, ut ipſe id colligeret pro meliori ſuſtenta-

III. *WAGO*.

(ſ) Principes incuſat idem l. c. neſcientes modum in imponendis tributis. (t) Sub Adaldago, Archi-Epiſcopo Hamburg., ab Ottone M. tres in Cimbria Epiſcopatus circa ann. 946. ſunt fundati, & Metropoli Hamburg. ſubjecti, Sleſvicenſis ſcilicet, Ripenſis, & Aaruſienſis, quorum illi Haraldum, iſti Liefdagum, huic Reginbrandum præfecit, Vid. Möller Iſag. ad hiſt. Cherſoneſ. Cimbric. P. II. p. 66. & Sexennio pòſt circa ann. 952. abs Ottone M. Aldenburgenſis erectus eſt. (u) Wego, (vv) nobilis, Kranz. L. II. Vandal. c. 38. militari non infimo genere natus L. III. Metr. c. 38. (x) Mislaus ſororem ſuam Hodekam è cœnobio extractam Bolislao Pomerano inceſtiſſimo ſociavit conjugio, Chr. Slav. L. I. c. 15. (y) quo de vid. not. m. ad præloquium chron. hujus c. f.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuſtentatione & educatione *Hodikæ* filiæ ſuæ: ſe contrà offerre villas, quas voluerit ipſe,in omnibus Obotritorum urbibus, iis ſolùm exceptis,quas Rex antea Epiſcopo contulerat. *Wago*,uti erat ſimplex & rectus, nihil doli ſubeſſe autumans facilè conſenſit,& permutationi huic ſubſcripſit,rediens poſtea ad Wagrios ſuos. Cùm verò *Billugus* unà cum filio ſuo *Mizela* reditus ab Epiſcopo ſibi traditos vaſtaret, diſtraheret, abalienaret, & nimis inſolenter in omnibus cum ſingulis ageret, privando colonos equis, vaccis, ovibus, & aliis, acutiùs demum cernere cœpit Pontifex. Veniens igitur in terram Obotritorum,cuncta ſecundum ordinem examinando percepit non ſine lacrumis civium. Monuit igitur *Billugum* amicè & humaniter, ut ab iniquis iſtis auſibus inpoſterum deſiſteret,colonosque in poſſeſſionibus ſuis quietos relinqueret: peccâſſe eum contra leges divinas & civiles graviſſimè, nec effugere poſſe ſummam Regis indignationem pœnamque, niſi reſipiſcat ociùs. *Billugus* omnia pertinaciter negabat, culpam rejiciens in alios. Credidit loqvacitati ejus *Wago*. Ille verò atrociùs perrexit, peccata peccatis cumulans, cum omnimoda devaſtatione prœdiorum villarumque Epiſcopi, etiam uxoris ſuæ malitioſâ deſertione. Omni enim dolo vexabat eam, donec injuriarum pertæſa ad fratrem *Wagonem* ſecederet. Inde omnium malorum ſcaturigo. Vergebat Eccleſia paulatim ad occaſum ſuum. Magnus *Otto* abierat, reliqui *Ottones* gravibus bellis immerſi, manus auxiliatrices afferre non poterant. Sic ſpes omnis in anguſto, & fluctuans noſtra navicula ſine Rectore in vaſtiſſimo pelago omnium procellarum ſpolium erat. Bone DEUS, quantæ molis fuerat Eccleſiam plantâſſe in Wagria, eamque altiùs aliquantò provehere. Nunc in pejus ruunt omnia retròque ſublapſa feruntur. (z) In luctu igitur finiit vitam ſuam Epiſcopus omni laude ſemper condecorandus. (a)

*IV. EZICO.* Conſcendit poſt eum cathedram *EZICO*, Vir Venerabilis & grandævus, (b) conſecratur ab *Adaldago* Hammaburgenſi. Et usque huc Slavi manſerunt in fide & pace, etiam ſub tributo, imperantibus Chriſtianis Principibus *Mizela*, *Naccon* & *Sederich*. Ubique ſacella, oratoria & templa conſtructa, ampla etiam monaſteria condita, vigente, DEI gratiâ, cultu ejus per totam Provinciam. (c) Verùm ſub hoc Præſule rete ruptum eſt non ipſius, ſed barbarorum culpâ. *Miſtavvoi* enim, Princeps bellicoſus,

(z) Sequitur noſter κατὰ πόδας chron. Slav. L. I. c. 14. quod totum exſcripſit Kranz. L. II. Vandal. c. 38. & L. III. Metr. c. 38. (a) Vir totus religioſus, Chron. Lubecenſ. cit. (b) Vir Venerabilis valde & devotus, id. chr. (c) Slavia in duos deviginti pagos partita erat, qui omnes præter tres ad fidem Chriſti converſi ſunt, Helmold. L. I. chron. Slav. c. 14. Ad. Brem. L. II. c. 18. Kranz. L. III. Metr. c. 41.

bellicoſus, magnos faciebat motus, (d) irritatus tamen ab iis, qui volebant eſſe chriſtiani. (e)

Vaſtatâ nunc Eccleſiâ cum univerſa Wagria, & *Ezicone* præ luctu & mœrore defuncto, omnia ſurſum deorſum volvebantur. Miſit tamen DEUS fidelem ſervum *FOLCKWARDUM*, (f) qui verò præter lacrumas & ſuſpiria nil dare potuit amplius. Fluctus trudebat fluctum & motus motum. Cuique diei, imò horæ recens ſua afflictio erat, volente ita DEO. Interim res Chriſtianorum miſerrimè peribant. *Miſtavvoi* cum ſociis ſuis ignem & ferrum minabatur, quis poterat reſiſtere? Ob tributa nimis ſeverè exacta ſanctum Chriſtianiſmi nomen ferè extinctum, certè exoſum & maledictum erat. Quæ poterat *Folckvvardus*, egit, monendo, rogando, obſecrando per DEUM & omnes ſanctos, ut modeſtiùs & mitiùs agerent. DEUM certò ulturum, ſi quæ injuſtè facta forent. Verùm cùm nihil proficeret, rebus magis magisque perturbatis & conclamatis, coactus eſt abire in Norwagiam, quod etiam juſſerat *Libentius* Hammaburgenſis. Laudandus hîc zelus ejus & ſanctus labor, non ſine multorum æterna ſalute. (g) Veteris tamen ovilis aſſiduè memor, diu noctûque orabat. Reverſus tandem ad idem, cùm in pejori, quàm reliquerat, ſtatu cerneret, majori dolore excruciatus, accedente gravi morbo, ibidem exſpiravit. Preces ejus quotidianæ fuerunt: *V. FOLCKVVARDVS.*

*Miſericors Domine. Ex juſto quidem judicio abſtuliſti, quam ex gratia plantaveras, Eccleſiam, ſangvine tuo pretioſo redemptam. Sed reſpice nos miſeros & miſerere tandem noſtri propter nomen tuum in ſecula benedictum. Sic cantabimus Tibi canticum novum hîc & in æternum.*

Suffectus ei eſt *RIMBERTUS*, (h) bonus Paſtor, ſed ſine ovibus. Voluit quidem diſperſas congregare, & munere ſuo fungi, verùm obſtante crudelitate hominum nihil potuit. Commendans ergo vias ſuas Domino, in ſpe & ſilentio, ùt potuit, vixit. *VI. RIMBERTVS.*

(Z) Pedum

(d) Loc. jam cit. (e) Tunc (mortuo Ottone M.) Slavi à chriſtianis judicibus plus juſto compreſſi, excuſſo tandem jugo ſervitutis, libertatem ſuam armis defendere ſunt coacti. Principes autem Winulorum erant Mizzidrog & Miſtrovvoi, quorum ductu ſeditio inflammata eſt. His ergo ducibus Slavi rebellantes, totam primò Nordalbingiam ferro & igne depopulati ſunt. Deinde reliquam peragrantes Slaviam, omnes Eccleſias incenderunt, & ad ſolum usque diruerunt. Sacerdotes autem reliquosque Eccleſiarum Miniſtros variis enecantes ſuppliciis, nullum trans Albiam chriſtianitatis veſtigium reliquerunt. Apud Hammaburg eo tempore ac deinceps multi ex clero & civibus in captivitatem ducti ſunt, plures etiam interfecti propter odium Chriſtianitatis. Add. Helmold. L. I. c. 16. & chron. cit. Lubec. (f) Kranzio eſt vir DEI zelum præferens, L. III. Metr. c. 43. Vir magnæ perfectionis, Lubec. chron. dict. (g) Vid. Adam. Brem. L. II. c. 52. (h) Rombertus, Rembertus, Reimbertus & Reginbertus, Helmold. L. I. c. 17. Adam. Brem. l. c.

VII. BENNO.

Pedum nunc traditur *BENNONI*, Sancto Viro & prudenti, (i) ex choro Eccleſiæ Hammaburgenſis aſſumto. (k) Hic ingenti DEI gratiâ fretus inſtaurare cupiebat Eccleſiam dirutam, inque ea collapſum & extinctum prorſus DEI cultum. Cùm verò omnes poſſeſſiones, ab *Ottone* & aliis fidelibus Chriſtianis ſibi & Fratribus ſuis ex pia eleemoſyna liberaliter olim traditæ, in manus ſecularium perveniſſent, ut nihil inde ſubſidii ſperare liceret, quisque enim profanus alienum pro ſuo reputabat, totam rem juſtâ querelâ expoſuit Duci Saxonum *Bernarto*, quòd ſcilicet Wagri, Obotriti, & reliqua Slavorum gens, ſubtractis omnibus Eccleſiæ facultatibus, ſacra ſtipendia dare reniterentur, nihilque adeò ſupereſſet, unde cum ſuis vivere poſſet. Convocati Principes de iniquis tributis & nimiis exactionibus mœſtiſſimâ voce conquerentes inopiam & impoſſibilitatem ſuam oſtendunt pleniùs. Monuit tamen *Bernartus*, ut ſaltem ex qualibet domo, ſeu exigua vel eximia fuerit, in univerſa Obotritorum provincia duo nummi pro ſuſtentatione Cleri poſthac ſolverentur, idque multis precibus vix tandem obtinuit. Interim *Bozovv* (l) & Nezenna (m) cum reliquis poſſeſſionibus, ſed in Wagria ſaltem, *Bennoni* pro victu & amictu redditæ ſunt. Promiſerant quidem Slavi coram facie Regis omnia cetera, ad Epiſcopum pertinentia, fideliter reſtituere, ſed mera verba dabant & plus nihil. *Bernartus* etiam, turpiſſimum avaritiæ mancipium, Slavos tot & tantis tributis quotidie emungebat & exhauriebat, ut DEI, religionis, Sacerdotum penitus obliviſcerentur. Impiæ iſtæ exactiones primaria cauſa ſunt, quòd florentiſſima olim & ferventiſſima religio in Wagria extincta ſit. Sapienter Apoſtolus (n) avaritiam omnis mali radicem vocat. Cùm itaque ſcopum piè ſibi præfixum, ob res publicas & privatas maximè turbatas & attritas, contingere, aut cum Fratribus ſuis in antiqua Sede ſubſiſtere non poſſet *Benno*, mœroris plenus ad *Barevvardum* Hilleshemienſem ſe contulit, qui benignè excepit hoſpitem & exulem, de bonis Eccleſiæ ſuæ omnia neceſſaria ei ſuppeditans. Fundaverat S. Præſul monaſterium quoddam in honorem & memoriam S. Archangeli *Michaëlis* pro monachis Benedictinis in ſeptentrionali urbis ſuæ parte. Cùm igitur dedicationis feſtum ſolenniter indictum eſſet,

rogatur

(i) Magnæ devotionis, Helmold. lib. cit. c. 18. Chriſti confeſſor Id. l. c. Kranz. L. II. vandal. c. 43. vir egregius & magnæ ſanctitatis cum induſtria, L. III. Chetr. c. 51. homo prudens & magnæ induſtriæ, chr. Lubec. cit. (k) Bucelin in annal. German. ad ann. 1067. vocat monachum Hildeſianum, (l) de hac villa legi merentur notæ Bangerti ad L. I. chron. Slav. c. 14. p. 44. B. (m) quæ villa eſt ad Travam ſita, non procul à Pronſtorp, hodie Guiſſow dicta, (n) 1. Tim. VI. 10.

rogatur *Benno*, ut ſiniſtrum Eccleſiæ latus dedicaret. Quod ille cum gaudio facturus, licèt valetudinarius, ad ſacrum ſe accingit actum, verùm immenſa multitudo populi, partim ex devotione, & ſub ſpe obtinendarum indulgentiarum, partim quoque ex novitate & cupiditate peregrinum viſendi Epiſcopum, turmatim accurrens, ſanctum Virum adeò compreſſit, ut paulò pòſt diem obiret ſupremum. Jacet in ſeptentrionali ejusdem monaſterii Eccleſiæ latere. (o)

Subſtituitur ergo *MEIGNERUS*, (p) conſecratus à *Libentio* Hammaburgenſi, hujus nominis ſecundo. Quamdiu præfuerit, neſcio. (q) *VIII. MEIGNERUS.* Hoc certum eſt, quòd fidem & diligentiam ſuam in reſtauratione Eccleſiæ vaſtatæ pro omnibus viribus ſuis conſtanter impenderit, ſed durantibus tributorum & vectigalium graviſſimis gravaminibus fruſtra actum eſt, quicquid ab eo factum eſt. (r) Eos autem, qui in fide catholica permanſerant, confortavit in Domino verbis & literis. Adeò ſordida Saxonum avaritia maximum Evangelii curſum ex permiſſione divina per plurimos annos ſufflaminavit. (ſ)

Intrat poſt eum miſerrimam Eccleſiam *ABELINUS*, ſed eodem cum ſucceſſu, inque pari rerum ſtatu. *IX. ABELINUS.* Exiguas Wagriæ res quadantenus hinc & inde ſuſtinere, res tunc erat difficilima, ampliare eas, ob pertinaciam populi, prorſus impoſſibile. (t) Spes tamen nunc melior quàm antea alnit mortalium pectora, *Godeſcalco* cultum divinum ſtrenuè promovente. (u)

Vocatur nunc *EYZO*, monachus Ordinis S. Benedicti. *X. EYZO.* Reſtauratus hactenus fuerat ſanctus Dei cultus indefeſsâ operâ & piâ munificentiâ Sancti *Godeſcalci*, ut cuncta procederent ex voto. Sed non diuturnam erat hoc gaudium à Deo nobis factum. Filii enim Belial, ex juſto Dei judicio, pium zeloſumque Virum unà cum ſacerdote *Ebbone*, & multis aliis, tàm clericis, quàm laicis, propter fidem catholicam quam magno zelo propugnaverat, in urbe *Lenzen* ad ipſum altare, inter devotiſſimas preces, crudeliter occiderunt. (w) Nec hìc ſubſtitit furor & ferocia barbarorum, ſed per totam Provinciam magno impetu diffuſa, omnes Dei confeſſores pecudum more ſine diſcrimine trucidavit. Adalbertus Hammaburgenſis magnâ potentiâ & gratiâ apud *Henricum* Imperatorem & Romanum Pontificem *Leonem* fulgens, cujus Legatus erat,



(o) Conf. chron. Lubec. cit. Helmold. l. d. Kranz. L. II. Vandal. c. 43. & L. III. Metr. c. 51. nec non Reutelii Hilleshem. in vit. Berwardi, (p) Meinerus, Meinherus, Meinherius, Meynhartus, Meinardus, Reinherus, (q) Kranz. l. c. c. 44. Præſulatum ejus brevem conjicit, (r) Id. L. IV. Metr. c. 17. (ſ) chron. Slav. L. I. c. 19. (t) Kranz. loc. jam cit. (u) Id. lib. cit. c. 39. Helmold. L. I. chron. c. 20. (w) Vir omni ævo memorabilis, chron. Slav. L. I. c. 19.

ſorte autem ſuâ & venerabili dignitate parùm contentus, titulum & poteſtatem *Patriarchæ* ex arrogantia affectabat, volens ſibi ſubditos habere duodecim Epiſcopatus. (x) Effecit igitur lenociniis ſuis, ut magna, ampla & opulenta Diœceſis noſtra in tres alias divideretur, in *Aldenborgenſem*, (nunc Lubecenſis dicitur,) *Razeborgenſem*, & *Meklinborgenſem*, (Sverinenſem poſtea) quod non eſt laudabile. (y) Filiæ enim devorârunt matrem ſuam. Facilis erat omnibus & liberalis, ideò multi ob fidem pulſi quotidie ad eum, ceu ad aſylum ſuum, feſtinantes, largiter alebantur. Inter multos erat *Eyzo* noſter, quem in ſedem *Abelmi* repoſuit, *Joannem* Scotum verò, qui adjutus à *Godſcalco* multa millia hominum è tenebris ad lucem veritatis perduxerat, Epiſcopum fecit in *Meklinborg*, *Ariſtonem* verò exulem Hieroſolymitanum in *Razinborg*. Sed in hoc publico Slavorum tumultu, qui cum ſue ad volutabrum ſuum, veteranus iſte *Joannes* glorioſè martyriſatus eſt. (z) O quàm precioſa mors juſti in oculis Domini! Hoc me cruciat, quòd maledictus populus ſanctiſſimum caput ejus diabolico ſuo Numini *Radegaſto* (a) immolaverit in idololatrica civitate *Rethra*. (b) Sic omnes ad gentiliſmum relapſi, nec Deum aut ſanctos ejus curârunt, nec aliquis à furore eorum tutus, qui nomen Dei profeſſus eſſet. Fuit igitur ovile *Aldenborgenſe*, ut *Meklinborgenſe* & *Razinborgenſe*, ſine Paſtore & ovibus (heu! dolor) annis quatuor & octoginta. Habebat *Eyzo* capellanum, monachum Ordinis ſui, *ex vivario peregrinorum*, (c) qui in turbulento hoc rerum ſtatu inter barbaros propter Chriſtum multa paſſus eſt tormenta. In exilio demum venit ad Abbatem Herosfeldenſem, qui benevolè habuit virum devotum. Ibi Henrici IV. filium Con-

(x) Id. l. c Kranz. L. IV. Metr. c. 40. (y) Diploma vide in Antiquit. Brunſvic. edit. Mader. prim. p. 121. (z) Epiſcopus ſenex cum ceteris Chriſtianis in civitate Magnopoli ſervabatur ad triumfum. Ille igitur pro confeſſione Chriſti fuſtibus cæſus, deinde per ſingulas Slavorum civitates ad ludibrium ductus, cùm à Chriſti nomine flecti non poſſet, truncatis manibus ac pedibus in platea corpus ejus projectum eſt. Caput verò deſectum, quod pagani conto præfigentes in titulum victoriæ Deo ſuo Redigaſt immolaverunt. Ad. Brem. L. IV. c. 11. chr. Slav. L. I. c. 23. exq; iis Kranz. L. IV. Metr. c. 43. & L. III. Vandal. c. 4. (a) Radegaſtus, celebre Obotritorum numen, totus in urbe Rethra in fano ſuo aureus ſtabat, teſte Helmoldo L. I. c. 2 & Ad. Brem. L. II. c. 11. capillis capitis avicula diſpaſſis alis inhærebat. Pectori tauri caput nigrum, gentis inſigne additum, qui dextrâ fulciebat; ſiniſtrâ bipennem jactabat. Imaginem ejus ex chr. Saxon. dedit Bangert. in not. ad L. I. c. 52. p. 126. Conf. ſchediaſma D. Maſii de Dîs Obotritis præcipuè Rodegaſto, cum notis Andr. Borrichii, Hafn. 1688. & Sagittar. Comment. de Bardevico c. 2. §. 20. ſeqq. (b) Kranz. intelligit urbem Stargardiam L. IV. Metr. c. 43. & L. III. Vandal. c. 4. ultra Panim. Denotat enim Stargard magnam, nobilem, & antiquam civitatem. Adde not. Bangert. ad L. I. c. 2. p. 13. B. (c) ita Murbachium dicitur Bucel. Germ. ſacr. P. II. p. 63. a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Contradum anno MLXXIV. baptizavit *Eyzo*. (d) Sit memoria ejus in benedictione & anima in pace!

Nunc ad *VICELINUM*, quem alii *Viſcelinum* & *Wiſcelinum* appellant. Natus iſte in Quernhamele ad Wiſura in parochia Mindin. *Rotgerius*, Canonicus & Presbyter ibidem, primam ejus pueritiam rexit & flexit, ſingularis ejus benefactor. Deinde in caſtro *Everſten* à nobili Matrona & Comitiſſa loci menſam liberalem habuit, utroque parente jam orbatus. Oportebat eum preces & meditationes ſpirituales quotidie prælegere devotiſſimæ Dominæ, ideò in pretio habebatur ab ea. Traditus diſciplinæ Presbyteri D. *Blaſii* in caſtro non adeo magnos fecit progreſſus. Hebes ei primò ingenium & tardior memoria, ideoque nimis lentè cum eo feſtinandum erat. Sacerdos autem illius pertæſus parvam impendebat curam, putans, ex hoc ligno non poſſe ſculpi Mercurium. Examinatus aliquando, ut ludibrium fieret aliis, & interrogatus, quos libros in patria deguſtâſſet? reſpondit, *Achilleidem Statii*. At cùm nihil amplius ſciret, cum riſu exceptus & mordaci cachinno. Quæ res in pudorem eum conjecit, ut clam abierit *Pathebrunnam*, ubi ſtudia & artes liberales diligentiùs tractabantur, cùm Magiſter *Hartmannus* fideliter erudiret. Hîc majorem animum ad ſtudia applicans, chartis diu & noctu impalluit, etiam cum diſpendio valetudinis ſuæ, tantumq; divino opitulante Numine, effecit, ut ex diſcente fieret docens, ipſeq; conſtitueretur Collaborator, ſeu Commagiſter Præceptoris ſui *Hartmanni* in ſchola Pathebrunnenſi. Sic docendo didicit, aſſiduus in pietate, & induſtrius in omni labore, converſatione laudabilis, modeſtiâ & candore ſingulari præſtans. Cùm aliquando in feſto D. *Nicolai*, Patroni ſui primarii, in capella S. *Brigithæ* devotionem ſuam cum aliis haberet, angelicas modulationes audivit, & quidem has: *ita: S. Nicolaus triumfat: ita, triumfat*. Ex *Pathebrunna* cum conſenſu ſuorum venit *Bremam*, ubi etiam officio functus ſcholaſtico, ejusque pietas & doctrina ſpecialiter grata erat *Fretherico* Archi-Præſuli. (e) Poſtea cum diſcipulo ſuo *Thiatmaro* Saxone in Franciam profectus eſt, altiorum majorumque ſtudiorum gratiâ. Audivit ibi ſanctos & doctos Viros, inter quos laudabat ſemper *Anſelmum* & *Rodolphum*. Poſt triennium rediit Bremam, ſed non diu manſit ibi, cùm ſanctitate *Northberti*, Archi-Epiſcopi in Mageburg, allectus ad eum veniret, qui Presbyterum conſecravit probum *Vicelinum*. Cumque vitæ Apoſtolicæ fervore arderet Vir zeloſus, ſuumque deſiderium exponeret *Northberto*, maximè confirmabatur ab eodem. Manifeſtavit id quoque *Athalberoni* Bremenſi, qui gaviſus in Domino, quanta res ſit, ſaluti aliorum invigilare, plenius addidit. Miſſus ergo ab eo cum duo-

XI. VICELINUS.



(d) vid. Lamb. Schafnab. ad hunc ann. (e) vid. chron. Bremenſ. VVolteri apud Meibom. T. II. rer. German. p. 49. ſeq.

duobus *Liudolfis*, quorum alter ex Ferden, alter ex Hilleshem erat, uterque autem Presbyter, ad *Henricum*, Slavorum Principem, fide Chriſtianorum imbutum, & bonos operarios in vinea Domini maximè expetentem. Grati & accepti erant *Henrico* hi Miſſionarii, quos benevolè excepit, & in propaganda fide illis viriliter adſtitit. Ipſo autem defuncto, omnia heu! conturbabantur, collapsâ religione, quæ baſis eſt omnium hominum ſalutis. Ut tamen ſolatium haberet *Vicelinus*, & ſuſtentationem, ab *Athalberone* cum aliis mittitur in *Faldern*. Hîc precibus, jejuniis & aſperiori vitæ deditus non otioſus delituit, ſed totam peragrans provinciam, verbum Domini prædicavit magno zelo & fructu, lucrum animarum omnibus anteponens theſauris ac deliciis. Verùm licèt optimum ubique ſpargeret ſemen, Satanas tamen zizaniam ſuam ſuperaddidit. Cùm verò opus Domini tam ſtrenuè, tam fideliter procuraret, convertendo, confortando, baptizando, etiam Dominus cum & per eum mirabilia fecit. Allecti ſunt conſtantiâ & fervore *Vicelini* alii probi Viri, muneris Apoſtolici cupidi, ut conjunctis animis & connexo labore res ſuccederet proſperiùs. Ita Evangelium ultra octoginta annos ſuppreſſum & eradicatum repullulare & refloreſcere cœpit in tota Wagria. Sed quas moleſtias, labores, pericula, & injurias *Vicelinus* cum ſociis ſuis tulerit, non facilè dicam. Mox enim pulſi, aliisque modis terribiliter vexati, animos tamen non mutârunt, ſed palmæ inſtar contrà audentiùs ibant. (f) Animadverterat Vir religioſus & planè ſpiritualis, populum ferociorem ſine inſigni Principis auctoritate & metu pœnarum non poſſe frenari aut contineri. Adiens ergo *Lotharium* Regem, tunc agentem in *Barduvvich*, ſuaſit & perſuaſit, ut caſtrum ædificaret in monte *Æhlberg*, quem poſtea melioris ominis causâ *montem victoriarum*, Segberg, vocârunt. Ad hujus radicem templum condidit, (g) cui ſex oppida & amplas poſſeſſiones dedit, *Vicelino* autem totius Slavicæ gentis ſupremam curam & inſpectionem. Sic poſt triginta annorum perpetuas moleſtias & duriſſimos labores, poſt tot certamina & victorias, favente divinâ gratiâ partas, in ſenio ſuo *Vicelinus* fiebat Epiſcopus Aldenborgenſis. Sedit in cathedra ſua quinque annos & novem hebdomadas. Tertio dignitatis hujus anno paralyſi in *Faldern* tactus, non poterat amplius, quod voluit, in ſanctiſſimo munere ritè explere. Bene tamen egit ſingula & laudabiliter. Obdormivit in Domino pridie Idus Decembris Anno Chri-

(f) ideò durus barbarorum malleus dicitur in chr. cit. p. 50. (g) literas fundationis poſt Bangert. in not. ad L. I. chr. Slav. c. 53. p. 129. dabit Sagittar. in Bardevico ſuo c. VI. §. 3.

Chriſti MCLIV, & requiem invenit in Eccleſia *Falderenſi*, quia cathedralis tunc nondum erat reparata. Ante & poſt mortem multis claruit miraculis. Hæc pauca ſufficiant. Totam enim vitam & omnia merita Venerabilis Epiſcopi ordine narrare, peculiare requirit volumen. Verùm quæ ego ſcienter reticui, habebis apud alios; quos inter mihi placet *Borchardi de Plexen*, (h) Com-Presbyteri mei, vita *Vicelini*, eleganter compoſita. (i)

Poſtremò occupat Sedem Aldenborgenſem *GEROLDUS* ex Suevia, licèt alii (k) eum nobilem Bavarum faciant, qui in civitate Brunſwich apud S. Petrum & Paulum ſcholæ Magiſter fuerat, & laudabilis vitæ. Probus enim & doctus erat: (l) cupiebat primùm fieri monachus Ordin. Ciſterc. in cœnobio *Riddageshuſio*, (m) ſub fratre ſuo *Cunrado*. Verùm providentia Dei ad majora Eum reſervârat. Mortuo enim *Vicelino*, admirabili Viro, *Heinricus Leo*, Bavvariæ & Saxoniæ Dux, qui valde æſtimabat Virum ob doctrinam & ſanctimoniam, (n) conſentientibus omnibus aliis, annô MCLIV. in hanc vineam evocavit. (o) Sed *Hartevicus*, Archi-Epiſcopus Bremenſis, conſecrationem ei denegabat, imò alium in ejus locum obtrudere conabatur. Quod cùm reſciret Dux *Heinricus*, tunc in Italia morans, ad ſe venire juſſit *Geroldum*. (p) *Hartevicus* ſiniſtra quæque ſuſpicans, ſcripſit Papæ *Adriano* IV. rogans, ut ab actu conſecrationis abſtineret, ſibi enim, ùt Metropolitano & ordinario, eam competere. Et ſanè repulſam primò tulit Dux pro *Geroldo* intercedens, mox tamen animi ſententiâ mutatâ fecit Summus Pontifex, quod rogaverat *Heinricus*, & in Epiſcopum ordinavit *Geroldum*. Hinc odio inflammatus Bremenſis, neſcio quæ verba minarum plena protulerit. Tandem verò placatus, mitiùs & ſaniùs loqui cœpit. Veniens autem bonus Antiſtes ad Eccleſiam ſuam, invenit eam valdè depauperatam, adeò ut non eſſent neceſſaria vitæ ſuſtentacula vel ad unicum menſem. *Faldera* enim poſt tranſitum B. *Vice-*

XII. GEROLDUS.

(h) fortè à patria ita dictus fuit Burcardus. Erat autem in pago Rhiuſtri (quo de Cl. Meibom. de pagis Germ.) villa, dicta Pleccazze, hodie Blexen, locus emortualis VVillehadi, primi Archi-Epiſcopi Bremenſis. Vid. Ad. Brem. L.I. c.XI. VVinckelmann. L.II. VVeſtfal. c. 5. p. 281. ſeq. (i) ita: quæ ſuccinctè hic tradit Evernor, latiſſimè explicat Helmold. chr. Slav. L.I. c.42. ſeqq. cujus vitulô arat Kranz. L.III. Vandal. c.32. & 39. & L.IV. c. 1. 9. 14. 15. 18. 19. 20. L. VI. Metrop. c. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & in Saxon. paſſim. Adde chron. Schauenb. edit. Meibom. chr. Lubec. Crummedyckii. Bangerti not. ad Helmold. Mölleri noſtri Iſagog. ad hiſt. Cherſones. Cimbric. P.IV. c.3. &c. (k) ùt Kranz. L.VI. Metr. c.38. & 43. (l) ſcientiâ divinarum Scripturarum adeò imbutus erat, ut neminem in Saxonia videretur habere parem. Helmold. L.I. c.79. (m) Vid. Meibom. chron. Riddageshuſ. (n) Helmold. l.c. (o) contrariatur hic annus inſcriptioni Eccleſiæ cathedralis Lubec. Vid. not. Bangert. ad Helm. l.c. (p) l.c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vicelini* ſe ſubmiſerat Eccleſiæ Hammaburgenſi. *Boſau* tantùm inſerviebat adhuc inopiæ Antiſtitis, ipſa egena & pauper. Igitur ad Archi-Epiſcopum proficiſcitur, honeſtum victum & amictum ab eo petiturus. Qui licèt primo congreſſu durum & immitem ſe præberet, amicitia tamen demum reſtabilita eſt inter utrumque. Regreſſus itaque cum *Cunrado* fratre in Wagriam, fidem chriſtianam magno zelo & fervore prædicabat, eradicatis lucis, omnique paganorum peſtilitate, quantum in ſe erat, extinctâ. (q) *Heinricus* verò Dux precibus *Geroldi* ſtimulatus, eâ, quâ polluit, auctoritate Imperiali, (r) anno MCLXIII. cathedram *Aldenborgô* tranſtulit Lubeccam: ubi conſtitutis XII. Canonicis, ſecundùm numerum Apoſtolicum, nobilis & devotus Comes *Adolphus* (ſ) reditus & bona iis attribuebat. Deceſſit autem *Omega* Aldenborgenſium & *Alpha* Lubeccenſium Præſulum eôdem, vel ſequente, anno in *Boſau.* (t) Jacet Lubeccæ in æde Joannæa in monte, quam ipſe conſtruxerat. Beati qui moriuntur in Domino, vivunt enim & triumfant in æternum.

CHRI-

(q) Id. Helmold. L. I. c. 82. (r) facta poſtulatione obtinuit apud Cæſarem auctoritatem Epiſcopatus ſuſcitare, dare & confirmare in terra Slavorum, quam vel ipſe, vel Progenitores ſui ſubjugaverint in clypeo & jure belli. Id. L. I. c. 80. (ſ) cujus laudes dicet idem L. II. c. 5. (t) Vid. fuſius id. L. I. c. 79. ſeqq. & c. 94. Kranz. L. VI. Metr. c. 38. Vandal. L. IV. c. 21. ſeqq.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI

# CHRONICON
## *CONGREGATIONIS*
# BADESLEBIENSIS,
## MARIENBECK
*DICTÆ*,

ORDINIS AUGUSTINIANI,

DIOECES. HALBERSTAD.,

*VARIIS LITERIS ET MEMORABILIBUS ILLUSTRATUM.*

(*Nn*) *V. CL.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*V. CL.*

# M. MICH. URANIUS,

## INCLYTI OLIM GYMNAS. HERSFELDENS. RECTOR,

### IN ORAT. SUA INAUGURALI.

TAnta Venerandæ Antiquitatis hiſtoriarumq; , cunprimis Germaniæ noſtræ, dignitas, ſplendor & eminentia eſt, ut licèt *puſilla* & *abjecta* quædam imperitis videantur, prudenti tamen anſam dabunt ſublimiùs meditandi, ſiquidem in *ſtercore* aliquando cubat *aurum*, quod ſolus *Maro* eruet. Noli igitur ſpernere párva, quæ grandia & excelſiora ſubinde ſpondent & monſtrant. Pulcherrimum ſanè ſpectaculum, ſi *Homerus* in *nuce* appareat.

## IN CHRONICON BADESLEBIENSE.

SIc Veterum *chartas tantùm excuſſiſſe juvabit?*
*ſic* obſcura *placet nobilitâſſe loca?*
*Tu potes in parvis* illuſtrem *oſtendere mentem;*
*Tu facis* auguſtum, *quod fuit antè* nihil.
*Si taceant homines de Te*, pia ſaxa *loquentur;*
*ſurgent in laudes* oppida, clauſtra *tuas.*

STEPH. LUDOLF. BUGGEROD D.

# B. C. D.

## §. I.

*J. Winnig-ſtad.*

JOannes Winnigſtadius, (non *Wimenſtedius*, ùt *David Chytræus* (a) ſcribit,) Monachus Ord. S. Auguſtini ad D. Joann. prope *Halberſtadium*, cùm Lutero ejusque doctrinæ nimiùm favere videretur, ab Officiali & Præfecto Epiſcopi urbe ejectus *Wittebergam* ad Luterum ſe contulit, à quo *Einbeccam* miſſus; at inde quoque pulſus *Hüxariam* venit ad Viſurgim, ibique primus Luteranæ doctrinæ ſemina ſparſit, deinde *Quedlenburgi* ad D. Blaſium Eccleſiaſtes factus eſt, tandem abiit *Goslariam*. Ille

*chron. Halberſtad.*

*Winnigſtadius* compilavit chronicon *Halberſtadienſe* linguâ Germanicâ, ſed ex charta in papyrum tantùm non omnia, certè vetuſtiora & potiora, tranſcripſit, *Martini Rehboccii*, Nobilis cœnobitæ Corbeiæ Saxonicæ & Præpoſiti Gröningenſis ad Bodam, nec non *Herrandi*, Monachi Ilſenburgici, ſedulus expilator, quod ex collatione hujus chronici *Martiniani*, in Auguſta bibliotheca Wolfenbyttelenſi viſi, deprêndimus, nec ipſe diffitebitur *Winnigſtadius*. Brevius quidem *Martinus* ſcripſerat, & ad ſua uſque tempora. *Joannes* verò latiùs, adjectis recentioribus rebus. *Martinum* iſtum

*Hoymiorum origo,*

commendant quoque rythmi Veteres. (b) In hoc ſuo opuſculo varia inter ſcribit *Winnigſtad.*, *Haymonem*, ſeu *Heumonem*, vel *Hemmonem* (ùt Annales Fuldenſes vocant,) ex Anglo-Saxonum gente, Venerabilis *Bedæ* conſanguineum, Monachum *Fuldenſem*, non *Hersfeldenſem*, (ùt *Kranz.* (c) & *Trithem.* (d) rati ſunt, qui poſterior tamen antea rectè nobiſcum ſenſerat, (e)) in Illuſtri ſchola *Corbeienſi*, ùt antea *Fuldenſi*, & poſtea *Hersfeldenſi*, S. Theol. Lectorem, non verò Abbatem hujus cœnobii, (quod contra *Trithemium*, quem cœco paſſu ſequitur *Pitſeus*, (f) ex *Brovvero* (g) & *Gerard. Joann. Voſſio* (h) notes velim,) tertium Eccleſiæ Halberſtad. Antiſtitem, Hersfeldiâ quendam ſibi fidelem ac dilectum adduxiſſe ſecum, cui omnia negotia ſecularia committebat, eique prædium aliquod, ſeu villam, dediſſe non procul à *ſalinis fontibus*, quæ tandem in pagum excrevit, inque perpetuam gratæ rei memoriam, ab ipſo dictus eſt *Hoym* ſeu *Haym*, & inde deſcendiſſe Nobiles *Hoymios*.

*Ioann.*

E quibus erat *Joannes*, Vir eximiâ virtute, multiplici doctrinâ, morum ſuavitate, & erga omnes affabilitate gratiſſimus, vel ideò perenni memo-

(a) L. XIII. Sax. p. 401. (b) de laudib. & miracul. S. Viti, (c) L. I. Metrop. c. 33. (d) L. IV. de Vir. Illuſtr. O. S. B. c. 194. (e) L. II. c. 32. (f) de Illuſtr. Angliæ Scriptor. (g) L. I. Antiqu. Fuld. c. 13. (h) de Hiſtoric. latin. L. II. c. 3.

memoriâ dignus, quòd nihil unquam de bonis eccleſiaſticis paſſus ſit aut vendi, vel diſtrahi, ſeu alienari, nec ſuis unquam aliquid donare voluit, ne dicerent: ſe hoc ab Eccleſia tenere. Solitus enim dicere eſt: *ſacra bona ſecularibus data eſſe inſtar rubiginis ferrum corrodentis.* (i) Ex eadem gente fuit *Gevehardus*, Præſul Halberſtad. XXXVIII. Hinc Kranz. (k) ex Ordine Miniſterialium ejus ditionis natum dicit, qui Vir præſtans Eccleſiæ ſuæ *ſumma cum laude* per viginti annos præfuit. Verùm ſi *Winnigſtadio* credimus, nec Eccleſiaſtica, nec ſecularia ſollicitè, & uti par erat, curavit *Gevehardus*, illis Suffraganeo, his Advocatis Præfectiſque ſuis tranſmiſſis. Ideo *Joachim. Rulf*, Burgenſis Saxo, P. L. G. (l) ſic: *Gevehard.*

*Dignam ſacrorum curam qui miſerat omnem,*
*crediderat*q*, aliis, vacuo ſtant pectore molles*
*curæ, non ſine dente jocos expertus abunde.* *malè audit.*

Plebs ſiquidem cantillabat:

**Biſkop Gebhard van der Bode /**
**Sin Roß beſchritt er node /**
**ſin Stab iſt kurt und ſchlicht /**
**zum Biſkopsamt dögt er nit.**

*Bucelin* tamen inquit: (m) laudatiſſimum eum obiiſſe, verùm non anno MCCCCLXX. ſed MCCCCLXXXIV.

§. II. Quicquid ſit, ſeu unde originem ſuam trahant *Hoymii*, quam nunc altiùs indagâſſe nec vacat, nec lubet, zeli Paſtoralis *Gevehardini* ſpecimen habemus in confirmatione fundationis Congregationis *Badeslebienſis*. Cùm enim audiret, laudabilem Conventum Sororum *Vallis Mariæ* in oppido *Eldageſſen* Ord. S. Auguſt., Diœceſ. Hildeſ., *morum honeſtate, bonorum*q*, operum ſtudiis plurimos hactenus ædificâſſe, ac de operibus manuum ſuarum de victu & amictu, ceterisq, neceſſariis rebus ſibi providere*, ipſæque ſorores humiliter licentiam abs eo petiiſſent, magnam liberamque curiam ſuam *Badeslebii* in Diœceſi Halberſtad., à *Theodorico Brandio*, (non *Einem*, ſed *Emâ* Brunſvicenſi) ex inclyto monaſterio *Burſfeldenſi* ad Viſurgim Ordin. Benedict. primùm Priore, deinde, extincto *Joanne Oldenrotio*, ſeu *Oldenotio*, ùt *Baſſæus* ſcribit, ſui nominis primo, circa AC. MCCCCXLVIII. non MCCCCVIII. Abbate monaſterii *Huysburgenſis* ejusdem familiæ XXIX., Viro ſempiternâ laude digno, unà cum molendino quingentis florenis rhenenſibus emtam, in religioſam ædem novamque congregationem, ad normam *Eldagenſis*, convertendi, lubenter annuit ipſe, locumque iſtum *rivum Marianum*, ſeu **Marienbeck** / voce Saxonicâ nominavit. Miror, hujus rei nullam mentionem *zelus ejus.*

(Oo)

(i) ex MS. chron. Halberſtad. (k) L. XI. Metrop. c. 48. (l) in origin. Halberſtad. Reip. per ſingulos Epiſcopos ad noſtra uſque tempora heroico carmine deductis, (m) German. ſacr. P. I. p. 22. a.

nem fieri in chronico *Huyſburgenſi*, à Celeberrimo Viro *Henrico Meibomio* (n) innexo, ſeu in *hiſtoria Halberſtad.* D. *Sagittarii.* Vidimus *Huyſburgi* chronicon aliquod minutum MS., ſeu potius catalogum Abbatum, cum brevi explicatione, fœdis tamen mendis ubique ſcatentem, *Henrici Baſſei*, Monachi

*H. Baſſæus,* Huysburgenſis, (qui ſub *Joanne Stoppelio*, Cosfeldenſi, hujus nominis II., Abbate XXX. anno MCCCCLXXXIV. cœnobium ingreſſus, factus poſtea Prior *Ballenſtedenſis* ad Hercyniam, ubi conditus eſt. Subſtitit in narratione *Conradi* IV. Abbatis XXXI. cognomine *Richerding*, (primô dignitatis ſuæ annô, poſt Chriſti natalem MDVI., elati,) quam *Jacobus Hildesheimius*, Abbas XXXVI., usque ad *Georg. Puſter* - non Pürſten - *macherum*, è cujus manibus ſacram veſtem ſumſerat, pertexuit. Et hoc ipſum chronicon eſt, quod *Mei-*

*Eldagſen,* *bomius* dedit, prologum ſi demas. Ceterùm *Eldageſſen* elegans adhuc oppidum in Diœceſi Hildeſienſi, duobus milliaribus à Metropoli ſua diſtans, quod annô MCCCCLXX. Comites *Schaumburgici* armatâ manu ceperunt & expugnârunt. (o)

*fundatio ipſa,* §. III. Verùm ut cuncta diſtinctiùs latiùsque intelligas, ecce tabulas *Gevehardinas.*

*Gevehardus*, DEI & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Halberſtad., Devotis Nobis in Chriſto fidelibus ſororibus, Rectrici & Conventui ſororum *Vallis DEI* in *Eldageſſen*, Ord. S. Auguſtin., Hildeſemenſ. Diœceſ., ſalutem in Domino ſempiternam. Ex Paſtoralis officii Nobis injuncti debito inter cetera tenemur, ut his, quæ pro divini cultûs religionisque incremento, ac animarum ſalute profutura noſcuntur, partes noſtræ ſollicitudinis impendamus, eaque benigno favore proſequamur. Sanè relatione veridicâ didicimus, Vos, laudabilemque Congregationem veſtram, in humilitatis ſpiritu DEO ſerviendo pio more, honeſtatem, operumque bonorum ſtudia, ac virtutum plantaria, quæ apud Vos exuberant, plurimos ædificare, ac de operibus manuum veſtrarum de victu & veſtitu, ceteriſque neceſſariis, Vobis absque ullius præjudicio providere. Quare pro parte veſtra nobis humiliter fuit ſupplicatum, quatenus in curia quadam magna in oppido *Badesleve* noſtræ Diœceſ., quam, ùt aſſeritur, ab Abbate & Conventu Monaſterii in *Huysborch*, Ord. S. Bened., noſtræ Diœceſ., acceptâſtis, religioſam domum & congregationem novam, ac Eccleſiam, cum altaribus & cœmiterio, pro Miſſis & divinis, & ſepulturis morientium ibidem agendis, ad inſtar Congregationis Veſtræ in *Eldageſſen*, poſſetis inſtituere, ædificare, & ſundare noſtrâ auctoritate dignaremur gratioſè concedere poteſtatem. Nos igitur ſupplicationibus veſtris hujusmodi inclinati, ut in prædicta curia, cui Nos nomen *Marienbecke* imponimus, Congregationem novam Ord. S. Auguſt., per Rectricem & Confeſſorem gubernandam & dirigendam, atq; Eccleſiam cum altaribus

(n) T. II. rer. Germanic. p. 533. ſeqq. (o) vid. chron. Schaumburg. Herm. Lerbeck ad h. ann.

ribus & cœmiterio, pro Miſſis & divinis, atque ſepulturis morientium, ad inſtar Congregationis veſtræ in *Eldageſſen*, ac eidem Congregationi in privilegiis, ſtatutis, habitu, moribus, profeſſione & modo orandi non diſſimilē poſſitis noſtrâ auctoritate inſtituere, ædificare & fundare, præſentium tenore, de Venerabilis Capituli Eccleſiæ noſtræ Halberſtad. ſcitu, conſenſu & voluntate liberam concedimus poteſtatem & facultatem, cum additione, quòd Presbyteri & Confeſſores, quos Rectrix congregationis ejusdem, cum conſilio alicujus Viſitatorum, Vobis, eâdem noſtrâ auctoritate, deputatorum, vel deputandorum, aſſumſerit vel admiſerit, debeant habere curam & inſpectionem paſtoralem in congregatione memorata, cum poteſtate, ut etiam omnium perſonarum ejusdem congregationis, familiarumque & continuorum commenſalium earum poſſint audire confeſſiones, ac eas à cenſuris in ipſas quomodolibet à jure vel ab homine generaliter latis, & à peccatis atque criminibus omnibus abſolvere, nec non ſuper votis omnibus diſpenſare, exceptis duntaxat cenſuris, peccatis, & votis Apoſtolicæ Sedi ſpecialiter reſervatis; atque eisdem Miſſas & divina celebrare, ac ipſis omnia Sacramenta & unctionem extremam, atque eccleſiaſticam ſepulturam, & parochialia ſingula poſſint impendere & miniſtrare, etiam tempore interdicti, noſtrâ auctoritate fulminati, ſervatâ tamen, interdicti hujusmodi tempore, januarum clauſurâ, cum excluſione excommunicatorum & interdictorum, dummodò tamen cauſam non dederit interdicto: habentes ad hoc etiam Archi-Diaconi ejusdem loci conſenſum. Inſuper tranquillitati & paci Congregationis hujusmodi erigendæ intendentes, volentesque, ut ſorores ejusdem evagationibus diſtractivis exoneratæ DEO eò liberiùs valeant famulari, eximimus & eximimus Congregationem eandem, familiaresque & comēnſales ejusdem cum Eccleſia, curia & ſtructuris, inibi ædificatis & ædificandis, ab omni jure parochiali, volentes, quòd Plebano pro tempore in *Badesleve* nullatenus ad aliquid debeant eſſe obligatæ, habentes ſimiliter ad hoc intereſſe hujusmodi collatricis moderni ipſius parochialis Eccleſiæ Rectoris conſenſum. Concedimus etiam ſæpedictis ſororibus & ſucceſſoribus earundem, uſum habendi *ſigillū propriū*, & paños, tàm lineos, quàm laneos, cujuscunq; coloris & valoris poterunt, facultatem faciendi, ac eosdem integros paños, vel etiā in partes diviſos, prout convenerit, vendendi, non obſtantib⁹ etiā prohibitionibus cujuscunq;. Addentes etiam, quòd Congregationē hujusmodi cum omnibus bonis ejus habitis & habendis, in noſtram Succeſſorumq; noſtrorū protectionem & defenſionem ſingularē ſuſcipimus, ipſamq; & illa eccleſiaſticæ adſcribim⁹ libertati, decernentes, quòd curiā memoratā, cum eisdem rebus, habitis & habendis, ſub perpetua debeant habere & poſſidere libertate. Et ne in præmiſſis, propter noſtrū non occurſum, ſorores continuationis fructuoſæ obſervantiæ ſuſcipiant impedimentū, idcircò Venerabilibus Patribus Dominis in *Huysborch* Abbati, & in *Hamersleve* Priori Monaſt. O. S. Bened. & Canon. Regul.

S. Auguſtini noſtræ Diœceſ., de quorum legalitate & induſtria in Domino ſumus confiſi, vices noſtras committimus ad præmiſſa, eosdem ac ſucceſſores eorundem in Commiſſarios & Viſitatores eis deputando cum commiſſione, ut ipſi ſimul, aut alter eorum, novam Rectricem pro præfata congregatione ordinare & inſtituere, atque eidem providere, nec non ſucceſſorum ejusdem electiones, cùm eas canonicè, juxta ritum electionis Rectricis congregationis in *Eldageſſen*, invenerint peractas, confirmare, ac illis regimen in temporalibus & ſpiritualibus committere, atque ab eisdem obedientiam ad noſtras manus ſuſcipere, nec non congregationem ſuprà dictam etiam in capite & in membris viſitare, ac de ejusdem ſtatu, tàm ſpirituali, quàm temporali, inquirere, & defectus perſonarum corrigere & emendare poſſint ac valeant, liberam damus auctoritatem & facultatem, cum poteſtate etiam omnia & ſingula, quæ Nobis ex Paſtorali officio incumbunt, auctoritate noſtrâ toties, quoties opus fuerit, circa easdem faciendi & ordinandi. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes literas ſigilli noſtri fecimus & juſſimus appenſione communiri. Et Nos *Balthaſar* Præpoſitus, *Joannes* Decanus, *Siffridus* Senior, & Capitulum Eccleſiæ Halberſtad. prædictæ, in recognitionem & teſtimonium, quòd omnia & ſingula ſuprà dicta cum noſtra libera voluntate & expreſſo conſenſu per Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum, Dominum *Gevehardum*, Epiſcopum Halberſtad., facta ſint & ordinata, ſigillum Capituli noſtri majus circa prædicti Domini noſtri Epiſcopi ſigillum præſentibus fecimus appendi. Datum annô Domini MCCCCLXXIX. in vigilia B. Thomæ Apoſtoli.

*promiſſum Gevehardi,*

§. IIII. Eodem anno & die *Gevehardus*, cum conſenſu Illuſtris Capituli ſui, *Theodorico* Abbati, *Joanni* Priori, totique Conventui *Huysburgenſi*, denuò perpetuam libertatem curiæ iſtius *Badeslebienſis*, octodecimque manſorum ibidem promiſit. Quæ omnia rata & grata habuit tota Univerſitas *Badeslebienſis* annô MCCCCLXXX. in die converſionis S. Paulli. Cùmque Epiſcopus congregationem iſtam ab omni jure parochiali exemtam eſſe juſſerit, teſtatur *Eliſabetha*, Abbatiſſa cœnobii *Hedeslebienſis*, Ord. Ciſtertienſ., ejusdem Diœceſ., ceu collatrix Eccleſiæ *Badeslebienſis*, à Dynaſtis *Hackebornenſibus* datæ, unà cum *Hermanno Schutten*, ejusdem Eccleſiæ tunc Rectore, omnia & ſingula cum præſcitu & conſenſu ejus acta & facta eſſe. Sic enim literæ ſonant:

*Conſenſus Abbatiſſæ Hedeslebienſis,*

Nos *Elizabeth*, Abbatiſſa monaſterii in *Hedesleve*, Ordin. Ciſtertienſis. Halb. Diœceſ., collatrix parochialis Eccleſiæ in Badesleve, & *Hermannus Schutten*, ejusdem Eccleſiæ parochialis modernus Rector, publicè recognoſcimus per præſentes, ſicut Reverendus in Chriſto Pater Dominus *Gevehard.*, Epiſcopus Halberſtad. noſter gratioſus, pro gloria Dei omnipotentis & multa-

multarum animarum ſalute, devotis Rectrici & Conventui Virginum congregationis *Vallis B. Mariæ* in *Eldageſſen* Ord. S. Auguſtin., Hildeſemenſ. Diœceſ., dedit poteſtatem, ut in curia quadam magna in *Badesleve*, quam, ùt aſſeritur, à monaſterio *Huysburgenſi* acceptârunt, poſſent erigere, ædificare & fundare congregationem ejusdem ordinis, cum Eccleſia & cœmiterio, per Rectricem & Confeſſorem gubernandam & dirigendam; & ut perſonæ ejusdem congregationis diſtractivis evagationibus exoneratæ eò quietiùs poſſent Deo famulari, congregationem eandem, familiaresque & commenſales ejusdem cum curia, Eccleſia, cœmiterio, & habitaculis inibi ædificatis & ædificandis, ab omni jure parochiali exemit voluitque, quòd Plebano p.t. in *Badesleve* nullatenus ad aliqua parochialia debeant eſſe obligatæ, juxta continentiam literarum per præfatum Dominum noſtrum Halberſtad. & Venerabile Capitulum ejusdem deſuper datarum. Quorum omnia & ſingula illa præmiſſa, in quantum Nos concernunt, acta & facta ſunt cum ſcitu, voluntate & pleno noſtro conſenſu, volumusque, quòd hujusmodi exemtionis libertate debeant perpetuò gaudere, ſalvô nihilominus, quòd congregatio memorata ſororum debeat & teneatur Rectori p.t. præfatæ parochialis eccleſiæ annis ſingulis in feſto *Paſchæ* ſolvere & dare decem ſolidos Halberſtad. Warandiæ. In cujus rei teſtimonium & fidem præmiſſorum Nos *Elizabeth*, Abbatiſſa præfata, præſentes literas pro Nobis, Succeſſoribusque noſtris, & pro præfato Plebano in *Badesleve*, ac ſucceſſoribus ejusdem, fecimus & juſſimus ſigilli monaſterii noſtri appenſione communiri. Quô ſigillo ego *Hermann. Schutten*, Rector præfatæ Eccleſiæ parochialis, propter carentiam proprii ſigilli, ejus utor ad præſens. Dat. anno Domini MCCCCLXXIX. fer. quart. poſt feſt. B. Thom. Apoſtoli.

§.V. Monaſterium iſtud *Hedeslebienſe* fundârunt Nobiles Dynaſtæ *Hakebornenſes*, uti *Albertus* & *Ludovicus* teſtantur: *fundatio monaſt. Hedesleb.*

In nomine Domini. Omnibus tam præſentibus, quàm futuris, *Albertus* & *Lodovvicus*, fratres de *Hackeborne*, Patroni Eccleſiæ in *Hedesleve*, cupimus eſſe notum, tenore præſentium, proteſtantes, quòd Nos, ad honorem & laudem Domini noſtri JESU Chriſti, ac Matris ejus Virginis Glorioſæ, nec non ad cultum divinum, per monaſterium *Ciſtercienſis* Ordinis ampliandum, Eccleſiam in *Hedesleve* cum omnibus proventibus ſuis, quantum ad nos pertinet, donamus voluntario animo & ſincero extra noſtram penitus relinquentes poteſtatem ad hoc, ut ibidem monaſterium Sanctimonialium *Ciſtercienſis* Ordinis feliciter conſtruatur. Annô MCCLIII. XV. Kal. Novembr.

Sigillum utriusq; erat triangulare; in umbilico *Alberti* conſpiciebatur *ſtella octangularis nigra*, in circumferentia verò: SIGILLUM ALBERTI DE HAKE-

HAKEBORNE. Stella *Ludovici* erat *candidior*, in circumferentia : SIGILLUM LODOWICI DE HAKEBORNE.

§. VI. Datam verò eſſe ab illis ſororibus *Hedeslebienſibus* Eccleſiam *Badeslebienſem*, cum omnibus ad eam ſpectantibus, Fratres iſti denuò probant. Sic enim nobile Par.

*donatio Eccleſiæ Badeslebienſ.*

*Albertus* & *Lodhevvicus* Fratres de *Hackeborne* univerſis Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis felicitatem præſentium ac gloriam futurorum. Quoniam in circuitu currit mundus, tempus volvitur, & eſt hominum vita brevis, ad cautelam præſentium & notitiam futurorum neceſſariò duximus ea, quæ à Nobis rationabiliter geſta ſunt, ſcripturarum teſtimoniis corroborare,† ne recedant cum tempore inopinate ac ſubitò recedente. Proinde notum eſſe cupimus univerſis, quòd Nos, de conſenſu & voluntate noſtrorum hæredum, clauſtro ancillarum Chriſti in *Hedesleve*, à Nobis ibidem ob Dei honorem devotè conſtructo, hæc bona contulimus, ſcilicet Eccleſiam in eadem villa, cum hominibus pertinentibus ad eandem, ſimiliter aream, in qua ſedent, inſuper Eccleſiam in *Badesleve*, cum omnibus ad illam ſpectantibus bonis, præterea proprietatem bonorum noſtrorum, quæcunque nobis erant libera ac ſoluta, eisdem vendidimus, in agris videlicet, molendinis, pomariis, in areis, in piſcinis, in aquarum vivaciis & pratis, omni prædictorum proventu remanente penitus ab omni jure advocatiæ, ſeu actione qualibet jugiter abſoluto, cum libertate perpetua quietè ac licitè poſſidendo. Super hæc nullius advocatiæ jus in bonis prænotatis nos habere recognoſcimus quoquô modô, præterquam in occiſione cujuslibet, ſuper quo debet judicium ſanguinis ventilari. In quo caſu nullum alterius dominium peti volumus aut requiri, quæ præjudicium noſtri juris - - cùm ad Nos ſolos clauſtri memorati, & Dominarum ibidem Ciſtercienſis Ordinis Domino famulantium jure ſpectet defenſio & tutela. Hujus rei teſtes ſunt Nobilis Vir Comes *Burchardus* de Mansvelt, *Albertus* in Arneſten, *Otto* Præpoſitus de Helpedhe, *Heinricus* Miles de Hilmerodh, *Hermannus* de Holdenſtat, *Fredericus* de Eykkendorp, & alii quamplures. Dat. in Wipera anno MCCLXV.

† commendare

*venditio omnis juris & bonorum Hedeslebienſ.*

§. VII. Imò vendiderunt laudati *Hackebornenſes* ſororibus *Hedeslebienſibus* omne jus & cuncta bona, quod vel quæ habuerunt ibi tam in clauſtro, quàm in villa. Literas ſubjungo:

Univerſis Chriſti fidelibus præſentem paginam viſuris, ſeu audiendo percepturis, Nos *Albertus*, *Fredericus* & *Joannes* Fratres, Nobiles dicti de *Hakeborne*, ſalutem in omnium Salvatore. Univerſa temporum noſtrorum negotia, quæ in ſtatu debent ſolido permanere, ne facilè poſſint à poſteris in oblivionem deduci, convenit literarum & teſtium amminiculis fir-

miter

miter communiri. Ad univerſorum igitur notitiam, tàm præſentis temporis quàm futuri, volumus pervenire, quòd Nos de unanimi conſenſu & bona voluntate dilecti Patruelis noſtri Domini *Alberti*, Nobilis Viri dicti de *Hakeborne*, nec non omnium hæredum noſtrorum, Eccleſiæ Sanctimonialium in *Hedesleve* vendidimus omne jus, quod habuimus ibidem in *Hedesleve* tàm in clauſtro, ſeu curia clauſtri, quàm in villa, nec non omnia bona agricolarum, quæ in prædicta villa tenuivimus, vel habuimus, ſeu nobis competere poterant liberè & ſolutè, vel jure pheodali, ſeu quocunque alio jure, cum omni utilitate, proprietate, ſervitute, vel proprietate etiam hominum, de pertinentiis univerſis, videlicet pratis, paſcuis, piſcationibus, ſeu quibuſcunque aliis tàm in villa, quàm in campis, bonis tamen ibidem ſitis, quæ à Nobis milites, ſeu militares, titulo tenent pheodali, penitus excluſis & exceptis, pro ſumma pecuniæ centum marcarum argenti Stendalienſis. Volentes ipſam Eccleſiam de prædictis bonis, ubicunque, quandocunque, coram quibuſcunque debebimus, ſecundùm jus & juſtitiam vvarandare. Renunciantes quoque literas per præſentes, nomine noſtro & omnium hæredum noſtrorum, omni juri, quod Nobis in prædicta competebat villa, ſeu etiam de prædictis bonis ibidem Nobis quoquomodo competere poſſet in futurum. Hujus noſtræ venditionis teſtes ſunt Honorabiles Viri, Dominus *Joannes* Abbas in Ballenſtede, & Dominus *Albertus* Abbas in Conradesborch, nec non Dominus *Florinus*, Plebanus in Enegverneſleve, Nobiles etiam Viri Dominus *Otto*, nec non ejus filius *Fredericus*, dicti de Valckenſtein, *Arnoldus* de Veſthuſen, *Fridericus* Stchemezices, & famuli, & alii quamplures fide digni. Igitur ne præſcripta ſucceſſivo tempore deleat oblivio, ſeu vetuſtas, præſentem chartam inde conſcriptam noſtrorum, ſigillo quoque Patruelis noſtri, dilecti prænotati, ac Honorabilium Virorum, Abbatum prædictorum, Nobilium quoque Virorum de *Valckenſtein* ſigillorum impreſſionibus roboratam præfatæ Eccleſiæ Sanctimonialium in *Hedesleve* tradere curavimus ad robur perpetuæ firmitatis. Anno Domini MCCCX. in craſtino B. Viti Martyris glorioſi.

Sigilla *Alberti* & *Ludovici* integra adhuc erant, in forma *triangulari*, utrumq; *viridi* ceræ impreſſum. Poſteriora verò ſigilla *Hackebornenſium* erant in *alba* cera, uti *Joannis* Ballenſtedenſis, quod *oblongum* erat. Exhibebat Abbatem ſedentem cum mitra, dextrâ tenentem baculum paſtoralem; lævâ autem librum, in circumferentia: *Joannes, Dei gratia, Abb. i Ballenſtat. Conradi* Conradesburgici *rotundum* erat in *flava* cera; *Ottonis* in ſimili forma ceraque, ſed fractum, in circumferentia: *S. Ottonis Dei grãã Comit. Frederici* ſigillum minus erat *Ottoniano*, in eadem

eadem forma & cera tamen, in circumferentia: *S. Freder. Comit.* Gentem *Hackeborniam* per totum terrarum orbem celebrem fecêre duæ religioſæ ſorores, quas Bucelinus *Baroniſſas* vocat, *Gertrudis* & *Mechtildis*, illa quondam Abbatiſſa *Rodersdorſiana*, quod monaſterium cùm annô MCCLII. transferretur *Helſtam*, hîc iterum gregem ſuum rexit juxta regulam Benedictinam, inque eadem ſolitudine cum *Mechtilde* ſorore obdormivit. Caſtrum *Helpede* propè Islebium ſtetit, quod annô MCLXXV. inſidiis circumventum & captum eſt. (p) Ceſſit poſtea hoc dominium Comitibus *Mansfeldicis*, uti *Arnſtenium* & *Scrapelovia*.

*Gertrud. & Mechtild.*

§. VIII. Scribit *Abbo Dalemius*, (q) *Theodoricum* Huysburgenſem, ceu ſpecialem benefactorem *Badeslebienſium*, de decimis, in antiquis diebus ſororibus ibi deputatis, nunc ſororibus in *Marienbeck* liberaliter dediſſe. Cespitabis utique, ſincere Lector, niſi faculam prætulero. Tantus *Fiacrii* Eremitæ apud Meldenſes rigor erat, ut etiam feminis, ſepta monaſterii protervè intrantibus, ultionem divinam precatus ſit, teſte *Laurentio Surio* (r) Hoc monaſticæ cuſtodiæ inſtitutum etiam *Fuldæ* olim in tanta erat obſervantia, ut feminam recipere, non dicam aliquatenus intra ſepta, ſed intra publica baſilicæ penetralia, multis ſeculis nefas extiterit atque religio. Cujus rei teſtem habemus *Rudolfum* in memoria *Liobæ*, quam monaſterium iſtud ſic ingreſſam fatetur, ut nec prius nec poſtea ulli unquam feminarum id concedi potuerit: quia loco illi, ex quo Monachis habitari cœptus eſt, femineus negabatur ingreſſus. Tantùm autem huic *Liobæ* ſoli conceſſus erat, quia *S. Bonifacius* Martyr ſenioribus eam commendârat, corpuſque ejus ibi ſepeliendum decreverat. Moris originem antiquæ literæ ipſi adſcribunt *Bonifacio*; Nam caput privilegii à *Zacharia* Summo Pontifice *Bonifacio* conceſſi quoddam extitit, quô æternùm vetitus feminarum ingreſſus. Quod caput inde Majores tam ſanctè coluêre, ut privilegiis à *Martino* Papa ſeculo IX. Abbati *Hadamaro*, & à *Silveſtro* Erckenbaldo ſeculi X. ætate, aliisque ab aliis Pontificibus conceſſis & nominatim inſertum ſit, & religiosè à poſteris obſervatum. Hinc adeo in vetuſtioribus Abbatum actis legimus, annô MCXXXII. cùm *Lotharius* Rex ſolennem Pentecoſtem Fuldæ unà cum Regina conjuge exigeret, rem divinam non in primario, ſed in novi montis vicino monaſterio procurâſſe, eò quòd Reginæ in iſtud aditus eſſet interclusus. Sic cùm *Fridericus* anno MCLXV. de Saxonia, in quâ jejunaverat, in vigilia Palmarum Fuldam veniſſet, non licuit ei urbem intrare, quia Regina in comitatu ejus erat. Montem igitur Epiſcopi adiens, ibi ſequentem diem Palmarum honorificè celebravit. Verùm *Bonifacius* IX. (judicio *Pauli Langii* (ſ) *egregius Simoniacus*) rogatu *Joannis Merlavii* Abbatis LVI. hujus ſeveritatis rigorem primus emolliit, feminiſque aditum ad templi atria patefecit. Ob quam neglectam religionem

*feminæ à monaſteriis arcentur.*

(p) chron. Lauterberg. ad h. ann. (q) in chron. MS. Gröning. (r) in ej. vit. d. 30. Aug. (ſ) chron. Citiz. ad ann. 1398.

ligionem divinam animadverſionem nobis ſiſtit *Brovver.* (t) Annô quippe MCCCXCVIII. templum fulmine de cœlo tactum conflagravit, ſeptimo die menſis Junii i. e. triduo poſtquam *S. Bonifacii* feſtâ luce feminis in baſilicam & cœnobii ſepta tunc primùm ingreſſus datus eſſet. Idem alibi: (u) Anno MCCCXCVIII. poſtquam *Bonifacii* IX. privilegio feminis aditus, quod nunquam licuerat, *in templi penetralia* datus eſt, *ipſa cum monaſterio baſilica fulmine de cœlo tacta funditus propè flammarum & ignium exitio ſubjecta*, quæ clades magnis *Joannem* inde curis induit. *incendium Fuld.*

§. IX. Quinque abhinc annis Nobili, Religioſo & Erudito Abbati Ord. Benedict. inſcripſi epiſtolam *de Monachis cum monialibus ſub unius Præfecti cura*, permiſsû Superiorum, *multis ſeculis unà viventibus*, quam dignam cenſuit CL. *Autor Dialogor.* menſtr. (w) delitiis ſuis annectere. Contra *Gratiani* decretum eſt, Monachos monachasque in uno eodemque cœnobio ſimul habitare, attuli tamen ex *Trithemii chronico Hirſaugienſi* (x) geminum hujus rei exemplû, & fuſiùs ibi dixi, quî primùm venerint *Huysburgii* ſorores religioſæ, etiam ante fundationem monaſterii, quæ poſtea, exſtructo cœnobio, i. e. ab anno MLXXXIV. unà cum Fratribus, usque ad *Jaſparis Beer* (non Bau) *Winckelii*, Abbatis XXV. tempora, i. e. usque ad annum MCCCC. (ultra CCC. annos) incluſæ ibi vixerunt, ſub habitu & regula Benedictina. Prius confirmat *Reinardus, titulis bene nobilitatus avorum*, ùt *Rulf* canit, eruditam *Krantzii* (y) conjecturam ſequens, licèt gentem ejus non demonſtraverit, Præſul Halberſtad. XV., apertè dicens: (z) ſe monaſterium Huysburgenſe, ad ſubſidia ſervorum & ancillarum DEO ibi congregatorum, vel congregandorum, decimationibus, prœdiis, aliisque reditibus pro tempore & facultate augmentare curâſſe. Et *Theodoricus*, Antiſtes Halberſt. XIX. ex Illuſtri *Croſiciorum* familia ſatus, anno MCLXXXV. (qui ſecundus erat ordinationis ſuæ) indict. III. ſecund. Id. Sept. ob petitionem cujusdam Matronæ *Adelheydis* nomine, maximè verò ob amorem DEI, eidem cœnobio contulit duos manſos cum dimidio ſitos in *Badesleve*, talentum unum ſolventes, hâc ratione, ut exinde decem ſolidi ad refectorium *Fratrum & ſororum* DEO ibi famulantium annuatim proveniant. Meminit earundem ſororum *Werner.*, Abbas Huysburg. XIV., anno MCCLXVII. *Ditmarus* anno MCCCVI. & anno MCCCXI. quô mentio fit *Cunegundæ de Nienborch* & *Odæ* de *Redeber* adhuc viventium; ſiſtit eas anno MCCCXIII. MCCCXVI. & MCCCXXII. *Conradus* verò III., Abbas XXII., anno MCCCXL. Sub *Godofredo*, Abbate XXIII., anno MCCCLXIII. vixit *Jutta de Simmenſtede* converſa & monaſterii Huysburgici ſoror nobilis. Cumque, ceu dictum eſt, usque ad *Jaſparis* tempora, unà cum monachis incluſæ hîc vixerint, tandem omnibus iis *Huysburgi* *Monachi & Monachæ ſub uno tecto,*



(t) L. I. Antiquit. Fuld. c. 8. p. 32. (u) L. IV. Antiqv. cit. p. 325. (w) annô 1691. (x) ad ann. 1108. & 1121. (y) L. VI. Metrop. c. 6. (z) in lit. anno 1118. XV. Kal. Nov. ind. XI.

*burgi* defunctis, (nec enim expulſæ, nec aliò miſſæ ſunt,) præbendam B. M. V., quam Anteceſſores ſui eisdem bene multis annis aſſignârant, ipſe *Jaſpar* Patronæ ſuæ anno MCCCCXI. ipſo die annunciationis B. V. liberaliter contulit. Meminit etiam necrologium Huysburgenſe *Margarethæ* Abbatiſſæ incluſæ, B. memoriæ *Byæ*, monachæ incluſæ, piæ Matris, *Adelheidis* incluſæ, *Emecæ* incluſæ, & aliarum.

*Catalogus ſororum Huysburgenſium.*

§. X. Nec ingratus fuerit antiquitatum ſtudioſis integer catalogus ſororum, ex vetuſta membrana bonâ fide deſcriptus:

| ABBATISSÆ. | IN CLUSA. |
|---|---|
| Margaretha, Abbatiſſa incluſa, | Adelheidis incluſa apud nos, |
| Judheidis Abbatiſſa, | Jutheides incluſa, |
| Hillburgis, Abbatiſſa incluſa apud nos, | Emeka incluſa, |
| Adelheidis Abbatiſſa, | Wallburgis, monacha incluſa, |
| Mechtildis Abbatiſſa, | Bya, monacha incluſa, ſoror noſtra, |
| B. memoriæ Bya, monacha incluſa; Mater pia, | Yda, monacha incluſa. |
| B. memoriæ Adelheid. Monacha, Mater noſtra. | |

| CONVERSÆ. | CONVERSÆ. |
|---|---|
| 1. Godegundis, | 20. Methildis, |
| 2. Bertradis, | 21. Willgardis, |
| 3. Heidewigis, | 22. Emeka, |
| 4. Theoteka, | 23. Adelheidis, |
| 5. Rixa, | 24. Euſemia, |
| 6. Chriſtina, | 25. Eliſabetha, |
| 7. Gertrudis, | 26. Ameka, |
| 8. Hildeborgis, | 27. Margaretha, |
| 9. Margaretha, | 28. Thetburgis, |
| 10. Adelheidis, | 29. Methildis, |
| 11. Euſemia, | 30. Yſentrudis, |
| 12. Adelheidis, | 31. Margaretha, |
| 13. Anaſtaſia, | 32. Yliana, |
| 14. Hatwigis benefactrix, | 33. Eva, |
| 15. Eliſabetha, | 34. Ermegardis, |
| 16. Adelheidis, | 35. Walburgis, |
| 17. Emeka, | 36. Adelheidis, |
| 18. Paulina, | 37. Gertrudis, |
| 19. Judheidis, | 38. Methildis, |

39. Ede-

## CONVERSÆ,

39. Edelindis,
40. Adelheidis,
41. Eva,
42. Adelheidis,
43. Gisla,
44. Adelburgis,
45. Methildis,
46. Adelheidis,
47. Catharina,
48. Zacharia,
49. Adelheidis,
50. Eufemia,
51. Gertrudis,
52. Eufemia,
53. Methildis,
54. Gertrudis,
55. Oda,
56. Margaretha,
57. Wideradis,
58. Gertrudis,
59. Eliſabetha,
60. Gertrudis,
61. Godheidis,
62. Gertradis,
63. Adelheidis,
64. Adelheidis,
65. Altwigis,
66. Wigminitlodis,
67. Margaretha,
68. Athelburgis,
69. Lucia,
70. Bartradis,
71. Adelheidis,

## CONVERSÆ,

72. Sophia,
73. Cunegundis,
74. Athelheidis,
75. Margaretha,
76. Winneka,
77. Gutheidis,
78. Kira,
79. Gertrudis,
80. Oda,
81. Windelbergis,
82. Adelheidis,
83. Methildis,
84. Hadewigis,
85. Rixa,
86. Methildis,
87. Gisla,
88. Gudheidis,
89. Gutheidis,
90. Bertradis,
91. Adelheidis,
92. Allfridis,
93. Methildis,
94. Adelheidis,
95. Eliſabetha,
96. Hadewigis,
97. Eufemia,
98. Haſela.
99. Cecilia,
100. Bertradis,
101. Margretha,
102. Adelheidis,
103. Methildis,
104. Ameka.

## LAICÆ.

1. Adelheidis,
2. Methildis,

## LAICÆ.

3. Joanna,
4. Adelheidis,

LAICÆ,

5.Wigburgis,
6.Gertrudis,
7.Gertrudis,
8.Jutheidis,
9.Gertrudis,
10.Eliſabeth,
11.Martina,
12.Winnika,
13.Gertrudis,
14.Giſla,
15.Margaretha,
16.Joanna,
17.Margaretha,
18.Gertrudis,
19.Eliſabetha,
20 Bertha,
21.Luitburgis,
22.Athelvvigis,
23.Joanna,
24.Cunegundis,
25.Wallburgis,
26.Helena,
27.Bertradis,
28.Adelheidis,
29.Herlindis,
30.Sophia,
31.Svanehildis,
32.Heydvvigis,
33.Margaretha,
34.Hildegundis,
35.Giſla,
36.Syreneca,
37.Joanna,
38.Engelheidis,
39.Joanna,
40.Joanna,
41.Gertrudis,
42.Wallburgis,
43.Eliſabeth,

LAICÆ,

44.Margaretha,
45.Lya,
46.Gutheidis,
47.Bertradis,
48.Eliſabeth,
49.Anna,
50.Rixa,
51.Hezeka,
52.Gertrudis,
53.Giſla,
54.Oda,
55.Yſa,
56.Eimergardis,
57.Gertrudis,
58.Margaretha,
59.Rixa,
60.Gertrudis,
61.Sophia,
62.Giſla,
63.Cunegundis,
64.Gertrudis,
65.Methildis,
66.Gertrudis,
67.Hildegundis,
68.Lucia,
69.Gertrudis,
70.Bertradis,
71.Jordana,
72.Gertrudis,
73.Bertradis,
74.Euſemia,
75.Cunegundis,
76.Emeka,
77.Sophia,
78.Rixa,
79.Joanna,
80.Bya,
81.Oda,
82.Hidda,

LAICÆ,

83.Cunegundis,
84.Bertha,
85.Adelheidis,
86.Bertradis,
87.Margaretha,
88.Giſla,
89.Gutheidis,
90.Joanna,
91.Regelindis,
92.Margaretha,
93.Eliſabeth,
94.Methildis,
95.Hertindis,
96.Margaretha,
97.Methildis,
98.Rexlindis,
99.Wynneburgis,
100.Mya,
101.Joanna,
102.Methildis,
103.Haſeka,
104.Wynemundis,
105.Walderadis,

LAICÆ,

106.Clementa,
107.Eliſabeth,
108.Scyna,
109.Harderadis,
110.Adeſmodis,
111.Gertrudis,
112.Bertradis,
113.Cunegundis,
114.Bertradis,
115.Rixenza,
116.Eliſabeth,
117.Adelheidis,
118.Alvila,
119.Cunegundis,
120.Adelheidis,
121.Barbara,
122.Eliſabeth,
123.Bartradis,
124.Godelidis,
125.Willegardis,
126.Bertradis,
127.Adelheidis.

§.XI. In catalogo monaſteriorum Monialium Miſnenſium, quem M. *Petrus Albinus*, Secretarius Electoris Saxon., dedit, (a) ſub finem hæc habet:

Auf dem Petersberg ſind anfänglich auch Nonnen geweſen/ welches Kloſter hernach gen Gerbſtadt transferiret worden bey Eißleben / ſind auch nachmals ſorores converſæ aufm Petersberg anno 1246. geweſen.

Fuit *mons* iſte *Petrinus*, ſeu *ſerenus*, quo de loquitur *Albin.*, (b) prope *Halam*, nunc Magdeburgicam, quem anno MCXXIV. Indict. II. ſedente *Calixto* II., Prælaturæ ejus anno VI. imperante *Henrico* VI. & quidem ann. Imperii ejus XIII. ſub *Ruthgero* (Roccaro) Archi-Epiſcopo Magdeburgico XII., Pontificatûs ſui V., à fundatione Eccleſiæ Halenſis IX. *Dedo* III. filius *Themonis*, Comitis Wethinenſis, cœperat, & B. Petro Apoſtolo dedicaverat. Cùm verò ad terram ſanctam abiret, *Dedo*, fratrem ſuum *Conradum*, poſtea Marchionem Miſniæ, heredem ſcripſit omnium bonorum ſuorum, eiq; conſummationem monaſterii commendavit maximè, quo de legi meretur *Anonymi chron.* Montis hujus ab anno MCXXIV. ad MCCXXV. collectum, editumq; à CL. Viro *Joach.*

*montis Petrini prope Halam, origo,*

 *Joan-*

(a) in der Meiſniſch. Land-Chronick cit. XXII. p. m. 299. (b) vid. chron. cit. p. 289.

*Joanne Madero*, Amico, dum viveret, honorando. Simul vixiſſe fratres cum ſororibus, ex indice vides, ubi lit. K. in voce Kloſter habet: etliche / darinnen Mönch und Nonnen zugleich geweſen / remittitq; lectorem ad p. 300., ubi verba à nobis citata reperiuntur. In chronico tamen *Maderiano* ſilentiũ hac de re.

*& monaſterii VVeſſerani,*

§. XII. Fundârat *Gottvvaldus* III. Comes *Hennebergicus* & Burggravius *Würtzburgenſis*, inſigne monaſterium Ordinis Præmonſtratenſis *Weſſeranum* ad confluentiam *Vierræ* & *Sleuſæ*, quo de *Spangenberg* ita: (c)

Es beſazte aber Graff Gottwald dieſes neue Kloſter mit Ordensperſonen **männliches und weiblichen Geſchlechtes** Nortbertiner Ordens welcher Orden kurz zuvor anno 1120. (cœnobium verò undecim pòſt annis conditum eſt,) vom Nortberto erſtlich angefangen war. Exuſtum poſtea & translatum à *Bertha*, *Bertholdi* IV. conjuge, in alium locum, quo de idem *Spangenberg*. (d) Sie blieb in ihrem Wittbenſtand 20. Jahr / und als an. 1175. im 18. Jahr nach ihres Hern Tod / durch nachläßig unfleißige Verwahrung des Feuers der eine Theil des Kloſters Veſſera / darinnen die **andächtige Nonnen** ihre Wohnung gehabt / mit S. Joannis Kirchen abgebrandt / ſtifftete und baute Frau **Bertha** für dieſelbe Weibs-Perſonen und Nonnen ein neues Nonnen-Kloſter über das Waßer hinüber / nicht ſo gar weit von Veßera gelegen / und nandte daſſelbe **Troſt-Städte** Dahin transferirte ſie die Nonnen von Veßera anno 1177. begab ſich auch ſelbſt zu denſelben hinein.

*monaſt. S. Mich. Hildeſ.*

§. XIII. In monaſterio Ord. Benedict. in ſeptentrionali parte urbis Hildeſienſis, à *Barvvardo*, Epiſcopo ibidem XIII., in honorem Archangeli *Michaëlis*, constructo, *Theodoricus* II. Abbas, & ſucceſſores ejus *Hugoldus*, Monachus Corbeienſis, & S. Th. D., nec non *Detmarus moniales* etiam congregaverant, ſed *Gottſchalcus* Prælatus propter *multas detractiones & oblocutiones & infamiæ maculam* eas exterminavit, impetrans ab *Innocentio* IV. contra iſtas moniales privilegium, datum Laterani XIV. Kal. Aug. Pontificatûs ſui annô III. in quo habetur:

Quod monaſterium iſtud propter monialium multitudinem, cùm ad ſuſtentationem earum reditus non ſufficiant, admodum prægravetur, etiam ex earum cohabitatione cum monachis *gravis* eidem loco *infamia* generetur, diverſis adoleſcentulis ad inſtantiam poſtulantium, (ſic legitur,) ubi non niſi *ſeptem ætatis provectæ* conſueverunt recipi ab antiquo, *ad veſtimenta Fratribus procuranda*. Igitur monachis diſtinctiùs inhibet ſub fulmine ſuo, ne, quod de ſeptenario ſolùm numero provectioris ætatis fuit inſtitutum, & hactenus per multa tempora obſervatum, ſinant cujuſque temeritate, cùm major adoleſcentularum numerus ad ſeptenarium redactus fuerit, violari. (e)

*præceptum Ottonis I. Duc. Brunſvic.*

§. XIV. Extat etiam præceptum *Ottonis* I. Ducis Brunſvicenſis (f) Abbati Northeimenſi datum Brunſvici annô MCCXXXIV. Cognoverat Inclytus

*Otto*

(c) chron. Henneberg. L. II. c. 8. p. 86. (d) lib. cit. c. 12. p. 92. (e) vid. chron. monaſt. S. Mich. T. II. rer. Germ. Meib. p. 520. (f) in colloqu. mcaſtr. anno 1692. p. 197. ſeq.

*Otto* famâ, vel potius infamiâ referente, monachos & moniales in loco pariter commorantes, inſolentias frequenter & turpitudines Deo & hominibus odibiles exercere, ita ut non ſolùm perſonæ, verùm etiam ipſe locus infamiâ denigretur, nimirum ut vicinitas eorum opportunitatem excedendi eisdem præbeat, & animarum ſuarum pariat detrimentum. Mandat igitur, & *ſub obtentu gratiæ præcipit*, Abbati & univerſis Succeſſoribus ejus, (notabile exemplum exerciti jam tum à Principibus Germaniæ juris cujusdam velut Epiſcopalis in Clericos ſuæ ditionis, cum præcipiendi poteſtate, ſub obtentu gratiæ,) ut dominas juniores, *quas ætas juvenilis & facies decora ſuſpectas efficit ad peccandum* de bonis Eccleſiæ, quibus tamen paſcendæ ſunt, ſi aliter eas locare non poterit, clauſtris aliarum monialium includat. Seniores verò, quæ *orationi & operi muliebri* expedire videantur, apud ſe detineat, donec expleverint tempus vitæ. Mortuis autem illis firmiter ſtatuit mandatq; , ut loco illarum nullæ de ceteris reſumantur. Quicunque hanc ordinationem ſuam præſumſerit aliquatenus impedire, indignationem Dei ſuamque contra ſe offenſam non dubitet excitare.

Quod verò *Otto* ſe Ducem Brunſvicenſem vocet ante erectionem Ducatûs ſolennem, à *Friderico* II. Imp. anno 1235. factam, quam sîs vide apud *Meibom.*, (g) neminem turbaverit, ſiquidem hunc titulum jam ante ipſum ſumſiſſe & dediſſe alios, plura diplomata probant. De fratribus & ſororibus Ord. Auguſt. in uno hoſpitio, at nec caſtè nec religioſè viventibus, vide etiam *Reutelii chron. Hildeſ.* (h)

§. XV. Refert *Abbo*, (i) Prælatum Ilſeneburgenſem anno MCCCCLXXXIII. ſororibus *Badeslebienſibus* calicem inauratum dediſſe, ex quo cùm primùm celebraret ſacerdos, iſto die cœpit ægrotare, nec de lecto ſurrexit unquam. Leviora hæc videntur & nullius ponderis, ſciſſe tamen juvat *Ilſenburgenſe* cœnobium, propter varias variorum aberrationes. *Bucelin.* equidem (k) labitur, ſcribens, id à *Bernhardo Buccone*, Epiſcopo Halberſtad. XII. exſtructum eſſe: reſtauravit iſtud à Slavis igne combuſtum. Sic enim *Engelhus*: (l) Venerabilis *Arnolfus*, Epiſcopus Halberſtad. IX., de caſtro *Ilſineborch*, quod ei *Otto* Imp. contulerat, fecit locum Monachorum de cœnobio Fuldenſi. (m) Aliud latini idiomatis chron. MS. ita: *Ilſinborgenſe* monaſterium, quod ſub *Arnoldo* (Epiſcopo) hoſtes deſtruxerant, reparavit *Buco*. Schedæ monaſticæ ſic: *Ilſenburgum*, olim parvum oppidum & vetuſtum, & antequam *Wernigerotha* fuit ampliata, multis privilegiis dotatum. Habuit etiam caſtellum ante portam in ſilva, quod exſtruxiſſe dicitur *Henricus* Auceps, cùm magna Hunnorum irruptio quateret hanc terram. Sed poſtea cùm magna eſſet inter *Hinricum* IV. & *Ottonem* de Brunſvvich, ad Viſur-

*calix ominus plenus.*

*Ilſenburg.*

(g) T. III. rer. Germ. p. 203. ſeqq. (h) in hiſt. Epiſcopi Magni §. 41. (i) in cit. chron. (k) Germ. ſacr. P. II. p. 48. B. (l) in chron. p. 190. (m) conf. Winnigſtad. chron.

Viſurgum Dominum, gverra, quæ inſimul prœlium cauſavit acerrimum, in quo Comes Supplinborgenſis *Gevehard.*, qui erat Pater *Lotharii*, poſtea Imp., à Saxonibus devaſtatum anno MLXXIV. Illi enim à parte erant prædicti *Ottonis*, & in omnes vehementer graſſati ſunt terras. Hi etiam *Oſtervic*, *Horneborg*, *Hartesborg*, Imperatoris regiam, & templum pulcherrimum diruerunt & eradicârunt, combuſtis multis pagis & Nobilium ſedibus ad Harthum. (Hercyniam) Habet autem nomen à fluvio *Ilſa*, quæ præterfluit, & ex adjacente monte *Brocken* ſcaturit. Quorſum igitur *Spangenberg.* (n) & aliorum deliramenta, qui ab *Ilſurgo* Rege deducunt, & conditum dicunt ante natalem Domini. Nunc extinctum eſt monaſterium, & Sedes ibi Illuſtris Comitis *Wernigerodenſis*.

*Incendium Blanckenburgicum,* §. XVI. Primò ſtatim, à terribili incendio *Blanckenburgico*, annô ſorores ab *Hermanno* & *Olrico* de *Regenſtein* largiter remuneratæ ſunt, ait aliud chronicon. *Hermann.* ille erat Prælatus Huysborg. XXXIII. Incendium verò factum eſt annô MDXLVI. XIX. Nov., in quo *Magdalena*, *Udalrici*, Comitis Regenſteinenſis, & Domini de Blanckenburg, uxor, filia Comitis Stolbergici, partui proxima, ætatis ſuæ annô XXXIV. miſerrime periit. Quem tragicum caſum in ſacello arcis *Blanckenburgicæ* his verſibus comprênſum deſcripſi.

Conditur hôc tumulô mea dilectiſſima conjux,
contegit ac tenuis membra ſepulta cinis.
Hanc *Stollbergiadum* Comitum de ſangvine cretam
connubii ſociam quæro petoque mei.
*Poppo* Parens placidè pia Mater & annuit *Anna*,
Ducitur in noſtrum *Magadalena* thorum.
Mutuus ardor & unanimes concordia mentes,
dulcis & amborum corda ligabat amor.
Et quia conjugibus Domini benedictio præſtò eſt,
nec thalamus ſterilis, nec ſine prole fuit.
*Fœminei* ſiquidem *quatuor*, ſexûsque *virilis*
*ſex* peperit dulcis dulcia dona thori.
*Quinque* tulit mors ſœva quidem, ſed *quinque* ſuperſunt,
utque diu valeant, protege, Chriſte, diu.
*Ter quinos* vixitque *duos* mihi juncta per annos,
connubii cernens tempora læta ſui.
Forſitan & mecum vixiſſet longiùs, amplam
multiplici decorans poſteritate Domum;
Nî mihi mors ſociam thalami rapuiſſet amatam,
cogeret & viduo me ſupereſſe thoro.

Namque

(n) In chron. Quedlinburg.

Namque *quaterdenus* poſtquam defluxerat annus,
&c rapidis ſextus curreret annus equis.
Ac *decimi noni* rutilaret mane diei
*menſis*, qui nono nomen ab *imbre* tenet.
Ilicet alta domus celeri ſuccenditur igne
inclyta *conſpicui* nomina *montis* habens.
Ignibus his miſerè miſeri conſtringimur ambo,
carpſerat acclives ſubdola flamma gradus.
Cara nequit conjux gravidum demittere ventrem,
præcipites alii tecta per alta ruunt.
Quò licet aufugimus, fugientes prævenit ignis,
nec tutos aliquô nos ſinit eſſe locô.
Quid mihi tunc mentis fuerit, non ulla loquetur
lingva, nec id tenui carmine Muſa canet.
Conjugis arripio, ſpe firmans pectora, dextram,
ac loca tuta peto, ſi loca tuta forent.
Intolerabilibus donec circumdata flammis,
mentis inops noſtros concidit ante pedes.
Committo Domino moribundi corporis artus,
ùt vitæ cupiens, ſic necis eſſe comes.
Ipſa vetat loca tuta jubens me quærere vivum,
nec vult hora ſimul tollat ut una duos.
Obſequor: immundis librans mea membra cloacis,
atque diu pendens ſaucius inde trahor.
Embryo, ventris onus, gravida cum Matre necatur,
cum cara ſoboles conjuge cara perit.
Hujus ut hiſtoriæ poſſint meminiſſe nepotes,
annorum numerum diſtichon iſtud habet:
ArX IaCet, Igne perIt ConIVnX, hIC oſſa qVIesCent,
LaVs bona per terras, faMa per aſtra VoLat.
Ulricus, Comes in Regenſtein, fieri curavit annô
MDXLVII. Menſ. Novembr.

Notabile, quòd per totam noctem, antequam altero die arx incendio periret, galli in caſtro & vicinia perpetuò cantârint, ut vix horæ quadrans effluxerit, quô ceſsârint. Hem! quis *gallo* dedit intelligentiam? (o) Sic, notante *Alexandro de Inſula*, (p) illô die, quô ignis cœlo delapſus circa veſperam oppidum (quondam) *Corbeiam* funditus delevit, *veſpertiliones* gregatim per aream, templum, dormitorium & pomarium cœnobii ipſo meridie magno ſtrepitu volitârunt. *Omen ejus.*

(Qq) §. XVII.

(o) Job. XXXVIII. 36. (p) in breviar. rerum memorabil. ad ann. 1119.

§. XVII. Vixit olim in monaſterio Huysburgenſi ſub *Joanne Köpenio*, Abbate XXXIV., *Joannes Nolcken*, Badeslebienſis, primùm ut cuſtos Eccleſiæ, deinde ceu Prior, qui in ſingulos Prælatos epigrammata reliquit lectû haud indigna, & quidem usque ad *Köpenium*, qui circa AC. MDLXVIII. cœpit, deſiitque anno MDLXXXIII. XI. Kal. Maj. Hic Abbas tribus Principibus Brunſvicenſibus primam tonſuram dedit, ſcilicet *Henrico Julio*, Epiſcopo poſtea Halberſtadienſi, ejusque Fratribus *Philippo Sigiſmundo* & *Joachimo Carolo*. Qualis quantusve porro fuerit, elegans epitaphium ejus te docebit fuſiùs.

*J. Köpen.*

*Epitaph.*

*Præfuit hic nobis bene quosdam Præſul ad annos,*
*& rexit ſtudiis agmina noſtra bonis.*
*Tranquillæ Vir pacis amans, & cultor honeſti,*
*nil tulit antiquâ relligione prius.*
*Auctoritate gravis, fucorum ſtrenuus oſor,*
*hæc tibi,* care Pater, *gloria viva manet.*

Sed ad *Nolckenium.*

*Schola Prælatorum beſtialis.*

## JOANNIS NOLCKENII
### Schola
## PRÆLATORUM BESTIALIS,
ſeu
### Singulorum Abbatum Huyſeburgenſium vitæ & facta, virtutes & vitia, per certa & convenientia animalia, epigrammaticè explicata.

*I. Eckhart.*

### I. ECKHARTO datur AQUILA.

SEmper in excelſis Aquilæ *seu gloria fulget,*
*Sub pedibus terram deſpicit alta ſuis.*
*Sic ibas* ſurſum: *ſemper* ſublimia *volvens,*
*non poterant, niſi quæ* magna, *placere tibi.*
*Vinctus eras* ferrô: * *ſed mens* aquilina *volabat*
*aſtra ſuper*: *verè Tu mihi* Celſus *eras.*

*II. Alfred.*

### II. ALFREDUS habet FORMICAM.

*Inſtar* formicæ Alfredus *bona colligit: ædem*
*conſtruit, & Fratres in ſua caſtra trahit.*
*Nulla dies abiit, quâ non benefecerit Ipſe,*
*quâ non profuerit conſilio atque operâ.*

*Ipſe*

* Trigeſimo octavo annô poſt exceſſum elevata ſunt oſſa *Eckharti*, qui inventus eſt *ſilicio* veſtitus, & *ferreâ catenâ* vinctus.

*Ipſe ſuum gratus tandem miratus acervum*,
*ſit* laus (Alfredo gloria) *ſumma* DEO.
*Diſcite* formicæ *ſtudium: bona cuncta parantur*
ſedulitate *piâ*, dexteritate *catâ*.

III. ECKBERTO I. adſtat CANIS. III.Eckbert.
Mordet amatque canis: *ſævos* mordebit *is hoſtes*,
diliget *è contra fidus ovile ſuum*.
Eckbertus *pariter* morſus *miſcebat* amore,
*cûiq;* piè & juſtè *reddidit ille* ſuum.
Vulpes *atq;* lupos *furioſo dente* momordit,
*fidâ mente gregem* pavit, amavit *item*.

IV. DEGENO monſtrat URSAM. IV. Degeno,
*Non patitur catulos auferri* animoſior urſa,
*nam vis vi magnâ ſæpe repulſa fuit*.
Degeno *non paſſus ſua jura monaſtica rumpi*,
*Juſtitiæ vindex maximus ille ſuæ*.
Lex *&* grex cynoſura *fuit*, *pia meta laborum*,
*felix*, *qui valet hunc laude ferire ſcopum*.

V. OTTONI largiar VACCAM. V. Otto,
Lactavit *multos* Otto *ceu* vacca *venuſta*
*non ſolùm* ſpebus, *ſed quoque* rebus. *Ita*
*Fratres atque Patres*, lactans, *juveneſq; ſeneſq;*,
*cunctis*, *qui nôrant*, *gratus & æquus erat*.
Flumina *tunc* lactis, *manabant* flumina mellis,
*nec poterat clauſtrum fauſtius eſſe meum*.

VI. REINBOLDUS habeat PHILOMELAM. VI. Reinboldus,
*Laudes ùt* philomela *DEI noctesq; dieſq;*
*decantat*: *ſic* Rein-boldus *amœnus erat*.
*Solis ad occaſum*, *rurſus quoque Solis ad ortum*
*hymnus erat:* Soli gloria ſit Domino!
*Pſallite*, *dicebat*, *dilecti*, *pſallite fratres*,
*pſallere*, *& æternùm vivere*, *prorſus idem*.

VII. HENRICUS I. amat APICULAM. VII. Henric. I.
Sicut *apis* mel collectum ſervavit & auxit
*Henricus*, ſancto gnavus in officio.
Perdita lux, quâ non bene fecit fratribus, ejus
gloria ſumma *ſalus publica* quippe fuit.

(Qq) 2 Naſceris,

Naſceris, ut vivas aliis. Sic feceris, eja,
*ſic bene vives*, & ſic *morière bene*.

VIII. Rupertus

VIII. RUPERTUS merebit BOVEM.

*Ingenuè dicam*: *ingenium*, Ruperte, bovinum:
*ſemper enim ſudas, inq́; labore cales.*
*Lemma*: laboremus: *manibus, pedibusq́;, animoq́;,*
*mente, animâq́;*: *Deus ſingula poſcit. Agè,*
*Oremus, quò ſit mens ſana in corpore ſano,*
*ſic labor in Domino haud noſter inanis erit.*

IX. Matthias

*IX. MATTHIÆ eſto AGNUS.*

Si mores vitamq́ue tuam, Placidiſſime Præſul,
ſpectemus, totus, quantus es, *agnus* eras.
*Purum* animum, *mitemq́;* animum, ſemperq́ue *fidelem*
imis & ſuperis, ſat, placuiſſe, ſcio.

X. Sigfred. I.

X. SIGFREDUS I. par eſt LEONI.

*Mente* leoninâ *defendis jura*, Sifrede,
*damnas, quod nocuit, ſive nocere poteſt.*
*Pellis* raptores, (*debebant eſſe* Patroni,)
*atque ex cœnobio ſemper abeſſe jubes.*
*Das* libertatem *clauſtro, ceſſante querela,*
*lux nunc candidior Fratribus ire ſolet.*
*Singula tu bene feciſti, Pater optime; laudes*
*Poſteritas habeat ſemper in ore tuas.*

XI. Ludolph.

*XI. LUDOLPHUS gaudet ASINO.*

Ut ſaccos *aſinus*: Fratrum ſic *pondera* cuncta
geſtâſti; gravis haud *ſarcina* tanta fuit.
Cur? æquâ quoniam portâſti mente; minora
& leviora facit pondera *ſolus amor.*
Sic nos floruimus, ſed flos fuit ille caducus,
ætas namque ſequens (heu mihi!) pejor erit.

XII. Conrad. I.

XII. CONRADUS I. ſimilis eſt CORVO.

Corvi *naturam ſegnis* Conradus *habebat,*
*ſeria qui ſemper diſtulit: hymnus erat;*
Cras, cras, cras *faciam; annon* cras *quoq́; ſol mihi ſurgit?*
*ſed malè: nam mora ſic peſſima damna dedit.*
*Vivendum eſt* hodie, *quis* cras *ſpondebit? agendum*
*eſt* hodie, *num* cras *certior eſſe potes?*

Horu-

*Horula non nectat morulam: tunc ibis ad aſtra*
*ſi ſtertor tardis paſſibus ire velis?*

### *XIII. HUGO, ſit LUPUS.*

XIII. Hugo

Nunc *lupus* intrabit: vah! quò diſcordia fratres
perduxit miſeros? *paſtor* enim *lupus* eſt.
Hactenus optatos ex voto viximus annos,
nunc verò in pejus (plangite) cuncta ruunt.
Ut quoque ab officio *Conradus* & *Hugo* remoti
inſanæ pœnas ſtultitiæ dederint.

### XIV. WERNERUM comitatur ASELLUS.

XIV. Werner.

*Sed cur* Wernero *eſt adjunctus* piſcis aſellus?
*ut videas caſus mœſtaq́; fata Viri.*
*In templo multis colaphis exceptus ad aram,*
*tuſus, contuſus ſicut* aſellus *erat.*
*Ille tamen Domino vindictam ſpontè reliquit,*
*& juſtus vindex criminis ille fuit.*
*Plexi ſunt Belial nati, & plectentur, in altum,*
*ſic ruit in caput, hoc, quod jacis ipſe, tuum.*

### *XV. HENRICUS II. habeat CANCRUM.*

XV. Henric. II.

Greſſus *cancrinos Henricus* habebat, in omni
re, quam molitus, fata ſiniſtra ferè.
*Principium* quandoque bonum, *medium* quoque, *finis*
aſt vanus: telum *cuſpide* nonne carens?
Inverſa eſt facies clauſtri: benedictio nulla;
mutârunt mores tempora noſtra loci.

### XVI. BRUNO ducit EQUUM abjectô frenô.

XVI. Bruno

*Si ſanctas Monachi leges, quas regula condit,*
*rumpant, inſtar* equi *nonne* ferocis *erunt?*
*Qui frenô excuſsô rabiens per compita currit:*
*ſic Monachus ſancti non memor obſequii.*
*Exemplum tibi* Bruno *dabit, qui ſpontè reſignat,*
*fracta ſui clauſtri vota videre nequit.*

### *XVII. CONRADO II. ſociabimus VULPEM.*

XVII. Conrad. II.

Ut *vulpes* mutare pilos ſolet, & tamen illa
una eademque manet: ſic reprobi Monachi
Interdum mutant vultum, ſed pellere mores,
ſcandala qui præbent, hic labor, hoc opus eſt.

XVIII. Ditmar.

XVIII. DITMARO ſacrabitur CICONIA.

*Pabula ceu pullis excelſa* ciconia *quærit*,
*atque ſuum* nidum *ritè tuetur. Ita*
*Tu*, Ditmare, *tuos*, *nutrire*, *fovere ſolebas*;
*Abbas, qui bonus eſt, fidus & æquus erit.*

XIX. Burkard.

*XIX. BURKARDUM ornat GRUS.*

*Grus Burkardus* erat, raræ *vigilantiæ* imago,
noctes cum curis dividit ipſe ſuis.
Fecit, quod poterat, poterat non omnia: laude
attamen eſt dignus *candor amorq́;* Viri.

XX. Eckbert. II.

XX. ECKBERTO II. CYGNUS.

*Candidus ùt* cygnus *divini Numinis amplas*
*cantabas laudes*, *parve* Ekeberte; *licèt*
*Atri ſæpe dies turbâſſent omnia*, *mentem*
*ſervabas ſemper ſorte in utraque bonam.*

XXI. Vlricus

*XXI. ULRICO aſſiſtit LYNX.*

Paupertas ſanè laudat *dextramq́; fidemq́;*:
annon Tu miſeris *anchora ſacra*, pater?
Laudibus his amplis nil amplius addimus, hoc quàm,
*Ulricus* totus *lynceus* ille fuit.

XXII. Conrad. III.

XXII. CONRADUS III. tangit NOCTUAM.

*Sedule*, *quis*, *qualis*, *quantus*, Conrade, *fuiſti*,
noctua *martyrium nocte dieq́; dabit.*

XXIII. Godofred.

*XXIII. GODOFREDUS miratur SALAMANDRAM in igne.*

Et, *Godofrede*, tibi mentem vexatio donat,
quàm multum ſapiens diſcit ab *hoſte* ſuo?
Non ardet *Salamandra*, ardet tamen ire per ignes;
ſi bene munitus, flamma nocere nequit.

XXIV. Sigfred. II.

XXIV. SIGFREDO II. propria eſt COLUMBA.

*Te*, Sigfrede, columbatim *complectimur omnes*,
candida *nam clauſtro &* fauſta columba *meo es.*
*A te, per Te, immò in Te ſtat* victoria *nobis*,
*nunc* pax vobiſcum *cantio* mollis *erit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXV. *Jaſpar cum Cervo.* XXV. Iaſpar

Appono *cervum*, quò vix *velocius* ullum
eſt animal: rebus convenit ille tuis.
Tu *piger* ad pœnas, ſed contrà ad prœmia *velox*,
*cuſtos* & *Dominus*, tu ſimul *Abba, Pater.*
Donec erunt Fratres, Fratrum vox una ſonabit:
*Jaſparus* nobis *rarior Abba* fuit.

XXVI Henricus III. ſeligit Anserem. XXVI. Henric. III.

*Dat magnos vicina Tibi* Halberſtadia *motus*,
*à fronte & tergo ſumma pericla premunt.*
*Tu tamen, ùt rupes, ſemper tranquillus in* unda,
*fidus manſiſti cœnobio atque Deo.*
Anſer *uti vaſto niveus colludit in amne;*
*ſic mala ſors* luſus cottidianus *erat.*

*XXVII. Henricus IV. Upupæ amicus.* XXVII. Henric. IV.

*Conſpurcas nidum pulloſq;* tuos: alieno
*Hysburgum* fallax obruis ære tuum.
Hinc etiam ſacro percuſſus fulmine, grandes
juſſus es ob culpas ire, profane, procul.

XXVIII. Joannes I. adumbratur Echino. XXVIII. Ioannes I.

*Arma ſonant, fera bella tonant, & ubique tumultus:*
*ſed cubat* echinus *tutus in* orbe *ſuo.*
*Turbida tempeſtas non frangit, tangit, & angit,*
*munitum* telis *parte ab utraque ſuis.*

*XXIX. Tidericus noſter Phoenix.* XXIX. Tidericus

*Unus* in *Huysburgo, cui* nullus fortè ſecundus,
inſtar *Phœnicis,* Tu, *Diterice,* mihi.
Alter *fundator*, ſummus *benefactor*, *amator*
& Fratrum, & populi nobile delitium.
*Lac & mel* nobis tua adhuc veſtigia ſtillant,
Tu nobis *cornu* grande *ſalutis* eras.
Quod ſumus, hoc per Te, *Tiderice*, ſumus; Tibi cuncta
debemus, vitam, ſacra, profana ſimul.

XXX. Joannes II. cum Ove. XXX. Ioannes II.

*Sicut ovis* veſtes, eſcas, *& cætera prabet,*
*utilis & Domino eſt atque jucunda ſuo.*

*Sic prodes cunctis, ſic delectasq́;,* Joannes,
Tidrici *viva & ſuavis imago Patris.*
*Omnia ſunt laudanda, nihil culpabile:* doctus,
juſtus, diſcretus, relligioſus *eras.*

XXXI. *Conrad. IV.*

## XXXI. CONRADO IV. placet GALLINA.

*Inſtar* gallinæ *pullos,* Conrade, *fovebas,*
*cœnobium tu, quod lapſum erat in cineres,*
*Inſtauras; fateor, par eſt fortuna labori,*
*ſed non perpetua eſt. Ruſtica turba tibi*
*Summum cordolium fecit; furioſe popelle,*
*das, alii interitum dum facis, ipſe tibi.*
*Ille tamen fratres diſperſos colligit, atque*
*fecit, quod potuit: fecit at omne bene.*

XXXII. *Hermannus,*

## XXXII. HERMANNO autem SERPENS.

*Singula tu quoque feciſti prudenter, ùt* angvis,
angvis *erat vita nobile* lemma *tuæ.*
*Judicio ſi quid careat, durabile non eſt;*
*dat firmamentum rebus acris ratio.*

XXXIII. *Ioann. III.*

## XXXIII. JOANNES III. erit MILVUS.

*Milvus,* avis furax, *gallinis inſidiatur;*
*cœnobii tu ſic inſidiàre bonis.*
*Illicitum cur teſtamentum condis? inique,*
*ſcandalum & opprobrium poſteritatis eris.*

XXXIV. *Ioann. IV.*

## XXXIV. JOANNI IV. detur ELEPHANTUS.

*Magnanimus, fortis, prudens, & ad ardua natus,*
*Tu, dilecte Pater: verè,* elephantus *eras.*
*Longiùs hic ego nolo tuas contexere laudes;*
*annon* vox populi vox *aliquando* DEI?

(o)

PARVA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PARVA

CHRONICA

# MONASTERII S. PETRI

*in*

# MONTE CRUCIS

AD WERRAM,

*ORDINIS S. P. BENEDICTI,*

COMPILATORE

JOHANNE CRÆMER,

Præpoſito Monialium S. Jacobi Ord. Auguſtin.

Cum notis

*CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## L. S. P.

COmpilator hujus chronici *Joannes Cræmer* fuit Eſchwegenſis, Ord. Auguſt. Monachus, & Præpoſitus poſtea cœnobii *Jacobæi* extra muros *Crucisburgi* ad ripam Vierræ. Lectorem fuiſſe per aliquot annos in Monaſterio Miſnenſi Ordinis ſui, alia addiderat manus. Anno MDXIV. ſubſtitit ob adverſam, ut ipſe fatetur, valetudinem, & circa exordium ſequentis anni abiiſſe videtur, quò nos ibimus omnes. In limine codicilli ſui ſtatim exponit cauſas, cur chronicon Monaſterii *Petrini* vocârit, quod tamen univerſi oppidi memorabilia recenſet. Inter miſcellanea noſtra haud faſtidient id harum rerum amantes. Et his placuiſſe mihi ſat eſt. Pulcrè *M. Daniel Nederburg* in oratione ſua MS. *de hiſtoria patriæ ritè excolenda. Licèt minuta & levia videantur opuſcula, ſerves ea tamen velim. Nec obſtat, quòd nugis & fabulis aliquando ſcateant, ruſpare tu, forte in ipſo ſtercore latet unio. Imo fabulæ iſtæ, ſi catus ſis, Te erudient, quòd è tenebris ad lucem vocatus, Deo tuo gratias agere tenearis. Annon ipſa venena ſaluberrima dant medicamenta, ſi artem præparandi bene calleas? cur ergo fabulas non convertis in uſum tuum?* Sic ille. Dixerim cum *Martiali L. I. epigr.* 17.

*Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,*
*quæ legis hîc, aliter nec fit, amice, liber.*

At hic in orthographia ſua quoque varius eſt. Remur ergò, è diverſis variorum ſchedis, ſeu diariis, ſua decerpſiſſe, ſicq; inſeruiſſe,

ruiſſe, uti repererat. Inde etiam ſtyli inæqualitas. Interim pax Domini ſit ſemper nobiſcum!

---

ECce *crucis montem*! multæ *lucis* mihi *fontem*:
*crux* mihi *dux*, & *mons pons* tibi honoris erit.
Frange *nucem*, hoc eſt, vince *crucem*, & mirabere *lucem*,
eſt in *monte crucis* ſorsq; ſalusq; mea.
Aſcendas igitur *montem*; victricia ſigna
ſtant in eo. Vicit, qui bene cuncta tulit.

*ad alluſionem Montis Crucis*
ſcrib.

DAVID HEINR. MONHEIM.

# IN NOMINE DOMINI AMEN.

Ad honorem Glorioſæ & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, SS. Andreæ & Jacobi Apoſtolorum, S. Nicolai & S. Liborii Epiſcoporum & Confeſſorum, Patronorum Montis noſtri Crucis.

## CHRONICA MONASTERII S. PETRI.

ITa: de monaſterio S. *Petri* titulum libelli facio, ideò quòd iſtud omnia reliqua templa & monaſterium *Jacobæum*, imò ipſa oppida, tam veterem, quàm novam, nobis dederit. Niſi enim cœnobium *Petrinum* fuiſſet, nomen ſanè Urbis noſtræ adhuc eſſet incognitum. Bene igitur explicabis, quicunque legere dignaberis, quamvis pro mea informatione & delectatio-
*Bonifacii laus.* ne tantùm hæc pauca compilaverim. Quanto labore & ſudore S. *Bonifacius*, glorioſus Thuringiæ noſtræ Apoſtolus, (a) à Deo miſſus, doctrinam catholicam ubivis locorum, in hac potiſſimum regione, diſſeminaverit, & templa, capellas, cluſas ac oratoria fabricari fecerit, nemo certè digno præconio ſatis commendabit. Rectè igitur à *bonis factis Bonifacius* nominatus eſt. Quam-
724. primùm anno Domini DCCXXIV. (b) in hanc terram venerat, in omni fertili aptoq; loco, quem viderat & luſtrârat, templa & clauſtra optabat & cogitabat ſeriò. Illius curâ & operâ in *veteri monte* ante ſilvam, in memoriam & honorem S. Evangeliſtæ *Johannis*, capella conſtructa eſt. Ille dedit Eccleſiam Beatiſſimæ Virgini Mariæ in *Herbisleben*, & S. Petro, Apoſtolorum Principi, in majori *Uhrleben*, nec non *Geiſmariæ* in Haſſia aliam. Illi vitam & ſpiritum poſt Deum debent ſanctæ ædes in *Tammesbrügge*, *Salza*, *Ohrtruf*, *Dretenborg*, *Grüſſen*, *Monra* & alibi, nec non monaſterium in *Homborg* &c. Cùm igitur ſanctus Vir aliquando in littore Werræ cum diſcipulis ſuis ſpatiaretur, totus iſte tractus ſingulariter ei placuit, montium, vallium, agrorum, camporum, paſcuorum, fluminis, rivorumque amœnitate & fertilitate jucundiſſimus. In

(a) Thuringiam ante Bonifacium converſam, inq; fide Chriſtiana inſtitutam fuiſſe, probant Spangenberg. in hiſt. Bonifac. c. 4. D. Sagittar. L. II. Antiquit. Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuring. c. 3. ſeqq. M. Pfefferkorn in Thuring. ſua c. 12. p. 63. & alii. (b) Surianam, i. e. Othlon., Monachi Fuldenſ., hiſtoriam noſter hîc ſequitur. At vide tu Browet L. I. Antiquit. Fuld. c. 3.

In terram ergo proſtratus & in faciem ſuam, votum fecit Deo & *S. Petro*, in gloriam & honorem illorum, omni curâ & ſtudio monaſterium Monachorum Ordin. S.P.Benedicti in monte, *Crüzberg* poſtea dicto, erigere, idque *montem S.Petri* nominare. *& votum.* Primi Monachi, ſecundùm veterem traditionem, ducti ſunt ex alio *monte S. Petri*, qui *Erphurtiæ* eſt, (c) cujus Prælati curæ & inſpectioni novellam hanc plantationem ſpecialiter commendâſſe dicitur. (d) Alii tamen malunt, primos fratres deſumtos eſſe ex Collegio *Fritiſlarienſi.* (e) Sit ût ſit, nomina eorum annotata ſunt:

*Runcolphus, Spithardus, Helmvvicus, Alefredus, Stephanus, Modeſtus* & *Megino.* *primi Monachi.* Poſterius plures credunt, quia prima Eccleſia eſt à *S.Bonifacio* conſtructa. Hi ſub inſpectione & proviſione Præpoſiti, qui *Runcolphus* erat, primò inhabitare cœperunt montem, aſperioris diſciplinæ vitæque planè monaſticæ & regularis ſtrenui cultores. Cùm igitur Fratres in Deo uniti vitâ & doctrinâ univerſæ viciniæ prælulgerent, ipſique ſine agricolis & opificibus commodè vivere nequirent, homines aſſociati infra montem caſas & habitacula ſua fecerunt, uti potuerunt. Sic cum Deo & die vicus inde crevit, & ex hoc tandem pagus, in quo ſanè valde notabilia peracta ſunt. Habuerat *Henricus* IV. Imp. anno Domini MLXIX. *Wormatiæ* colloquium cum Principibus *1069.* ſuis, cunprimis Moguntino, cui omnem decimam in tota Thuringia ſimpliciter & in ſolidum promiſerat, modò illius operâ divortium cum conjuge *motus ob decimas.* ſubſequeretur. Epiſcopus, decimarum avidus, nulli pepercit labori, reliquis verò Principibus contrà nitentibus, tantum opus ſolus efficere non poterat. Interim decimæ, ſecundùm decretum Imperiale, à Thuringis dari debebant. Hi verò vitam potius cum libertate amiſſuri, Legatos mittunt ad *Henricum*, qui tunc *Hartisburgi* erat, humiliter rogantes, ut, mutatâ iſtâ ſen-

 tentiâ,

(c) Sapiunt hæc fictam fundationem Dagobertinam. Vid. Trithem. in compend. ſeu breviar. primo Volum. annal. ſeu hiſt. de orig. Reg. & Gent. Francor. anno 1515. edit. Mader. append. chr. Mont. ſereni p. 273. & Jac. Schenck. in verſ. Germ. oper. Trithemian. de orig. Reg. &c. Sanè, nec annus, vel indictio conveniunt. Quisnam è Dagobertis rexit anno 706. quô montem Petrinum Erfurti fundatum clamitant; licèt aliis 627. imò 707. placeat. Si de Dagoberto I. aſſeras, inter annum 621. & 645. factum eſſe oportuit, cum anno 649. 19. Januar. deceſſerit. Si de Dagoberto (vulgò) ſecundo dicto, qui tamen III. fuit, intelligas, ſucceſſit ille anno 711. Patri ſuo Childeberto, anno 715. verò deſiit. Sed habeas, ſecundùm plebejas narratiunculas, ſecundum, ecquî tamen mihi negaveris, iſtum anno 687. cæſum eſſe. Falſa diplomatis indictio, ſiquidem ea anno 706. nona haud fuit, ſed quarta. Cujus Dagoberti verò Avus erat Meroveus? conf. Sagittar. L. I. Antiquit. Ducat. Thuring. c. 11. Trithem. chron. Hirſaug. edit. Freher. p. 65. & in comp. hiſt. Francor. fundatorem iſtius Petrini monaſterii, quod Erfurti eſt, facit Wilhelmum, XII. Abbatem Hirſaug., Ducem Bojoariæ, (Bucelin. in catal. Abb. Hirſaug.) validis argumentis id probans fuſius, quæ ſanè non in trivio reperit, judice ipſo Serar. hiſt. rer. Mogunt. L. II. c. 19. & admittente ea Gudeno L. I. Hiſt. Erfurt. p. 11. ſeq. exploſâ ſimul fabulâ Dagobertinâ. (d) Idem cantillat Spangenberg. in hiſt. Bonifac. c. 17. (e) De Monachis Fritislarienſibus, Germaniæ Apoſtolis, vid. Brovver. L. I. Antiquit. Fuld. c. 3. p. 12.

rentiâ, in avita libertate ſua ſalvos tutosque eos eſſe juberet, aliàs ſe extrema
quæq; tentaturos. Satiº quippe eſſe pro libertate patriæ mori, quàm cũ igno-
minia vivere. Iniqua & nunquã audita Præſulis poſtulata eſſe. Se igitur para-
tos ad utrumq; , ſeu pacem, vel bellum velit Moguntinus. Interea exercitus
eorum morabatur prope *Crucis montem.* (f) Circa annum Domini MCXV.
1115. *Henricus* V. Imp. Principes Saxoniæ, inprimis *Reinartum*, Halberſtadenſem
*& ab Henr.* Epiſcopum, *Fridericum* Juniorem Palatinum Saxoniæ, *Fridericum Arnsber-*
*V. facti,* *gium* &c. acerrimè infeſtabat, faciens, quicquid rectum videbatur in oculis
ſuis. Quâ injuriâ commoti, cum *Lothario* Duce Sax., *Wiperto* & *Henrico* Fra-
tribus de *Groitſch*, aliisque congregati apud *Crucis* noſtræ *montem* fœdus inie-
runt contra *Henricum*, bellum ei denunciantes graviſſimum. (g) Manſit
itaque Monaſterio nomen *montis Petrini* ad Werram, donec proceſſiones
Crützfar- crucis, die Crützfarthen/ ſolenniter ubivis introducerentur, & populus ex ſin-
then/ gulari devotione longè & latè die Lunæ, in hebdomade S. *Cruci* ſpecialiter
dicatæ, in der Crützwochen/ ad hunc montem cum *crucibus* catervatim pere-
grinaretur. Auguſtum quidem ſacellum eſt in area montis iſtius; quod die
Crützkirche vocant. In hoc dum ſtato tempore Miſſa celebrabatur, omnis po-
pulus, ſexus & ætas in aream, ſatis amplam & ſpatioſam, proſtratus devotio-
nem ſuam habuit. Tunc exibant bini & bini nudis capitibus, per agros &
campos, per calles & valles, pſallendo, orando, jubilando, inque omnibus
laudando Dominum. Sic, perdito veteri nomine, plerunque monaſterium
Crützberg / à monte ſuo poſthac *Crützberg*, ſeu *mons crucis*, nominatum eſt.

Crux monti nomen *dedit*: *in* cruce *gloria ſumma*;
crux *urbis decus eſt*, *luxq*, *caputq*, *fiet*.

Auctô hominum cœtu in villa, ſeu pago, infra montem & cœnobiũ condito,
difficile putabant incolæ, acclivem ſemper conſcendere montem. Statuebant
igitur, acceptâ licentiâ, ſuum fabricare templum in honorem S. *Andreæ* Apo-
S. Andr. ſtoli, cujus primus Parochus erat *Jacobus Calmart*, Vir honeſtus & mode-
templum, ſtus. Interea crevit etiam congregatio *Petrina*, ut ſuum elegerit
Abba-

(f) De auſibus Henrici & poſtulatis Moguntini vid. Lamb. Schafnab. ad ann. 1069. &
Calviſ. ad h. a. Spangenb. chr. Sax. c. 181. & Gryphiand. in Weichbild. Saxon. c. 30. Quòd
verò caſtra Thuringorum tunc fuerint Crucisburgi, nullus dixit. Sed ad ann. 1123. inſit
Aut. addit. ad Lambert. Cum Adelbertus Moguntinus decimas iſtas exigeret, populi
Thuringorum permoti, in colle Treteburg de cunctis finibus ſuis conveniebant,
& civitatem Erpesphurt, in qua tunc Epiſcopus erat, cum 20000. irrumpere pa-
rabant, ſi non antea cœptum opus prudenti conſilio avertiſſet Epiſcopus. Trete-
burg ajunt, Binhart verò L. I. chr. Thuring. p. 119. ſeq. & Pfefferkorn in The-
ring. c. 30. p. 426. Crucisburgum malunt. (g) conf. chr. Bigaug. ad ann. 1115. edit.
Maderian.

Abbatem ſecundùm regulam S.P. *Benedicti.* Quando autem, ſeu quare *cur &*
monaſterium hoc deſtructum ſit, à variis variè diſputatur. Quidam ajunt, *quando mo-*
*Ludovicum ferreum* circa annum Domini MCLX. iſtud in caſtrum, ſeu bur- *naſterium*
gum mutâſſe. Ringente autem deſuper Prælato *Petrini* Monaſterii Er- *perierit?*
phurtiæ, *Ludovicum* ei dediſſe aliquot bona, in agro Erphurtienſi ſita, ad cel- 1160.
lam *S. Martini* infra Francquerodam; excanduiſſe autem *Chriſtianum*, contra
*Conradum Wittelspachium* intruſum Epiſcopum Moguntinum, & tamdiu fa-
tigâſſe Landgravium, donec adhuc cœnobium *S. Jacobi* liberaliter conſtru-
eret, eique omnia bona, cenſus & reditus, qui antea *S. Petri* erant, in monte
ſuperadderet. Nec ſic quidem in omnibus contentum fuiſſe ſcribunt.
Alii circa annum Domini MCCCLV. periiſſe contendunt; (h) ſed quare,
vel cujus culpâ? Alii volunt, Monachos factâ permutatione cum cella *Mar-*
*tiniana* ſuâ ſponte ceſſiſſe; alii vi adactos feciſſe ſubjiciunt. Nos ex tra- *traditio mo-*
ditione habemus monaſtica, *Petrini* cœnobii corruptionem fuiſſe *Jacobei* *naſtica.*
noſtri generationem. An verò *Ludovicus ferreus*, ſeu quintus hujus nomi-
nis, vel *Hermannus* Landgravius fundamentum & complementum dederit,
non ſatis manifeſtum eſt, cùm pleraque documenta monaſtica igne &
bello perierint. Interim deducimus fundationem noſtram ab anno Do-
mini MCLXXIII. teſte antiquo lapide, nobisque perſvaſum habemus, *Lu-* 1173.
*dovicum* IV. quem vulgò *ferreum* vocant, deſignaſſe & intendiſſe quidem *S. Iacob.*
ſtructuram monaſterii, ſed *Ludovicum* V. poſt obitum ejus acriùs cœpiſſe, & *monaſt.*
*Hermannum* denique Bono cum DEO conſummâſſe feliciter. An verò
petente, ſeu mandante Epiſcopo, vel alio, id fecerint, nihil ad nos. Eſt ita-
que cœnobium *Jacobæum* vetuſtius ipſo oppido, in honorem DEI & memo-
riam S. Jacobi *Apoſtoli*, in ripa Werræ, munificentiâ Principum & Landgra-
viorum Thuringiæ, pro Virginibus Ordinis *eremitici*, ſub regula S. P. *Au-*
*guſtini*, piè & caſtè viventibus conditum. Prima Prioriſſa, quam ego re-
peri, fuit *Eliſabetha Metſch*, & primus Præpoſitus *Jacobus de Grunavv.*
Circa annum Domini verò MCCXIII. glorioſè memoratus *Herman-* 1213.
*nus* Landgravius, ſummâ jucunditate loci allectus, de condenda etiam *è monte*
urbe meditari cœpit. Juſſit igitur viciniores ruſticos ex *Meylingen* in parvo *crucis urbs,*
campo, ex *Colbendorf*, ex *Rumpfreyn* & ex *Hebsperg* caſas & domicilia ſua ad
*montem crucis* transferre, donans eis *jus civitatis*, & *inſignia*, quæ ſunt *tres*
*turres* valde conſpicuæ. Et ab eo tempore *Crucisburgum* appellari ſolitum
eſt. Commodius tutiusque videbatur colonis, conjunctim intra muros
habitare, quàm in agris hinc inde eſſe diſperſos, præſertim cum minori fere
moleſtia agros ſuos colere poſſent. Certatim igitur ædificare quisque,
laresque ſuos huc tranſpoſitos ritè componere & ordinare voluit. Vi-
dentes

(h) ut Bang. in chron. Thuring. p. 139. a.

nobiles in ea. dentes hunc fervorem Nobiles, & ipſi in civitatem migrârunt, nominatim *Zengii Strigeri, Neſſelrodii, Cruceburgii, Botlerii, Eſchvvegii*, & alii, conſtruentes pro ſe & familiis ſuis ædificia ſatis ampla, alta, ſplendida, & bene murata ac ornata. Pagus etiam infra montem, in quo *S. Andreæ* templum, dilatatus & auctus, jus civitatis acquiſivit cum nomine Alt-Stadt. Primarium novæ

S. Nicol. ædes, urbis templum in honorem *S. Nicolai* cœptum anno Domini MCCXV. ſed anno Domini MCCCCXXVIII. ſabbato ante feſtum Nativitatis *S. Jo-*

1215. *hannis Baptiſtæ* inceptum eſt opus præaltæ turris in eo. Primus hujus Eccleſiæ Presbyter *Cornelius Vichter*, zeloſus Declamator. *S. Ludovicus* cum ſan-

reſidentia S. Ludovici. ctiſſima & caſtiſſima conjuge ſua *Eliſabetha*, quæ Regia proles erat, *montem* hunc *crucis*, at pulcrum ſpeculum & ſpeculam lucis, & recens oppidum, ex omnibus in terra ſua unicè amabat, & ſic quidem, ut placuerit ei ex *monte* ſeu *burgo* hoc reſidentiam ſuam facere. Ipſaque peperit hîc filium ſuum *Her-*

1223. *mannum* anno Domini MCCXXIII., qui egregiè adolevit, ſpem faciens toti Provinciæ bonam; ſed ecce inſtinctu Patruelis *Henrici* (quem DEUS poſtea

Fil. ejus obit, viſibiliter puniit,) à *Bertha* de *Siebach* in eodem oppido (1) veneno tollitur anno ætatis ſuæ decimo & octavo. Hinc ille:

Henricus *cadit: dedit at mala* Bertha *venenum*;
*ſic*, Hermanne, *cadis: vadis at ad ſuperos.*

pons. *Ligneus pons* hactenus ſuper Werram ſtructus fuerat, quem verò glacies & inundationes ſæpius disjecêre. *Ludovicus* ergò *ſaxeum* & perpetuum fecit, quem adhuc habemus, tàm civibus quàm peregrinis exitum & reditum commodè præbentem. Factum hoc quinto ante obitum ejus anno, ipſo anno

1227. emortuali *Hermanni* filii. Cumque anno Domini MCCXXVII. Pius Prin-

Oratio Ludov. valedictoria. ceps in terram ſanctam cum Cæſare ire vellet, Proceres ſuos ad *montem crucis* „ convocatos ita alloquitur: Dilecti & fideles, magnum opus nunc molior. „ Et neſcio, quæ fata mihi impendeant. Vos ſi bene & feliciter vivere veli„ tis, vivite concordes in unitate Spiritûs Sancti. Ego Vobis ſubditos & „ *Eliſabetham* meam cum prole dilectiſſima maximè commendo, me autem „ precibus veſtris & devotioni. Vivite DEI & mei memores. Veſtra me„ moria ſancta & incorrupta apud me erit, & in multa benedictione. Va„ lete, remque veſtram curate fideliter. Sic ivit, at non redivit. Quieſcat „ ergò in pace æternâ! Anno Domini MCCLII. fundatur in memoriam

1252. ædes B. Virg. „ Beatiſſimæ *Virginis* & S. *Bonifacii* templum ſatis amplum in monte extra muros, cum ſpatioſo cæmiterio, multis tiliis jucundè conſito. *Henricus*, Epiſcopus Hildeſemenſis, olim Præpoſitus in *Helgenſtad* in *Eichsfeldia*, con-

1253. origo monaſt. VVeiſenborn. ſecravit. Primus Paſtor erat *Georgius Lindenberger*. Anno ſequente *Tharterus*, Præpoſitus Virginum *S. Jacobi*, Prædeceſſor meus, cùm diſtricti examinis non immemor, ſuper talento ſibi credito fidelis diſpenſator & effector inveniri voluerit, ut tandem ſuper multa in gaudio conſtitueretur in futurum,

(1) Vid. addit. ad Lambert. ad h. a.

turum, decrevit, in honorem Glorioſiſſimæ *Mariæ* Virginis Genitricis DEI, & omnium Apoſtolorum, conſtruere locum decimum tertium perſonarum *Anachoritarum*, ad cultum divini nominis ampliandum. Variis ergò perluſtratis locis nemoroſis, invenit tandem, quem diligit anima ſua, *Weiſenborn* ſcilicet. Emit itaque ipſum locum integraliter cum omnibus pertinentiis ſuis pro XL. marcis à *Thietmaro* & *Bertholdo* fratre ſuo, qui tunc villam *Weiſenborn* tenebant, à Dapifero Domino *Brogo*, & filiis ſuis, & *Cunemundo* fratre ſuo, & filiis ſuis, & *Güntero* & *Iſemanno* fratribus de *Flacheim* jure feudali pacificè & quietè. Hunc locum *Weiſenborn*, cum omnibus attinentiis ſuis, dictus Dapifer *Brogus* pro omnibus prænominatis, ipſis tamen conſentientibus & volentibus eò, quòd perſonaliter omnes convenire non poſſent, & pro ſe ac ſucceſſoribus ipſorum omnibus, in manus Reverendi Principis *Henrici* Marchionis liberè reſignavit, & exſuſcitavit ante caſtrum *Sumeringen*, multis adſtantibus nobilibus & Baronibus fide dignis. Prædictus ergo Princeps villam iſtam *Weiſenborn* cum omni jure ſuo, ad inſtantiam *Tharteri* noſtri, contulit Priori & FF. eremiticis Ordinis *S. Wilhelmi*, ad infudandum divinis laudibus ſecundùm formam Ordinis ſui jure perpetuo poſſidendam. In hoc clauſto XIII. Clerici ſub regula S. P. *Benedicti* eremiticè & religioſè vivere debebant, ſic tamen, ut inpoſterum ipſe locus aut vendi, inque alium (etiam ordinem) transmutari poſſit. (k) Vix autem veſtigia amplius mihi oſtendes veteris *Weiſenbornæ* à *Thartero* fundatæ, licèt nomen adhuc ſuperſit. Anno Domini autem MCCCI. alius Præpoſitus S. *Jacobi* noſtri *Bernard.* de *Flacheim* de veteri loco tranſtulit in eum, ubi jam eſt infra *Scarſenberg.* Certè ſi acta & facta Prædeceſſorum meorum, Præpoſitorum nempe in hoc monaſterio, tum inor, multa præclara & laudabilia reperio hîc & alibi ab iis geſta, adeò ut (quod credimus) nomina eorum in cœlis ſcripta ſint in libro vitæ æternæ. Omni laude digni ſunt *Hedericus*, *Albertus*, *Bernartus*, *Hermann.*, *Conradus* & *Joannes*, qui DEO & Eccleſiæ famulati ſunt. Faciant Succeſſores noſtri idem, & vivent hîc & æternum. F. *Hedericus* de templis noſtris in laudibus ſuis *Cruceberg.*, quas cœperat, ita: *in templa Cruciberg.*

Andreas, Nicolaus, Jacobus, Virgo Maria,
*de* cruce *perpetuo in* burgo crucis *ecce loquuntur.*
*O cives, cives, cœlorum quærite regnum!*
*Sic mandant* Nicolaus, Andreas, Virgo, Jacobus,
*qui ſpondent ideò cœlorum gaudia vobis.*
*Sunt etenim* Nicolaus, Andreas *atque* Jacobus
*& dulcis* Virgo *Tutores atque Patroni.*

Flammante & ardente poſtea odio capitali inter *Henrici* Brabantini relictam viduam, *Ludovici* S. filiam non adeo ſanctam *Sophiam*, & *Henricum*, Marchio- *bellum*



(k) Omnia hæc verbotenus deſumta ſunt ex literis fundationis dudum exhibitis diſs. m. hiſt. VI. ubi de ſingulis prolixiùs & diſtinctiùs.

nem Miſniæ, ex Landgravii *Hermanni* filia *Jutta* natum, propter conjun-
ctas adhuc eo tempore Provincias Thuringiam & Haſſiam, bellum maximè
deteſtabile & execrabile oritur, in quo & Haſſia & Thuringia igne & ferro
deleta eſt. *Sophia* in auxilium vocat *Albertum*, Ducem Brunſvicenſium. Et
licèt Marchio *Wartburgum* teneret, cives tamen tuebantur partes viresque
Brabantinæ. In hoc bello provinciali totus *mons crucis* cum omnibus ad-
jacentiis & pertinentiis vaſtatus eſt. Oppidum enim *Albertus* incendit anno
*1259.* Domini MCCLIX. Alii quidem aſſerunt: ipſum caſtrum ab *Alberto* miſerè
concuſſum & vexatum, ſed non captum fuiſſe, (l) contrarium tamen novi-
mus. Vix incolæ domunculos & mapalia ſua reædificârant, cùm novum
*aliud,* majusque malum immineret. *Albertus degener* Princeps, & peſſimus patriæ
Adminiſtrator, ex odio erga filios ſuos concepto, Miſniam, Luſatiam, & ter-
ram Pliſſenſem, quas ex hæreditate defuncti fratris *Henrici*, Marchionis
Miſniæ, ſibi vendicabat, ſed ſpe ſuâ excidebat, *Adolpho* Imperatori pro XII.
millibus marcarum argenti vendidit, Thuringiam verò ſpurio ſuo *Apel*,
quem ex *Cunegunda* de *Iſenburg* ſuſceperat, tradere volebat. Hæc meretrix
omnium malorum, bellorum, ruinarum & vaſtationum genitrix, miſe-
rum *Albertum* totum perdidit, adque ſummam paupertatem redegit, in
qua etiam *Erphurtiæ* inter lachrymas & querelas miſerabiliter mortuus eſt.
*Adolphi facinora,* Iſte *Adolphus*, infeſtum nobis nomen, *crucis montem* aggreſſus, vadum
fecit per Werram, non procul à loco, qui dicitur *Rumpfreyn*, quem adhuc
vocamus Königsfurt. Ad hunc collem poſuit caſtra ſua, & faciebat ſibi
ligneam caminatam, quam miles *Adolphsburg* nominabat, vulgus verò
noſter *Ailsburg*. Ex hoc colle per aliquot ſeptimanas variis modis afflixit
novellam, & vix è cineribus ſuis ſurgentem civitatem, fortiter ſe defenden-
tem. Igne autem injecto in cineres denuò collabebatur tota. Cives præ-
ſidium & ſalutem ſuam in *burgo* ſperantes eò confugiebant, qui poterant.
Multi generoſi nobiles in hoc *burgo*, nominatim *Butlerii*, *Neſſelrotii*, *Hopf-
gartii*, *Steinii*, *Strügeri*, *Stubii*, *Pferdsdorfii*, *Frobii*, *Crutzburgii*, & fortè
alii, omnes laboribus bellicis diu aſſveti & fortes Viri, qui conjunctis ani-
mis & viribus omnem vim eludebant. Sed *aquæ* penuria ad deditionem eos
*1295.* tandem coëgit anno Domini MCCXCV. Nec enim homines, aut equi, vel
*crucis burgum captum,* reliqua pecora amplius ſuſtentari poterant ob defectum aquæ, qui tantus
erat, ut omnes cibos ſuos per aliquot dierum ſpatium cum cereviſia coque-
rent, eaque equorum & canum jam potus facta erat. (m) Expende igitur,
quantæ molis fuerit, novam condere urbem & gentem in *monte*, ſeu *burgo
crucis*. Utrumque nomen aptè quadrat. Promiſcuè etiam jam dicitur

*Cruzberg*

(l) Conſentit Aur. hiſt. Landgr. Thur. c. 59. AD. MCCLIX. Domina Sophia cum
filio ſuo & adjutorio Ducis Brunſvicenſis cepit caſtrum Cruceberg, & civitatem ejusdem
penitus devaſtavit. (m) Vid. Lang. chr. Citiz. ad ann. 1294 & addit. ad Lamb. Schaf-
nab. ad ann. 1295.

*Cruzberg* & *Crüzburg*. Ut nihil hîc dicam de *peſtilentia*, quæ non ſemel maxi-
mam partem hominum ſuſtulit, nihil de incommodis & vaſtationibus à
*Werra* nobis factis. Anno Domini MCCXCVIII. *Gallus Reddicher*, Pa- 1298.
ſtor propè *Eſchevvege*, dum prædicat verbum Domini in templo S. *Nicolai* in
feſto dedicationis coram multo populo, ruſticus è vicina villa *Iſta*, ſpiritû
vini aduſti nimiùm inebriatus, grandi boatu & ſtultis geſticulationibus con-
cionatorem & totam congregationem perturbavit & ſcandalizavit turpiter.
Ob quod facinus in turrem & vincula diu conjectus, in ſolemni poſtea feſto
publicè egit pœnitentiam coram univerſa Eccleſia *flexis genibus*, *manibus ele-* *pœnitentia publica.*
*vatis*, *humili* & *lamentabili voce* culpam ſuam deprecans. Pro ſatisfactione
inſuper *novum* ei *calicem* cum *patena inaurata* dedit, mulctam quoque ſuam
Judex ab eo extorſit. Anno Domini MCCC. *Matthæus Rochert*, Paſtor in 1300.
*monte* B. *Virginis*, eloquia licet divina nervosè & zelosè explicaret, ob *lingvam* *Paſt. balbutiens.*
tamen *balbutientem* & *debilem vocem* pleriſque impiis auditoribus ingratus,
patum effecit concionibus & vitâ ſuâ exemplari, qui tamen omni modo ſtu-
duit cunctis prodeſſe & nemini obeſſe, juxta monitum S. *Ambroſii*. (n) An-
no Domini MCCCIII. *Urſula Kraſtin*, devota Matrona, per multos annos 1303.
hanc ſibi fecerat conſvetudinem, ut *mane* in templo S. *Nicolai*, circa *meridiem* *devotio Matronæ.*
in monaſterio noſtro S. *Jacobi*, & circa *veſperam* in *monte B. Virg.* ſingulari de-
votione preces ſuas funderet ad Deum. Quod cùm in feſto S. *Michaëlis*, datis
antea largis eleemoſynis, devotè feciſſet, in diſceſſu de gradibus lapideis
lapſa, & effractô craniô paucas poſt horas in Domino obdormivit. Sic beati
ſunt, qui moriuntur in Domino. Anno Domini MCCCIV. ſacellum S. 1304.
*Margarethæ* à B. *Eliſabetha* anno Domini MCCXXIV. in Monaſterio *ſacellum S. Margarethæ,*
noſtro conditum, regaliter dotatum ab *Alberto* Landgravio & conjuge
ejus *Adelheide*. Ex diruto caſtro Hopſgartenſi varii libri & ornamenta
illata ſunt. Ad deſtruendas *turres* B. Virg. in *Iſenaco* tres miſſi ſunt mu- *turres B. V.,*
tarii è noſtris, quorum primus *Caſpar Welcker* ſtatim in primo opere ſa-
crilegii mortuus eſt. Anno Domini MCCCVI. *Clara de Gatterſted*, Sub- 1306.
Prioriſſa noſtra, cùm ab infantia ſua in Diœceſi *Fuldenſi* educata, & rei *Clara egregia pictrix.*
*pictoriæ* apprimè perita eſſet, horas poſtea luſorias in depingendis *Abba-*
*tibus Fuldenſibus* conſumſit, à primo *Sturmione* usque ad quinquageſimum,
*Henricum* hujus nominis V. de *Wilnavv*, diligenter occupata fuit, quos
etiam omnes ac ſingulos ad vivum ita expreſſit & delineavit, ut pul-
chriùs non potuerit optari. Dedit *Henricus* Abbas ei pro hac raritate &
artificio ſuo *novum habitum*, & *centum florenos rhenanos*, quos verò Mo-
naſterio ſuo ipſa reddidit, Eccleſiæ verò noſtræ altare *S. Mariæ Magda-*
*lenæ* pretiosè exornatum in memoriam ſui dedit. Anno Domini MCCCIX. 1309.



(n) Ex 1. Cor. XIV. 11. ſeq. Sacerdotis eſt nocere velle nemini, prodeſſe multis, poſſe verò ſolius DEI eſt.

*LaurentiusNarterus* de Grimma, Paſtor ad *D.Andr.*, pulcrum reliquit libellum
*Zörben-vvitz,* de patriæ ſuæ Deaſtro *Zörbenvvizio* ſcriptum. (o) Anno Domini MCCCX.
1310. mortuus in Domino *Bartholdus Hegrod* Conſul, magnus benefactor Eccleſiarum
*Barthold. Hegrod,* pauperumque, quibus etiam, defunctis, intra anni ſpatium, ante eum ſeptem liberis cum conjuge, omnem ſuam ſubſtantiam legavit. Meruit inde
1312. nomen der milde Barthel. Anno Domini MCCCXII. cometa magnam *pe-*
*peſtis & fames,* *ſtilentiam* & terribilem *famem* per totam Germaniam induxit. (p) Civitas noſtra multis civibus & ædificiis ampliatur.
*Th. Staſforder,* *Thomas Staſsforder* devotionem ſuam erga Patronos civitatis exhibere cupiens, *S. Nicolao* effigiem dedit hujus Sancti, *S. Andreæ* Andream, *B. Virgini* in monte effigiem ſuam, & Monaſterio no-
*Henr. Hathemar,* ſtro *S. Jacobum* Apoſtolum. *Henricus Hathemar*, Canonicus B. Virginis, in ſylvoſo monte, *Moſeberg* dicto, à Judæo occiſus, qui poſtea infra *Mühlam* in Werram ſe præcipitavit. Cauſa non fuit alia, quàm quòd bonus *Henricus* Judæo ſæpius fidem Chriſtianam commendaverit, & *imaginem crucifixi* donare voluerit. Hinc inter ſermones de *Chriſtianiſmo* necatus fuit ille. O nefandum
1316. ſcelus! Anno Domini MCCCXVI. *Chriſtophorus Zänger*, Vicarius noſter, affert
*Chriſtoph. Zänger,* literas, in quibus *Jutta*, Abbatiſſa ſecularis Eccleſiæ *Quitiliniborgenſis*, cum toto Conventu ſuo, ſorores noſtras, præſentes & futuras, omnium miſſarum, vigiliarum, jejuniorum, eleemoſynarum, aliorumq; piorum operum, quotquot fiunt in iſta Eccleſia, nunc & in perpetuum participes fecit. Idem fecerat anno Domini MCCL. VI. Cal. Maj. *Barbara*, Abbatiſſa in *Wechtersvvinckel*. In proxima aliqua villula ſolitaria cùm ruſtica noctu pareret, & ipſa ſola cum ſimplice aliqua puella XIII. annorum in caſa ſua eſſet, infans autem valde debilis, & morti ferè proximus, ſacerdos autem in hoc caſu ex civitate requiri non poſſet, ob portas noctu clauſas, & quòd feſtinanter ac conſternanter omnia tunc fierent, nemo etiam, præter puellam iſtam, in
*urina pro aqua in baptiſmo,* tugurio amplius eſſet, ipſa mater decrevit parvulum ſuum baptizare. Puella autem *urinam* pro aqua ei attulit, quâ uſa eſt ruſtica ex terrore & errore iſto. Altero autem die rebaptizabatur juxta ritus Eccleſiæ. (q) Anno
1318. Domini MCCCXVIII. Eôdem die & horâ, ſcilicet quintâ matutinâ, in feſto
*mira fulminis vis,* S. *Jacobi*, Patroni noſtri, quô anno præterito arx *Wartenberga* à fulmine combuſta eſt, in veteri oppido figuli domus ab eodem percuſſa, tactis *cunis*, in quibus puella *quatuor ſeptimanarum* jacebat, quæ illæſa manſit, & cre-

(o) Idolum Zörnevvitz, ſeu Zorbenvvitz, qſ. lumen Soraborum, tetri atrique coloris erat, dextrâ tenens lampada ardentem, ſcævâ verò enſem, cui ſingulis annis vivum hominem ſacrificabant Grimmenſes. Vid. Peccenſtein. Theatr. Sax. P. III. pag. 73. ſeq. (p) conf. Rivandri chron. Thuring. p. 377. (q) admittunt aliqui Dd. ſcholaſtici urinam, quod tamen non credit Gvido de monte Rocherii in Manual. c. 2. Judæus iſte apud Niceph. H. E. L. III. c. 37. baptizabatur arenâ. Legi meretur elegans diſp. Fautoris mei ſingularis, Dn. J. And. Schmidii, S. Th. D. ejusdemque & Antiqq. ſacr. PP. Helmſtad., de baptiſmo per arenam, habit. anno 1697. M. Majo.

& erepta eſt, domus verò tota conflagravit. (r) Anno Domini
MCCCXIX. in feſto *Petri & Pauli* SS. Apoſtolor. dum ſolemnis pro- 1319.
ceſſio ad ſacellum *S. Petri* eſſet in monte, Studioſus ex *Iſnaco* ad *mon-* *alia hiſto-*
*tem Crucis* tendens, in monte *Moſeberg* feſſus ſub umbra quercus jacet & *ria.*
obdormit. Tonitru interim, eo non animadvertente, ſuboritur, &
fulmen in marginem pilei, cujus parti eminentiori pronus faciem impo-
ſuerat, decidit. At nihil inde detrimenti ſenſit, niſi quòd aliquamdiu
ſurdaſter fuerit. (s) Anno Domini MCCCXX. *Ludovici Thrans*, ſutoris 1320.
uxor, prope curiam, gravida ſimul & phrenetica, extra portam *Iſnacen-* *bufo vora-*
*ſem* currens reperit fortè mediocrem *bufonem* in via repentem, quem *tus,*
in littore *Werræ arenâ* prius probè ablutum, ſolo *capite* abjecto, inte-
grum devoravit. Domum poſtea citiùs reverſa totum cantharum *lacte*
plenum deſuper bibit, & nihil inde noxæ habuit, ſed feliciter poſtea pe-
perit. (t) Anno Domini MCCCXXI. *Hermann. Rumpfberger*, faber ligna- 1321.
rius, dum ligna finderet in ſylva, inque ea noctu dormiret, vidiſſe dicitur *viſio no-*
in aëre *virum protensâ manu gladium tenentem verſus Crucis montem.* *cturna,*
Et gladius iſte *flammabat.* *Paulus Hölſcher*, Mercator, ciſtam quandam, *Paul. Höl-*
quæ abſcondita erat in *Eſchenberg*, caſu aliquo reperit, in qua variæ li- *ſcher,*
teræ monaſterium *S. Petri* concernentes, ſed ex humido aëre ſubterraneo
conſumtæ & detritæ erant, ut nullus inde ſenſus exſculpi potuerit. Igitur
abjectæ ſunt.

*Matthias Buſchert*, ſartor hujus loci, ex *pede gangranoſo* periculosè *Matth.*

 *Buſchert,*

(r) Majorem fulmini, quàm natura ferat, & diviniorem ineſſe potentiam, rectè dixit Seneca L. II. quæſt. nat. c. 31. Mithridatis, Ponti & Aſiæ Regis, adhuc infantis, cunas fulmen incendit, corpore intacto, veſtigio ſaltem in fronte, quà capillata eſt, relicto. Plutarch. L. I. Symp. quæſt. 6. Monſpelii fulmen pudendorum puellæ pilos abraſit, quæ tamen curata fuit. Aliud colum puellæ intactis ſtupis conſumſit. Borell. C. II. obſ. 38. (s) Et ego admirandi fulminis exempla aliquot vidi & notavi. Sedebat opilio cum uxore ſua, cœlo horribiliter tonante, ſub patula fago. Ille contemplabatur exutos lacerosq; calceos ſuos: hæc protractis mammis alumnum jamjam admotura erat. Sed ecce! fulmen calceum viri dextrâ protenſum altiſſimè in terram percuſſit, ipſo planè intacto & ſuperſtite. Capro, gregis Duci, prægrandibus cornibus armato, alterum fulmine percuſſum ſubitò decidit, beſtiâ ſalvâ & integrâ. Gallina ovis ultimis diebus adhuc incubans à fulmine enecta, pullis tamen altero die prorumpentibus. Meſſores ſub fago conſidentes tonitru declinare volebant & imbrem. Arripit unus eorum cantharum, aperit, tenet dextrâ jamjam bibiturus. Sed à fulmine decidente è manu excutitur, omnibus hominibus intactis. Paſtor in pago ad Viſurgim, Monach. Ord. Bened., ebrius aliquando in ædibus ſuis dormiens, nec ſenſit, nec audivit horriſonam tonitruum fulminumq; violentiam. Et licèt fulmen calceos ejus ante lectum à ſe poſitos profundiſſimè in cellam detruderet, imò aſſeres aliquot lecti diffinderet, adeoque per tectum in cubiculum & cellam ſub eo penetrâſſet, ipſe tamen placidè dormiens ſero tandem mane expergefactus, ruinam domûs lectiq; ſui miratus eſt, quod ex ore ejus habeo. (t) Similia exempla dabimus in centuriis noſtris obſerv. Med. Phyſicar. rarior. & curioſ. prœlo deſtinatis.

decumbens, facto voto *S. Jacobo*, ex conſilio *Georgii Dranners* ex *Scherbde*, è
ſola *palude ſtercoraria* (Miſtpfützen) mane & veſperi lavit, ſuperinducto ſem-
1323. per *ſtercore vaccino* calido, & bene ei ceſſit. (u) Anno Domini MCCCXXIII.
*Melch.* *Melchior Knurr*, aurifaber hujus loci, confeſſus erat ſacerdoti ſuo ordinario,
*Knurr,* ſed poſt confeſſionem *Mammonis* ſui anxiè memor, cœpit in camera ſolitaria
numerare eundem. Quô factô obliviſcitur planè Sanctæ cœnæ. Punitus au-
tem ideò ad terrorem aliorum ſeveriſſimè. O pudor, nummos præferre æter-
no theſauro, & nec unicum diem ſine divitiis, ſeu cupiditate earum, vacuum
*Steph.* poſſe dimittere! *Stephanus Penner* faber ferrarius cū equa ſua conſueverat, ideò
*Penner,* ille cum beſtia combuſtus eſt, cinis poſtea ſub rota publica defoſſus cum
perpetua maledictione. Quouſq; ruit homo noviſſimorum oblitus? ipſo dia-
1324. bolo pejor eſt abſq; timore Domini. An. Domini MCCCXXIV. *Fridericus* junior,
*legatum* Thuringiæ Landgravius, Miſnenſis & Orientalis Marchio, Dominuſq; terræ
*novum,* Plyſſenſis, ex ſingulari beneficentia cuilibet templo *novum* fecit *legatum* in
frumento, in feſto *dedicationis* annuæ ſingulis perſolvendum, *S. Petro* ſcilicet
in *monte* in *Spicherte*, *S. Nicolao* in *Strekde* & *S. Jacobo* noſtro in *Myla*. Ubieô-
dem anno *Henricus*, Miles de *Myla*, ad exemplum *Cunemundi*, (vv) liberalis
1326. etiam benefactor noſter extitit. O.P.E. Anno Domini MCCCXXVI. ſeriò rur-
*Ioh. Flei-* ſus mandatum, feſtos dies omnes ac ſingulos totos & integros ſanctificare.
*ſcher,* Sed *Johannes Fleiſcher*, petulans hujus mandati prævaricator, hanc meruit pœ-
nam, ut ex tota Thuringia ejectus ſit, à *pediculis* poſtea voratus in ipſa ſilva
*Haynech*, ubi diu cadaver ejus jacuit inhumatum. (x) Ecce vindictam divinā!
1330. Anno Dom. MCCCXXX. ædificatur parvum oratorium ad viam ſuprà Monaſte-
*Iudæus* rium noſtrum, in quo ſtabat effigies B.V. pro viatoribus. Judæus in diverſorio
*egregiè pu-* publico ad *catum ſylveſtrē* imaginem *Crucifixi* de pariete cameræ, in qua noctu
*nitus,* dormiverat, avulſam in cloacam dum conjicere vellet, ſubitò aſſeres ſub pe-
dibus ejus ſubſidunt, illeq; in aream ad muros domûs præcipitanter lapſus
fracto *pede ſiniſtro*. Et tamen à Magiſtratu, in terrorem aliorum, ſeverè punitus
*& carnifex,* eſt. Carnifex loci, quòd fuſtigâſſet civem honeſtum, factâ prius deprecatione
coram univerſo Senatu, in cuſtodiam deductus eſt per triduum, & pro pœni-
tentia ei mandatum, ad ornamentum Eccleſiæ S. Nicolai, dare hiſtoriam *Eliæ*
Prophetæ à *corvū* nutriti, & *baptiſmi* Chriſti in Jordano, in majoribus tabùlis
1331. perpulcrè depictam. *Ludovicus Rychart*, Conſulis noſtri F., à puero ad ſcholas
*Ludov. Ry-* miſſus, adultior nunc factus peregrinatur in *Hungariam*, exin in *Galliam*, *An-*
*chart.* *gliam*, & tandem in *Hiſpaniam*. Rei nauticæ apprimè deditus, inq; prœliis ma-
ritimis multoties verſatus, fit tandem *Ammiralius* Hiſpanorum Regis. Duxit
ditiſſimam Virginem. Sed patriæ ſuæ etiam piè memor, miſit parentibus, Ec-
cleſiis & Hoſpitalibus largiſſimas eleemoſynas, & inſignia dona purè ar-
gentea.

(u) vid. Dreck-Apothecke edit. ſecund. noſtr ſect. VI. cap. 13. (vv) de anno 1256. (x) Pul-
ſus quidem erat, iſte autem reverſus, clanculum delituit in ſylva, donec fame enectus mi-
ſerrimè periret.

gentea. Nobilitatus poſtea à Rege ſuo, dictus eſt cognomine *de Rychartis*, Vir
magnæ auctoritatis & opulentiæ. Miſit effigiem ſuam Patri per mercato-
rem Norinbergicum, quam demum poſt mortem illius, in ambitu Monaſte-
rii noſtri ſuſpendimus cum inſcriptione: LUDOVICUS DE RYCHAR-
TIS, E CRUCIS MONTE TYRIGETA, REGIS HISPANOR. AM-
MIRALIUS, FIDE ET VIRTUTE CONSPICUUS. Anno Domini
MCCCXXXII. celebris apud nos jurium valde gnarus *Chriſtophorus Smet-* 1332.
*man*, cujus conſilia longè latéq; expetebant nobiles, vulgò dicebatur der *Chriſt.*
wyſe Stoffel. Relíquit filium Magiſtrum Medicinæ, Erphurtiæ habitan- *Smetman*,
tem. Concordia inter cives & Senatum, ob varias controverſias, ex utraq; par- *concordia*,
te ventilatas, facta. Anno Domini MCCCXXXIV. captus eſt in vinea *Adami Bla-* 1334.
*wers corvus* valde feſſus cum minuta nolula circa collum, cui inſculpta erat *corvus ſu-*
crux cum literis, I.H.S. Num, *IN HOC SIGNO*, vel: *IN HOC SALUS*, expo- *ſpectus*,
nendæ ſint, incertum eſt. Domum iturus cum ave, pueris ad portam luden-
tibus dedit, quorum quilibet pennam ex alis extraxit, ſed plerique ægrotare
cœperunt. Suſpicio igitur erat, veniſſe *corvum* ex loco aliquo lue infecto,
& ſic etiam erat. Annô Domini MCCCXXXV. in feſto *S. Nicolai* perno- 1335.
ctavit in diverſorio ad *aureum leonem* Abbas *Fuldenſis*, qui ſequente mane, *Abb. Fuld.*
antequam diſcederet, omnia templa contemplatus, & cuique benefecit.
*Catharina de Ketlitz* in monte B. Virg. ſepulta dedit multum. *Marcus* *Cath. de*
*Riſenburg*, Gothâ ad ſuos rediens, *cycnos* attulit, quos cicuravit. Qui ſe *Ketlitz*,
etiam multiplicantes in tantum, ut quiſque primarius civis par eorum ha- *cygni*,
buerit in domo ſua. *Jonas Döbener*, à Turcis captus, at dimiſſus, ma- *Ioh. Döbe-*
gnum bellici Officialis munus apud Ducem *Bojariæ* ſuſtinuit, ut omnibus *ner*,
ſuis benefaceret. Deſcripſit iter ſuum unà cum captivitate, qui liber
apud *S. Nicolaum* cuſtoditur. Semper in ore habuit: **Fromm und
treues Blut bringt mir Glück und Muth.** Anno Domini
MCCCXXXVI. De virunculis, quos vulgò Wichtelmännergen vocant, 1336.
admiranda ubique audiuntur. In ore totius Monaſterii eſt ſequens hi- *Sibylla*
ſtoriola *Sibylla Cauterin*, Monialis, illuſtri aliquando die cum ſo- *Canten.*,
cia *Spatenbergam* præteriens, modicum ſtrepitum animadvertit. Igi-
tur retrò videt, & ecce puſillus homunculus, isque ſenex, bene bar-
batus, hilari fronte, nivei vultus & capillitii, dextrâ geſtans album bacillum,
& bene veſtitus, more ruſticorum, propiùs accedit, detectoque capite perhu-
maniter ſalutat Virginem. Imperterrita iſta gratias agit. Tunc ille, quónam
tendat, ſciſcitatur. Dicit: vide, reſpondet, ne aberres, ſunt ibi, monſtrans di-
gito collem, varia bivia, quæ non ſatis cautum, ſeu itineris peritum, facilè
abducere & ſeducere poſſunt. Sed confide, comitabor te eòuſque, &
tunc clariùs monſtrabo, quò tutò ire poſſis. Multa audiverat *Sibylla* de
virun-

viruncilis iſtis, inprimis, quòd neminem lædant, ideò ſine terrore prolixius
cum eo loquitur. Inter alia rogat, cur non aliquando Virgines viſitet in
monaſterio, velle eas ova, lac, butyrum, placentas, & ſimilia promere. Ve-
niam, ait ille, modò non vexer, ſeu perturber ab aliis. Hoc nemo è noſtris
impune tulit unquam. Venientibus tandem ad collem iſtum, digitis porrò
monſtrat, quò ſit eundum. Sic, præmiſsâ ſalutatione, fauſta quæque pre-
cans, reverſus eſt ad *Spatebergam*. Quod poſtea *Sibylla* toti Conventui nar-
1338. ravit. Anno Domini MCCCXXXVIII. *Otto Bernhöver*, cùm vidiſſet *ſer-*
*fons Nort-* *pentem* tardè & langvidè ad *fontem Nortmanniorum* repentem, exque eo bi-
*mann.* bentem, putavit, non ſitis, ſed potius medicinæ ergo fieri, juſſitque ſervum
ſuum tunc febricitantem idem facere. Fecit, & convaluit. Tentârunt
plures, & celebritas aliqua acceſſit fonti, ſed non diu duravit. Limpidus
1340. aliàs, amœnus & gratus in æſtu & ſiti. Anno Domini MCCCXL. equa in
*crux in* monaſterio noſtro *nigrum* rejecit pullum cum *albiſſima fronte*, in qua *nigra*
*fronte pulli* *crux* eleganter à Natura depicta videbatur. Annô Domini MCCCXLII.
*equini,* ipſo feſto S. *Mariæ Magdalenæ* Werta alveum ſuum tanto impetu diffude-
1342. rat, ut ferè ipſa urbis mœnia ſatis alta tranſcenderit. Moniales certè è
*inundatio,* monaſterio noſtro S. *Jacobi* omnes & ſingulas longiùs expulit, pecori & ho-
minibus, & hortis & agris multa faciens damna. Sed hujusmodi caſus ni-
hil novi ſub ſole noſtro. Quid faciemus? annon *crucis burgenſes* ſumus?
Promiſerat *Henricus Hennebergicus* Genero ſuo *Friderico Severo* anno Domini
1345. MCCCXLV., unà cum filia ſua *Catharina*, dotis loco Præfecturam *Coburgen-*
*Henr. Hen-* *ſem* cum omnibus pertinentiis. Mutatis verò promiſſis, *Fridericus Catha-*
*neberg. au-* *rinam* Patri ſuo remiſit domum, quòd malè tulit *Henricus*. Statuit igi-
*ſus vani,* tur nocturno tempore *Crucisburgum* invadere & ſpoliare. Sed vigiles
erant incolæ, & depulêre ruſticos Hennebergicos, eosque inſecuti malè
1347. tractârunt. (y) Anno Domini MCCCXLVII. *Hieronymus Thangler*, Præ-
*muſica* poſitus, in tenebricoſa adhuc aurora feſti Paſchatis *organum muſicum* pulſari
*imaginaria,* audit, & varia inſtrumenta muſica certatim quaſi ſeſe exercere in choro
noſtro. Intrepidus è cella ſua intrat templum, omnibus conticentibus
& nemine viſo. Reverſus in cellam denuò audit Muſicam, ſenſim accedit
ad oſtium templi, & auſcultat. Cantatur *requies pro defuncto*. Intonat
Ipſe *Hieronymus*; mox autem turbantur omnia. Circa quartam à meridie
repente moritur ſoror *Emerentia*, devotiſſima omnium, cui nocte præce-
dente *de fuga ex monaſterio, cum ſarcina in dorſo* geſtanda, ſomniaverat.
1349. Anno Domini MCCCXLIX. *Georgius de Vaſolt*, Paſtor ad S. Nicolaum,
*G. de Vaſolt,* hæredem ſuum fecit S. *Jacobum*. Erat doctus, pius, & erga pauperes li-
1350. beralis homo. Annô Domini MCCCL. *Eliſabetha* Prioriſſa ſcholam
*Schola in-* claustralem
*ſtaurata,*

(y) Conf. Spangenberg. chron. Saxon. c. 284. p. 484. & Annal. m. Iſnac. ſ. 89.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clauſtralem reparari & inſtaurari curat, magno cum emolumento &
gaudio Monaſterii & civitatis. *Veronica Hagkin*, occiſo marito ejus in *Veron. Ha-*
bello, unà cum duabus filiabus adultis, *Sophia* & *Alheyde*, monaſterium *ckin*,
noſtrum ingreditur, & omne, quod habuit, ſuum DEO & S. *Jacobo*
piâ devotione offert, facta deinde Cuſtos. *Georg. de Trievort*, ferus ho- *Georg. de*
mo, cùm in monaſterio noſtro, divino compunctus ſpiritu, ad agni- *Trievort.*
tionem peccaminum commotus fuiſſet, precibus ſororum porrò confi-
dens, tres manſos iis dedit in *Valken*, cum area & horto ibidem. Sic
enim literæ ſunt:

In nomine Domini Amen. Quoniam omnia cum tempore fluunt *donatio*
& devorantur ab eo, juſtum & ſalutare eſt, ut ſcriptis ſuffulciatur, ſi *ejus*.
quid durabile eſſe volumus. Noverint igitur omnis ſexûs, ſtatûs, ſeu
conditionis homines, præſentis & futuri ſeculi, Quòd cùm ego *Georg.
de Trievort* ſecurè & malè hactenus in ſeculo vixerim, nuper verò, di-
vino compunctus ſpiritu, propter interceſſionem S. *Jacobi*, quem ideò
*Patronum* meum ſelegi, & precibus Sororum in monaſterio ejus ad Wer-
raha, ad agnitionem criminum meorum & contritionem cordis mei,
per DEI gratiam, pervenerim, & nunc videam, in quanta animæ pe-
ricula ſecuritas iſta animi me deduxerit. Et quia in Domino confido,
me magis & magis immutatum, & cum DEO reconciliandum eſſe, ut
in ſtatu gratiæ poſthac vivere & mori poſſim, ad DEI gloriam, &
pro meliori ſuſtentatione ſororum, tres manſos hereditatis meæ in *Val-
ken* cum *area deſolata* & *horto* adjacente, prope horreum *Caſp. Schurott*
ſito, dicto monaſterio S. *Jacobi* in proprium trado & dono perpetualiter,
cum omni utilitate, ſic, ut dictæ ſorores poſſint & debeant vel in area
iſta ædificare domum, quæcunque ipſis placuerit, vel eam vendere, aut
permutare. Et pro his omnibus nihil aliud cupio, peto, & deſidero,
quàm preces Monaſterii ad DEUM, pro continua vitæ meæ meliora-
tione, & ſalute æterna. Datum anno Domini in Valken MCCCL. in
feſto S. Mich. Archangeli. Anno Domini MCCCLIII. *ſex vineæ*, *quatuor* 1353.
*manſi*, & *duo horti* à fidelibus Chriſti civibus novæ & veteris Civitatis, *alia*.
ob ſpem retributionis æternæ, Monaſterio dantur. Haud temerè factum
puto, quod à Patribus noſtris accepimus, de mirabili & cruenta, imò
planè prodigioſa *pugna pelargica* anno Domini MCCCLV. (z) ipſo S. 1355.
*Laurentii*, glorioſi & invicti Martyris, feſto. Advolabant paucas intra *pugna cico-*
horas, ab octava matutina usque ad meridiem, plùs quàm ducentæ *niarum*.
*ciconiæ*, quarum copiam vix ſperâſſem in tota regione, inſidentes primùm
cacumini S. *Nicolai*, aliæ volitabant ad ipſum *crucis* & B. *Virginis* mon-
tem, gloterantes in faſtigiis turrium tectorumque, aliæ ad S. *Jacobum*,
(T t) ad

(z) Libor. Galv. in chr. MS. habet ann. 1392.

ad *curiam* civitatis, & ad quamlibet altitudinem, multis, inſolitis, & tædioſis gloterationibus iracundiam invicem ſibi nunciantes. Miratur civitas prodigium hoc nunquam antea viſum, & ferè jam trepidare cœperat, uti fit in caſibus, ſi qui inſoliti, præter quotidianos, aliquando obveniant. Circa primam meridiei horam agminatim ſimul avolant, ut altera alteram acerrimè inſequeretur, usque in pratum, quod **Soden** vocant. Ibi omnes & ſingulæ congregatæ, in duo agmina ad dextram & ſiniſtram prudenter & more bellico diviſæ ſtabant, prœlium mox mox inituræ. Stantibus ita utrinque, duæ quædam ſeniores, quæ magnitudine & fortitudine præſtabant, lento gradu, micantibus quaſi oculis & multo cum murmure per diviſum agmen ibant, quaſi ſpecularentur, an nunc omnia ritè ad pugnam parata eſſent, & num ſingulæ adeſſent. Quod dum fieret, reliquæ gloterabant. Tandem magno impetu ſtrepituque ſe invicem adortæ, per horæ quadrantem ferè maſculè pugnabant, ſpectante omni populo. Tribus in hac acie confoſſis, inque prato hinc inde ſe volutantibus, reliquæ cum generali gloteratione in altum ſe levabant alis, & quæque ſuum repetebat nidum. Pulchrum, at formidabile, ſi vidiſſes, ſpectaculum, omni memoriâ dignum. Anno Domini
1358. MCCCLVIII. *Joachimus Monna*, Paſt. B. Virg. in monte, poſt mortem, ante
*ſangvis è* inhumationem, *ſangvinem* emiſit è *naribus* ſuis, quod prodigii loco habitum
*naribus mortui*, eſt ab omnibus, quotquot viderunt. (a) Annô Domini MCCCLX. *Eckhartus*
*Kleber*, Sutoris noſtri F., in India Orientali ad magnos honores pervenit,
1360. *Eccart. Kleber*, promotione Anglicanorum, in quibus ſervitiis diu fuerat. (b) Bonum in civitate noſtra regimen, ô utinam perpetuò! Feſtum B. *Virg.* in Eccleſia ejus
*feſtum B. V.* collegiata *Iſen* ſolemniſſimè celebratur, ad quod omnes noſtri Presbyteri in-
*Chriſt. VVältzer*, vitati ſunt. *Chriſtian. Wältzer*, Vicarius ad S. *Nicol*, Erphurtiæ fit Concionator ordinarius, cujus commendatio multùm nobis profuit apud Moguntinum. Dedit ad hoſpitale ſingulis annis quatuor maldra ſiliginis. Annô
1361. Domini MCCCLXI. obambulabat hebdomatim certis diebus ex innata fa-
*baptiſmus canis*, tuitate ſimpliciſſimus puer XV. ferè annorum, in civitate & villis vicinis panem propter Deum colligens, cum *catello* pediſſequo ſuo. Qui cùm aliquoties actus baptiſmales obſervâſſet, ex mera ſimplicitate etiam *canem* ſuum, *ceremonialiter* ad Werram ductum, *in om pars fel & ſpi Am.* baptizavit ſolemniter, in præſentia omnium puerorum totius civitatis. Hoc licèt non ex malitia feciſſet, ob ſcandalum tamen datum à publico Senatûs ſervo virgis cæſus eſt **der wyſe Lotz** uti nominabatur vulgo, in terrorem Sodalium ſuorum. Mox autem *canis* rabioſus factus, viciniorem quemque læ-
1362. ſiſſe dicitur. (c) Anno Domini MCCCLXII. conſtitui debebat vel ad S.

*Andream*,

(a) Conf. faſcic. II. obſ. m. Med. phyſ. num. I. Dec. II. Eph. Germ. ann. VI. annex. (b) ex incerta aliorum relatione hoc hauſerit, (c) Similem hiſtoriam legi olim apud Cæſ. Heiſterbaccenſ. in ſuis de miracul. libris, ùt vocat, ut neſciam, an una eademque ſit à ſcriptoribus hîc aut iſtîc ficta, ſeu tamen paulò immutata.

*Andream*, vel ad S. *Nicolaum*, neſcio à quo recommendatus, rudis & planè in- *Presbyter*
doctus Presbyter B. W., quem verò cives omnes repudiabant. Rogatus *rudis.*
enim in examine, *quot eſſent Apoſtoli?* dixit: *quatuor*; Matthias, Marx, Luca
& S. Joh. Baptiſta. Porrò: *quot eſſent articuli fidei?* reſpondit, *ſeptem.* Pu-
deat, dixit Epiſcopus, talia neſcire. Tot ſunt Sacramenta. Tùm ille: *ego non*
*ſcio diſcordantiam inter Sacramenta & articulos fidei. Presbyter non oportet diſpu-*
*tare, ſed credere, prædicare & ſacrificare.* Venit poſtea in Eichsfeldiam, ubi in
villa aliqua ruſticana Parochus factus eſt. Sed quid aſinus ad lyram? imò
quid aſinus ad aram? ad myſteria ſacra? Porci, ſues, canes, & aſini, immunda
animalia hæc non requirit DEUS ad ſacrificia ſua. (d) Anno Domini 1364.
MCCCLXIV. viderat *Joachimus Gärberling*, facetus homo, ſed pauper ſar- *Ioach. Gär-*
tor, ad portam B. Virg. habitans, in feneſtris templi & alibi Nobilium & Prin- *berling.*
cipum inſignia variis coloribus depicta, & diverſis animalibus exornata, pu-
tans ergo, idem ſibi licere, ex varii coloris pannulis ſibi inſignia fecit pro lu-
bitu ſuo, eaque januæ ſuæ affixit pro publico ſpectaculo; *aſinum* ſcilicet in
ſcuto, cui inſidebat *edentula anus, in ſpeculo* ſe contemplans, ſiniſtrâ manû *ur-*
*ceum* lacte plenum habens, *ore diducto & ſubridens*, in ſuperiori parte *puer* ſede-
bat *in capra.* Quæ ſtulta inſignia cùm Princeps aliquando conſpiceret, ſub-
ſtitit cum ſuis, & quæſivit, quid iſta ſibi vellent? omnia mea ſunt, quæ ha-
beo & ſpero, *aſinum* nempe, *Vetulam* meam, *urceum, puerum & capram.* Hæc
eſt tota ſubſtantia mea. Compenſavit autem Princeps nugas hominis, & pla-
cuit ei inventio. (e) Anno Domini MCCCLXV. Dominus *Jodocus*, pius & 1365.
doctus Vir, Paſtor ad S. *Nicol.*, *bibliothecam eccleſiaſticam* inſtituere cupie- *bibliotheca*
bat. Multas ideò procuravit eleemoſynas pro ea à Nobilibus, vicinis *S. Nicol.*
monaſteriis, & aliis. Et ſanè facto laudabili initio boni cœpti, multi
docti & indocti in honorem S. *Nicolai* ſponte ſuâ contribuebant, ut nu-
merus librorum auctus ſit. Noſtrum, memoriali teſte in antiquo re-
giſtro, dedit decem florenos. Poſtea verò omnes incendium abſtulit.
Sic quælibet dies *burgo crucis* afflictio. Anno Domini MCCCLXVI. mo- 1366.
ritur in monte B. Virginis Dn. *Thomas*, cui in officio ſucceſſit *Hieronymus* de *Hieron. de*

 *Nuen-*

(d) Henricus Anhaltinus, electus Archi-Præſul Magdeburgenſis, pallium petiturus à Clemente V., rogatur, an ſciret orationem dominicam? neſciit reſpondere, quia non intellexit, quid ſit oratio dominica. Sed tunc, ait chron. Magdeburg. ap. Meibom. T. II. ter. Germ. p. 334. Magiſter ſuus volens eundem juvare, dixit: Pater Sanctiſſime, apud nos iſte titulus: Dominicæ orationis, non eſt uſitatus, ſed vocatur Pater noſter, & ſi ſic quæreretis, bene ſciret reſpondere. Conf. hiſt. Anhalt. D. Sagittar. c. 4. (e) Similis huic Belga ruſticus, qui foribus caſulæ ſuæ quadratum affixit ſcutum, in quo aquila, vomer, columna, ſimia & anſer conſpiciebantur, oram verò clypei cingebat vellus aureum. Hunc ornatum Princeps Naſſoviæ aliquando admiratus, rogavit, unde illud vellus aureum accepiſſet? cui ille: Wel myn Heere / dat ſtaht ſo fry. Harsdörfer. im groſſen Schau-Platz Luſt- und Lehr-reicher Geſchichte C. II. c. 22. §. 4.

*Nuenker-* *Nuenkerchen*, bonus declamator. Anno Domini MCCCLXVIII.
*chen*, *Martin Breuning* & *Nicolaus de Mölhuſen* conſtruunt ſacellum *S. Boniſa-*
1368. *cii* in monte, idque dotant liberaliter. Imagini *B. Virg.* ad templum
*ſacellum S.* *S. Nicol.* pro perpetuo lumine nocturno dedit *Lucia Häſerin*, vidua, ſin-
*Bonifacii* gulis annis quinque florenos. Incendium in *Trievort*, *Mühla* & *Eſchevve-*
*imago B. Virg.* *ge.* Hinc magnæ paſſim querelæ. *Auguſtinus Vogter* Româ reverſus at-
*incendia*, tulit ſpeciale privilegium pro omnibus Eccleſiis noſtris. Anno Domini
*Aug. Vog-* MCCCLXX. combuſta apud nos eſt venefica, quæ fatebatur, ſe *ob-*
*ter*, *latas*, quas noſtris & vicinis Eccleſiis per aliquot annos ſuppeditave-
1370. rat, omnes & ſingulas in diaboli nomine confeciſſe. Si externa ſpectes,
*malitia* erat proba mulier, quæ ſacris lubenter & aſſiduè fere interfuit, nec quiſ-
*venefica*. quam de ea mali quid ſuſpicatus eſſet. Anno Domini MCCCLXXIII.
1373. *Eichsfeldenſes* multas moleſtias & damna nobis fecerunt, uti ante annos
*Eichsfel-* *denſes*. aliquot iidem cum *Mölhuſianis* fecerunt, cùm pecora nobis auferrent. In-
ſecuti & aſſecuti eos cives animoſi ad *montem vulpinum* non procul Natzâ,
multi tamen cæſi ſunt, quòd iſti multitudine noſtros ſuperarent, etiam
1374. ex inſidiis alii accederent contra noſtros. Anno Domini MCCCLXXIV.
*diſp. F. Ia-* F. *Jacobus* Ord. Minor. conſcripſit diſputationem contra *immaculatam*
*cob.* *conceptionem B. Virginis*, ſed quò aufugerit, ignotum eſt. (f) Anno Do-
1376. mini MCCCLXXVI. *Jeremias* Rindbach/ ruſticus in vicinia, *fœnum*
*fœnivorus*, & *ſtramen* vorat, uti bos, robuſtus & laborioſus homo. Anno Domini
1378. MCCCLXXVIII. generalis *fraternitas* inſtituta eſt inter omnia Sancti-
*fraternitas* monialium monaſteria in Thuringia noſtra, confirmante eam Legato Apo-
*generalis*, ſtolico. Anno Domini MCCCLXXX. Monaſterium noſtrum ſeptem
1380. manſos ſibi emit in campo *Mylano* & *Natzano*, ſed cum magno damno.
*multi manſi emti*, Nobiles enim contradixerunt, inde lis & odium per multos annos. Sa-
*ſacellum* cellum *S. Laurentii* à *Georgio de Hopfgarten* & *Adamo Strigero* munificè ædi-
*S. Laurent.* ficatur pro annua memoria. Anno Domini MCCCLXXXI. monaſterium
1381. *Volckerod* ſexcentos florenos accepit à noſtro mutuò. Parvus *canis Mel-*
*mutuum* *chioris Wüxlers* in Iſta *mures* peperiſſe dicitur, mures, quos Rattenmüſe vo-
*600. flor.* camus. *Sebaſtianus Pilhöfer*, piſtoris noſtri filius, à Turcis captus, cùm fi-
*canis parit mures*, dem Chriſtianam abnegare nolebat, *naſum & aures & linguam* ei abſcinde-
*Sebaſt. Pil-* bant, & ſic dimiſerunt. Mortuus poſtea in Tranſylvania ùt verus Martyr.
*höfer*, *Henricus Leymer* Anno Domini MCCCLXXXII. cum templum, ſeu potius
1382. ſacellum Erphurtiæ repararet, in *columna* aliqua *theſaurum aureum* repe-
*Henr. Ley-* rit. Domum poſtea reverſus pulcherrimum ſibi ſtruxit ædificium, & *mer-*
*mer*, *caturam* exercuit, & celebris factus eſt longè latéque. Alii dicunt, fuiſſe

*mille*

(f) Paulus, ex ordine Prædicatorum Cracoviæ prædicans contra eandem immaculatam conceptionem, ſubitò coram omni populo corruens exſpiravit. Lang. in chron. Citiz. ad ann. 1365.

*mille aureos*, alii *octoginta & mille*, alii de *octingentis* loquuntur. Erat antea
ille faber lignarius, poſtea primarius civis apud nos. Nemo aliquid
de hac re reſcivit, niſi diu poſt mortem ejus. Anno Domini MCCCLXXXIII. 1383.
*Oſvvaldus Heckler* tantâ pernicitate pedum pollebat, ut unico die iverit ex *Oſvvald. Heckler.*
*Crucis monte Numburgum*, & alio tempore iterum unius diei ſpatio ex op-
pido noſtro *Coburgum*. Certam quandam herbam ipſo feſto S. Joh. Baptiſtæ
colligebat, eamque devorabat, ſi quando ſpecimen artis ſuæ facere volebat,
& tamen jam ſexageſimum ætatis ſuæ annum tranſgreſſus erat. *Bartholomæus*
*Rymburg*, mirabilis artifex, & à nemine tamen edoctus, ſculpſit in *parva gemma*
totam *paſſionem Dominicam*, cum omnibus inſtrumentis, quam poſtea donavit
*Pilegrino*, Archi-Epiſcopo in *Salzburg*, & factus ſub Eo eſt Capitaneus. In me-
moriam ſui dedit nobis tabulam majorem, in qua *deſolatio Jeroſolymæ* ſuâ
manu pulcherrimè depicta eſt. *Achatius Bergmeſter* in ſenio cœcus factus Ev- 1384.
angelia deſcripſit, quæ adhuc raritatis ergò apud S. Nicolaum conſervantur. *Achat.*
*Antonius Rotthau*, murarius, ſecundum pactum ſuum, quod cum diabolo fe- *Bergmeſter.*
cerat, in die *converſionis S. Apoſtoli Pauli*, mane circa quintam horam, in horto *Anton. Rotthau.*
ſuo de pyro ſuſpenſus eſt, & ſubitò totus niger factus eſt cum magno fœtore.
Peſſimus homo erat, qui ad tertium quodvis verbum diabolum in ore habe-
bat. *Severus Berthin* pro lubitu ſuo quoslibet deglutit nummos, aureos, argen- *Sever.*
teos, cupreos, & pro lubitu etiam per inferiora reddit. (g) *Caſimirus Beſſelborn* *Berthin.*
cum *Ernesto de Zimmern* primi ſunt in hoc oppido, qui Clerici facti ſunt, ille 1385.
quidem *Vicarius* in *Möllhuſen*, & hic *Canonicus* in *Eſchevvege*. *Nicolaus Capler* cum *Caſimir. Beſſelborn.*
duobus dentibus natus eſt, factus poſtea furioſus & truculentus miles, quem *Nic. Capler.*
omnes ſocii formidabant ſui. *Albertus Liſtmayer*, ex voto S. *Georgio* facto, quia *Alb. Liſtmayer.*
eum in periculo militari miraculosè ſervaverat, *ſeptem pauperes vetulas*, in cer-
ta aliqua domo ſimul cohabitantes, ad dies vitæ aluit ſatis liberaliter. Vove-
te, & reddite, ait textus. Anno Domini MCCCLXXXVI. *Andreas Waltrad* cum 1386.
paulò altiùs foderet in ſepulcreto noſtro, eruit lapidem in forma quadrangu- *lapis ſepulcralis.*
lari cum *vulpe inciſa*, quæ pro cauda habuit *longas incurvatas pennas*, & circum-
ſcriptionem: H. D. L. Aõ MCCXCVIII. h) Nemo ſcit, cujus inſigne fuerit. Ad-
huc jacet iſte ſub porta noſtra majori. *Wilhelmus Dune*, Decan⁹ in Northuſen, *Wilhelm.*
Prioriſſæ noſtræ propinquus, etiam Monaſterii benefactor, obit. *Auguſtinus* *Dune.*
*Rhörer* omnes cenſus & decimas ſuas in *Schonavv*, *Varenrod* & *Yſnac*, ad melio- *Auguſt. Rhörer.*
rem ſuſtentationem Clericorum oppidi hujus, liberaliter dedit. *Otto Sittich* *Otto Sittich.*
dedit bibliothecæ S. Nicolai *reductorium morale Petri Berthorii*. (i) Anno Do-
mini MCCCLXXXVII. *David Pantzer* & *Matthias Kitzing* B. Virgini in monte 1387.
dant duos manſos in campo *Neuſted* ad Werram ſitos. *Johannes Robba*, de- *duo manſi B.V. dati.*



(g) felicior hic Severus, quàm illi, de quibus egimus P. I. Zeitkürtz. Luſt them. 30. (h) Vulpem ita pictam in inſigni ſuo gentilitio antiqua & nobilis familia de Lypzig habet, an verò defunctus noſter ex ea fuerit, neſcio. Vid. Theatr. Sax. Peccenſtein. c. 10. p. 118. ſeq. (i) Erat hic Pictavienſis Gallus, S. Eligii Pariſ. Prior, Ord. Bened.

*legatum* votus ſenex, hoc fecit legatum in ſui memoriam, ut ſingulis annis in feſto
*cholaſti-* *S. Johannis Baptiſtæ* in ſcholis tam puerorum, quàm puellarum, cuilibet pro
*ſcum,* incitamento dentur *ſimilæ pro tribus nummis, & octo nummi pecuniæ.* Et amabilem ſe fecit apud pueritiam ſcholaſticam hâc eleemoſynâ. *Fridericus*
*Frid. Hückshov,* *Hückshov* clam aufugit ob furtum ſuſpectus. Anno Domini MCCCLXXXVIII.
1388. *Reynart. Köbner* dedit S. Nicolao in *Yſnaco* pratum ſuum ad Werram
*Reinh.* pro horto in *Yſnaco* ad montem *S. Katharinæ.* Mox autem facti eum
*Köbner,* pœnituit, & retractare voluit. Sed dictum & factum erat actum. *Lucas*
*Luc. Brinkhorn,* *Brinckhorn* ebrius noctu per pontem lapideum tranſiens vult vomere. Inclinat ergo ſe ſuper pontem, ſed in Werram præcipitatus, ſervatus tamen mirabiliter. In memoriam hujus facti poſuit *ſtatuam* B.V. *portatilem* ad introitum pontis, pro cultu & reverentia prætereuntium. Ideò *portatilis* erat ſtatua, ut ob aſſultum aquarum inde transferri, & in tutiorem locum poni poſſit. Anno
1389. Domini MCCCLXXXIX. *Johannes Yſenhöver* reliquit Paſtoratum, & fit mona-
*J. Yſenhöver,* chus in Fulda. *Cornelius Giesfeld* ex Sedelſted fit Rector parvulorum in oppido. *Anna, Gertrudis Lydpergen,* Abbatiſſæ Monaſterii *S. Crucis* propè Gotham,
*Corn. Giesfeld,* ſoror carnalis, Deo ſe vovit & *S. Jacobo* noſtro, quod ægrè tulit Gothana.
*Gertr. Lydperg.* Omnem enim ſubſtantiam, à Patre & avo relictam, ſimul intulit.(k) *Euſemia* de *Neſſelrot,* vidua, vendidit Monaſterio villam ſuam in Cruthuſen: *Lauren-*
*Euſem. Neſſelrod,* *tius Oeninger* verò omnia bona ſua in Nukerchen. Conſecratur novum altare *S. Barbaræ* in templo *S. Nicolai* ex multorum eleemoſynis conſtructum. Anno
*Laur. Oeninger,* Domini MCCCXC. cum licentia Ordinarii, ex Autoritate Apoſtolica, cœpit
*S. Barbaræ altare,* Sanctiſſimum *Venerabile* exponi in Monaſterio noſtro, ab hora duodecima uſq; ad primam poſt meridiem, cum indulgentiis. Et magnus concurſus fa-
1390. ctus eſt cum devotione. *Gallus Schlyr,* Paſt. in vicinia, juxta exemplum *S. Ber-*
*indulgentia,* *nardi* voce & ſcripto luxum Epiſcoporum acriùs caſtigavit, ſed ab Ordinario rurſus caſtigatus, & ab officio ſuo ſuſpenſus eſt. Veritas ſemper parit odium.
*luxus Epiſcop. caſtigatus,* Si non poſſunt pati Epiſcopi ſeculares, quòd homines malè de iis loquantur, ſanctiùs debebant vivere. Melius enim eſt admirari & ſequi veſtigia eorum pietatis, caſtitatis, humilitatis, &c. quàm vitia eorum abominari & culpare.
1391. Anno Domini MCCCXCI. *Georgius Kalckberger,* Paſtor in *Wüllershuſen,* ſuis Ma-
*oratorium Wüllershuſæ,* triſq; ſumtibus extra villam iſtam conſtruxit anguſtum oratorium, in quo poſuit imaginem Beatiſſimæ Virginis, ad formam *Lauretanæ,* ad quod brevi tempore magna frequentia hominum facta eſt. Et ſcio, multa ibi facta eſſe, ſi non miracula, tamen mirabilia, & multis hominibus ſalutaria. Anno Domini
1392. MCCCXCII. *Balthaſar Lubian* ex milite *Monachus* apud Patres Auguſtinianos
*Balth. Lubian,* Gothæ, & ex monacho rurſus *miles,* ex paupere autem milite vilis *mercator,* ex hoc tandem *mendicus,* & odium omnium hominum. Erat ex villa prope
*Wolfgang. Buchert,* *Mölhuſen. Wolfgang Buchert,* Paſtor in Wanfreden, vocatur ad *S. Nicolaum,*
ama-

(k) Leitenberg. Vixit iſta Gertrud. adhuc anno 1408. Vid. Sagittar. memorab. Hiſt. Gothan. c. 4. p. 39.

amatus ab omnibus ob pietatem & affabilitatem. Sœpius dicebat : *manus*
*pauperis eſt vehiculum noſtrum,quô ducimur in cœlum.* *Michaël Lüchtermann*,&
*Bonifacius Erpach* ad limina Apoſtolorum tendunt, & eò quoq; perveniunt :
Româ mittuntur in inſulam *Maltham* , ubi ambo ſepulti ſunt, ut milites *Crucisbur-*
Chriſtiani. Ille erat *figuli* filius , hic verò *pauperculæ viduæ* filius, quæ panem *genſes in*
propter Deum petebat. Hoc ideò ſcribo,ut videant alii, oppidanos noſtros *Maltha*,
etiam extera loca & tranſmarina viſitâſſe olim. Anno Domini MCCCXCIII. 1393.
*Conrad.Crull*, Canonicus & Presbyter , à duabus feminis mendicis apud no- *Conr.*
vum caſtrum *Hayneck* , quod Landgravius *Balthazar* ſtruxit ad *Natzam*, *Crull*,
malleo percuſſus & occiſus eſt. Peſte multi moriuntur præclari Viri,etiam in
monaſterio noſtro graſſata eſt truculenter. Anno Domini MCCCXCVI. 1396.
*Georgius Strasfeld* Conſul in urbe,& Vir multæ pecuniæ,factus eſt Monachus *G. Straſ-*
Ordinis noſtri, datis antea omnibus facultatibus ſuis pauperibus & egenis. *feld*,
Anno Domini MCCCXCVII. *Barbara Walknerin* cùm gravida cum aliis ad 1397.
locum iret , in quo ad Werram mulieres noſtræ linteamina ſua inſolare ſo- *pica inſoli-*
lent, uff dem Bleichraſen / ex inſolito appetitu de *linteis* iſtis aliquot magna *ta*,
fruſtula decerpſit , & aquâ prius imbuta devoravit avidè , in conſpectu
omnium. Alia *putidiſſimam* aquam,in qua *linum* diu maceratum fuerat,ple-
nâ manu hauſit, nec malè ei ceſſit unquam. Anno Domini MCCCXCVIII. 1398.
*Cyprianus* Buhrer / Legiſta , fecit magnam diſcordiam inter univerſum *Cypr. Burer*,
Clerum in *Yſnac* , unde multa ſcandala & damna exorta ſunt etiam
apud nos. Tandem prope *Spichert* in ſumma temulentia lapſus in aquam,
æternùm periit. Anno Domini MCCCXCIX. *Benjamin Struch* figu- 1399.
lus, ex *hydrope* ad omnia inutilis , & ab omnibus derelictus , in vere bi- *Benj. Struch*,
bit *aquam ex betulis* , & ſanatus eſſe dicitur. Quanta in ſimplici remedio
interdum potentia à Deo data! Anno Domini MCCCC. *monſtrum ovinum* 1400.
natum eſt, cujus pedes poſteriores *canini* erant, & in fronte duplex $\overline{PP}$. *monſtrum*.
cum lineola ſuperinducta habuiſſe dicitur. Anno Domini MCCCCIII. 1403.
*Hedvvich de Neſſelröd*, Prioriſſa noſtra , multa contulit bona , cenſus & *Hedvv. de*
decimas, etiam mobilia , ex donatione Principis Landgravii & Militum *Neſſelröd*,
de *Boyneborg*, *Wangenhem* , *Varenrot* , *Slothem* , *Hanſten* & *Neſſelrôd*. *Bartholo-*
*mæus Boreander* (l) cum divite quodam Nobili ex oppido,quod à ſtando no- 1405.
minatur,(m) ad *S. Jacobum* religioſam peregrinationem fecit,& attulit nobis
de

(l) Nordmann / (m) fuerit forſan Duſted , ſeu Duderſted, quo de ex Dreſſero vid. Peccenſtein. Th. Saxon. c. 2. p. 15. Otto III. Imp. Dedonem Comitem, Diœceſ. Cizenſ. & Merleburg. vaſtantem , Bohemisq; contra Cæſarem copias mittentem , ita mulctavit , ut ahenum ſupra ignem in Cæſaris culina humeris ſuis ſuſtineret ; & cùm aliquando defeſſus ſediſſet : Tu ſta, dixit Cæſar, inde nomen urbis in iſto loco, ubi Cæſar caſtra habuit, Duſted.

*reliquiæ S. Iacobi,* de reliquiis ejus parvam portiunculam, omni tamen reverentiâ dignam.
Anno Domini MCCCCVIII. primus ex omnium civium noſtrorum filiis,
1408. qui graduatus eſt ob doctrinam, fuit *Philippus Bander.* Hic cum laude
*primus graduatus.* publica factus eſt *Magiſter*, poſtea Canonicus in *Würceborg.* Anno Domini MCCCCX. accidiſſe dicitur notabilis hiſtoria, quam inter no-
1410. *viſio notabilis.* *tabilia ſua crucis montanæ* recitat *Sixtus de Villa caballina*, (n) Clericus
Diœceſ. Moguntinæ, his verbis. Ibat aliquando in feſto S. *Urſulæ*, ſub crepuſculo ferè matutino, *Maternus Stumfer*, Presbyter, è villa *Cruthuys* ad *montem crucis.* Et cùm jam veniſſet in campum apertum, per quem via eſt ad oppidum, ecce longa proceſſio Sanctimonialium *in albis veſtimentis* cum *cereis ardentibus* eum anteambulabat, & cantillabat: *De profundis* &c. Cumque Pater *Maternus* præ timore & terrore nec cantillare, nec fugere etiam poterat, ſenior quædam ſoror ex cætu iſto retroſpiciens ſvavi voce clamabat: *num tu ſacerdos obmutuiſti? accede, & modulare nobiſcum.* Fecit ille jam animoſior factus. Et cùm jam non procul eſſent à loco, ubi nunc S. *Liborii* templum eſt, obviam proceſſit ſenex aliquis, ſacerdotali veſte pulcrè amictus, coram quo tota congregatio in genua reverenter procumbebat, ut acciperet ſacram benedictionem. Quo facto, ducem hunc cum baculo præcedentem omnes ſequentes aſcenderunt in *callem* ſuper Werra, magnâ voce iterum cantantes: Parochus verò iſte clam aufugit. Vox autem in alto ſic intonavit: *ibis, at peribis!* Tertio die inopinanter periit à fulmine percuſſus. Alii tamen volunt, eſſe delapſum caballo, cùm *Falkenoham* tenderet, ut prædicaret ibi. Honorari vult DEUS in & cum ſanctis ſuis, quorum conſortia ſi fugimus, oratio eorum efficax eſt, & nihil ſinunt inultum. DEUS enim mirabilis in ſanctis ſuis, ùt ex hac hiſtoria diſcimus omnes.
1413. *infanticidium,* Anno Domini MCCCCXIII. diabolica meretrix, ſerviens in diverſorio, (ſed non hujus loci) infantem jam natum protinus occidit, & peregrinis hoſpitibus unà cum alia carne inter fercula devorandum dedit. Quæ ſi capta fuiſſet, undâ, enſe, rotâ, igne digna fuiſſet. (o) Anno Do-
1414. *legat. Strigerian.* mini MCCCCXIV. ex *Strigeriano* legato cuilibet Presbytero ad S. Nicol., in monte, & ad S. Jacobum Præpoſito pro ſtrena primùm dati ſunt IV. floreni, cuilibet autem Ludi-Magiſtro duo. Permulti hoc anno in
*piſces,* Werra capti ſunt piſces omnis generis, ut ipſi piſcatores ſatis mirari
1416. *lupus rabioſus.* non potuerint tantam multitudinem. Anno Domini MCCCCXVI. captus eſt *lupus rabioſus*, qui diſſectus *ſerpentes* habuit in viſceribus ſuis.
1418. *lapis mirabilis.* (p) Anno Domini MCCCCXVIII. repertus fuit *lapis* in horto quodam in

(n) Pferdsdorff/ (o) ſimilem hiſtoriam alibi etiam legi, ut, neſciam, an una eademque ſit, (p) Vid. chron. magn. Belgic. ad ann. 1135. p. m. 147. Lycograph. m. curioſ. S. I. c. 3. §. 7. p. 43. Dec. I. Eph. Cur. ann. III. obſ. 193.

in lacha, à peritis pro pretioſo habitus, in qua à natura ſculptus erat *puerulus*.
Dicunt, quoties eum tetigerit mulier *menſtruata*, ſtatim *nigrore* obductum diſ-
plicentiam qſ. ſuam declarâſſe. (q) Anno Domini MCCCCXIX. in feſto 1419.
*S. Jacobi* cùm ſacris intereſſent *Fridericus* & *Wilhelmus*, Marchiones Miſniæ, *concio ac-*
cum multis nobilibus ſuis, & Pater *David*, Monachus Gotanus, præter morem *cepta*.
prolixiùs concionaretur, ſvaviter tamen & devotè, ipſique Principes attentè
nimis auſcultarent, Aulicis verò animi in patinis eſſent, unus ex illis dixit:
*jamjam audietur duodecima, & prandium paratum eſt.* Quid tu, reſpondit
*Fridericus*, de prandio narras? *ſatiamur, & ſatiabimur nunc pane cœleſti,
manna vitæ æternæ.* O digna Principe vox! (r) Anno Domini MCCCCXX. 1420.
lapis inventus eſt juxta cryptam, in quo nomen erat *Ittel. Grynhont*, qui ſpe- *Grienhund*.
cialis benefactor fuit Monaſterii. Quis autem ille fuerit, neſcio. (ſ) Anno
Domini MCCCCXXIII. Spectrum in habitu *Monachi Ciſtertienſis* nocturno 1423.
tempore aliquoties altâ & clarâ voce pulcrè prædicâſſe auditum eſt in tem- *Spectrum*
plo noſtro. Inſecutum eſt magnum incendium & pecorum ſtrages. Anno *concionatur*.
Domini MCCCCXXVII. *Albertus Cöberling*, doctus Presbyter, conſcripſit 1427.
chronicon *Volckerodanum*. Quod cùm offerret Ordinario ſuo Moguntino, *A. Cöber-*
cum gaudio legit, dicens: *talia ſcripta expeto. Et utinam plura offerren-* *ling*.
*tur.* Dimiſit eum ergò cum inſigni munere, & collaudavit diligentiam ejus,
cum monito, quod ſi plures noviſſet Viros, ad hoc negotium aptos, ad idem
ſcribendi genus amicè & humaniter invitaret. Paulò poſt bonus *Albertus*
piè obiit. (t) Anno Domini MCCCCXXX. *Daniel Steinpörtner* ob hære- 1430.
ſin expulſus eſt. Dixerat enim, ſacerdotem in ſcandaloſa vita viventem Sa- *D. Stein-*
cramenta non poſſe ritè adminiſtrare. *Tobias Gläſer* Xenodochio multum *pörtner*.
contribuit: *Samuel Wetſtein* B. Virgini in monte omnia ſua mobilia & im- *Tob. Gläſer*.
mobilia devotè legavit. Et certè non pauca fuêre iſta. Anno Domini *Sam. Wett-ſtein*.
MCCCCXXXVI. ſceleſtiſſimus homo *Hillebrand Millies*, fur, ùt 1436.
ajunt, ſexaginta calicum, aliarumque rerum ſacrarum, à Senatu no- *inſignis fur*.
ſtro rotæ impoſitus eſt. (u) Horrendum profectò dictu & auditu! 1440.
Anno Domini MCCCCXL. *Michaël Fraſert* cum Senatu ſcandaloſas *Mich. Fra-*
lites habuit, & hic tandem vicit. *Sara Brandſen*, heroica mulier, mili- *ſert*.
tem, qui ſtuprare volebat eam, manû ſuâ occidit, & jam mortuo mem- *Sara*
brum abſcidit, & publicè id monſtravit omnibus, in ſignum conſervatæ *Brandſen*.

(Uu) pudi-

(q) Dicunt, ait; dubium ergo, an ita ſit, ſimilem tamen hiſtoriam, ſeu lapidem, dabit chron. Belg. cit. p. 344. (r) Eandem ferè hiſtoriam de Carolo IV. narrat chron. Carion. edit. Peucer. L. V. f. 137. (ſ) Nobiles ab Erfa dictos olim fuiſſe Grienhunde/ & habitâſſe ad Neſſum infra Ebenhemium, vid. apud Bang. in chron. Thuring. f. 20.
(t) epitaphium ejus nonnemo ita poſuit:

*Albertus* moritur: dum *Volkeroda* manebit,
ejus laus, & in orbe manebit honor.

(u) Meminit hujus furis Letzner chron. Daſſel. P. II. L. VI. c. 16. p. 113. B. Conf. P. II. Zeitkürtz. erbaul. Luſt chem. 123. p. 650.

*Henr. Landgen.* pudicitiæ ſuæ. *Henricus* **Landgen** renovari fecit ſuis ſumtibus altare *S. Pauli*.
1445. Anno Domini MCCCCXLV. *Nicolaus Wächtler lapides arenoſos*, in formam
farinæ comminutos, & percribratos prius, ad frangendos calculos in cor-
*antinephriticum.* pore ſuo ſœpiùs cum juſculo ſumſit. Sic lapis truſit lapidem, ùt cuneus
cuneum. *Andreas Wüſchert*, quòd *catellum* ſuum in horto ſepeliviſſet, eique
*And. VVüſchert,* *crucem ligneam* poſuiſſet, graviter punitus eſt, cum venerabili cruce abuſus
eſſet. In hoc enim ſigno omnes vincimus. Anno Domini MCCCCXLVIII.
1448. *cattivorus,* *Johannes Sybert* cattivorus, omnes, quas potuit, in civitate cepit *feles*, easque
*A. Störmerin.* aſſatas comedit. Quô ferculo nihil ſvavius eſſe dicebat. *Agatha Störmerin*
contra *roſam* aquam bibit, in qua linum maceratum erat. *Roſa* abiit, mox
autem febris maligna inſecuta eſt, & tandem mors. Mulieres varia ſibi
fingunt remedia, aliquando cum effectu, ſœpiùs etiam cum interitu. Anno
1450. Domini MCCCCL. *Stephan. Brandys* Paſtor Nobilem gentem de *Botteler*, à
*Steph. Brandys.* primo ejus ortu usque ad ſua tempora, ſtudiosè deſcripſit, & Nobilibus de-
dicavit. Pro quo labore centum aureos ei dederunt, & quotannis promiſe-
*barba viridis.* runt porcum ſaginatum, quamdiu viveret. *Joſeph.* **Lampert** ideò, quòd Cle-
rico juniori *barbam* feciſſet *viridem*, in contumeliam ſacerdotii, terrâ pulſus
*infans ſervatur.* eſt. *Ottilia* **Graſmaytin** puellæ vix natæ magnum lapidem collo alliga-
vit, ſicque in Werram noctû projecit, infans tamen manè in littore reperta
1453. eſt viva & ſana. Anno Domini MCCCCLIII. *Liborius Schelen*, Ludimagiſter
*acta Landgrav.* in villa *Scherbde*, omnium Landgraviorum memorabiles res geſtas carminicè
deſcripſit in lingva patriæ, & notabile promeruit prœmium. Non rudis erat
1454. in rythmis, & res ſatis accuratè exprimebat. Anno Domini MCCCCLIV.
*vacca ignea.* *Balthazar Meyſekop* dum nocte quâdam ex Yſenac per montem *Moſeberg*
tranſiret, *ignea vacca* ei obviavit, quæ mox precibus ſuis in *betulam* mutata,
quam ſecurus tranſiit. Retroſpexit poſtea, & ecce mulier cum furca curre-
bat in campum. Mirabilis diabolus, quòd in ludis ſuis ſcenicis nihil agere
1456. poſſit ſine vetulis rugoſis. Anno Domini MCCCCLVI. monaſterium no-
*bona monaſtica.* ſtrum acquirit molam, quinque manſos, unam aream, tres vineas, duo pra-
ta, & alia, Domino benedicente. *Zacharias Gangolt*, fatuus & prudens, prout
*fatuitas curata.* luna erat, in ſtoliditate ſua aliquando currit in templum B. Virginis, & dum
fortè ex concione audiret dictum iſtud: *Beati qui lugent*; aliquoties repeti-
tum, explicatum & applicatum, profuſiſſimè flere cœpit per aliquot dies.
Et factus eſt poſtea modeſtior. Adeò Spiritus, ubi vult, ſpirat. Anno Do-
1457. mini MCCCCLVII. *Melchior Jöſtgen* dedit monaſterio *ferrei Landgravii* vi-
*vita ferrei Landgr.* tam, fata & acta, neſcio autem, quis compoſuerit: audivi tamen de *Elia ex
Spicherte*, Vicario. *Samuel Wyndlob*, Canonicus in Gotha, bona ſua in &
prope *Eſchevvege* contulit nobis pio & liberali animo. Anno Domini
1460. MCCCCLX. venit ad nos, ùt hoſpita, ex *agro ſangvinis* devota ſoror *Adela*,
*reliquiæ.* quæ, ex permiſſione Dominæ ſuæ, attulit nobis varias reliquias, quibus re-
dundat iſte locus. Repoſitæ ſunt in ſcrinio in choro. (w) Veneramur eas
pro-

(w) De hoc cœnobio vid. Bucelin. P. II. Germ. ſacr. p. 55. B.

proceſſionaliter, ſed intra monaſterium. *Nicodemus Runzler* Villicus ex potu *delirium ex*
cereviſiæ, cui *lupulus* incoctus eſt, ſtatim delirat, etſi unum cochleare ſaltem *cereviſia.*
ebibat. Et *Oſvvald Saxenberg crudos piſces*, cujuscunque generis, vel ſpeciei *mira anti-*
ſint, cupidè vorat, *coctos* verò vel *aſſatos* ùt diabolum fugit. Anno Domini *pathia.*
MCCCCLXII. *Paulus Rappe* de Nether inſigne chronicon *Cauſungenſis* Mo- 1462.
naſterii conſcripſit, quod poſtea Principi ſuo pro magno pretio obtulit. Rara *chron. Cau-*
& valde notabilia in eo fuiſſe, dixit mihi *Joachimus Oehler*, Paſtor, cujus pater, *fung.*
qui Conſul fuerat, totum perlegerat. *Heinricus Bantz* de Martſuhle mona- *& Monaſt.*
ſterii S. *Catherinæ* cœperat conſcribere, in quo omnia illius privilegia ad lon- *S. Cathar.*
gum erant appoſita, ùt ipſe cum admiratione vidi. Sæpius noſtri clauſtri
ille meminerat, ſed usque ad Annum Domini MCCCCLII. tantùm perdu-
xerat. Malè, quòd Domina Abbatiſſa apud S. *Catherinam* id chronicon non
continuat. Sed non cuilibet fidit, nec unusquisque ad hunc laborem aptus
eſt. (x) Anno Domini MCCCCLXV. *Petrus Survelt* vitas Sanctorum Pa- 1465.
tronorum noſtrorum rythmicè edidit in uſum rudis plebeculæ. *Thomas* *vitæ Sanct.*
*Schultz*, bonus Magiſter, pulcrum poëma divulgavit de *Monacho & Monacha*, *Patron.*
propter laſciva oſcula, *in ſaxum converſis*, uti conſpiciuntur apud *Yſenac* in *carmen de*
monte prope *Warteburg*. Credebat enim, verè ſic factum eſſe, & homines *Monacho*
iſtos in hanc petram commutatos. Quod licèt ego non credam, ingenium *in ſaxum*
tamen *Thomæ* laudabile eſt. Anno Domini MCCCCLXVII. *Lucas Töſler* *verſo.* 1467.
expoſitiones ſuas Evangelicas, per XXXIII. annos publicè habitas, S. Jacobo *L. Töſler,*
donavit. Pulcræ & doctæ ſunt, ut vix à Doctore aliquo meliores optari
queant. *Martinus Labach* de Mölhuſen in congratulatione ſua ad Sena- *miraculum,*
tum noſtrum miraculi *Crucimontani* meminit de puello per *triduum* mor-
tuo, & tamen reſuſcitato. Sed non addit annum, nec modum, quando &
quomodo id factum ſit. Anno Domini MCCCCLXVIII. *Leonhart. Ry-* 1468.
*vogt* de Valcken renovavit Monaſterium noſtrum & templum. *Sydonia* *L. Ryvogt.*
*Krunckin*, devota ſoror olim, ſeducta à vicino Nobile, clam ſe ſubduxit, & *Sid. Krun-*
profecta cum eo, ùt ajunt, in Svediam, facta poſtea multorum liberorum ma- *ckin,*
ter, quos in deteſtabili ſacrilegio ſuo ſuſcepit. *Matthæus Huntler* in cella S. *liber de Dis*
Martini ad Werram vidit librum *Johannis Vanderi*, Ord. S. Bened. Mona- *Thuring.*
chi in Reynertsborn, de omnibus gentilium *Deaſtris* in Provincia noſtra,
quem magnâ curâ conſcripſit, & quemlibet Deaſtrum in habitu ſuo elegan-
ter depinxit, cum multis antiquitatibus, in quibus bene verſatus eſſe dicitur.
Anno Domini MCCCCLXX. *Friedrich. Bärenclavv* de Madelungen, qui
panem propter DEUM in *Yſnac* colligebat per plateas, factus eſt Doctor, & 1470.
in Aula Ducis Bojici præclarus. Multum benefecit pauperibus in ſua *F. Bären-*
villa, quorum liberos ad ſe ſumſit, & bene educavit, etiam noſtrorum *klau,*



(x) Fuerit id noſtrum S. Catharinæ ad ſemitam Monaſterium, quo de in Hiſt. m. Iſnacenſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

templorum egregius benefactor, hôc annô obit, cui cantavimus re-
1471. quiem. Anno Domini MCCCCLXXI. *Juſtinus Fencheler* de Nuſtedt, &
Juſt. Fench- *Regina Fröling* de Gerſtungen bibliothecæ *S. Nicolai* auctarium fece-
ler, Reg. Frö- runt.

ling, *Simon Barbe* de Natz quatuor habebat filios, & ſinguli facti ſunt
Sim. Barbe, Monachi. Primus Ordin. *Franciſcan.*, *Carthuſianus* alter, tertius Ord.
*S. Dominici*, & quartus Ord. *Ciſtercienſis*. Verùm omnes & ſinguli hoc
anno intra unius menſis ſpatium demortui ſunt. Ideo omnia ſua *S. Jacobo*
1472. & *S. Nicolao* poſt obitum delegavit. Anno Domini MCCCCLXXII.
Ant. Rub- *Antonius Rubsât* de Stetefeld, Canonicus in Mölhuſen, venit Gozlariam,
ſat, ubi factus eſt Præpoſitus. Cùm verò in pueritia ſua apud nos frequen-
G. Dellert, tâſſet ſcholam, gratus fuit *Crucis monti* etiam poſt mortem. *Georg. Del-
lert* de Biſcoprode factus eſt in Franconia Abbas Ordin. Ciſtercienſ., am-
plum habuit monaſterium, erga pauperes valde liberalis. Erat opilio-
W. Roſch. nis filius. *Wilhelm. Roſch* de Cruthus, factus eſt Dux bellicus, obiit in
1473. pugna contra Turcos. Anno Domini MCCCCLXXIII. *Bonifacius
B. Sybelt, Sybelt* de Dankmershuſen, Canonicus in Regnspurg, obiit Erpesphurtiæ.
C. Stier, *Caſimirus Stier* de Lupeniz cum *Agnete Crützborgin* fieri fecit baptiſte-
rium apud S. Nicolaum. *Paulus Schütz* de Wannefreden & *Matthias
Krebs* de Pfersdorf, unà cum *Nicolao Schmâr*, renovari fecerunt tem-
templum B. Virg. re- plum B. Virgin., quod viciſſim cuilibet tres miſſas poſt mortem promiſit.
novat. *Martin Herbſtman* de Walfartsſtieg in Werram lapſus ſine ullo damno.
M. Herbſt- Pro qua conſervatione duos dedit manſos B. Virgini, cujus beneficio &
man, interceſſione indempnis manſit. Anno Domini MCCCCLXXIV. *Bern-
1474. hart. Buholt* Presbyter, ideò, quòd dixiſſet fortè, Landgravios noſtros nun-
B. Buholt, quam fuiſſe beneficiarios Moguntini, beneficio ſuo eccleſiaſtico privatus
eſt, ut cogeretur vagari per Provinciam. Prope Sangerhuſam demum Pa-
ſtor factus eſt in villa aliqua Nobilis cujusdam. *Johannes* Lorentz / Vicarius
chron. S. in Gotha, de monaſterio *S. Crucis* parvum chronicon ſcripſit germanicè, quod
Crucis, acceptum & gratum erat. *Alexander Lövve*, Scriba in Yſnac, omnia noſtra
A. Lövve, privilegia monaſtica, donationes, dotationes, concambia &c. in unum
volumen congeſſit, & ſatis nitidè ſingula deſcripſit, pro quo labore *requiem*
ei cantabimus cum tribus Miſſis. O ſi plurima non periiſſent bello, igne,
& aliis caſibus, aliquot volumina completa eſſent. Sed primaria perdi-
1476. dimus, nec ipſa fundatio amplius exſtat. Anno Domini MCCCCLXXVI.
E. Hirtz- *Erneſtus* Hirtzhorn de *Sattelſtede*, pius Juvenis, prope montem *Spa-
horn, tenberg* à Judæo occiſus, qui Judæus poſtea ob veneficia concrematus
J. Störer, dicitur. *Jacobus Stöhrer* de Dryleven, proba anima, ſtipendia annua li-
beraliter auxit Paſtorum ſuis facultatibus, dicens pio ore: *Red-*

*dam*

*dum ei*, *qui mihi dedit*, *adhuc dat & dabit porrò*. *Sacerdos enim os*, *pupilla*, *& dextra Dei eſt*. Huic qui dat, ei Dominus dabit. *Heinricus Wittſeé* de Schonavv, Paſtor in Tamsbrucken, ob amorem ſororis ſuæ *Magdalenæ*, monialis noſtræ, *S. Jacobo* ducentos aureos rhenanos poſt mortem dedit. Anno Domini MCCCCLXXVII. *Andreas Romæus*, S. Th. Lic., omnia opera S. *Auguſtini* & *S. Bernardi* bibliothecæ *S. Nicolai* in memoriam ſui dedit; quibus *Chriſtophorus Prammer* addidit magnum Volumen ſcriptum de *Conciliis univerſalibus*. *Valentin. vom Hof* & *Sebaſtianus Söhl* ad viam, quâ itur ad *Moſeberg*, parvam domunculam ædificant, in qua *ſtatua JESU patientis* cum omnibus inſtrumentis poſita erat, ut viatores, qui plerunque ibi ad pedes montis quieſcunt, de Paſſione Dominica pias meditationes haberent. Anno Domini MCCCCLXXVIII. *Herman Walter* de Teutleben magnum *lupum* cepit in Werra, qui in ſtomacho habuit *annulum ſigillarem aureum* cum tribus Z Z (y) Z *Ditmarus Gnick* contra epilepſiam *ſciuros* comedit coctos & aſſatos magno cum juvamine. *Joann. Ritter* effigiem *S. Auguſtini* in ſtatura virili deauratam ſupra portam noſtram ſub umbraculo poſuit, ne à pluviis lædatur vel maculetur. Anno Domini MCCCCLXXIX. *Henricus Ryngrev* de Edtenhuſen ad B. Virginem dedit pro Miſſa perpetua manſum cum dimidio. *Georgius Sandaus* dedit nobis poſt mortem Commentarium ſuum MS. in quinque libros Moyſis. *Sigmund Dräſchler* Vitriarius pro requie ſua apud S. Nicolaum omnia ſua dedit ad 400. florenos. Tantus olim amor & fervor erga ſacras ædes. Anno Domini MCCCCLXXX. *Andreas Gläſebeck*, Molitoris filius, Monachus Ord. S. Bened., de Wyenna abiit in montem *Caſſin.*, factus demum Prælatus in Boëmia. Valde beneficus erga populares ſuos, ſi qui ad eum venerunt. *Nicolaus Spulenberger*, Canonicus in Erphurt, Vir multarum facultatum & bonæ exiſtimationis, hoc anno obit. Celebravimus miſſas pro eo. Singulare hoc, quòd nomen diaboli nec audire, nec legere potuerit ſine notabili horrore & anxietate cordis. Multoties autem vexatus ab illo. Anno Domini MCCCCLXXXIV. *Johannes Vogler* cicutam, araneas, & alia venena ſine ulla offenſione cupidè vorabat, dicens publicè, non eſſe venena in natura, ſed vanam tantummodò hominum perſuaſionem & meram ſuperſtitionem. Sed quis hoc credet? *Hermannus Armsée* appoſuit *Juſto Wernern* ex joco *felem aſſatam*, à quo ferculo hic mortuus eſt. Plures comederant de ea, & nulli nocebat ampli-

*H. VVitsée*, 1477. *bibliotheca aucta*, *domuncula ad Moſeberg*, 1478. *Annulus in lupo*, *antepilepticum*, *S. Auguſt.* 1479. *H. Ryngrev*, *G. Sandaus*, *S. Dräſchler*, 1480. *A. Gläſebeck*, *N. Spulenberger*, 1484. *Venenivorus*, *felis aſſata*,

(Uu) 3

(y) Hagiorum hoc inſigne eſt, de quibus Lezner in hiſt. Lud. Pii cit. c. 43.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1486. amplius. Anno Domini MCCCCLXXXVI. *Lambertus Dögner*,
*L. Dögner*, *Petrus Reynſchmid*, & alii devoti cives, inſtituerunt, ut ſingulis diebus
Veneris, ab hora duodecima uſque ad primam, in templo S. Nicolai ſer-
mo haberetur de paſſione Dominica cum certis cantionibus. Quod bo-
*S. Crum-* num inſtitutum fuit & multis utile. Sed non diu durabat. *Sebaltus Crum-*
*ſchyt*. *ſchyt*, Magiſter Artium, diſputat Erphurtiæ de *veris hæreticorum notis*.
Prœmii loco ab Ordinario noſtro accipit Canonicatum in *Fritzler*. Fa-
ctus autem poſtea ſchiſmaticus, & inſtabilis in omni ſententia ſua, ut etiam
de *ſymbolo Apoſtolico* dubitaret, dicens: non ſcriptum fuiſſe ab Apoſto-
lis, tolerabile tamen eſſe. Nullus unquam ex oppido noſtro à fide ca-
tholica deflexit, quàm hic *Sebaltus*. Ideo annotare volui. Anno Domini
1487. MCCCCLXXXVII. *Georg. Fels*, inſatiabilis bibo, integram *amphoram*, ce-
*Bibo*. revisiæ plenam, unico hauſtu ebibere poterat, paucis interpoſitis reſpi-
rationibus. Idque faciebat ſæpius de die, modò levi aliquo præmiolo
invitabatur. Verùm ſuſpendebatur ob levitatem iſtam à ſacris. Quare
miles factus eſt, & tandem in inſania multo cum clamore miſerè mor-
1490. tuus. Anno Domini MCCCCXC. *Chriſtoph. Roſiſch* dum ſpecularetur aſtra
*Aſtronomi* in duodecim noctibus, à natali Dominico, in turri, neſcio quo fato,
*fatum*. ſeu caſu, vel potius incuriâ ſuâ delapſus, miſeram mortem cum hilari vita
1492. in momento commutavit. Anno Domini MCCCCXCII. *Bartholomæus*
*B. Schöfter*, *Schöfter* dum hortum ſuum repurgaret, nidum *ſerpentum* reperit, inque eo
duos *bufones* adhuc viventes, quos baculo ſuo in gramen excuſſit. Poſt me-
ridiem iterum ob alia negotia hortum intrat, & ecce prœlium *bufonum*
cum *ſerpentibus*, ita ut illi hos necârint, & pullos eorum omnes devorâ-
rint, in tantum turgidi, ut rumpi viderentur. Cùm itaque antè multos
*ſerpentes* in horto animadvertiſſet, *bufones* iſtos ſtudioſè ſervavit &
1495. quaſi cicuravit. Anno Domini MCCCCXCV. *Sara Rumſin*, *Jonæ*
*à cicada* *Spürmans* vidua, dum in prato ſuo à laboribus feſſa conſideret, & bi-
*mors*. bere vellet, *cicada* fortè cum ſuſurro in urceum involat, quam deglutiit,
& ab iſto potu ſuffocata eſt. An diabolus immiſerit, vel venefica, neſcio.
1496. Anno Domini MCCCCXCVI. *Martin. Jenſch* veniens ex Spatenberg lapi-
*M. Jenſch*, dem oſtendit cum *turri*, in qua *draco* ſtabat. *Caſpar Otte* paſſeres è cam-
*C. Otte*, pis pellere promiſit novô artificiô. Sed plus erat in verbis, quàm in
facto. Tempora nunc valde miſera, & *Crucis mons* nunc verè fit *crucis*
1497. *mons*, & magnæ miſeriæ fons. Anno Domini MCCCCXCVII. *Kunegund* de
*bona data*, *Neſſelrod*, Prioriſſa valde religioſa, bona fratris ſui ex pia intentione Mona-
*P. de Dorle*, ſterio contulit. *Petrus de Dorle* inter benefactores B. Virginis liberalitate ſuâ
1499. ſibi fecit locum. Anno Domini MCCCCXCIX. quintâ feriâ poſt feſtum
*templum* S. Bartholomæi inchoatum eſt templum *S. Liborii* ad pontem extra
*S. Liborii*, por-

portam Yſenacenſem, ad quam multæ peregrinationes è longinquis locis fiebant. Inde callis ad Eccleſiam *Liborianam*, Wallfartsſtieg adhuc dicitur, vom Wallfarthen. Alius ita in eam:

*Salve ſancta domus! verè tu regia cœli!*
Liborii *ſiquidem precibus mala crimina cedunt.*
*O* Crützberg, Crutzberg! *magnum venerabere Sanctum*,
*quem ſanctus ſanctorum noſtræ præficit urbi.*
*Huc veniant, quotquot languenti in corpore languent;*
*Tangite, quos angor tangit, pia limina templi,*
*ſpondebit requiem vobis certamq́; medelam.*
*Tantus* Crützbergæ Liborius *ecce! theſaurus.*
*Felix* Crützbergum, *quod Virgo Sancta* Maria,
Andreas, Jacob, Nicolaus, Liborius *atque*,
*aſſiduis precibus conſervant atque tuentur.*
*Gloria* Mariæ, *Sancto ſit laus* Nicolao,
*gratia* Liborio, Andreæ, *Divoq́;* Jacobo.
*Inprimis verò Tibi, qui dominaris ubique,*
*Magne Deus, mundi Servator & alme Creator!*

Anno Domini MD. Hic annus variis notabilibus quaſi conſecratus & inceptus eſt. In Monaſterio noſtro *gallus* in ipſa aurora primi diei clarâ & forti voce bis & decies cantavit, ad deſignandum *numerum Apoſtolorum*, quorum doctrinam in pretio & delicio habeamus. Apud S. *Nicolaum* pulſus ad oſtium *quinquies* auditus eſt poſt meridiem noctis. Recordare *quinque vulnerum* Chriſti. Apud *B. Virginem noctua* feneſtræ inſidens cecinit ſuo more. Significat *vigilantiam* in Paſtoratu. Super *S. Petrum* in burgo montis *ſtella* per horam ferè ſtetit, & conſtanter irradiavit ſacellum. O utinam *ſtella matutina* radiis ſuis ſanctum hunc locum continuò illuſtraret! Apud *S. Liborium* mane ante januam in lapide alius *rotundus* viſus eſt. Sis tu etiam, quisquis ſis, *teres atque rotundus*. In *curia* oppidi ſervo, dum oſtium aperit, primùm occurrit *Virgo cum lucerna ardente*. Luceat *lux* noſtra cum *Virginibus* prudentibus. Levia & nullâ obſervatione digna talia videntur, ego tamen ſpeculationes meas deſuper habeo. Anno Domini MDI. *Lucas Ziegeler* S. *Liborio* dedit centum aureos unà cum magna tabula, in qua ipſe Sanctus miraculoſus depictus. *Gertrud Haſin*, *Elias Boden*, *Georgius Wydenmöller* & *Philippus Schultz* varia inſuper & pretioſa eidem dederunt ornamenta. Quid dederunt alii, tàm vicini quàm peregrini? Anno Domini MDIV.

*1500. omina novi anni.*

*1501. dona S. Libor.*

*1504.*

Cele-

*ædes ejus.* Celeberrima S. *Liborii* ædes, ipſeque multa fecit miracula apud nos, quæ Prædeceſſor meus ſtudioſè conſignavit. Ideo multa & magna privilegia à Sede Apoſtolica eidem data. Vecti ſunt ad nos *calculoſi*, *claudi*, *ſurdi*, & alii miſerabiles homines, omnes verò ſani hilaresque diſceſſerunt, ut DEO & S. *Liborio* gratias agerent. Imò, ſi verum fateri liceat, *mons crucis* magnum incrementum, & divitias etiam ſuas, huic Sancto maximè debet. Laudate Dominum in Sanctis ſuis.

1505. *viſio notanda.* Anno Domini MDV. *Conradus Bellemontanus*, (z) Paſtor primùm B. Virginis in monte, deinde in *Walfartshuſen*, ubi obiit, doctus Vir, ſcripſit de *Prælatis* & *ebrietate*. In poſteriori libello mirabilem memorat viſionem, quam habuit in cœmiterio B. V. Sic autem verba ejus ſonant. (a)

Audite nunc fabulam, non fabulam, ſed rem geſtam, audite ſomniationem falſam, ſed viſionem veram. Legitur, quod duobus Sacerdotibus, per defunctorum cæmiterium tranſeuntibus, cavillantibus, & pro fidelibus defunctis non orantibus, defuncti de ſepulcris ſurgentes, poſt tergum illum verſum dixerunt: & qui præteribant, non dixerunt: *Benedictio ſuper Vos, benediximus Vobis in nomine Domini.* Et dicto verſu defuncti iterum in ſuis ſepulcris recubuerunt. Hoc admonitus exemplo, quando per defunctorum cœmiteria tranſeo, ſemper piam pro ibi & ubique in Chriſto ſepultis orationem fundo. Accidit autem anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinto feriâ tertiâ infra octavas corporis Chriſti, de ſero in crepuſculo noctis, ut cœmiterium Eccleſiæ Beatæ Virginis Mariæ in *Crutzburgk* aſcenderem, ut ibidem pro fidelibus defunctis orarem, licèt multis ſuperfluis potibus ſuffuſus eram, tamen orationem meam non dimittebam. Erat autem in eodem cœmiterio lapis grandis, apud quem in ſiniſtro latere *tilia* magna: ſuper hunc lapidem poſt orationem ſedebam contra occaſum Solis. Et ecce quiddam volans, ad inſtar *nigri pilei*, à ſiniſtro latere meo, ad tiliæ ſtipitem volabat, & ſe in *virum teterrimum* figurans, ibi circa tiliam ſedebat. Hunc dum inſpicerem, & ecce Viri alii nigerrimi circulariter, tanquam ad menſam, ſuper gramina coram me ad pedes meos ſedebant, & vitrum vinarium ſpiſſum & longum inter ſe bibentes, illud ſingulatim exoptabant. (b) Unus autem ex ipſis vitrum iſtud etiam mihi ad epotandum nihil dicens porrigebat, & aliquandiu coràm ſervabat. Quod ego inſpiciens, potum iſtum diligenter in eo conſiderabam, qui in vitri inferiori parte fuerat *piceus*, in medio *cinereus*, in ſuperiori parte *ſulphureus*. Terrebar quidem multum, ſed DEUM ſecretò in auxilium meum in corde devotè invocabam. Videns itaque ille, quia tacens ab eo vitrum non accipiebam, manum ſuam retrahebat, & vitrum apud ſe ſedenti dabat. Quod ſingulatim

(z) Schönberger/ (a) Conf. P. II. Zeitkürtz. Luſt them. 123. p. 648. ſeqq. (b) rectiùs legeris epotabant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gulatim epotabant. Rurſus autem mihi idem vitrum porrigebat, ad quem ab intra confortatus ſic loquebar. *Quare mihi vitrum veſtrum porrigis? non ſum ego ſocius veſter, vos eſtis ſimul ſocii, ſi habetis potum bonum, bibite illum, ego vobiſcum non bibam.* Convertebam autem me ad Virum illum magnum, circa tiliam ſedentem, non bibentem, ſed fortè præſidentem, & ſic locutus ſum ad eum: *cur mihi appares? ſcio, quia inferorum es Princeps, & iſti ibi ſedentes tui ſunt ſocii. Fruſtra appares, tu enim ipſe ſcis, quia à pœnis tuis in æternum non liberaberis.* Cœpit Vir iſte magnus horribiliter per pannum loqui. Sed ego ſermones ejus non intellexi. Inclinavi quidem aures meas ad eum, ipſe autem non amplius loquebatur. Et ecce Vir quidam nigerrimus, *ignitos* habens oculos, à dextro latere venit ad me, judicabat (c) dextera manu ſua ſedentes & potantes, & volebat mihi ſuccurrere † in aurem meam dextram, quem ego dextera manu repellens dicebam: recede à me. Et receſſit fortè ad quinque vel ſex paſſus à me horribiliter reſpiciens me. Iterum venit ad me, & iterum eum manu meâ repuli à me. Tertiò venit ad me, & tertiò per gratiam Dei à me repulſus eſt, & dixi ad eum: *tu tuo aggreſſu me facis abire.* Et ecce Vir quidam & uxor ſua, ambo defuncti, ultra ſedentes & potantes, in ſemita quadam tranſeuntes, in formâ, quâ hîc in iſto mundo ſimul vixerant, apparuerunt. Quos dum diligenter inſpicerem, eorum perſonas ego cognoſcebam. Vir verò iſte adhuc in iſto ſeculo vivens magnus erat *potator*, cum quo ſæpius magnos hauſtus feceram, & ante hanc viſionem in taberna vino inebriatus, gradum quendam deſcendens cecidit, & ſubitò defunctus eſt. Uxor autem ejus in hoc ſeculo adhuc agens, magna *adultera* erat, &, ſecundùm communem famam, indifferenter laicos & ſacerdotes ad fornicationem ſuſcipiebat. Hos cùm vidiſſem, & abire vellem, retrorſum in aëre clamor magnus factus eſt: Pfaff/ Pfaff/ vigeſies & ultrà. Finito autem clamore, cœmiterium circumivi, pro ibi alibique in Chriſto quieſcentibus orationem conſueram feci, & circa horam noctis duodecimam abiens, apud ejusdem Eccleſiæ cuſtodem hoſpitium recipiens, hac nocte manſi. Hâc viſione multùm conterritus, imò magis admonitus, Deo & Beatiſſimæ Genitrici Ejus, Virgini Mariæ, non amplius bibendi medios & integros hauſtus, votum ſalutare feciſſem, ſi me contra votum venire inter Societatem, propter nimiam potatorum inſtantiam, non informidâſſem. Verùm tamen à viſionis hujus tempore, quantum potui, me continui, & uſque ad finem vitæ meæ, quantumcunque poſſum, à ſuperfluis potibus, juvante Deo, abſtinere propoſui. Et quando unquam Deo meo ſatis poſſum gratias agere, qui mihi, ex magna ſua miſericordia, potatorum pœnas ex parte conceſſit

† ſuſurrare



(c) judicabat.

ceſſit videre, ut vel ſicà ſuperflua potatione abſtineam, & etiam cæteros abſtinere commoneam.

1507. Com. de Kirchberg. Anno Domini MDVII. Amtmannus erat Nobilis Comes *Templimontanus*, magnus benefactor Monaſterii noſtri Jacobæi. (d) *Balthaſar Kegelman* valde *calculoſus*, conſequenter urinam per aliquot dies emittere non poterat, juſſit ſe portari in templum *S. Liborii*, ibi ad aram votum ei fecit, & mox urina emiſſa eſt, & dolores imminuti ſunt. Quod ipſe mihi ſæpius dixit.

1510. S. Kayſer. Anno Domini MDX. *Sebaſtianus Kayſer* factus in Erphurt Medicinæ Licentiatus, in Helvetiam profectus eſt, & *Baſeleæ*, alibique Arte ſuâ magnam promeruit gloriam, magnasque facultates. Sed ex innata avaritia nec ſibi, nec aliis profuit, niſi poſt mortem. Sic genius avari eſt.

1511. L. Kieſerling, Chr. Schnurrin. Anno Domini MDXI. *Liborius Kieſerling* in Haſſiâ floruit opibus & mercaturâ, devotus & liberalis homo, tantus Presbyterorum amator, ut etiam veſtigia eorum oſcularetur. Ama & amaberis. *Chriſtina Schnurrin* Vidua cuilibet ſacerdoti in oppido poſt funus ſuum deputavit poculum argenteum deauratum, valoris *duodecim Joachimicorum*. Tantillum pro ſalute æterna!

1512. M. Färber. Anno Domini MDXII. *Michaël Färber* de Cruthuſen, profeſſionem fecit in Carthuſia apud *Yſnac*, multorum librorum autor, quibus mutatum nomen ſuum præſcripſit. Dicunt, delatos eos eſſe in *Erphurt* ad Carthuſiam ibidem. Ego aliquos vidi, & parumper legi, & omnia mihi placuerunt in iis. Dolor ſanè, quòd hujuſmodi ſcripta doctè elaborata non ſtudioſiùs conſerventur in Monaſteriis! Sed quousq; dominatur invidia, peſtis Clericorum?

1513. J. Roſmöller. Anno Domini MDXIII. *Jeſaias Roſmöller* de Natza, Concionator apud Electorem Saxoniæ, patriæ ſuæ aliisque in vicinia variis modis benefecit. Erat candidus Vir. Proverbium ejus erat: *nemo ſe magis oderit, quàm qui aliis, dum poteſt, non benefacit.*

1514. J. Pfefferkorn. Anno Domini MDXIV. Hoc ipſo anno fama ſpargitur apud exteros, *Johannem Pfefferkorn*, Crucismontanum, multa & inaudita patrâſſe facinora & ſcandala, igne, rotâ, undâ punienda. Cùm in Boruſſia etiam *Crucis mons* ſit, neſcio, an ex illo forſan fuerit. E noſtris *Pfefferkorniis* non eſt. Audio tamen ſtupenda, quæ jam propter languorem corporis non poſſum conſignare longiùs. Sic ego, (eſt ſermo Editoris) in gratiam Lectoris, ſupplebo, & quidem verbis *Pauli Langii*. (e) Anno Domini, inquit, MDXIV. Hallis, oppido Saxoniæ, quidam Judæus baptizatus, *Joannes Pfefferkorn* dictus, homo flagitioſiſſimus, captus, & in vincula conjectus, tortusque, ſcelera immaniſſima & inaudita de ſe faſſus eſt,

(d) erat Com. de Kirchberg, de quibus quædam delibavimus P. I. Zeitk. Luſt theur. 136. (e) in chron. Citiz. ad ann. 1514. p. 902.

eſt, quæ nec in morte revocavit; & inprimis quidem, quòd per viginti annos Sacerdotis officia celebrando, baptizando, confeſſiones audiendo &c. exercuerit, cùm ordinatus, aut conſecratus nunquam fuerit. Item, quòd tres hoſtias conſecratas ſubtraxerit, unamque per ſe cruoris uſque effuſionem diſpunxerit, reliquas Judæis vendiderit, item, quòd *Albertum*, Archi-Epiſcopum Magdeburgicum, & Fratrem ejus *Joachimum*, Marchionem & Principem Electorem, intoxicare intenderit, & ob hanc rem centum à Judæis florenos, qui ex Marchia pulſi & ejecti fuerant, ob ſcelus complicum eorundem, quo nuper Sacramentum Euchariſtiæ à Pſeudo-Chriſtiano emtum, etiam uſque ſanguinis emanationem aliorumque prodigiorum oſtenſionem martyrizaverant, & eapropter ad ſexaginta combuſti fuerant, cæteris omnibus fugatis & diſperſis, à quibus & ipſe (ùt dictum eſt) prædictam pecuniam pro intoxicatione acceperat. Ipſe ſiquidem curias Magnatum, tanquam ſacerdos & in Medicina peritus, frequentabat. Quare facilè id, nî Deus impediviſſet, facere potuiſſet. Proinde & confeſſus fuit, ſe complures Medicinæ ſub ſpecie peremiſſe Chriſtianos: item quòd ſe ad tempus pro Meſſia geſſerit, & cum duodecim diſcipulis per pagos & oppida quæſtûs causâ ierit, multaque mira apparenter, ſed & fictè, fecerit; quòd duos infantes rapuerit, unumque Judæis venditum, mox eundem cum eis pariter ſanguinem extrahendo interfecerit; alium tamen intactum reſtituit; item: quòd omnem populum & *Magdeb.* & *Halberſtad.* Diœceſium & intoxicare, & eorum bona, quantum ei poſſibile foret, comburere voluerit, & id quoque ſe effecturum Judæis ſpoponderat; quod in Oſtro-Francia cuidam Magiſtro & Presbytero dæmonem incluſum furatus fuerit, & eundem demum pro quinque aureis vendiderit. Præterea complura alia piacula confeſſus eſt, ob quæ morti adjudicatus primùm candentibus uncinis diſcerptus fuit, deinde ad locum ſupplicii, ad cœmiterium videlicet Judæorum, tractus, ibidem igne aſſatus, & combuſtus horribiliter interiit. Obiit attamen (ùt & vox & fama communis erat, & impreſſum vernaculâ linguâ exſtat,) ùt verus Chriſtianus, demeritas pœnas ſub bona ſpe fideque ſufferens. *M. Michaël Uranius*, Rector Gymnaſii Hersfeldenſis, (f) ita: Nunquam ſine ſumma animi excandeſcentia incarnati iſtius diaboli meminero, qui & *S. Johanni* & honeſtiſſimis *Pfefferkornis* furatus ſua, ſcelera ſceleribus cumulans, ex urbibus in agros, ex his in oppida ambulabat. Quocunque venerat, ſi non aliquà nocuiſſet, mortuus eſſet. Totus obſtupui, cùm nuper apud Monachum Bozavienſem tremenda ipſius facinora prolixiùs legerem. Quis crederet, tot & tanta ab uno committi poſſe homine. Modò ſe *Iſaacum*,



(f) in faſcic. CL. Viror. patriæ.

modò *Moyſen*, modò *Jacobum* appellavit. Quòd verò ex odio erga *Pfefferkornios* nomen eorum ſumſerit, opinantur alii, inde factum eſſe, quòd Senior *Pfefferkornius* in furto iſtum deprênſum egregiè delumbârit, inque vincula publica conjici juſſerit, è quibus tamen arte magicâ auſugit. Quæ opinatio autem parùm mihi placet. Mutant hujuſmodi ſures & latrones nomina ſua, uti fecerat *Hillebrandus Kupfferſchläger*, quem Crucisburgenſes anno 1436. rotæ impoſuerunt, quia ex diverſis templis ultra quinquaginta calices & alia abſtulerat, cùm tamen cognomen ejus *Willies* eſſet. Certiſſimum verò, nebulonem iſtum nec *Pfefferkornium*, nec *Wetterkornium*, (ùt alii volunt) dictum fuiſſe, nec noſtrum, aliudve *Crucisburgum*, ejus patriam eſſe. Omnes *Pfefferkornii*, quotquot ego novi, (novi autem omnes,) boni ſunt & laudabiles Viri. Sic *Uranius*.

WER-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# WERNERI HACKII
*De*
## COMITIBUS
# TEMPLIMONTANIS
*in*
# DORINGIA
## CHRONICA,
*Variis literis notisque aucta & illuſtrata*
*à*
## CHRISTIANO FRANCISCO PAULLINI.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AD NOBILEM ET GENEROSUM

DNUM

## *GEORGIVM,*

COMITEM DE TEMPLI MONTE,

*Dominum & Benefactorem meum Gratioſum.*

DEvotas preces cum parata ad omnia beneplacita voluntate. Etſi Vetuſtiſſima & Incluta ſemper fuerit Generoſa Familia Veſtra, Nob. & Generoſe Domine Comes GEORGI, nullum tamen ego vidi, qui deſcripſerit Eam. Vel ſi factum eſt, jacet ſcriptum in angulo tenebricoſo, pro murium delectamento, ſeu ignis, bellum, vel aliud infortunium id nobis eripuit. Saltem Vobis nihil de eo conſtat. Quapropter quæ antea in tumultuariis collectaneis meis partim ex aliorum chronicis, partim ex literis, quas hîc & alibi vidi & perlegi, congeſſeram, nunc in ordinem aliqualem redegi, & *Breviloquium* hoc, ſeu Chronica inde componere, & Væ. Generoſitati humili & obſequioſo animo mittere volui. Eſt enim non meus tantùm, ſed totius monaſterii noſtri Patronus & benefactor ſpecialis. Totus ego credo, omnes Comites *Templimontanos*, ubi etiam in Germania ſunt, è *Doringia* eſſe. Poſtea vel per occaſionem belli, ſeu per matrimonia, vel alia de cauſa, alibi ſedes & domicilia ſua poſuerunt, in memoriam tamen veteris ſuæ ſedis ad *Salam* in Doringia, etiã aliis in locis caſtra ſua nominârunt *Kerchberg*. Interim DEUM rogabimus omnes, ut Va. Generoſitas diu proſpera & incolumis ſit, & tandem à terrenis & caducis ad ſublimiora & æterna gaudia beatè transferatur, per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.

L. B. S. P.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

L. B. S. P.

SCripſit *Paullus Götze*, (qui ſe *Jovium* vocabat, idque nomen cum celebri Hiſtorico Italo *Paullo Jovio* commune ſibi fecerat,) Scholæ *Ebelebienſis* in Comitatu Schwarzburgico circa exordium hujus ſeculi adhuc Rector, patrio ſermone non modò chronicon *Schvvarzburgicum*, *Glichenſe* & *Honſteinenſe*, ſed etiam *Kirchbergicum*. *Schvvarzburgicum* omnium maximum eſt, binis Tomis in folio comprênſum. Reliqua minora ſunt, & in forma 4t. ſcripta, duorum triumvé circiter alphabetorum. Subſtitit in ſingulis circa ortũ hujus ſeculi, nunc ad exodum labentis. Quæ rariora MSta in archivo Illuſtriſſimi & Curioſiſſimi Comitis Schwarzburgico-Arnſtadienſis adhuc cubant. E *Kirchbergico* Amicus meus honorandus Dn. *Tenzelius* Hiſtoric. Ducal. Saxon., mecum communicavit bullam *Albertinam*, (a) in fine appendicis ſubnexam. D. *Caſp. Sagittar.*, Hiſt. PP. in Illuſtri Acad. Salana, etiam ſpoponderat nobis chron. *Kirchbergicum*. (b) Verùm an perfecerit, dubito. Ipſemet ego aliquot abhinc annis hiſtoriam Illuſtrium horum Comitum germanicè contexui, XXVI. capitibus incluſam, & è variis autoribus tabuliſque collectam. Sed jacet ea in pluteis meis, ſtertitque ſecurè. Hoc, quod cernis, chronicon (*breviloquium* vocat Autor) conſcripſit *Wernerus Hack*, Teutlebio-Thuringus, Præpoſitus olim Monaſterii Virginum S. Nicol., cætûs Benedictini, Iſenaci ad portam, ab eodem clauſtro denominatam. Dicitur enim anno MDIX. MDXV. & MDXVII. **Probſt und Vorſteher.** Inſcripſit id anno MDXIX. Illuſtri Comiti *GEORGIO Kirchbergico*, Heroi arte & Marte claro, tunc Præfecto Ducali Saxonico *Crucisburgi* ad Vierrâ, quo munere ab anno MCCCCLXXXII.

 usque

(a) De anno 1518. (b) L. III, Antiqvit. Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuring. c. XI, §. 5. p. 172.

usque ad MDXX. fideliter functus eſt. Jucundum ſanè opuſculum, variis memorabilibus refertum. Fuêre, qui M. *Deybicherum* pro Autore ejus habebant. Sed *Franciſcus Sixtus*, ultimus Canon. B. V. Iſnaci, poſtea Auguſtanæ Confeſſioni addictus, ita ad Generum ſuum *Joann. Himmelium*, Paſt. tunc Sweinenſem, poſtea Proto-Diaconum Iſnacenſem. (c) Werner *quidem totum congeſſit chronicon, & ſolus ejus autor eſt. Cùm verò* M. Petrus, *Cantor Eccleſiæ noſtræ, ob pulcriorem latiniſmum apud nos clareret, nec rudis putaretur in rebus Thuringicis*, reviſioni *ejus commiſit ille ſcriptum ſuum, ut, ſi quæ addenda aut corrigenda eſſent, faceret, cunprimis autem* ſtilo *ſubinde ornaret, rebus tamen non mutatis. In quo poſtremo interdum gratificatus eſt* Wernero. *Hinc loquacitas aliorum, quaſi ipſe autor eſſet, ſed non eſt.* Quod ex ore M. *Petri* tibi dictum eſſe volo. Ita *Sixtus*. Ego è reliquiis chartaceis Avi mei materni, M. *Franciſci Himmelii*, Paſt. Crucismontani, ejusdemque Ephoriæ Inſpect., dum viveret, vigilantiſſimi, patriæque hiſtoriæ amantiſſimi, accepi, Tibique nunc, B. L., ſiſto, literis aliquot notisque meis auctum & illuſtratum. Fruere feliciter! *Ferrariæ* Thuringorum Anno Salutis MDCXCVIII.

(c) In lit. 9. Octobr. 1567.

* * *

*ILluſtres* ſemper Comites, *celebresque* fuêre,
ſive *togam* cupias, ſeu meminiſſe ſagum.
Sedes illorum *Kirchberg*, prænobile caſtrum;
id varios caſus nobilitâſſe ſcio.
Singula congeſſit *Wernerus*: ſicubi *nox* eſt,
affundis *lucem*; dixero: Πάντα καλῶς.

Carol. Elias Rhun, J. U. Dr.

# JESUS! MARIA! BENEDICTUS!

DIſputabile eſt, num antiqui Comites noſtri rectiùs & convenientiùs à *monte, ſeu caſtro*, vel *burgo* templi appellationem ſuam habeant. *inſigne* Utraquemihi placet. Sive enim *æthiopiſſam* eorum, *inſulam* dextrâ tenentem, intueamur, (a) ſeu *duplicem crucem* tranſverſim poſitam (b) cum aliis admittamus, res tamen eò recidit, ut cognoſcamus, propter ſpecialem devotionem in prima Doringiæ converſione illis hoc nomen & inſigne datum fuiſſe, ad demonſtrandum ſcilicet chriſtianum *explicatur* eorum zelum erga DEUM, Ejusque Sanctos in omnibus laudandos. Ex abiſſo tenebrarum Majores eorum eduxit DEUS, & luce catholicæ fidei ex gratia illuminavit. Cujus rei ſymbolon eſt *æthiopiſſa*. Quòd verò dextrâ tenet *inſulam*, indicat amorem, liberalitatem, & beneficentiam erga templa & ſacerdotes, ita ut etiam caſtrum, ſeu reſidentia eorum dicta ſit *Kerchborg*, vel, quòd in *monte* fuerit, *Kerchberg*. Sancta Eccleſia catholica in *monte* poſita eſt. (c) Quam uti nulli ignorare licet: (d) ita manifeſtum eſt, Comites hos per DEI gratiam non difficulter converſos fuiſſe, ſed civitatem ſupra *montem* conſtitutam, quæ abſcondi non poteſt, Eccleſiam catholicam, Sanctiſſimam Matrem, citiùs agnoviſſe, prædicâſſe, amâſſe, & ornâſſe. Rectè igitur à *templo*, à tabernaculo iſto, quod DEUS in Sole poſuit, (e) dicti ſunt *Templimontani*: à *templo*, quod non eſt angelorum, ſeu Archangelorum tantummodò locus, ſed regia, & habitaculum, & manſio Sacroſanctæ Trinitatis. Porrò à *Monte*, ut ſuſtollant ſemper oculos ſuos ad *montes*, unde auxilium noſtrum. Auxilium verò noſtrum à Domino, qui fecit cœlum & terram. (f) O venerabile & memorabile nomen! nomen ſuper omne nomen aliorum in Provincia noſtra nobilium. Nomen DEO, Angelis & hominibus gratum. Vetuſtatem hujus *templi montis* vel ex eo cognoſces, quòd *Wilhelmus* in primis ludis equeſtribus *Magdeburgi* AC. DCCCCXXXVIII. unà *vetuſtas Gentis* cum *Ottone*, *Heinrici* Imp. F., & *Adamus*, ſeu frater, vel filius illius, *Rotenburgi* *938.*



(a) Conf. Meibom. chron. Marienthal. p. 48. & Nürnberg. Wapenbuch P. II. p. 21. & hanc adhuc Fuggeri, ut Comites de Kirchberg, in inſigni ſuo habent. Aut. notit. Procer. Imper. L. VII. c. 3. §. 25. (b) Vid. Bucelin. Genealog. German. notit. p. 149. Wapenbuch cit. P. II. p. 8. Sed Part. I. ſub tit. Kirchburg aliud conſpicitur inſigne, hodie uſitatum, conſ. Spener. L. I. Oper. Herald. c. 46. p. 211. tab. 8. (c) Matth. V. 14. (d) Vid. Auguſt. ep. 170. ad Severin. (e) Pſ. XIX. 5. (f) Pſ. CXXI. 1.

942. *burgi* ad Thubarim AC. DCCCCXLII. & hujus Filius *Embrichtus Treviris*
1009. AC. MIX. (g) inſtitutis, alii in aliis fuerint. Singulos autem è noſtratibus fuiſſe, apud me certum eſt. Cùm *Otto* Imp. magnam curiam haberet in *Wymere*, (h) etiam hunc *montem* conſcendit, & benè tractatus eſt. *Borghartus*, celebris iſte & ſanctæ converſationis Monachus *Labacenſis*, Ordinis noſtri, qui magnum iſtud *Canonum* Volumen, cum adjutorio Magiſtri ſui, *Olberti*, docti Abbatis, edidit, etiam aliquando cum multis Proceribus hîc fuit, imò in hoc *Monte* parochia *Wormacenſis* ei promiſſa fuit, (i) quam quoque ita fideliter adminiſtravit, inſtauravit, & dotavit, ut nihil ſuprà. Non enim minor aut infelicior fuit ſanctis Fratribus ſuis, *Annone* & *Hildeboldo*, qui eidem Sedi magnâ pietate & paternâ curâ præfuerunt. Etiam munitum caſtrum erat, quod ſequens docebit hiſtoria.

*Burcardi laus.*

*Heinr. March. & Conr. Comit. diſſidium.*

*Heinricus de Ylenburg*, fuit Marchio de Myſna, & ſenior Dominus, poſt obitum conjugem ſuam, *Gertrudem de Brunſvvig*, gravidam reliquerat. *Kunradus* verò, Comes de *Wyttin*, fundator monaſterii in *Lauterberg*, Canon. Regularium, ſperans, ſe futurum eſſe hæredem *Heinrici*, publicè dixit, illam non eſſe gravidam, ſed fraudem, dolum & aſtum ſubeſſe, & nihil præterea. Quòd cùm audiret Marchioniſſa, ex conſilio ſuorum, Nobiles & Miniſteriales mortui Mariti ad ſe convocari juſſit. Tunc in loco & ſella ſublimiori ſtans, nudum ventrem omnibus circumſtantibus commonſtravit, cumque à ſingulis tangi voluit, dicens: *ecce! ô mei dilecti & fideles, videte & tangite, an factitium ſeu fictitium quid ſubſit, uti mendax rumor per totam viciniam blatit. Veſtram ego teſtor fidem, reliqua DEO meo commendabo.* Cùm jam peperiſſet filiolum, mali & invidi homines rurſus dicebant, (quia eâdem horâ coci uxor ventris ſui onus depoſuerat, excluſo etiam filio,) Marchioniſſam filiam ſuam (ſic enim mentiebantur) cum filio cocæ commutâſſe & ſuppoſuiſſe, partum non eſſe legitimum, contrà verò *Kunradum* Comitem hæredem *Heinrici* ex aſſe. Fit igitur, ut, longo pòſt tempore, aliquis Miniſterialium, re non bene intellectâ, vel conſideratâ, aut non ſatis æſtimatâ, inter privatos ſermones cum *Kunrado* Comite jam adulto cognati ejus, *Heinrici* Marchionis, ex improviſo, modeſtè tamen, meminiſſet: *Heus tu*, ait furioſus Comes, *num coci filium pro cognato, ſeu conſangvineo meo reputas? abi ad inferos, ad rotam & ignem.* Perterritus ille cum timore & rubore abiit, & quantum odium & averſionem ſibi conciliaverit ſimplicitas & ignorantia rei, coram amicis ſuis paſſim conqueſtus eſt lamentabili voce. Nunquam bene ſeu amicè convenerant Comes & Marchio. Cùm ergo verba iſta contu-

meliosa,

(g) Rectiùs anno 1019. (h) anno 975. Lamb. Schafnab. ad h. a. (i) Vid. autor. vit. S. Burcard. Epiſcopi Wormat.

melioſa, quòd ſcilicet traduceretur pro ſpurio & coci filio, *Heinricus*
poſthumus toties audiviſſet, eaque non poſſet tolerare, injurianti Comiti
AC. MCXXVI. bellum indixit, & captum *Kunradum* in caſtro *Kerch-* 1126.
*berg*, utpote loco valdè munito, arctiùs incluſit, & duriùs habuit *ferreo* *Conr. captus.*
*lecto* detentum. (k) Paulò poſt *Heinricus* junior Marchio, ſi non côdem,
tamen ſequente anno (l) moritur ſine liberis. Quod cùm perciperet 1127.
*Kunradus* in caſtro, cuſtodibus corporis ſui permulta promiſit, ſi eorum
juvamine nunc commodè effugere poſſet. Illi dimittunt captum, futu- *dimiſſus*
rum Dominum ſuum. Sic abiit ad *Lotharium* Imp., & per interceſſio-
nem Reginæ, cognatæ ſuæ, *Richſæ*, (quæ *Heinrici*, Comitis de Northeym
filia, ſoror verò *Heinrici*, mater *Kunradi* erat,) Marchiam in Myſna ſolen- *heres Hein-*
niter accepit. Ita tandem hæres ex aſſe factus eſt *Heinrici* inimici, po- *rici*
tens & magnus Princeps in *Myſna* & *Luſacia*, & Comes de *Wyttin*, *Groiz*,
*Brene*, *Nenburg*, *Leiſnigk*, *Rochelize* &c. genuit ex *Luccarde* ſua, No-
biliſſima Sveva, *Friderici* Ducis filia, ſex filios totque filias. (m) Sic *liberi ejus*
omnium rerum fit alternatio, & mundus ſemper rotatur, noſque in
eo. Habent Scriptores multa ubivis de Comitibus *Templimontanis*, &
de villis, ſeu oppidis, quæ dicuntur *Kerchberg*. (n) Sed illa omnia ni-
hil ad me, qui, in honorem noſtratium in Doringia, hæc mea tan-
tùm compilabo. (o) A multis autem ſeculis claruerunt Nobiles Im-
perii Comites hi noſtri *Templimontani*. (p) Antequam *Burggraſii* in Do- *Burggrav.*
ringia facti ſunt, fuerunt *Burggraſii* de *Bayerfelde*. (q) Cùm verò *de Beyerfeld,*
*Ludovicus* III., *Salii* Filius, à *Lothario* Saxone, ſocero ſuo, Princeps, 1130.
ſeu *Landgraſius* proclamatus eſſet, inter alios Officiales hæreditarios de-
dit Ei Comites noſtros *Templimontanos*, ùt *Burggraſios* in Doringia. *& Thuring.*
Primus, ut audivi, fuit *Emico*, cujus frater nominatur *Kunradus*, qui *Emico.*

 adhuc

(k) Conf. chron. mont. ſeren. ad ann. 1126. Wolfgang. Cruſii de Guntzenhauſen chr. Miſn. ad eund. ann. p. 5. Albin. chron. Miſnic. tit. X. p. 128. (l) eundem habet Albin. l. c. ſequentem chr. Mont. ſeren. l. a. Cruſius l. c. annum 1134. mavult. (m) quos ordine recenſet Cruſ. l. d. (n) Spangenberg. L. XV. Spec. Nobilit. f. 287. quatuor familias diverſas recenſet (1) in Svevia (2) Bavaria (3) Auſtria (4) Thuringia. Addo (5) in Palatinatu inferiori. (o) De Wernero Kirchbergico Lamb. Sch. ſnab. ad ann. 1063. de Kirchberga ad Diœceſ. Oſnabrug. pertinente Kranz. L. III. Metr. c. 7. & Erdman. chr. Oſnabrug. T. II. rer. Germ. Meibom. p. 200. ſeq. qui verò Hirinchberg vocat, conf. diſs. m. hiſt. 2. in Comitatu Hoënloico, & in inferiori Palatinatu oppidum Kirchberg, Saur. im vermehrten Städte-Buch p. 930. Noti ſunt Nobiles Hundii de Kirchberg in Haſſia, (p) Limn. L. I. J. P. c. 5. ad Burggravios ſimpliciter refert, contrà in addit. ad Lamb. ann. 1304. & Winnigſtad. in chr. MS. Halberſt., citante Sagittario in Hiſt. Halberſt. p. 49. Marchiones & Comites Provinciales dicuntur. Inter Nobiles eos paſſim reperi in antiquis tabulis. (q) Vid. Peccenſtein. Theatr. Sax. P. I. c. 18. p. 262.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1144. adhuc ambo vixerunt circa AC. MCXLIV. (r) Magna dignitas & honorabile officium. Potentes ſiquidem erant, & in magna auctoritate (s) apud omnes *Templimontani*, qui etiam ſuos proprios habebant Miniſteriales de *Ruxleven*, de *Pryſeniz*, de *Eſchek*, de *Lubevviz*, *Marſcallos*, & alios. Hinc Principum more
*Burggrav. quid?* in literis ſuis: Nos Dei gratiâ &c. *Burggrafius* & *Pfaltzgrafius* idem mihi eſt. Quod enim nos vocamus *burg*, ſeu *borg*, alii appellant *Pfalz*, ſeu *Pals*, quæ vox aulam, ſeu palatium deſignat. Eſt ergo *Pfalzgrafius* judex Palatii, ſeu Aulæ, ùt *Burggrafius* judex burgi, ſeu caſtri Principalis. Ex Comitibus fiunt *Burggrafii*, ut quaſi gradu aliquo hi digniores ſint quàm illi, qui ſimplices dicuntur Comites. Sic Comites de *Hennenberg*, qui nunc Principes vocantur, fuerunt *Burggrafii* de *Würzeburg*. (t) Non eſt quidem dubium, ab initio ſemper multa præclara feciſſe hos Comites, ſed cùm antiquiora eorum acta in tenebris dormiant, ea tantùm narrabo, quorum copia mihi facta eſt, & quæ ſcio, quòd vera ſint. *Volgkmarus*, Archimandrita Monaſterii Sanctorum Martyrum *Stephani* & *Viti*, Ordinis noſtri, nullam magnam rem ſuſcipiebat, ſeu perficiebat ſine conſilio & operâ *Vollrati*, Comitis *Templimontani*. Juxta nomen enim ſuum *plenus conſilii* erat, verè *Voll-*
1129. *rat*. Circa finem anni MCXXIX. in difficili & perplexa controverſia cum
*Vollradus*. Comite de *Waldeck*, miſit iſte eum ad Aulam Imperialem, & ita ſtrenuè negotium ſuum procurabat, ut etiam Aulici dicerent: eum eſſe quaſi *Tutorem* Abbatis & ſui conventûs. Comitem etiam de *Waldek* poſtea ſic diſpoſuit, ut faventior quàm antea Abbati, tranquillam vicinitatem cum eo coleret. In familiaritatem ejus primò venerat per Comitem de *Euerſtein*; cúmque devotus eſſet *Vollratus*, & ſacrorum Ordinum amans, eique diſciplina & religio in Monaſterio iſto placeret, ac Prælatus ſinceritatem & prudentiam ejus perſpiceret, etiam in cælibatu adhuc ille eſſet, manſit ibidem, & ſepultus eſt
1165. in Monaſterio anno ætatis LVI. AC. MCLXV. *Wilhelmus* II. adſuit ludis
*VVilhelm. II* equeſtribus *Tiguri*. Circa AC. MCLXXVII. (u) *Wallramus Templimontanus*, Abbas duorum Imperialium Monaſteriorum *Werthæ* ad Ru-
1177. *VValramus*, ram & *Helmeſtad.*, quæ *S. Hildegrinus*, primus Epiſcopus in Halverſtad, fundaverat, in honorem Beatiſſimæ Virginis in monte prope *Helmeſtad* clauſtrum Monialium Ordinis *S. Auguſtini* condidit, idque, ductis primis monialibus ex *Steterburg* prope *Wolfebyttel*, Præpoſito commiſit, quo-
*Godfred.* rum primus fuit *Gottfredus* Conventualis & Canonicus Regularis reformati nuper ab Epiſcopo in Halverſtad Monaſterii *Schœningen*, ſolennemque pro-

(r) Bucelin. P. II. Oper. Topo-chronol. edit. Ulm. 1662. Propagatorem hujus Gentis nobis ſiſtit Anonymum quendam, anno 1118. florentiſſimum. Hunc vocat arcis & dominii Kirchberg ad Salam, Thuringiæ fluvium, Dominum. Et hujus filii fuêre Emico & Conradus. (s) Rectè igitur Meibom. chron. Marienthal. ad ann. 1270. Domum eorum & familiam potentem & amplam vocat (t) de origine Eorum Spangenberg. L. I. chron. Henneb. c. 7. (u) alii habent 1181.

proceſſionem & liberas nundinas in feſto nativitatis S. Mariæ ibidem inſtituit. In hoc cœnobio ipſe poſtea AC. MCLXXXIII. ſepultus eſt. Probus Pater & valde conſcientioſus, cujus ſanctam memoriam adhuc colunt Fratres in utroque Monaſterio. Pius enim erat, providus, affabilis & benignus, cujus menſura omnium rerum *Eſt* & *non eſt*. Eôdem annô frater *Wallrami* carnalis *Fridericus* in conventu publico Erphordiæ habito ferè Frideric. I.
periiſſet miſerè. Diu bella geſſerant *Kunradus* Moguntinus & *Ludowicus* Landgrafius noſter cum utriuſque ſuorum exitio. Auctoritatem ſuam Imperialem interponit tandem *Fridericus*, (Henricus) & utrumque Erphordiam citat. Stato die comparent. Cùm verò totum conclave hominibus plenum eſſet, tantamque molem & pondus, propter vetuſtatem ruinoſum, non ampliùs ſuſtinere poſſet, carioſæ trabes ſubſidentes labuntur in imum, & cum iis omnes adſtantes & aſſidentes, etiam Landgrafius & alii Comites. Inter hos *Fridericus* noſter, (vv) qui graviter ſauciatus, vitam tamen non perdidit. (x) Cauſa primaria hujus belli Provincialis erat *Heinricus*, Comes de *Schwarzburg*, qui etiam ideò, juxta proverbium ſuum, profundiùs lapſus eſt in latrinam. (y) Conjux *Friderici Beatrix*, devota & liberalis, Mo- Beatrix,
naſterio in *Valle Mariæ* aliiſque multa contulit mobilia & immobilia bona. (z) Reliquit tres filios *Fridericum*, *Vollratum* & *Goſmannum*. *Fridericus* fa- Frid. II.
ctus eſt Canonicus Majoris Eccleſiæ in Halverſtad., & vixit adhuc AC. MCCXXXIV. (a) *Ilger*, Senior Dominus & Comes de *Ileſeld*, conjugem Ilger,
habebat Bertrad., Comitiſſam de *Templimonte*, ex qua genuit filium ſui nominis. Hic cum uxore ſua *Luttrude*, *Heſiconis*, Comitis de *Orlamünde*, Filia, Luttrud,
conſilio & inſtinctu aſſiduo Matris ſuæ AC. MCXC. fundavit Monaſterium 1190.
in *Ileſeld*, idque dotavit principaliter. Sic enim in templo cœnobii iſtius:

ANNO DOMINI MCXC. FUNDATA EST ECCLESIA YLVELDENSIS B. MARIÆ.

EYLIGERUS COMES DE HONSTEIN, FUNDATOR YLVELDENSIS,

LUTTRADIS DE ORLAMUNDA, DNA DE HONSTEIN.

In lapidibus eorum ſepulcralibus, ubi imagines eorum viſuntur, iterum legi:



(vv) non Goſmar chr. Mont. ſeren. p. 48. (x) Hiſt. de Landgrav. Thuring. & addit. ad Lambert. ajunt: lamentabili morte interiiſſe, conf. Hiſt. m. Iſnac. §. 34. & chr. mont. ſer. l. c. (y) Vid. hiſt. m. Iſnac. §. 35. (z) ſed num anno 1270. ut Meibom. putat, tute judicabis, vid. chron. ej. Marienthal. ad h. a. (a) Vid. Sagittar. hiſt. Halberſtad. §. 58. & chron. Marienthal, cit. p. 259. T. III. Rer. Germ. Meibom.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ELGERUS FUNDATOR, LUTRUDIS FUNDATRIX, ANNO DOMINI MCXC. (b)

1193. AC. MCXCIII. ſuprà dictus Comes *Ilger* venit cum *Luttrude* ſua in *Kerch-*
*Ilger*, *berg*, & multum benefecerunt Eccleſiæ ibi: cui etiam *Fridericus* (Heinri-
cus) in Erphord privilegium nuper dederat, quod autem non vidi. (c) Cùm
*Herm. de* *Hermannus* de *Waldek* ad terram ſanctam proficiſci ſtatueret, advocatiam Ec-
*VValdec* cleſiæ *Padiſontanæ*, quam hactenus tenuerat ille, certo modo renunciat.
Quam in curia Frankenvurtenſi *Heinricus* VI. Eccleſiæ iſti ſolenniter adjudicat. Cúmque *Hartmannus Templimontanus* in comitatu Regis eſſet, eique carus & acceptus, nec non Cubicularius, literas deſuper confectas, ut teſtis, unà cum aliis Epiſcopis, Abbatibus &c. ſubſcripſit. Poſtponun-
1198. tur ei Comites de *Ubingen* & *Wertheim*. (d) AC. MCXCVIII. *Tideri-*
*Tidericus* *cus*, Comes noſter, magnam habuit familiaritatem cum *Udone*, Epiſcopo Numburgenſi, cujus Eccleſiæ benefecit, & in maximis aliquando negotiis prudenter conſuluit, iisque ùt teſtis adfuit. (e) Vocabat ſe *caſtellanum de*
1200. *Kerchberg*. AC. MCC. magnum colloquium habuit *Hartmannus* in *Or-*
*Hartmann.* *lamunde* cum Nobilibus de *Utterod*, *Erfa*, *Boyneburg*, & aliis. (f) AC.
1202. MCCII. *Cappendorf*, à cappa *S. Martini* ſic dictum, olim proprium do-
*Cappendorf*, minium & *Burggraſiatus* erat, adhuc ſubjectum noſtris Comitibus fuit.
*Albertus*, Archi-Epiſcopus in *Magdeburg* ex iis fuiſſe putatur. Alii ta-
1207. men dubitant. (g) Audivi quidem ab illis id conſtanter defenſum, ſed
*Albert. Magdeb.* cùm non certus ſim in ſententia mea, nihil certi etiam hac in re determinavero.

(b) conf. Ecſtorm. chr. Walkenried. p. 18. Quâ occaſione verò conditum ſit hoc monaſterium, vid. apud Meibom. chron. Riddagshuſan. T. III. rer. Germ. p. 348. ſeq. (c) circa ann. 1180. Comites dicti ſunt, chron. Monaſt. Bigauienſ. ad h. a. & inter Nobiles relati, chr. Mont. ſer. ad h. a. Et: in hiſt. m. Iſnac. §. 34. poſui cum chr. mont. ſer. Henric. Reg. (d) integrum diploma vid. Vol. I. annal. Padeborn. p. 896. (e) vid. Pertuch. chr. Portenſ. L. I. p. 33. (f) De antiquis hiſce familiis M. H. H. ita:

Eſt inſtar cœli formoſa Thuringia noſtra,
in qua cumprimis illuſtria lumina fulgent:
Kirchbergî Comites, famâ ſuper æthera greſſi,
Varnrodii, quorum eſt liberalis ſtella Philippus,
Mülani, Haatſtalli, ac Hördani, Wizlebiiq;,
Bochlacii, Crucibùrgenſes, VVangenhemiiq;,
Hundi, Reynecci, Goltackerii, Boneburgi,
Utterodi & Neſſelrodi - - - -
omnes doctrinâ, virtute fideq; celebres;
felix Iſnacum, tot gemmis undique clarum!

(g) prius affirmant Kranz. L. VII. Metr. c. 35. Bucelin. G. S. P. I. p. 40. & Bangert. in not. ad chr. Slav. L. VII. c. 20. p. 566. Meibom. verò ſolidè probavit in chr. Berg. p. 28. Riddagshuſan. p. 25. & in not. ad chr. Marian. Northof. p. 415. fuiſſe Comitem Hallermundanum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

navero. Interim pleni ſunt annales laudibus iſtius boni Epiſcopi. Nec *Wüllebrandus* ex hac noſtra familia fuerit in eadem Sede, utut nonnulli vulgariter id aſſerant. *VVüllbrandus*, Qualis enim conſequentia: Comes *Wernerus* de *Templi monte*, *Friderici* Filius, per annos aliquot vixit apud *Wüllebrandum* in Magdeburg. Ergò hic fuit Doringus, & quidem Comes *Templimontanus*. (h) *Fridericus* autem, amabilis ſurculus hujus Gentis, AC. MCCIX. electus eſt Epiſcopus in *Halverſtad*. Illô ipsô electionis anno 1209. curiis in *Brunſvvig* & *Würzeburg* habitis interfuit, ceu ſpecialis & dile- *Frideric.* ctus Regis *Ottonis*, (i) unà cum aliis Cardinalibus & Legatis Apoſtolicis, Archi-Epiſcopis *Moguntino*, *Colonienſi*, *Trevirenſi* & *Salzburgenſi*, Epiſcopis *Strasburgenſi*, *Augſpurgenſi*, *Conſtantienſi*, *Fryſingenſi*, *Paſſauienſi*, *Baſeleenſi* &c. Cùm verò *Innocentius* Papa *Ottoni* Regi ſe totum opponeret, eique vinculum horrendi anathematis injiceret, *Fridericus* autem noſter à partibus Imperatoris ſtaret, bullam & hic accepit à Sede Apoſtolica omnium minarum plenam, per manus *Alberti* in Magdeburg. Et quoniam familiariter cum *Friderico* converſabatur Abbas Ilſenburgicus *Sigſridus*, eaſdem meruit pœnas, ita ut ab *Alberto* in Mag- *Sigfrid.* deburg ab officio Prælaturæ ſuæ amotus fuerit, ſubſtituto *Hartuico*, *Ilſenb.* Monacho de Pegau. Sed ecce! cùm fratres *Ilſenburgici* intruſum hunc Prælatum nec acceptare, nec ei parere vellent, & iſtis in genere dictum eſt anathema. (k) Sic, propter fidelitatem & amorem ſuum in Cæſarem, *Fridericum* noſtrum tanta oportuit pati. AC. MCCXX. Mona- 1220. ſterium *Huysburg* in denſa *ſilva* Huy, Diœceſ. Halverſtad., Ordinis *Huysburg*, noſtri, ab intolerabili jugo, & plus quàm Turcica tyrannide Advocatorum in æternum liberavit, quod coram univerſo Ordine grato animo collaudârunt Fratres. (l) Eôdem annô *Fridericus* novum templum *Frid.* in Halverſtad conſecrari fecit ſolenniter. (m) AC. MCCXXVII. *Goſ-* 1227. *mannus* Comes, *Friderici* frater, cum pio *Ludovvico* Landgrafio ad ter- *Goſmann.* ram ſanctam profectus eſt, antea verò *Heinricus* & *Cunemund* (ab officio eorum dicti) *Marſcalci*, omnia bona ſua *Numburgi* ad Ovvam, conſentiente *Goſmanno*, à quo in pheodo tenuerant, Monaſterio *Walckenried* pro XLVIII. marcis argenti vendiderunt. (n) Circa AC. MCCXXX. & ſequentem magnum miraculum *Waterlebienſe* in Diœceſi 1230. Halverſtad. cum ſacra hoſtia in ore omnium verſabatur. Sic autem *miraculum*, ſe habet. In villa *VVaterleben*, ſub dominio Comitum de *Stolberg*,

duæ

(h) ut Wüllbrandus, Conf. erect. Ducat. Brunſvic. T. III. Rer. Germ. Meib. p. 203. (i) vid. chr. Slav. L. VII. c. 18. & 19. cum not. Bangerti, (k) chr. mont. ſeren. ad ann. 1213. & 1224. (l) literas vid. in diſs. m. de Advocatis Monaſt. (m) chr. mont. ſeren. ad ann. 1220. (n) Eckſtorm. chr. VValckenried. p. 90.

duæ ſorores, altera ſuo more aliqualium facultatum, alia extremè paupercula, nomine *Irmegard*. Utraque verò honeſta & laborioſa. Hæc videns, ſorori ſuæ omnia ſuccedere, eamque pingveſcere, ſibi autem more cancrino omnia retrogredi, & in contrarium fieri, quærit aliquando ſororem ſuam, quomodo hoc fiat? vel quæ cauſa eſſe poſſit hujus variabilis fortunæ? Dicam tibi, ait altera, ſed ſub confidentia; *ego habeo DEUM in ciſta mea.* Paucis omnia dixi. Bene, cogitabat *Irmegard*, & hunc mihi parabo. Mox celebratum eſt ſancti Paſchæ feſtum, in quo, more catholico, *Irmgardis* confiteri & communicare debebat. Sed illa ſacram hoſtiam ori jam inditam clanculum, & nemine vidente, excipit, & domi, ùt à ſorore audiverat, ciſtæ ſuæ includit. Poſt aliquot dies neſcio quid quærit in ciſta, & ecce! *hoſtia cruenta*, & pannus, cui involuta erat, ſangvine conſperſus erat. Vocat mulier Virum ſuum, Vir Parochum, Parochus Epiſcopum ſuum in Halverſtad. Qui, indictis Clero & populo precibus, facit proceſſionem ad locum iſtum, ubi ſacra & miraculoſa hoſtia erat. Quam Epiſcopus, erat *Fridericus* noſter, flexis genibus ſumma cum devotione & reverentia, unà cum linteo, cui involuta erat, elevat, portatque eam inter hymnos & gaudia Cleri populique, præeuntibus luminaribus, ad pagum Hausler, ubi in aram reponit. Sacra verò hoſtia tam largè ibi ſudavit ſangvinem, ut non potuerint cum ea longiùs progredi. Aderat proceſſioni Præpoſitus Majoris Eccleſiæ *Johannes Semeca*, Decretalium Doctor, qui monuit, ut in iſto loco relinqueretur. Et ſic factum eſt. Tantus autem concurſus populi, ut *Fridericus* ex eleemoſynis brevi temporis ſpatio collectis inſigne Monaſterium *Waterlebienſe*, Ordinis Ciſtertienſis, fundaverit & dotaverit liberaliter. O miraculum miraculorum mirabiliſſimum! AC. MCCXXXIX. in Domino obdormivit *Fridericus* Epiſcopus, ſancti ſui officii anno XX. Eſt & erit memoria ejus in benedictione! Carus ſiquidem fuit DEO & hominibus. Vidi literas, (o) in quibus dicitur, quòd *Templimontani* noſtri glatte und ſammete Bauren habuerint, i. e. bene opulentos. (p) *Fridericus* III. hujus nominis prudens erat & providus, multorum Principum, tam Clericorum quàm ſecularium, Conſiliarius, qui ad maxima quæque negotia adhibebatur. AC. MCCXLV. IV. Kal. Febr. unà cum *Bertha*, uxore ſua, duos manſos, & unam aream in minori *Qvenſted* Monaſterio in *Huysburg*, nominatim *Ludolpho* Abbati XI., pro LVI. marcis argenti Halverſtad. vendidit, &, præſente Epiſcopo *Mejnarto*, realiter tradidit. Ne verò propter immaturitatem, ſeu minorennitatem liberorum hæredumque ſuorum, cum tempore rixæ ſuboriantur, Pater pro iis omnibus, & cum eo *Wernerus* de *Suſeliz*, *Hermannus* de

[Margin: 1239. *Frid. obitus*, Sammete Bauren / *Frid. III.* 1245.]

(o) De eod. anno (p) ita tales adhuc in Svevia vocantur, Manz. Dec. II. Patrocin. debitor. qv. 4. num. 48.

de *Schernbeck* cum filio ſuo *Everhart de Suſeliz*, *Heinricus*, cum filio fratris
dicti Comitis, id *Ludolpho* Abbati religioſè & ſanctâ fide promiſerunt.
AC. MCCXLVIII. floruit *Wernerus* noſter in curia Archiepiſcopali in 1248.
Magdeburg apud *Willbrandum*, cujus propinquus erat. AC. MCCXLIX. *Werner.*
VIII. Kal. Jul. Pontificatûs ſui VIII. cùm idem *Meynartus* dimidium man- 1249.
ſum in *Eylenſted*, quem *Tidericus* de *Spegel*, Miniſterialis Halverſtad., ab ipſo
jure pheodali tenuerat, cum ejus hæredumque ſuorum conſenſu, *Huys-
burg* conferret, teſtes erant *Fridericus*, Comes de *Kerchberch*, *Hermannus* de *Frid.*
*Scherenbeck*, & filius ſuus *Wernerus*, *Heinricus* de *Eylenſted*, *Johannes* de
*Manentorp*, & alii. Eodem anno & die *Heinricus* & *Tidericus Spegel*, cum
conſenſu hæredum ſuorum, dederunt *Huysburg* unum manſum in *Ander-
beck*, & unam aream, quæ adjacet cum fundo unius molendini ibidem.
Quæ omnia confirmat *Meynartus*, ùt ordinarius. Teſtes erant Comes
*Heinricus*, *Fridericus* de *Kerchberg*, *Hermannus* de *Scherenbeck*, & filius
ejus *Wernerus*, *Heinricus* de *Eylenſted*, *Fridericus* de *Hersleve*, *Tidericus* de
*Hartesrode* & alii. Cùm eodem anno *Heinricus*, Comes de *Planckenburg* *Heinr. de*
ob advocatiam, à *Sigfrido* de *Planckenburg* Abbati *Sigfrido* in *Huysburg* *Blanckenb.*
plenè reſtitutam, Monaſterium iſtud igne & latrociniis variis modis vexa-
ret & perturbaret, *Meynartus* verò id ſummoperè defenderet, & jam lites di-
remtæ eſſent, inter multos teſtes etiam reperi *Fridericum* de *Kerchberg*. Act.
& datum in Halverſtad anno gratiæ MCCXLIX. XVI. Kal. Jun. Pontifi-
catûs ſui anno VII. AC. MCCLI. iterum teſtis erat *Fridericus Meynarti* 1251.
Epiſcopi in Halverſtad, & anno ſequente *Ottonis*, Ducis de Brunswig. 1252.
Ex his familiaritatem, acceſſum & auctoritatem Ejus apud Magnos Princi-
pes manifeſtè quilibet videt. AC. MCCLVII. *Vollratus*, Epiſcopus in Hal- 1257.
verſtad, cum conſenſu Capituli ſui, duorum manſorum ſolutam advo-
catiam in *Serkſted* Monaſterio in *Huysburg* contulit. Teſtes erant *Fri-* *Frid.*
*dericus* de *Kerchberg* Comes, *Vollratus*, frater Epiſcopi de *Cranchfeld*,
*Heinricus* de *Hortorp* & alii. Eôdem annô *Ludolph.* (q) de *Esbeck* Miles
decimam in villa *Runſted* à *Vollrato* in Halverſtad jure pheodali tenebat,
quam cùm illi reſignâſſet, acceſſit Monaſterio Virginum *S. Mariæ* in monte
prope Helmeſtad. (r) Scilicet Ludolphus, Præpoſitus dicti Monaſterii
*S. Mariæ*, Militi de *Esbeck* dabat CXXVI. marcas puri argenti, tantúm-
que effecit, ut Miles *Friderico Templimontano* decimam denunciaret, qui
*Vollrato* Epiſcopo dedit, hic verò, cum conſenſu Capituli ſui, dicto
Monaſterio contulit. *Tidericus*, Abbas in *Valle Mariæ*, eodem anno
emit Monaſterio ſuo ab eodem *Ludolpho* de *Esbeck* decimas agrorum ad
(Aaa) villas

(q) Al. Ludovicus (r) Meib. chron. Bergenſ. prope Helmſtad MS. & chr. Marien-
thal. T. III. rer. German. p. 265.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

villas *Meerdorp* & *Roddorp*. Illas tenebat *Ludolph.* à *Friderico* noſtro, has
*liberi* verò à *Gebhardo*, Comite de *Wernigrode*. Genuit *Fridericus* ex *Bertha*
ſua quinque filios & tres filias, *Heinricum*, *Wernerum*, *Hermannum*,
*Fridericum*, *Borchartum*, *Gyslam*, *Luceardem* & *Sophiam*. Annô eodem
*Rudolf.* *Rodolphus Templimontanus* erat Canonicus & Portarius Summi templi in
Halverſtad, quem in multis literis Epiſcoporum de Halverſtad inter te-
*Tideric.* ſtes vidi. Eodem anno *Tidericus Templimontanus* bello inclytus fuit,
1260. aliàs mitis & erga Clerum beneficus. AC. MCCLX. *Heinricus* Comes
1262. de *Honſtein* caſtrum *Kerchberg* & alia cepit. (ſ) AC. MCCLXII. *Hein-*
*Heinric.* *ricus* Miles ſubſcripſit fundationem Monaſterii in *Alberode*, quod nunc
1265. *Ryſſenſtein* dicitur, Vir magnæ auctoritatis & bonæ famæ. AC. MCCLXV.
*Vollrad.* in octava Paſchæ *Vollratus* (t) erat majoris Eccleſiæ in *Hilleshem* Ca-
nonicus, amplæ fortunæ Dominus, pauperibus valde addictus. Erat
1266. *Friderici* II. Filius. AC. MCCLXVI. *Hermannus* Monaſterio in *Rey-*
*Hermannus* *nartsborn* Ordin. noſtri donavit tabulam, in qua hiſtoria S. *Benedicti* arti-
*Frider.* ficioſè depicta erat. Frater autem ejus *Fridericus* Monaſterio S. *Nicolai*
1267. in Iſnaco ejusdem Ordinis quinquaginta aureos rhenenſes dedit. Anno
*Luccard.* ſequente *Luccartis* de *Kerchberg* in nobili Virginum monaſterio *Quitlen-*
*burg* vixit, an Sanctimonialis poſtea facta ſit, certò non ſcio. Soror
*Sophia*, ejus *Sophia* maluit vivere in aula Comitis de *Schvvarzburg*. Puto tamen,
1268. hanc mortuam fuiſſe extra conjugium. AC. MCCLXVIII. *Borchardus* in
*Burcard.* flumine Sala, unà cum tribus ſervis, miſerè periit. (u) Ideo pro refri-
gerio animæ ſuæ paſſim multa dederunt cognati ejus, nominatim Mo-
naſteriis in *Reynartsborn*, noſtro ad S. *Nicolaum*, & S. *Petri* in Erphord.
1269. AC. MCCLXIX. *Gysla*, uxor *Werneri de Scherenbeck*, magna benefactrix
*Gysla* Cleri in Diæceſi Halverſtad., tam viva, quàm nunc mortua. Cùm
enim anno MDXIII. Avunculum meum (erant mea & illius Mater ſoro-
res germanæ) Dominum *Hermannum Eycken*, Prælatum in *Huysburg*,
inviſerem, & fortè antiquas Monaſterii literas in pergameno deſcriptas
excuterem, multa ex iis decerpſi ad *breviloquium* meum de Comitibus
*VVerner. de* *Templimontanis* pertinentia. Erat autem iſte *Wernerus* Nobilis, dives,
*Scherenbek.* & magnæ auctoritatis Baro, vel Dynaſta in Diæceſi Halverſtad., (w)
*Friderici* noſtri, Epiſcopi ibidem, Judex Provincialis, quæ magna digni-
tas erat à multis ſemper expetita. In omnibus ferè majoris momenti
literis

(ſ) Chr. Walckenried. cit. p. 19. (t) al. Cunradi. (u) rediens ex haſtiludiis Mer-
ſeburg. Meibom. chr. Marienthal. p. 265. Conf. hiſt. Landgrav. Thur. c. 64. quæ
Theodoricum vocat, Bang. chr. Thur. p. 103. a. tangit hiſtoriam, at reticet nomen
ſubmerſi. (vv) illuſtrem & nobilem vocat Meibom. in chron. cit. l. a.

literis Nobiles de *Scherenbeck* inveni, ut nihil ſine iſtis in Diæceſi actum.
Et niſi primarius fuiſſet ille *Wernerus*, vix accepiſſet *Gyslam* de *Templi-*
*monte*, Epiſcopi cognatam. AC. MCCLXXI. V. Kal. Aug. *Wernerus*, 1271.
Abbas in *Huysburg*, mediam partem decimæ in *Anderbeck*, ſtudio *Ber-* *Werner. Abb.*
*nardi* de *Lengede*, Monachi in Huysburg, & *Alberti*, Clavigeri ſui, cum
omni utilitate, & tres manſos cum dimidio ibidem & mancipiis, ad ea-
dem bona pertinentibus, à *Friderico*, Milite Gerenrodenſi, ſibi compa-
ravit. Quam proprietatem prædictorum bonorum, quæ *Borchartus* &
*Luthardus* de *Meynerſem* ab Epiſcopo in Halverſtad titulo pheodali te-
nuerunt, *Vollratus*, Epiſcopus ibidem, cum conſenſu Capituli ſui, datis
à Monaſterio Huysburg XL. marcis Halverſtad. argenti, eidem donavit.
Teſtes ſunt *Ludolphus*, Comes Sladementis, Epiſcopus quondam in Hal-
verſtad, *Hermannus* Præpoſitus, *Wigerus* Decanus, *Vollratus* de *Kerch-* *Vollrad.*
*berg*, *Heinricus* de Regenſtein, *Wedekindus* de Nuenborg, *Heinricus* de
Drondorp, *Albertus* Cuſtos, *Bartoldus* de Clettemberge, *Chriſtianus* Scho-
laſticus, *Hermannus* Hodo, *Luterus* Gernz, *Günterus* Vice-Dominus,
*Ludolphus* de Dalem, *Anno* de Heymborg, *Heinricus* de Coldiz, *Kunra-*
*dus* de Swanenbec, *Heydenricus* de Scartfeld, *Gevehartus* Cellerarius,
*Luthardus* de Meynerſera, *Tidericus* de Heſnem, *Hermannus* (x) de *Kerch-* *Hermann.*
*berg*, *Ericus*, Præpoſitus Eccleſiæ S. Bonifacii, *Heinricus* de Regenſtein,
*Kunradus* de Dorſtad, *Hermannus* de Planckenburg, *Rodolphus* de Gaters-
leve, *Tidericus* de Anvorde, *Reynartus* de Cranchfeld, *Heydenricus* de
Querfort, Majoris Eccleſiæ Canonici. Laici autem *Wernerus* de Sche-
renbeck, nobilis, *Alvericus* Pincerna de Dorſtid, *Gunzelinus* de Beer-
winckel, *Borchartus* de Aſſeborg, *Bernartus* de Papſtorp, *Joannes* de
Mynsleve Milites, & alii quàmplures, Clerici & laici fide digni. Vidi
in eodem Monaſterio *Huysburg* ſalutaria ſtatuta monaſtica, quæ Ab- *ſtatuta mo-*
bas ſuis fecerat. Hæc adeo placuerunt mihi, ut paſſim Monaſteriis *naſtica.*
puellarum Ordinis noſtri eadem commendaverim, inprimis ubi ſchola-
res ſunt, cujuscunque ſexûs fuerint. (y) Vidi in eodem cuncta bene
ordinata, &, quod gaudium mihi fecit ſpeciale, XXIV. altaria &

 XII.

(x) Al. Vollradus. Quicquid verò ad ann. 1129. dixi, tangit quoque Autor an-
nal. Corbeienſ. ad ann. 1130. (y) Miror, Hackium oblitum fuiſſe Autoris horum
ſtatutorum. Erat ille VVernerus Abbas XIV. Hic anno 1280. abuſus quosdam
monaſticos emendaturus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub anathematis fulmine,
leges aliquot condidit in appendice producendas. Fuit quondam ibi ſchola clau-
ſtralis, eaque non incelebris, ex qua optimi quique & bene eruditi ad vitam mona-
ſticam ſeligebantur.

*& ſacella Huyſb.* XII. ſacella. (z) AC. MCCLXXIX. vendidit *Heinricus* Comes de *Honſtein* Monaſterio *Walckenried* quatuor manſos in *Urbich* pro CCXXV. marcis Northuſenſis argenti. Cui venditioni adfuit etiam *Goſmannus Templi-*
*Goſmann.* *montanus.* (a) Eôdem annô *Otto*, *Heinrici* filius, amor Clericorum & omnis populi, *Tidericum* & *Wittichium* de *Condiz* ex ſervitute manumiſit, eosque monaſterio *Cappendorf* contulit, ſic ut ſingulis annis in feſto S. *Michaëlis* eidem dare teneantur ſolidum denariorum. Teſtes hujus facti ſunt *Meynart.*
*Gottfried* de Leſten, *Gottfried* Miles de *Kerchberg*, *Heinricus* Miles de Jene, *Albertus* de
*VViricus*, Svvabenhuſen, *Wiricus* de *Kerchberg*, *Th. Dize* & alii. Dat. in caſtro *Ot-*
1289. *tonis* Wintberg anno MCCLXXIX. ſexto Idus Junii. (b) AC. MCCLXXXIX. rixæ ortæ ſunt propter bona in *Gruthen*, quæ *Beringerus*, miles de
*Bering. de Briſeniz.* *Bryſeniz*, Miniſterialis *Templimontanus*, AC. MCCLXIV. monaſterio in *Porta* pro CL. marc. argenti vendiderat. (c) Cùm *Heinricus* II. Abbas in *Huysburg* alteram partem decimæ in *Anderbeck* à *Ludolpho*, Milite de *Hartesrod*, qui eam in pheodo tenebat ab *Alberto* Duce in Brunſvvig,
*Hermann.* emeret, inter teſtes rurſus reperitur *Hermannus* de *Kerchberg*. Idem adfuit fundationi Monaſterii Virginum *S. Nicolai* in Halverſtad, Ordin. S. Dominici. (d)
1290. *Henric.* AC. MCCXC. in Domino moritur *Heinricus* Comes *Templimontanus*, ſepultus in monaſterio *Ilſeld* cum hoc epitaphio:

> Hâc ſunt in foſſa de KERCHBERG Nobilis oſſa
> HEINRICI Comitis, Deus ipſum ſuſcipe mitis.

1292. *Otto*, AC. MCCXCII. *Otto* ſenior pro inſigni habuit in *albo campo* tres *nigras trabes*.
1294. *Tider. de Lubevviz*, AC. MCCXCIV. *Tidericus* de *Lubervi*z Miniſterialis Comitum noſtrorum,

(z) Ego XXI. altaria, XVI. autem ſacella notavi in annal. MS. Huysb. illa fuére (1) Summum altare (2) B. V. in crypta (3) ad S. Crucem (4) B. V. in ambitu, (5) S. Mich. (6) S. Joann. (7) SS. Petri & Pauli (8) S. Andr. (9) SS. Martyr. (10) SS. Confeſſor. (11) S. Steph. (12) S. Dionyſ. (13) S. Maurit. (14) S. Hieron. (15) S. Bened. (16) S. Gregor. (17) S. Servat. (18) SS. Virgin. (19) S. Annæ (20) B. Mar. Magdal. (21) S. Sixti. Hæc verò fuiſſe ajunt; (1) in ambitu, ſeu circuitu cœnobii tria concamerata (4) prope domum Capituli ſacellum S. Ambroſ. (5) duo altera in memoriam B. V. (6) unum verſus aream, in cujus verò honorem, ipſi neſciunt. (7) ad muros monaſterii antiquum iſtud D. Sixti, (8) ante ingreſſum Eccleſiæ S. Stephani, quod videtur fuiſſe domeſticum pro populo, (9) B. Mar. Magdalenæ ſub organo pneumatico, (10) tria retrò chorum, in cujus autem memoriam ſingula, non liquet. (11) in templo (à latere Prælati) S. Dionyſ. (12) ab altero S. Servatii. (13) infra portam pro hoſpitibus unum jam deſolatum. (a) Goſmannus autem hic non fuerit ille, de quo jam ſuprà. Vel iſte Goſmannus filium reliquit ejusdem nominis, ſeu Friderici frater fuit hic noſter (b) vid. integras literas apud Lang. chron. Citiz. ad ann. 1292. p. 816. Add. Hiſt. m. Iſnac. ſ. 6; (c) vid. chron. Portenſ. Pertuch. p. 115. (d) inter teſtes eſt Hermannus Portenarius, qui verò Kirchbergicus ille non fuerit, utpote qui ſecularis erat. Tabulas Vollradianas in appendice dabimus.

ſtrorum, hortum ſitum in *Bryſeniz*, pro remedio animæ ſuæ dedit Eccleſiæ
ibidem cum conſenſu & confirmatione religioſi *Ottonis* Comitis. Actum
in *Wintberg* feriâ tertiâ ante feſtum Pentecoſtes. (e) De hoc *Ottone* nar- *Otto*
ratur, (f) quòd in recordationem humilitatis Chriſti, qui *aſino* vectus *ὀνόφιλος*,
erat Hieroſolymam, hoc animal ſecum ſemper duxerit, quod poſtea in *lu-
pum* verſum homines & pecora invaſit. De monaſterio *Stablenſi*, Diœceſ.
Leodienſis, narrant annales ejus, quòd cùm S. *Remaclus*, ex Epiſcopo Tra-
jectenſi Monachus Ordinis noſtri, id fundâſſet unà cum *Grymoaldo*,
Duce Brabantiæ, *aſinum* habuiſſe, qui lapides & cæmenta attulit. Ve-
rùm devorabatur à *lupo*. *S. Remaclus* igitur *lupum* anathematizavit, & eos-
dem labores, quos *aſinus* antea fecerat, eidem impoſuit. (g) AC.
MCCCIII. *Erphordenſes* cum adjutorio *Northuſanorum* & *Mülhuſanorum* 1303.
*Templimontem*, unà cum caſtris *Wintberg*, *Greifenberg*, & *Leyſten* cepe- *caſtra de-*
runt & vaſtârunt, licèt, poſt multas aliorum preces & interceſſiones, *ſtructa*,
tandem *Greifenberg* ægrè reſtitutum ſit ab illis. Non offenderat *Otto* cives
Erphordenſes, ipſi tamen ſe læſos putabant ab eo. (h) Quod Land-
grafius ei faveret, cauſa erat pietas & ſinceritas ejus. Sed Erphorden-
ſes omnia in contrarium explicabant. Ita: non ſatis erant tutæ, ſed la-
tronibus undiquaque repletæ viæ ob bellum, quod *degener Albertus* con-
tra filios ſuos gerebat, ideo Imperator *Rodolphus* Erphordiam Clericos
& ſeculares Principes ac Nobiles convocabat, & valde ſollicitus erat pro
reſtitutione tranquillitatis & ſecuritatis publicæ. Caſtra igitur in Dorin-
gia paſſim vaſtata, quia latronum refugia erant. At ſanè *Otto* noſter fu-
res & latrones in ſua caſtra non receperat, & tamen ea deſtructa ſunt.
Fortè ideò factum eſt, ne latrones ex reliquis caſtris jam pulſi, & per
Provinciam agminatim vagantes, *Ottonis* caſtris, hactenus intactis, vi
ſuâ potirentur, exque iis excurſiones facerent, ac igne & rapinis omnia
conſumerent. Interim *Ottoni* facta eſt injuria, & irreparabile damnum.
Quæ omnia tamen ille æquo animo tulit, quia à Domino factum fuerat,
quod factum erat. AC. MCCCVI. Indict. quarta idem *Otto* parochiam 1306.
in *Bryſeniz*, cum conſenſu Epiſcopi Numburgenſis *Ulrici*, monaſterio *Otto*
*Bozavienſi*, Ordinis noſtri, tradidit, cum decimis quinque agrorum. (i)
Idem eidem clauſtro anno eodem dedit capellam in *Kerchberg* cum
vineis, pratis, areis, agris, cultis & incultis. (k) AC. MCCCXI. *Wil-* 1311.

 *hel-*

(e) vid. chr. Citiz. Lang. p. 816. (f) ex relatione Gerhardi Atzens, Prioris Mona-
ſterii in valle Joannis prope Iſnac. Ord. Ciſterc. ad Albert., Præpoſit. Crucisburg. Mo-
naſt. S. Jacob., Ord. S. Auguſt. (g) conf. poſt alios Saurs vermehrt Städtebuch ſub:
Stablo/ (h) notes velim contra Guden. L. L. Hiſt. Erfurt. p. 73. ſeq. (i) chron. Citiz.
p. 823. (k) l. c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*helmus* III. comparuit in torneamentis *Ravenſpurgi*, *Albertus* AC. MCCCXXXVII. *Ingolſtadii*, & alio tempore *Eslingæ*. AC. MCCCXII. *Nicolaus Schöler*, ſubditus & Paſtor antea Comitum noſtrorum in *Cappendorf*, novam Vicariam in hoſpitali S. *Annæ* inſtauraverat & dotaverat; nunc verò Abbas Hersfeldenſis ſuper bonis feudalibus, ad dictam Vicariam pertinentibus, plenum ſuum conſenſum dedit.

*Nic. Schöler*, 1312.

*lit. Herm. Abbat.*

Nos *Hermannus*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Abbas Monaſterii Hersfeldenſis, S. Benedicti Ordinis, Mogunt. Diœceſ., notum facimus præſentibus & poſteris, ſcriptum inſpecturis, ſeu etiam audituris, Quòd cùm Honorabilis Vir Dominus *Nicolaus*, dictus *Scolaris*, Paſtor dictæ Diœceſis, noſter ſincerè dilectus, unam Vicariam, ſeu altare, in honorem omnipotentis Dei & Glorioſæ Virginis *Mariæ* Matris ejus, Beatorum *Andreæ* Apoſtoli, *Nicolai* Confeſſoris & *Barbaræ* Virginis, in Hoſpitali novo contiguo valvæ S. *Georgii* Iſennachenſis ſitum, in parochia Eccleſiæ S. *Georgii* oppidi prædicti, inſtauravit & dotavit, & dictum altare penſionavit cum quibusdam bonis, redditibus & cenſibus, quæ à Nobis, & à noſtra Eccleſia Hersfeldenſi procedunt in feudum, ut literæ dictæ ſuæ inſtaurationis pleniùs edocent. Nos ob noſtræ ſalutis remedium, & ob grata ſervitia, quæ dictus Dominus *Nicolaus* nobis & noſtræ Eccleſiæ ſæpius impendebat, & adhuc impendere debet, dicta bona, ac redditus ipſos, cenſus & penſiones, quæ à Nobis & à noſtra Eccleſia in feudum procedunt, ùt præfertur, ad ſuſtentationem ipſius Vicarii, & ſuis ſucceſſoribus in dicta Vicaria deputatos, quantum ad Nos & Eccleſiam noſtram concernunt, ipſi *Vicariæ* appropriare curamus, & præſentibus appropriamus, purè & ſimpliciter propter Deum, ita tamen, quòd quilibet prænotatæ Vicariæ Vicarius tunc Nobis, & noſtris Succeſſoribus, annuatim in feſto *Michaëlis duas libras ceræ* ad cameram noſtram ratione propriationis ſolvere debeat. In cujus rei teſtimonium præſentem paginam ſigilli noſtri munimine juſſimus roborari, Anno Domini MCCCXII. die S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris. (l)

1323. *permutatio S. Nicol. & B. V.*

Acceperat B. Virgo noſtra in urbe ab *Ottone* Comite agros aliquot ad *montem aureum*, (m) ſuo ære emtos. Permutat poſtea Monaſterium noſtrum *S. Nicol.* curiam, ante valvam B. V. ſitam, pro agris iſtis, ante valvam B. Nicol. ſitis, & Eccleſiæ B. V. propriis.

Nos *Heinricus* Præpoſitus, *Kunegunda* Abbatiſſa cœnobii Monialium ad S. *Nicol.* in Iſennach, unà cum noſtro Conventu, recognoſcimus præſentibus, & fatemur, Quòd nos cum Honorabilibus Viris, Dominis *Hermanno* Decano, *Heinrico* Scolaſtico, *Eckerico* Cantore, totoque Capitulo Eccleſiæ

(l) anno 1412. hæ literæ datæ fuerint, quod notandum eſt, (m) Goldberg vulgò,

cleſiæ S. *Mariæ* Iſenacenſ. facientes permutationem, ipſis unam curiam noſtræ proprietatis, quatuor ſolid. denarior. & duos pullos ſolventem annui censûs, ante B. Virg. valvam ſitam, quam dictus de *Wichmanshuſen* à Nobis jure hereditario habuit & poſſedit, hujus curiæ proprietatem & cenſum cum omni uſu, utilitate & honore ſic poſſedimus, damus modo ſimili poſſidendum; ipſi verò ſuam proprietatem quinque agrorum humuleti, triginta denarios Iſenacenſ. annui cenſus ſolventium, quos *Petrus* & *Conrad.* fratres dicti *Rymman*, & duorum agrorum ſolidum ſolventium, quos *Adelheidis*, dicta *Albertem*, juxta montem, qui dicitur Goltperg, ſitorum, nec non unius ortuli, qui eſt apud aquam *Hörſele* ſitus contra ſuperius molendinum, ante valvam B. Nicol., ſolidum & duos pullos ſolventis, quem *Petrus Rymman* prædictus jure hereditario poſſidet & poſſederunt, cum ipſo cenſu nob. vice verſa dederunt utiliter poſſidendum. In hujus permutationis ratihabitionem firmiorem, noſtra ſigilla præſentibus ſunt appenſa. Dat. & act. anno Domini MCCCXXIII. XII. Kal. Martii.

AC. MCCCXXV. Vix *Fridericus* Landgrafius gratiæ ſuæ fontem ad S. Nicol. illo tempore rurſus derivâſſet, niſi antea exorâſſet eum *Burggrafius.* Sic enim legitur in *Necrologio* noſtro: *Frid. Landgr. multa ad S. Nicol. petente Burggr.* Literæ autem tales ſunt: 1325. *Frid. Landgr.*

Nos *Fredericus*, Dei gratiâ Thuringiæ Landgravius, Miſnenſis Marchio & Orientalis, Dominusque terræ Plyſnenſis, tenore recognoſcimus præſentium literarum, Quòd Nos, ob reverentiam Dei ac piæ Matris Virginis Mariæ, Sanctique Nycolai Pontificis glorioſi, & propter ſalutem noſtræ animæ, bona dicta *Rechberg*, cum agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſalictis, virgultis, cum omnibus ad eadem bona ſpectantibus; ceterum undecim marcarum reddituum cum obventionibus conſuetam dari de quibusdam agris, prope villam *Vyſchbach* hinc inde ſitis, & de quibusdam agris, contra curiam infirmorum ſitis, & de quibusdam agris, juxta pontem dictum *Nyclasbrücken*, apud aquam dictam *Nezze* hinc inde ſitis, & de una curia ſita in antiqua civitate prope *Yſenache*, quam nobis cum eisdem agris *Heinricus* & *Albertus*, fratres dicti de *Holondern*, ſuis patentibus literis liberè reſignârunt, Præpoſito & Conventui Sanctimonialium cœnobii ad S. Nicolaum in *Yſenache* appropriavimus, & appropriamus, & in perpetuum dedimus & damus literas per præſentes. Et in noſtræ tam piæ appropriationis & propriæ donationis teſtimonium, has literas noſtras dari fecimus, noſtri appenſione ſigilli fideliter communitas. Teſtes ſunt *Heinricus* de *Plavven*, dictus *Rüzze*, *Albertus*, Burg-

Burggravius de *Aldenburg*, dilecti noſtri Monachi N. *Waltherus*, Præpoſitus Eccleſiæ Myſnenſ., noſter Proto-Notarius, *Wernher* de Heylmœnſted, Sacerdos noſter ac Genetricis noſtræ primæ Capellanus, *Bertoldus*, Vice-Dominus de Eckeſtethe, *Otto* de Vanne, *Timmo* de Hasdeke, Milites noſtri fideles, & quàmplures alii fide digni. Actum & datum Aldenburg anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto, IV. Id. Novembr.

1326. *Tideric. dat B. V. certos reditus,*

AC. MCCCXXVI. *Tidericus*, Plebanus novi hoſpitalis, ſtipendiarius Comitis *Ottonis*, B. V. certos reditus & proventus deputaverat. Ipſi verò Canonici ingratitudinis notâ ſe maculârunt propter eum.

Ego *Theod.* quondam Plebanus novi hoſpitalis extra muros Iſenacenſ. Civitatis, recognoſco tenore præſentium publicè proteſtando, quòd, ob reverentiam DEI omnipotentis, & Glorioſæ Virginis Mariæ, reditus & proventus jam infra ſcriptos, videlicet ſex maldra annonæ menſuræ Erfurtenſis, de tribus manſis & dimidio in campis villæ *Phalendorf* ſitis, & ſex maldra avenæ Sonebornenſis menſuræ, de uno manſo in campis villæ *Metebach* ſito annuæ penſionis, propriâ meâ pecuniâ comparavi ad Collegiatam Eccleſiam B. Mariæ Virginis in Iſenache, dum de medio ſublatus fuero, in ſalutem & remedium animæ meæ perpetuò pertinentes. Dans & committens Dominis & Canonicis dictæ Eccleſiæ plenam & liberam poteſtatem ordinandi & diſponendi de proventibus & redditibus, prout ipſorum conſcientiis, nec non ſaluti animæ meæ videbitur ſalubrius convenire. Proteſtor nihilominus, me nunquam fuiſſe Canonicum in Eccleſia memorata, quanquam ad Capitulum vocatus fui, & locum in choro habui dictorum Dominorum de gratia ſpeciali, & penitus nullo jure. Teſtes hujus ſunt Dominus Prior in *valle S. Johannis*, & *Albertus* de Glichen, Monachus Ordinis Ciſtercienſis, *Johann. Luſſo*, *Albertus* de *Hollunder*, *Gyſelerus* de *Beſa*, & *Conradus* dictus *Sue*, & quàmplures alii fide digni. In quorum evidens teſtimonium hanc cartam & literam ſigillis Domini Præpoſiti S. Nicolai in Iſenache, Domini *Ditmari* Plebani S. Georgii ibidem, nec non Domini *Johannis* de *Luppentze*, Archi-Presbyteri, meis precibus obtinui communitam. Quod Nos Præpoſitus S. Nicolai in Iſennache, Plebanus S. Georgii ibidem, & *Johann.* Archipresbyter prænotati præſentibus publicè proteſtamur. Datum anno MCCCXXVI. in vigilia D. Matthiæ Apoſtoli.

1331. *confirmatio & donatio facta S. Nicol.*

AC. MCCCXXXI. *Fridericus* Landgrafius S. *Nicolao* omnes donationes, dotationes &c. à Progenitoribus ſuis, vel aliis Ei datas, non modò confirmat ſolenniter, ſed etiam addit ſpeciales libertates de novo, ſecundùm

ſecundùm literas, quas *Alberto Templimontano* debemus, aliisque Chriſti fidelibus, pro nobis apud Landgrafium jugiter intercedentibus.

In nomine Domini Amen. Nos *Fridericus*, DEI gratiâ Thuringiæ Landgravius, Miſniæ Orientalis Marchio, Dominusque terræ Plyſſenſis, tenore præſentium publicè recognoſcimus, & ad cunctorum, quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit, & cujuscunque conditionis vel ſtatûs exiſtant, devenire volumus notionem, quod ob æterni Regis Omnipotentiam ſimul & intemeratæ Virginis reverentiam, omniumque Sanctorum merita, more quondam Illuſtrium divæ memoriæ noſtrorum Progenitorum, commoditatibus & honoribus Monaſterii S. *Nicolai*, ac DEO devotarum ibidem Sanctimonialium, intra muros civitatis noſtræ *Yſenach* piis affectibus intendentes, omnes dotationes, donationes, libertates, exemtiones, immunitates, approbationes, & gratias quascunque eidem cœnobio, & inibi dictis DEI famulis per eosdem noſtros Progenitores, ſeu quoslibet alios indultas, ratas & gratas habentes, ipſas laudamus, approbamus, ratificamus, & una cum deſuper confectis & conceſſis ſibi privilegiis præſentis ſcripti patrocinio hinc confirmamus, dantes eisdem ſpecialiter hanc libertatem, quod omnem cenſum, quem habent intra dictos muros noſtræ civitatis, ſic ſemper manentes, tam quietè & liberè poſſidere debeant, ut non per Officiatorum quorumlibet, aut civium noſtrorum ibidem aliquem, ullis impedimentis quoad hujusmodi velimus ipſos aliquatenus aggravari. Item indulgemus eisdem, quatenus & univerſis ipſarum domibus, intra ſepta dicti clauſtri ſui, dicti cives noſtri in vigiliales denarios, etiam non exactione, & ab hominibus in eisdem commorantibus peramplius exigere debeant ullo modo. Item volumus, ut etiam dicti cives noſtri de aliis ſumtibus quibusdam domibus, extra ejusdem clauſtri ſepta, quarum una vocatur allodium Abbatiſſæ, ſecunda verò quæ fuit olim *Güntheri Conbuctiba* Militis, quam modò inhabitat *Johannes*, ſacerdos dictus de *Lupeniz*, & tertia juxta domum agricolarum eorundem ſita, cujus hoſtium (n) directè & contiguè reſpicit cœmeterium dicti Monaſterii, ac de hominibus in iisdem manentibus, vigiliales denarios & exactiones, ut ſupra, etiam aliqualiter exigant vel requirant. Item conceſſimus eisdem, ut nec dicti cives de duobus ortis ſuis, ante valvam S. *Nicolai*, quorum unus ſitus juxta molendinum apud aquam, dictam *Hörſel*, alter verò ex oppoſito ejusdem ſitus, & ab hominibus in eisdem morantibus etiam exactionem præſumant exigere aliqualem. Inſuper tandem & hanc gratiam eisdem facimus, ut dicti cives non per ſe, non per ipſorum nuncios, ſeu bedellos, homines quoscunque noſtræ jurisdictionis earundem, quæ protenditur à valva S. *Nicolai* prædicta, usque ad pontem infirmorum ibidem, ſpatium & limites commorantes, pro exactione, vel aliqua alia de cauſa impignorare debeant



(n) oſtium.

aliquo tempore, ſeu quando & quotiens opus fuerit, ad hoc vocare debent N. dictarum Sanctimonialium, quem cum eis mutandum duxerunt, nuncium, qui ipſis civibus juxta cauſæ qualitatem & nuncium debetur pignus ſeu ſufficiens habere potuit præſentare hominibus abeſſe. (o) Ut autem hæc omnia & ſingula robur obtineant perpetuæ firmitatis, & per nullius temeritatem valeant, ſeu attententur infirmari, præſentes literas eisdem, clauſtro Monaſterii S. Nicolai, & ibidem Præpoſito & Conventui Sanctimonialium, dedimus noſtri ſigilli munimine roboratas. Cujus rei etiam teſtes ſunt honorabiles Viri Dominus *Albertus*, Abbas, prædictæ noſtræ curiæ Cancellarius, Frater *Otto* de Domyn, noſter ſincerus Confeſſor, Gardianus in *Suſeliz*, *Fred.* de Wangenheym, *Otto* de Hotewiz, noſter Marſchalcus, B. de Netzelröde, *Georg.* dictus Schmedetropſ, *Hermann.* de Annera, *Hugo* de Curve, & quàmplures alii fide digni. Datum Wartpurg Anno Domini MCCCXXXI. in die S. Cyriaci. AC.
1347. MCCCXLVII. accepit *Heinricus* de *Honſtein* à Monaſterio Walckenried uſum graminum ad tres annos in campo *Ratfeld*. Cujus rei teſtis
*Henr. de* etiam erat *Heinricus* de *Ruxleben*, famulus reſidens in *Kerchberg*. (p)
*Ruxleben,* Ruxleben iſte fidelia ſervitia præſtitit Dominis ſuis *Templimontanis*.
*Cappendorf,* Eôdem annô Erphordenſes *Cappendorf* à Comitibus *Templimontanis* emerunt: alii dicunt, ab *Hunoldo*, Moguntino Archi-Epiſcopo, emtum
1350. eſſe. Sed prius verius eſt. (q) AC. MCCCL. *Agatha*, hujus nominis
*Agatha,* II., Abbatiſſa XXI. in *Quitilenburg*, difficili tempore rexit, ob diſſidia in-
1356. teſtina, quæ civitas cum *Alberto* de *Regenſtein* habebat. Bona Mater.
*Villæ Erfurt.* AC. MCCCLVI. *Atzmandorf* & *Stobra*, villæ Comitum noſtrorum,
*datæ,* Erphordenſibus datæ ſunt à *Carolo* IV. (r) AC. MCCCLXXIII. *Kun-*
1373. *radus Templimontanus* fit Epiſcopus in Myſna, qui utiliter præfuit & cum
*Conrad.* laude, licèt ſpecialia mihi ignota ſint. (ſ) Genuerat *Otto* Senior ex
*Otto* *Sophia* ſua *Ottonem* Juniorem, *Albertum* & *Hartmannum*. Medius à
1374. prava Sodalitate ſeductus deviavit, & AC. MCCCLXXIV. miſerè periit.
*Wilhelm. IV.* (t) Eodem annô *Wilhelmus* IV. viſus eſt in torneamentis. *Alberti* iſtius bonus Præceptor fuerat *Kunrad* de *Caſſele*, qui poſtea ex pio zelo AC.
1377. MCCCLXXVII. dotationem fecit ad altare S. *Martini* in Eccleſia B.
*Conr. de Caſſel,* Virginis apud nos. Sic enim charta habet.

Noverint

(o) Uti inveni, ſic ſcripſi, licèt obſcura & corrupta videantur. (p) chr. Walckenried. cit. p. 149. (q) Add. Dn. Eyben. Elect. jur. feudal. c. 6. §. 6. p. 93. (r) Vid. Guden. L. II. Hiſt. Erfurt. p. 105. (ſ) Kirchbergicum fuiſſe, diſertè affirmat Albin. chr. Miſn. tit. XXI. p. 280. cui adſtipulatur M. Pfefferkorn in Thuring. ſua c. 22. Bucelin. verò P. I. G. S. p. 33. a. Walhuſium ſubſtituit. Sed vid. ſis Albin. l. a. (t) vid. Hiſt. Landgrav. c. 117. Bang. chr. Thur. p. 143. Binhart. chr. Thur. L. II. p. 278.

Noverint univerſi & ſinguli præſentium Inſpectores, Quòd ego *Kunradus de Caſſele*, Presbyter Mogunt. Diœceſ., ob ſalutem animæ meæ & Progenitorum meorum, ad honorem Omnipotentis DEI, S. Crucis, B. Mariæ, Glorioſæ Virginis, novum B. *Martini* altare, in honorem eorundem Sanctorum dedicatum, in capella veteri Eccleſiæ S. Mariæ Iſenacenſ. dictæ ſitum, duxi dotandum cum reditibus annuis infrà ſcriptis. Primò cum cenſu trium marcarum, quem habeo in prætorio oppidi *Cruzeborgk*, quem comparavi à Magiſtris Conſulum & Conſulibus ibidem: item cum cenſu dimidiæ marcæ, quem comparavi à relicta quondam *Alberti Becken*, & ſuis heredibus ibidem in *Cruzeborgk*: item cum cenſu unius maldri frumenti Erfurtenſis menſuræ, ſito in *Biſchopperoda*. Hos igitur cenſus & reditus Ego *Kunradus* prædictus donavi & dono præfato altari & ejus prioribus pro tempore exiſtentibus, cum jure & honore, quibus eos tenui hucusque & comparavi, ſecundùm tenorem literarum ſuper emtione hujusmodi cenſuum confectarum. Et cùm hujusmodi emtiones ſint ſub forma reemtionis per me comparatæ, volo, ut, ſi qui eorundem cenſuum reemantur, quòd pecunia inde recepta iterum convertatur in ſimilem penſionem, de conſenſu & conſilio Decani & Capituli Eccleſiæ S. Mariæ ſuprà dictæ. Et ſic erit faciendum cum omnibus cenſibus ſuprà ſcriptis, quotieſcunque ſe obtulerit caſus reemtionis. Item volo, quòd Decanus Eccleſiæ S. Mariæ prædictæ, quicunque pro tempore fuerit, hujusmodi altare, quoties ipſum vacare contigerit, conferat perſonæ habili, actu ſacerdotali, vel quæ ſaltem infra annum, à tempore collationis, ſanctus fiat ſacerdos. Et quòd hujusmodi perſona ſit ſub obedientia Decani, pro tempore exiſtentis, & ſerviat dictæ Eccleſiæ in omni forma & modo, ſicut alii Vicarii Eccleſiæ ejusmodi. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum duxi appendendum. Datum anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo XII. Kal. Septembr.

*dotatio altaris S. Martini.*

AC. MCCCLXXXI. in ipſa fundationis *Carthuſiæ* Iſenacenſ. confirmatione tota Gens *Templimontana*, pro remedio animarum omnium, inſignes contribuit eleemoſinas, quas Pater *Johannes*, Generalis Viſitator Ordinis Carthuſiani, humiliter & ſpecialiter collaudat, & pro iis, nomine totius Ordinis, agit gratias. Confirmatio verò ſic eſt:

*1381. Carthuſia confirmacio.*

In nomine Domini Amen. Cùm ea, quæ geruntur in tempore, de facili evaneſcunt cum eodem, & de geſtis hominum etiam laudabilibus de facili emergit dubitatio, niſi cauſa memoriæ oblivio rerum poſteritati auferatur. Hinc eſt, quòd Nos Fratres *Johannes Caſtorum* Prior & *Michahel* Monachus, Domûs Orti B. Mariæ prope *Pragam*, Ordinis Carthuſiani, auctoritate Nobis commiſsâ per Venerabilem Priorem, Dominum *Johannem*, Priorem Monaſterii S. *Barthelomæi de Triſulco*, ejusdem noſtri Ordinis Generalem

Viſitatorem; plenam habentem Capituli generalis ex Apoſtolica commiſſione poteſtatem, Viſitatores Alamanniæ inferioris omnibus & ſingulis, ad quos præſentes perveniunt, præſentium tenore publicè profitemur, quòd novæ plantationis Domum *Vallis Sanctæ Elizabeth* prope Iſenach, per Priorem & Conventum Domûs *S. Salvatoris* prope Erphordiam dicti noſtri Ordinis, ad eandem, & honorem Dei Omnipotentis, *B. Mariæ*, *S. Johannis Baptiſtæ*, & *B. Elizabeth*, omniumque Sanctorum, erectam & inſtauratam, præfatique Conventûs diviſionem, quantum ad ſex perſonarum duntaxat ſuſtentationem, ad datam novam fundationem dirigendarum, unà cum earum portionibus, præbendis, annuiſque penſionibus, dictas perſonas concernentibus, & ſpecialiter tot & tantum, prout in literis deſuper editis & confectis de verbo ad verbum deſignantur, datæ ſunt & deputantur - - - amplioribus quovis modo, ex cauſis veris & legitimis, Nos ad hæc monentibus, ratificavimus, approbavimus, confirmavimus, & dicto noſtro Ordini incorporavimus, & præſentibus, auctoritate noſtrâ prædictâ, Nobis in hac parte tradita, in Dei nomine ratificamus, approbamus, confirmamus & incorporamus. In cujus quidem confirmationis evidentiam & auctoritatem ampliorem ſigilli noſtri Conventûs appenſione præſentem literam duximus muniendam. Datum anno Domini MCCCLXXXI. feriâ ſextâ poſt octavam corporis Chriſti.

Fuerat hactenus diſſenſio inter Carthuſianos noſtros & Erphordenſes, ſed nunc AC. MCCCLXXXIII. ex utraque parte diſcuſſa & fraterna unio facta eſt. Rigidi erant Erphordenſes in ſuo poſtulato, & noſtri etiam tenaces. At *Hartmannus Templimontanus* ultrò citróque clanculùm operoſus, animos ita diſpoſuit, ut poſtea Viſitatores Ordinis Generales ad ſuavem harmoniam eos reducerent.

*1383. unio inter Carthuſian. Hartmann.*

Nos Fratres *Heinricus* & *Johannes* Domorum Coloniæ & Herbypoli Ord. Carthuſiani Priores, Provinciæ Alemaniæ inferioris auctoritate Capituli Generalis Viſitatores, notum facimus univerſis, & præcipuè perſonis Ord. Carthuſ., Quòd cùm mota quondam inter Domos *Erphordienſ.* & *Yſnacenſ.* diſſenſio penderet, ſeu dubitatio, dicentibus his, quòd illi non ex toto ipſis ſolverint, ſeu fecerint, ratione dimiſſionis, ſeu tranſlationis eorum ab ipſis ex literis originalibus eis competentia. Ab his contraria allegantibus, quòd ſatis dederint & fecerint, nec reſtarent plura. Et hoc à Capitulo generali ex quadam ſpeciali clauſula cartæ cujusdam anni præſentibus commiſſum nobis ſit diſcutiendum, convocatis Patribus hinc inde & auditis, diſcuſſimus in hunc modum. Videlicet, quòd poſtquam *Erphordienſes* ſolverint, ſeu fecerint *Yſnacenſibus* illa,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ ipſi per quandam petierunt ſchedulam, quæ & ipſi *Erphordienſes* juxta informationem noſtram ſolvere & facere promiſerunt, ex tunc, prout ex nunc iidem *Yſnacenſes* contenti ſtabunt. De cetero nunquam mobilia aliqua bona, aut immobilia, ab ipſis *Erphordienſibus*, ratione dimiſſionis, ſeu translationis eorum, ullatenus petituri. Quodque ambæ partes gratuitò laudabant, atque ùt filii obedientiæ libenter approbabant, - - - eos vinculo caritatis JESU Chriſti nectimus, ut quemadmodum hactenus ita & ſemper maneant, licèt corpore diviſi, ſpiritu tamen uniti fratres, invicem ſe juvantes, unanimes, & pro ſe orantes, ac ſi in una domo eſſent ſtantes. In cujus rei teſtimonium & robur perpetuum ſub magna pœna ſignificandum, ſigilla, quibus communiter uti ſolemus, unà cum ſigillis Domorum prædictarum ſunt appenſa. Et Nos Fratr. Convent. Prior. & ceteri Conventuales Domus *Erphord.* prædicta vera eſſe profitentes, datis jamque per Nos ipſis *Yſnacens.* aliquibus promittimus fideliter dare & facere illa, quæ ex ſchedula petitionis eorum danda reſtant & agenda; approbantes libenter & laudantes diſcuſſionem Patrum noſtrorum Viſitatorum prædictorum, nec non Vobis faventes in Chriſto ipſis *Yſnacenſ.* omnia, quæ eis dedimus hactenus & fecimus pro nobis & noſtris, ut deſideramus, libenter oraturis, quare & ſigillum Domûs noſtræ, ſigillum Patrum noſtrorum præſentibus, in ſignum approbationis & teſtimonium, per Nos eſt appenſum. Et Nos Frater *Germanus*, Prior & ceteri Conventuales Domûs *S. Elizabeth* Yſnacenſ. approbantes libenter & laudantes diſcuſſionem Patrum noſtrorum Viſitatorum, grates referimus in Chriſto Patribus noſtris & Fratribus *Erphord.* de omnibus bonis per eos - - - pro ipſis & ſuis, quemadmodum & ipſi pro nobis & noſtris in vinculo caritatis JESU Chriſti unanimes cum eis, ſicut Patres, Filii & fratres libenter oraturi. Quin tales nihilominus & omninò liberos & ſolutos proclamantes, ex tunc, quando nobis reſtantia ex ſchedula promiſſa ſolverint & fecerint, prout ex nunc de omnibus, quæ nobis ratione diviſionis noſtræ, ſeu translationis ab eis, ullatenus competebant, nihil ulterius unquam petituri. In ſignum cujus ſigillum Domus noſtræ, ſigillum Patrum noſtrorum, Viſitatorum & ipſorum præſentibus per nos eſt appenſum. Dat. anno Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo tertio Sabbato Pii Urbani intra octavam Sacramenti.

AC. MCCCXCI. *Hartmannus*, Eccleſiæ Majoris in Halverſtad Canonicus, amatus ab omnibus ob humanitatem & beneficentiam. AC. MCCCCI. Domina *Ermgard*, tempore *Rodolphi* de *Anhalt*, Epiſcopi in Halverſtad, Prælata Illuſtris Collegii S. Servatii in *Quitilenburg* XXIV., inſtituit feſtum viſitationis S. Mariæ, varia & pretioſa ornamenta Eccleſiæ dedit & cunctis bene- 1391. *Hartmann.* *Ermgard*, 1401.

1405. benefecit. (u) Obiit ibidem AC. MCCCCV. in octava Aſſumtionis B.
1409. Mariæ. AC. MCCCCIX. obiit *Vrſula*, nata Baroniſſa de *Pleſſe*, *Tiderici*,
*Vrſula* & *Margrethæ* de *Hardenberg*, Filia, (vv) *Georgii*, Comitis de *Templimonte*, conjux. Eodem anno naſcitur *Anna*, Filia *Alberti*, Comitis noſtri, & *Margrethæ*, Baroniſſæ de *Cranchfeld*.
*Anna*. Facta poſtea *Anna* Abbatiſſa in *Ilmenau*.
*Albert*. Monumentum exſtat in templo *Cappendorf*. (x) *Albertus* ſcilicet viſitur flexis genibus, ocreatus, palliatus, & gladiatus, manibusque conjunctis orat, chirothecæ ejus de gladio dependent. E latere ejus eâdem formâ jacet *Margretha* ſua, manibusque conjunctis tenet roſarium.
*Margaretha*. Ad pedes utriusque jacet *canis*. Suprà autem Dominus JESUS nudus eſt, cum corona ſpinea & flagello in manu. In uno latere Monumenti in clypeo & galea ſtat *grus*, ab altero latere in clypeo *leo* niger, in galea verò *tiara* rotunda. Circumſcriptio hæc eſt:

1410. ANNO DNI MCCCCX. DNUS ALBERT. BURCGRAVIUS DE KERCHBERG:

ANNO DNI MCCCCX. DNA MARGARETA KRANCHFELT EJUS UXOR.

Circa hunc annum fortè *Margareta* hæc *Alberto* ſuo totum dominium in *Cranchfeld* per pacta dotalitia contulit. (y) In literis protectorialibus, quas
1414. AC. MCCCCXIV. *Fridericus* & *Wilhelmus* Fratres ac *Fridericus* Junior, omnes

(u) antiquæ ſchedæ ſic de ea: Frau ERMGARD von Kirchberg / eine fromme gottfürchtige Domina, ſo ihrem Stifft und andern frommen Leuten viel guts gethan. Sie ſatzte zum erſten ein feſtum viſitationis Mariæ von den Güthern zu Rieder / das iſt / von den anderthalben Hufen Lands und Ackerhofe daſelbſt / gab auch eine gebräuchliche Marck zu ihrer Memorie jährlich zu halten / die kauffte ſie von der Mühle unter dem Schlaffhauß. Item: Sie gab auch ein gewircktes reines und köſtliches Ruggelacken. Gab auch zu dem Bau des Münſters 45. Marck / auch 24. Floren ad ornamenta S. Servatii. Item: Zwey Ringe mit zween Sapphiren / auch eine grüne Caſel mit Gold durchgezogen / mit ſechs Alben / auch gab ſie einen herrlichen ſchönen Vorhang von Perlen und Gold / mit einer köſtlichen Leiſten / desgleichen auch Meßings Formen zu gebrauchen den Fräuchen mit einem Teutſchen Paſſional. Auch gab Sie eine Hevemutter in Silber gefaßt zu gemeinem Gebrauch / ließ auch wiederbauen das eine Theil des neuen Münſters / gab auch ein Kleinot von Gold / wie ein Hertz formirt / darin Heiligthum geflochten iſt / und hängt an S. Dionyſii Daumen mit einer göldnen Ketten. Gab auch in Chor ein wohlgeſchrieben Buch / nemlich ein gut Gradual-Buch / Item: einen Sarck von Helffenbein / und beſchlagen von ihren Kleinodien / das iſt / ihren ſilbernen Bechern / und von dem Holtz / ſo in Silber gefaßt war. (vv) quod neſciit Bucelin. in Genealog. Germ. notit. p. 149. (x) monumentum hoc vivo adhuc Alberto poſitum eſt. Nam anno 1414. teſtes inter reperitur. (y) Vid. Reußiſche Stammtafel p. 315.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnes Landgrafii Carthuſiæ in Iſnaco dabant, inter *Nobiles* & *Strenuos* te- *Albert.*
ſtes etiam hic *Albertus* eſt. (z) AC. Mccccxix. matrimonio ſibi co- 1419.
pulavit *Heinricus*, Senior *Reus* de *Plavven*, *Irmegardem*, *Alberti* II. Comi- *Irmegard*,
tis noſtri filiam. Eôdem annô Idem *Albertus Friderico* Comiti de *Beych-* *Albert.*
*lingen* mutuum dedit magnum argenti pondus. Præs pro hoc factus
eſt Dominus *Prez* de *Querfort*. (a) AC. Mccccxxiii. *Albertus* 1423.
calicem planè aureum dedit S. *Catharinæ* in Iſnaco. AC. Mccccxxvii. 1427.
*Albertus*, *Ottonis* Senioris nepos, pro inſigni habuit in albo clypeo *ni-*
*grum leonem* cum cauda variè intorta. (b) In galea verò *pennas albas* &
*atras* alternatim. (c) AC. Mccccxxxv. *Tidericus* & *Hartmannus* pro 1435.
inſigni habuêre *tres nigras trabes*. Fortè hoc pervetuſtum inſigne Co- *Tideric. & Hartman.*
mitum noſtrorum eſt. Num *nigrum leonem* propter Burggrafiatum ge-
ſtârunt? AC. Mccccxxxvii. *Tidericus*, *Alberti* II. Filius, receptus 1437.
eſt à Fratribus in *Reynartsborn* in fraternitatem monaſticam. AC.
Mccccxxxix. frater ejus *Hartmannus* ivit in Angliam. AC. Mccccl. 1439.
*Anna* Abbatiſſa in *Ilmenau*, laudabilis Mater, utiliter præfuit. Eodem 1450.
anno captus eſt junior *Templimontanus* in obſidione *Gerana*, & ductus eſt *Anna*,
in Bohemiam. (d) AC. Mccccli. obiit *Hartmann*. Erat Dominus in 1451.
*Altenberg* & *Salenhorſt*. (e) Uxor ejus *Sabina*, Comitiſſa de *Gleichen*, ex *Hartman*,
qua genuit *Georgium* noſtrum. Eodem anno *Heinricus* Junior *Reus* de *Georg.*
*Plavven* unam partem ſuperioris dominii *Cranchfeld* (f) à *Tiderico Templi-*
*montano* emit, quia hic bello valde attritus & depauperatus fuerat. AC.
Mcccclii. Idem *Heinricus Reus* ab eodem *Tiderico* (g) Comite al- 1453.
teram partem *Cranchfeld*, cum conſenſu Filii hujus *Alberti*, emit. (h)
AC. Mcccclvii. *Heinricus Reus*, Dominus de *Plavven* Junior, fit Com- 1457.
mendator in Elbingen, & poſtea Memeliæ in Boruſſia. Erat *Heinrici Reus* *Henr. Reus*,
ex *Irmengarde* de *Kerchberg* natus. AC. Mcccclix. Eâdem *Irmengard*, *Irmengard*,
mortuo marito, dicta eſt *vetus Domina de Reus*, & *Domina in Wey-* 1459.
*da*. Fecerat conjugi, liberis, parentibus, imò toti familiæ *Templi-*
*montanæ* & *Reuſſicæ* anniverſarium in monaſterio *Myltenfurt*. AC.
Mcccclxii. *Hartmannus* II. *Farnrodam*, ſeu *Pfarnrodam*, jure perpetuo 1462.
emit *Hartman.*

(z) vid. literas in appendice, (a) Vid. Chron. Querfurt. Spangenberg. L. IV. c. 49. p. 412. (b) mit einem gedrödelten Schwantz / (c) eine zwiefache Scheibe von ſchwartz und weiſſen Federn wechſelweis / (d) Vid. Zach. Rivand. chr. Thuring. p. 475. Bang. chr. Thur. p. 162. ſeq. Reußiſche Stammtafel p. 504. Peccenſtein. Theat. Saxon. c. 18. p. 276. (e) Altenberga hæc erat inter Calam & Rotenſteinium. Rittershuſ. ſcribit Sauenhorſt, (f) Mirum, quòd nihil unquam de inſignibus Kranchfeldicis uſurpârint Noſtri, (g) non nemo Tidericum hunc cum Theodorico, Satrapa Farenrodano, cujus Browver. meminit L. IV. Antiqu. Fuld. p. 339. confundit. At hic è nobili Gente Farenrodana fuit, quæ nunc extincta eſt. (h) Vid. Reußiſche Stammtafel p. 309. & 311.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

emit à *Kerſten* de *Kendel*, Nobile Haſſo; & hic primùm ſe ſcripſit *Domi-*
1464. *num in Farnroda*, quæ nunc Comitum reſidentia eſt. AC. MCCCCLXIV.
*Lud. de* *Ludovvicus*, Comes de *Gleichen*, bigamus iſte, moritur. Sed cùm hi-
*Gleichen*, ſtoria ejus in ore omnis plebis ſit, nolo eam hîc repetere. AC. Mcccclxv.
1465. *Albertus* IV. cum *Heinrico* Juniore à *Reus* de *Plavven*, & Comite *Ervvino*
*Albert. IV.* de *Gleichen* in Galliam abiit, abhinc in Arragoniam & Siciliam, tunc in
Caſtiliam & Galliciam, tandem ad tumulum S. Jacobi. Poſt quadriennium
1467. omnes ſalvi reverſi & cum gaudio ſuorum. AC. MCCCCLXVII. fiebat
*Henr. Reus*, modò dictus *Heinricus* de *Reus* Gubernator in Regio Boruſſiæ monte &
Magiſter Ordinis Teutonici. Frater verò ejus *Heinricus* Decanus Eccle-
1470. ſiæ Moguntinæ. (i) AC. MCCCCLXX. Comes *Wolfgang* duxit *Regi-*
*VVolfgang*, *nam*, *Chriſtophori Erneſti*, Baronis & Dynaſtæ de *Hohenfeld* filiam. (k)
*Albert. III.* Eodem anno moritur *Albertus* III. *Tiderici* Filius. *Tidericus*, Dominus in
1473. *Cranchfeld* & *Altenberg*, *Alberti* II. Filius, genuerat filiam *Margretham*, quæ
*Margareta*, Monialis facta eſt in *Rohden*. AC. MCCCCLXXXII. *Anna*, *Tiderici*
1482. Filia, Præpoſita in Quitilenburg. *Magnus*, *Georgii* noſtri Filius, eôdem
*Anna & Magnus*, annô moritur. (l) AC. MCCCCLXXXIV. *Hartmannus* in Erphord
1484. ſtudiis incubuit diligentiſſimè, factus Academiæ Rector Magnificentiſſi-
*Hartman.* mus. Abhinc venit *Moguntiam*, factus ibi Canonicus, & J. U. D. ſum-
ma cum laude (m) Doctiſſimus enim erat, quaſi ſtudiis panem ſuum
1489. quotidianum promerere debuiſſet. (n) AC. MCCCCLXXXIX. mortuus
dicitur Comes *Templimontanus*, ſed ignoro nomen ejus, nec puto, quòd
1495. è noſtratibus fuerit. (o) AC. MCCCCXCV. obit *Albertus* IV. vix in
*Albert. IV.* patriam reverſus cum *Ervvino de Gleichen*, nondum conjugatus. AC.
1498. MCCCCXCVIII. *Hartmannus* noſter lites inter *Wilhelmum*, Haſſiæ Land-
*Hartmann.* grafium, & Principem *Wilhelmum* de Hennenberg, propter civitatem &
1501. Præfecturam *Smalcalden*, compoſuit. (p) AC. MDI. factus eſt *Hart-*
1503. *mannus* Aſſeſſor Imperialis Cameræ Spirenſis. (q) AC. MDIII. *Cappen-*
*Cappendorf*, *dorf* pro octo millibus floren., quos *Heinricus Keller*, primarius Conſul
in Erphord, accepit, venditum eſt Domui Saxonicæ. (r) *Raymundus*,
Cardinalis & Epiſcopus Gurcenſis, Legatus Apoſtolicus, ad inſtantiam
Comitis

(i) L. c. p. 300. & 307. (k) fortè non è noſtris fuerit, (l) erat puerulus adhuc, (m) Vid. Kirchner. de Off. & dignit. Cancellar. c. 3. no. 67. (n) Brovvero L. IV. Ant. Fuld. p. 331. eſt juris humani juxta ac divini conſultiſſimus Vir. Et: eloquentiæ doctrinæque famâ juris utriusque ſupremos honores adiit Kirchner l. c. & Brovver l. c. Hic ſtudium Juris juvenili ætate colebat, unde & Doctoris nomen honore tulit. Fabric. in Glor. Fuld. (o) Vid. Reuſner. Iſagog. hiſt. p. 626. (p) Vid. Fabric. Glor. Fuld. p. 171. & Spangenb. chron. Henneb. L. V. c. 44. p. 251. (q) non Præſes, qui error P. I. Zeitkürtz. Luſt edit. prim. p. 438. poſtea in ſecunda editione ejusdem Partis à me correctus eſt, (r) Conf. Albin. chr. Miſn. tit. XVI. p. 206. Binhart. chr. Thur. L. II. p. 264.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Comitis *Hartmanni*, tunc adhuc Eccleſiæ Moguntinæ Canonici, parochiali Eccleſiæ S. *Laurentii* in *Farnroda* hanc dedit licentiam, ut *templum S. Laurent.* ſingulis feſtis B. V. aliisque principalibus, ſingulis quoque quintis feriis aut aliis, tàm feriatis, quàm Dominicis, vel feſtivis anni diebus, quibus ſolennem proceſſionem ordinari contingat, Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum in ejus monſtrantia apertè cum luminaribus, aliisque ſolennitatibus conſuetis, per Eccleſiæ circuitum proceſſionaliter circumeundo deferatur, aut dum Miſſarum ſolennia de corpore Domini noſtri JESU Chriſti in eadem Eccleſia decantari contingat, ad altare hujuſmodi exponatur, & inibi uſque ad finem divini officii detineatur. His omnibus adjecit largiſſimas indulgentias, ùt plenius habetur in bulla deſuper data in Brunſvvig Non. Mart. (s) AC. MDVII. *Johannes*, Archi-Epiſcopi 1507.
Moguntini *Jacobi* Generalis Vicarius in Pontificalibus, novam capel- *capellæ S.*
lam cum altari in monte S. *Gereonis Farnrodæ* conſecravit, eique indul- *Gereon.*
gentias amplas conceſſit, teſte bulla cum ſubſcriptione *G. Bonemilchs.* (t) Hic *Hartmannus* noſter erat prædicti *Raymundi* Conſiliarius *Hartman.* & familiaris, facundus, prudens, & in omnibus rebus valde circumſpectus ac expeditus. (u) A *Maximiliano* Imperatore in Poloniam miſſus, ut diſſidia inter Regem & Magiſtrum Ordinis Teutonici in Boruſſia decideret & componeret. Cùm verò *Johannes*, Princeps de *Hennenberg*, Abbas Fuldenſis, ob ſenium & vires deminutas, ponderi, quod hactenus portaverat, non par amplius eſſet, Coadjutorem elegit *Hartmannum* AC. MDVIII. (vv) Sequente anno profectus eſt ad Au- 1508.
lam Cæſaris pro impetrandis Regalibus ſuis, inde Romam. Illîc in 1509.
tanta erat auctoritate, ut etiam Arbiter conſtitueretur litis inter *Wilhelmum* & *Erneſtum* de *Brantſtein*. Conſecratus fuit à Suffraganeo Moguntino, aſſiſtentibus *Vollrato Riedeſel* de *Bellersheim* & *Chriſtiano*. Ille Abbas erat in *Hersfeld*, hic autem in *Schlüchter*. (x) AC. MDXIII. Ab- 1513.
batia *Hersfeldenſis* cum *Fuldenſi* unita eſt, (y) & ita *Hartmannus* Abbas utriuſque, Princeps cum duplici titulo, nec non Archi-Cancellarius Auguſtæ, & per Germaniam ac Galliam Primas. Dum eodem anno in *Huysburg* eram, lis & proceſſus fuit ob decimam in *Eylſtorp*, quam tanto labore acquiſiverat Avunculus meus Monaſterio ſuo, ſed pro omni la-



(s) integram dabimus in appendice, (t) uti hanc, (u) de jure tàm accuratè diſertèq; reſpondebat, ut Raymundus Cardinalis opinione ſcientiæ & probitatis inter familiares cooptatum maximis conſiliis eum adhiberet, Brovver. l. c. (vv) nobilem Thuringum, id. l. a. (x) Vide fuſius de Eo Brovver. & fabric. l. c. (y) cauſam tibi dicet Id. Brovver. l. c.

1518. bore injurias & moleſtias reportavit. (z) AC. MDXVIII. *Sigmundus*, *Georgii*
*Sigmund.* noſtri Filius, duxit, ex ſpeciali diſpenſatione Apoſtolica, *Heinrici* Junioris *Reus* & Domini in *Cranchfeld* filiam *Margaretham*. (a)

# APPENDIX

## EXHIBET ALIQVOT LITERAS ET BULLAS, HISTORIAM HANC ILLUSTRANTES ET CONFIRMANTES.

### I.

### STATUTA WERNERI MONASTICA. 1280.

Mandat igitur Wernerus

(1) I. Ut ſcholares clauſtrales, qui, ipſius voce, *emancipandi*, i. e. manumittendi, ſeu ad ſublimiora ſtudia deducendi, & DEO ac Eccleſiæ ſacrandi ſunt, ſtatis tribus horis, mane, meridie & veſperi, orationibus conſvetis interſint, nec non cantionibus quinque pſalmorum gradualium, primi ſemper in ordine.

(2) II. In convictorio, ſeu refectorio frequenter, non tamen ſemper, comedant, ut mores & diſciplinam monaſticam addiſcant, ſacrisque lectionibus ubique attendant, finitâque cœnâ, ſeu prandio, more ſveto Pſalm. LI. *Miſerere mei DEUS* &c. cum ceteris ſcholaribus (qui adhuc ſub ferula gemunt) decantent, ſicque ad chorum procedant.

(3) III. Privatis diebus ſtent cum Monachis ad pulpitum in templo: per hebdomadam, cuique à Superiori aſſignatam, quilibet pulſet campanas, nec minùs

(z) Meminit hujus decimæ chron. Huysburg. à Meibom. edit. T. II. rer. Germ. p. 539. ſed perperam vocat Ecſtorp. Ceterùm cùm in iſto chronico facta Hermanni parciùs referantur, ſupplebimus ea è faſtis monaſticis. Hermannus Eicken, de Unna promotus anno 1506. Ciſternam ſecundam circa ligaturam in horto fieri fecit, & domum lotionis ibidem, & etiam refectorium laicorum, per Anteceſſorem ſuum & incendia illius regiminis facta, complevit & reſtauravit honorificè, tabulam ad S. Catharinam & S. Andream fieri fecit, organum pro 250. florenis monaſterio noſtro procuravit anno 1512. Planationem lapidum Eccleſiæ noſtræ fundamenti fieri fecit. Ornamenta, ſcilicet cappam choralem, cum duabus dalmaticis, pretioſa tàm aurea quàm argentea, pro aliquot centum florenis emit. Monaſterium in Hertzfeld, Diœceſ. Bremenſis, cum Fratribus bonis reformavit anno 1509. miſſis illuc Abbate, Priore & aliis religioſis. Duas majores campanas transfundi juſſit. Inſuper locavit apud Conſulatum in Goslaria 600. florenos. Eccleſiam de novo texit, cum pluteis novis & lapidibus ſciſſilibus, & pavimentum de calce in eadem ſuperius fieri fecit: comparavit etiam decimam Eilſtorpienſem. Ne neſcias autem, Lector, quàm juſtè iſtam decimam Hermannus monaſterio ſuo acquiſiverit, ex annal. meis Huysburg. MS. integras literas promam. Vid. append. (a) in ead. dabimus diſpenſationis formulam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minùs in clauſtro poſt completorium (ùt vocant) certis horis in Conventu integrum annum, poſt dimiſſionem è ſchola, tribus cuſtodibus & Rectoribus fideliter commiſſi aſſveſcant jugum Domini tollere, eique ſoli in Spiritu & veritate ſervire.

IV. Si quæ autem vitia, vel exceſſus, reliqui cœnobitæ in iis deprehenderint, juſſit, quantociùs eadem vel ſibi, aut Priori indicari, ut ritu monaſtico reſecentur & emendentur. (4)

V. Nefas & religio ipſis ſit cum parentibus, ſi fortè Monaſterium acceſſerint, fabulari, ſed intra clauſtrum maneant, ut diſcant: *CUR HIC?* (5)

VI. Cum pueris ſcholaſticis in dormitorium circa meridiem, & poſt completorium decenter ſe recipiant. Et poſt hoc ſacris lectionibus & honeſtis ſtudiis diligenter incumbant. (6)

Has conſtitutiones *Wernerus* in nomine P. & F. & Sp. S. confirmavit, & contradictores, vel impetitores anathemate percuſſit, cum conſenſu Officialium & Dominorum ſuorum *Hinrici* Hoſpitalarii, *Ottonis* Cellarii, *Johannis* Camerarii, G. Cuſtodis, Abbatis *Conradi*, *Henrici* de Hornhuſen, *Hervvici*, *Bernardi* de Lengede, *Ottonis* Judæi, *Olrici* de Hordorp &c.

## II.

## FUNDATIO MONASTERII S. NICOLAI, ORD. S. DOMINICI, INTRA HALBERSTADIUM. 1289.

V*Ollradus*, Dei gratiâ Halberſtad. Epiſcopus omnibus in perpetuum. Licèt omnia, quæ ad cultum divini nominis pertinent ampliandum, promovere perpetuo ſtudio debeamus, ferventiori tamen deſiderio & favore eorum promotioni intendere volumus & debemus, qui eis, quæ ſunt ſeculi, renunciantes, paupertatis profeſſores, quæ, teſtimonio Domini, beatos efficit, & ſe totos ad obſequendum Domino contulerunt. Noverint ergo Univerſi tàm præſentes quàm futuri Chriſti fideles, Quòd Nos, de voluntate totius noſtri Capituli & conſenſu, curiam unam ſitam in civitate noſtra Halberſtad, quam *Johannes Dapifer*, qui eam in feudo à Nobis tenuerat, dato pro eadem LXXXI. marc. pretio, Nobis liberè reſignavit, donavimus cum omni jure, quod ad Nos ſpectabat, Sororibus *Ordinis Prædicatorum* quietè & pacificè perpetuò poſſidendam. Volentes, ut dicta curia, & adhuc una, ab eis emenda, cum bonis ad eaſdem curias pertinentibus,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab omni Advocatia, vigiliis, ſervitiis & exactionibus ſit libera & exemta. Capella verò *Sancti Nicolai* ſita in curia eadem, loco cujus monaſterium poteſt conſtrui, ad Sorores pertinere pleno jure debebit. Vendimus etiam de conſenſu Capituli noſtri eisdem Sororibus pro quinque marcis examinati argenti ſeptem manſos, ſitos in campo Halberſtadenſi, molendinum ſitum in civitate, juxta capellam S. Petri Apoſtoli, ad partem ſeptentrionalem, & quinquaginta marcas examinati argenti de reditibus bonorum Eccleſiæ noſtræ, ubi easdem ultra milliare unum de civitate volunt pro tempore comparare. Renunciantes omnibus, quæ in prædictis, curia videlicet, manſis, molendino, ac quinque marcarum reditibus Nobis ac Eccleſiæ noſtræ competebant, vel competere poterant in futurum. Teſtes hujus rei ſunt Canonici noſtræ Majoris Eccleſiæ *Albertus* Decanus, *Günterus* Vice-Dominus, *Hermannus* Portenarius, *Bertoldus* de Clettemberg, *Ludovicus* de Wansleve, *Tidericus* de Heſnem, Milites, *Lüdeke* de Esbecke, *Ludolf.* de Harteſrode, *Bernard.* de Papſtorp, *Wernerus* Marſchalcus, & quàmplures alii fide digni. Ut autem hæc omnia rata permaneant & inviolata jugiter perſeverent, præſentem paginam conſcribi, & ſigillorum, Noſtro videlicet & Capituli noſtri, munimine volumus roborari. Acta ſunt hæc anno Domini M. CC. LXXXIX. tertio Idus Maji.

III.

## BONA CARTHUSIANORUM ISNACENSIUM EMTA RECIPIUNTUR IN TUTELAM PRINCIPUM. 1414.

IN deme Namen Gotis Amen. Wenn die Schigkunge unde Wercke der Lüte/ die in Gezyten geſcheen/ und gehandelt werden/ mit der Zyt vergenglich unde vorgeßlich ſyn/ ſo iſt not/ daß ſolche Dynge/ ſünderlichen die Gotis Dienſt angehören/ mit Schrifften und Briven befeſtent werden. Darum Wir FRIEDRICH WILHELM Gebrüdere und FRIEDRICH der Jüngere/ Landgraven in Döringen und Marggraven zu Miſſen/ bekennen und thuen kunt mit dießen Brieve vor Uns/ alle Unſere Erben und Nachkommen/ allen den/ die yn ſehen oder hören leſen/ daß Uns der Ehrwerdige Here in Gote/ Here JOHAN/ Abt des Stifftes zu Fulda/ myt ſyme offen Brieve vorkündiget hat/ daß er unde der obgenandte Stifft

ver-

verkauft haben eines ewigen Kaufes Unſern lieben andächtigen dem Prior unde Convente Sente Elſebeten Huſis vor Iſenache gelegen/ Carthuſer Ordens/ſolche gute Zinſe/Gerichte und Gerechte/als die derſelbe Stifft bisher gehabt hat/ zu groſzen und wenigen Luppenize/ Hetzelsrade/Bürnefeld/Groß-Harterode/Haſtringefelt/Kelberferlt/ und zu Burbach/und hat Uns gebeten/daß Wir die ehgenandten Unſern andechtigen Prior und Convent Carthuſer Ordens zu Iſenache zu denſelben guten ſchirmen/ ſchützen unde handhaben wullen/ Wann Wir nu ſünderlichen geneyget unde günſtlichen ſyn demeſelben Cloſtere Carthuſer Ordens/ und daß die obengenante Gütere in unſerm Fürſtenthum unde Herſchafft gelegen ſyn/ ſo haben Wir in die Ehre Gotis/ ſyner lieben Mutter Marien/der helgen Frouwen/ Sente Elſebethen/ unde allen Gotis Heilgen/unſer Eyldern/ unſer Erben und Nachkommen Seelen Seligkeit zu Troſte/ den ehgenanten unſern lieben andächtigen Prior und Convente des Cloſters Carthuſer Ordens zu Iſenache ſünderlichen die Gnade gethan/unde thun/ alſo die obingen Gute fry unde eygen des Stiffts zu Fulda geweſt ſynt/ daß Wir ſie by ſolchen Fryheiten und Eigentſchafften behalden/ſchüzzen/ſchirmen/ unde verthedigen wullen/ unde ſy by ſolchen Zinſen/ Renten/ und Rechten behalden unde verthedigen/ doch mit Beheltniſſe Unſer/ Unſer Erben und Nachkommen des Rechten/ das Wir in den obengenanten Dörfern und Feldern haben/ ane allerly Argeliſt und Gevehrte. Des zu Orkunde haben Wir Unſze Fürſtlichen Majeſtat wiſſentlich an dieſen Briev byeinander laſzen hengen/ Hiebey ſint geweſt/ und ſind Gezügen die Edeln und Geſtrengen/ Unſze lieben Getruwen/ Er FRIEDERICH Grave und Here to Bichelingen/ Er ALBRECHT Grave und Herr zu Mansvelt/ Er ALBRECHT Borg-Grave von Kerchberg/Herr zu Kranchfelt/Er HANS Here zu Quernfort/Er HUGOLT von Slynitz/ Er DIETHERICH von Wizzeleiben/Er BUSSE Vitzthum/Rittere/GUNTHER von Bunauw/und CONRAD von Brandenſtein/ Unſre Heymelichen/ und andere unſere erbare Männer gnug. Gegeben zu Iſenache nach Chriſti Geburten viertzenhundert darnach in dem viertzehnden Jaren am Mittwochen nach dem Sontage/als man ſingt Quaſimodogeniti.

IV.

# BULLA RAYMUNDI CARDINALIS, TEMPLUM PAROCHIALE FARNRODÆ CONCERNENS, 1503.

R*Aymundus*, miſeratione divinâ Sacro-Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, titulo S. Mariæ novæ Presbyter, Cardinalis *Gurcenſis*, ad univerſam Germaniam, Daciam, Sueciam, Norvvegiam, Friſiam, Pruſſiam, omnesque & ſingulas illarum Provincias, civitates, terras & loca, etiam S. Romano Imperio in ipſa Germania ſubjecta, ac eis adjacentia, Apoſtolicæ Sedis Legatus de latere, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Noſtræ legationis officium tunc Nos ritè peragere credimus, cùm votis Chriſti fidelium in Sanctiſſimi corporis Domini noſtri JESU Chriſti, pro memoria amariſſimæ paſſionis & mortis ſuæ, in cibum & potum populo Chriſtiano exhibiti, debitam venerationem, & devotam ex intimis præcordiis adorationem tendentibus annuimus, ac ad ea noſtri officii hujuſmodi præſidio favorem præbemus oportunum. Sanè quidem ex parte Dilecti Nobis in Chriſto *Generoſi Hartmanni*, Burggravii de *Kirchberg*, Eccleſiæ Moguntinenſis Canonici, *Conſiliarii* & *Auditoris* Noſtri, Nobis nuper exhibita petitio continebat, Quòd Ipſe ex *magno devotionis fervore* ſummopere deſideret, ut Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum in parochiali Eccleſia *S. Laurentii in Farnrode*, pro divini cultûs augmento, & majori Chriſti fidelium devotione excitanda, ſingulis feſtivitatibus B. Virginis Mariæ, aliisque principalibus, pro tempore occurrentibus, ſingulis quoque quintis feriis, aut aliis, tàm feriatis, quàm Dominicis, vel feſtivis anni diebus, quibus forſan aliquam ſolempnem proceſſionem, devotionis causâ, in dicta parochiali Eccleſia ordinari contigerit, apertè in ejus monſtrancia, ſine velamine cum luminaribus, aliisque ſolempnitatibus ſolitis & conſuetis, per ipſius Eccleſiæ circuitum ab intra, ſive ab extra, proceſſionaliter circumeundo, per modernum, ſuos Succeſſores, dictæ parochialis Eccleſiæ Rectores, aut Vicarios, ſive Capellanos, pro tempore exiſtentes, deferri, aut dum Miſſarum ſolempnia de corpore Domini noſtri JESU Chriſti in eadem Eccleſia decantari contigerit, ad altare hujuſmodi exponi, & inibi uſque ad finem divini officii detineri perpetuò poſſit & valeat. Et ſicut eadem ſubjungebat petitio, ſi præmiſſa omnia & ſingula, noſtræ Legationis auctoritate, cum aliquarum indulgentiarum elargitione, indulgerentur, profectò divinus cultus ex eo maximum ſumeret incrementum. Quare pro parte ejusdem *Hartmanni Burggrafii* Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ſuper præmiſſis licentiam benignam,

& ad Eccleſiam prædictam aliquas indulgentias concedere dignaremur. Nos igitur, qui divini cultûs augmentum ſupremis deſideramus affectibus, hujuſmodi devotis ſupplicationibus inclinati, ut Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum ſingulis quintis feriis ac principalibus, & B. Virginis Mariæ feſtivitatibus, omnibusque aliis diebus prædictis, apertè in ejus monſtrancia, ſine velamine cum luminaribus, aliisque ſolempnitatibus & cerimoniis debitis & requiſitis, per ipſius parochialis Eccleſiæ prædictæ circuitum ab intra, ſive ab extra proceſſionaliter, ut præfertur, deferri, & ad altare ſub Miſſarum ſolempniis de corpore Domini noſtri JESU Chriſti pro tempore forſan decantandis, ſimiliter abſque velamine, modo præmiſſo exponi; nec non ex tunc, vel quotieſcunque proceſſionem prædictam fieri contigerit, in altari, ad hoc deputato, ſeu deputando, uſque ad divini officii finem, detineri perpetuò poſſit & valeat; dummodò tamen idem Venerabile Sacramentum ebdomadatim non niſi ſemel, extra locum debitum & reſervaculum conſuetum, ſine velamine deferatur, auctoritate Legationis noſtræ, quâ fungimur in hac parte, tenore præſentium, de *ſpecialis doni gene* indulgemus, conſtitutionibus & ordinationibus in ſynodalibus & provincialibus, editis Conciliis generalibus vel ſpecialibus, ceterisque contrariis quibuſcunque nequaquam obſtantibus. Et nihilominus cupientes, ut dicta parochialis Eccleſia S. *Laurentii in Farnrode*, Maguntinenſis Diœceſis, congruis frequenter honoribus, & à Chriſti fidelibus jugiter veneretur, ac in ſuis ſtructuris & ædificiis debitè reparetur, conſervetur, & manuteneatur, librisque, calicibus, luminaribus, & aliis ornamentis eccleſiaſticis, pro divino cultu neceſſariis, decenter fulciatur & muniatur, in ea quoque cultus augmentetur divinus, & ut Chriſti fideles ſemper eò libentiùs, devotionis causâ, confluant ad eandem, & ad illius conſervationem, augmentationem, & manutentionem, aliaque præmiſſa, manus promptiùs porrigant adjutrices, quò ex hoc ibidem dono uberiùs conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, Ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis, utriuſque ſexûs fidelibus, verè pœnitentibus & confeſſis, qui præfatam parochialem Eccleſiam in ſingulis videlicet dedicationibus templi, & per octavas Laurentii Martyris, Patroni Eccleſiæ, Paſcæ cum duobus ſequentibus, Aſcenſionis, Penthecoſtes cum duobus ſequentibus, Nativitatis Domini cum duobus ſequentibus diebus, Circumciſionis, Trinitatis, Epiphaniæ, corporis Chriſti, & per octavas Viſitationis, Aſſumtionis & compaſſionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, omnium Sanctorum, omnium animarum, omnium Apoſtolorum, Sanctæ Annæ Matris Virginis

Mariæ,

Mariæ, ſanctarum Barbaræ, Katherinæ, Margarethæ, Appoloniæ Virginum, Sanctorum Fabiani & Sebaſtiani, ac Georgii feſtivitatibus & diebus, à primis veſperis usque ad ſecundas veſperas incluſivè, devotè viſitaverint annuatim, & ad conſervationem, aliaque præmiſſa, manus, ùt præfertur, porrexerint adjutrices, aut qui proceſſioni cum Eucharistiæ Sacramento, vel delationi & expoſitioni prædictis, quotiens easdem fieri contigerit, interfuerint, vel quicunque Dominicis, vel feſtivis diebus, poſt elevationem corporis Chriſti, ſub Miſſarum ſolempniis, ob memoriam paſſionis Chriſti, pro fidelibus defunctis, ter orationem Dominicam, & totiens ſalutationem angelicam oraverint, aut qui in ſingulis anniverſariis, ſive peractionibus *Burggraviorum de Kirchberg* ordinatis, ſeu ritè inſtituendis, ſub peractionum officio, pro defunctis Dominicam orationem perſolverint, aut, qui peracto Miſſarum officio, Antiphone de B. Virgine decantari ſolitæ, nec non per totam quadrageſimam decantationi laudum B. Mariæ Salve Regina, & in ſeptimana ſancta nocturnalibus officiis, aut funeris, quotiens aliquam perſona ex dicta parochiali Eccleſia decedere contigerit, depoſitioni, ſeu Venerabilis Eucharistiæ Sacramento, quotiens illud ad infirmos, aut alia, rationabili cauſa, extra dictam Eccleſiam deferri contigerit, delationi devotè interfuerint, & qui Sabbatinis diebus coram ſculpta imagine B. Mariæ Virginis in dicta Eccleſia, in memoriam compaſſionis ejusdem, ter Pater noſter & totiens Ave Maria cum devotione dixerint, pro ſingulis diebus, quibus præmiſſa, aut aliquod ipſorum, fecerint, centum dies de injunctis pœnitentiis eis miſericorditer relaxamus in Domino præſentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem præſentes literas fieri, noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum Brunswig Hildeſamenſis Diœceſ. anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo tertio Non. Martii, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Alexandri, divinâ Providentiâ Papæ ſexti, anno undecimo.

## V.

## BULLA JOHANNIS, EPISCOPI SIDONENSIS, SUPER CAPELLA IN MONTE S. GEREONIS FARNRODÆ 1507.

NOs *Johannes*, DEI & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Eccleſiæ *Sidonenſis*, ſacræ paginæ Profeſſor, Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Jacobi*, eâdem gratiâ Sacroſanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Præſulis in Pontificalibus Vicarius Generalis, recognoſcimus per præſentes, Quod Spiritûs S. gratiâ nobis cooperante, debitis adhibitis ſolemni-

ſolemnitatibus, unam cappellam novam cum altari, in monte S. *Gereonis* ſtructam, ad laudem & gloriam DEI Omnipotentis, nec non omnium Sanctorum, & ſpecialiter Patronorum ad hoc electorum, videlicet in honorem Salvatoris noſtri JESU Chriſti, Sanctorum *Gereonis* & Sociorum ejus, *Anthorii*, *Heinrici*, *Bonifacii*, & Sociorum ejus, *Eraſmi*, decem millium Martyrum, *Heinrici* & Sociorum ejus, *Kunegundis*, *Mariæ Magdalenæ*, & undecim millium Virginum, conſecravimus ac dedicavimus in villa *Varrode*. Volentes autem Chriſti fideles ad pietatis opera allicere, fatemur per præſentes, quod omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui cum peccatorum contritione, & cum propoſito vitam in melius emendandi, præfatam cappellam viſitaverint, & quinque Pater noſter ac totidem Ave Maria oraverint in feſtivitatibus ſubſcriptis, videlicet Nativitatis Chriſti, vel tribus diebus ſequentibus, Circumciſionis Domini, Epiphaniæ, Palmarum, Paraſceves, Paſcæ, aut quacunque aliâ die infra octavas Paſcæ, Aſcenſionis Domini, Penthecoſtes, vel tribus diebus ſeqventibus, Trinitatis, Corporis Chriſti, Michaëlis, omnium Sanctorum, Die animarum, diebus - - - - - Exaltationis, aut feſtivitatibus quibuscunque Beatiſſimæ Virginis Mariæ, diebus omnium Apoſtolorum, diebus Patronorum Cappellæ & altarium videlicet infrà ſcriptorum, aut diebus omnium Apoſtolorum, nec non die dedicationis cappellæ, quam annuatim in feriam ſextam poſt Paſca inſtituimus celebrandam, & per octavas ejusdem, vel qui propter ſtructuræ & ædificii cappellæ & altarium conſervationem, & ornamentorum ac aliorum neceſſariorum augmentationem, ſuas eleemoſinas ad fabricam ejus dederint, vel legaverint, aut manus adjutrices porrexerint. Quicunque quotieſcunque aliquid prædictorum fecerit, Nos de Omnipotentis DEI gratia, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac S. Martini, noſtrorum Patronorum, meritis confiſi, ipſis & cuilibet ipſorum quadraginta dies indulgentiarum cum una carena, de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Datum anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptimo, die verò viceſimâ quintâ Menſis Maji, ſub noſtri ſigilli appenſione.

*Georgius Bonemilch, Notarius.*

## VI.
## LITERÆ FF. ORD. TEUTON., DECIMAM IN EYLSTORP CONCERNENTES, 1508.

Wy Broder Marten von Topphern / Stadtholder der Balligen in Saßen tütſchen Ordens / und wy Clauß von Wulffen / Johannes

Johannes Martini, Marten Jänß / Valentin Steynern / Borchard Siverdes / Hanß Schenewitz / Johann Scröder / und Johannes Woltwyſk / Huiß Compters und Ridder / Bröder des tütſchen Ordens und Ballge / we boven geſchreven / bekennen und betügen openbar in düßem Breve vor Uns / unſern ganſen Orden / unſe Nakommenlinge / und vor als weme / dat wy eindrechtigliken mit ſamter Hand hebben recht und redeliken vorkopt und vorkopen jegenwerdigen in Kraft düßes Breves / den Werdigen und geiſtliken Hern Ehrn H rmanno, Abbeten / Bernardo Priorn / und ganſ Convent des Kloſters to Huiſborch Ordens Sünte Benedicti, Halvorſtädtſches Bißdohms / und allen ören Nakomelingen / unſern ganſen Tegeden to Eilſtorp fry / ledig und lohs / von als wenn im Dorp und Velde / wo man den nöhmen mag / Fleiß-Tegenden und Korn-Tegenden / mit aller Tobehöringe / nichts utbeſcheden / vor 1800. gude vullwichtige rynſche Gülden / de wy an redem barem Golde von önen entfangen / und de voort in Unſers Ordens nüth und frommen wittliken gebracht hebben / Und wy alle / ſetten de vorgenömten Hern und öre Nakomelinge in de rauwelike beſittinge / brucke und wehre in aller Wiſe / alſe wy den Tegenden hebben von older gehabt und hebben wente an dyße Tyd / alles Rechtes geiſtliken und wertlikes unbekümmert ane jenich Hinterniße / Hülperede / nye Fünde / efte Argeliſt &c. Alle Puncten und Articule düßes Breves ſamt und beſunders lowen Wy Stadtholder und Bröder alle vor gut dem Werdigen und Geiſtliken Hern Hermanno, Bernhardo Prior, und ganſen Convent des Kloſters to Huyſeborch / und ören Nakomlingen / ſtede und veſte unvorbroken / ſünder jenigerley Argeliſt / Behelp / effte nye Fünde woltohaltende; Des to vorderen und vaſteren geloven hebben Wy Bröder Marten von Topphern Stadtholder unſes Amtes der Balligen Inngeſegel / und wy Clauß von Wulffen / Johannes Martini &c. ſamt und beſunders Unſer Ordens Huſes Inngeſegel eindrechtigliken / beneben Unſes Hern Stadtholders und Overen Inngeſegel / beneden an düßen Brev wittliken thon hengen / Gegeven in dem Jahre Unſes HErn / als man ſchreff Veffteinhundert und acht Jahre des Dienſtags naa Wallborgis.

VII. FOR-

## VII.

## FORMULA DISPENSATIONIS APOSTOLICÆ, CONJUGIUM SIGISMUNDI COMIT. ET MARGARETÆ REUSSIN DE PLAUEN CONCERNENS, 1518.

Albertus, DEI & Apoſtolicæ Sedis gratia Moguntinenſis & Magd. Archi-Epiſcopus, & Halberſtatenſium Eccleſiarum Adminiſtrator, Germaniæ Primas, & S.R.I. Archi-Cancellarius, & Princeps Elector &c. & frater *Alexander Molitoris*, Ordinis Minorum de obſervancia, Conventus Moguntinenſis humilis Gvardianus, Sacratiſſimarum Indulgentiarum, gratiarum & facultatum, in favorem & commodum fabricæ baſilicæ S. Petri de urbe, per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & D. N. Dominum *Leonem*, divinâ providentiâ Papam X. ad Mogunt. & Magdeburg. Provincias conceſſarum, Nuncii & Commiſſarii auctoritate Apoſtolica ſpecialiter deputati. Reverendo in Chriſto Patri Epiſcopo *Aſcalonenſi* ſalutem in Domino. Oblatæ nobis nuper pro parte dilectorum in Chriſto *Sigiſmundi*, *Burggravii* in *Kirchberg*, & *Margarethæ Reuſſin* de *Plavven* mulieris, conjugum, noſtræ Mogunt. Diœceſis, petitionis ſeries continebat, quòd olim ipſi non ignorantes, ſe tertio conſangvinitatis gradu conjunctos, matrimonium inter ſe per verba, de præſenti de facto contraxerunt, carnali copulâ minimè ſubſeqvuta. Cùm autem in hujusmodi matrimonio remanere non poſſint, canonica diſpenſatione deſuper non obtentâ, & ſicut eadem ſubjungebat petitio, ſi divortium perpetuum fieret inter eos, gravia exinde ſcandala veriſimiliter exoriri poſſent, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt conjuges antedicti, quatenus ipſis de debitæ abſolutionis beneficio ac opportuna diſpenſationis gratia benignè providere dignaremur, Nos, qui cunctorum Chriſti fidelium animarum ſalutem quærimus, & ſcandalis, ne eveniant, libenter obviamus, circumſpectioni Veſtræ auctoritate Apoſtolicâ, quâ, quoad hæc, ſpeciali per literas Sanctiſſimi D. N. Papæ facultate muniti fungimur, committimus & mandamus, quatenus Conjuges antedictos, ſi id humiliter petierunt, ab *excommunicationis* ſententia, quam propter præmiſſa incurrerunt, hac vice duntaxat abſolvatis in forma Eccleſiæ conſveta, injunctis inde eis, pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, quodque de cetero talia non committent, nec ea committentibus præſtabunt auxilium, conſilium, vel favorem, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda. Demum ſi eſt ita cum Conjugibus prædictis, ipſis ad tempus, de

quo Vobis videbitur, ab invicem ſeparatis, ut, tertii conſangvinitatis gradus impedimento hujusmodi non obſtante, matrimonium de novo contrahere, & in eo, poſtquam contractum fuerit, licitè remanere valeant, dummodo dicta Mulier propter hoc ab aliquo rapta non fuerit, dictâ auctoritate vice noſtrâ in utroque foro diſpenſetis, ſuſcipiendam ex hujusmodi matrimonio prolem legitimam decernentes. In quorum fidem præſentes literas fieri, ſigilliq́ue fabricæ prædictæ, quo in talibus utimur, juſſimus appenſione muniri. Datum Moguntiæ anno Incarnationis Dominicæ MDXVIII. XVI. KL. Auguſti, Pontificatûs S. D. N. Papæ præfati anno VI.

ANONYMI

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# BREVIARIUM FULDENSE,

*in quo*

OMNIUM ARCHIMANDRITARUM

ORTUS, POTIORA FACTA ET OBITUS,

usque ad A.D. MCCCCLXXIX.,

breviter narrantur

*per*

## F. CORNELIUM.

*Cum ſuccinctis ſcholiis Paullinianis.*

## AMICE LECTOR.

CUjâs fuerit Frater noſter *Cornelius*, ſeu ubi vixerit, certò tibi non dixero. Monachum autem fuiſſe Congregationis Benedictinæ, paſſim ex *Breviario* ejus vides. Equidem nihil novi, ſeu curioſi tibi dabit, ſi res *Fuldenſes* antea vel ex *Browero*, ſeu *Eberhardo Fabricio*, aliisve, hauſiſti pleniùs. Ille enim *Antiquitates Fuldenſes*, IV. libris comprênſas, luculenter deſcripſit, & Antverpiæ ex officina *Plantiniana* Anno MDCXII. edidit, easq; *Joanni Friderico*, qui anno MDCVI. cœpit, & anno MDCXXIII. deſiit, humiliter inſcripſit. Hic verò telam, quam *Conradus Bachmannus*, Prof. olim Marburg., orſus erat, feliciùs pertexturus, Illuſtres Abbates numeris quidem incluſit, ſed *plus ultrà* gradiens, ſubnexis notis hiſtoricis vitas, resq; eorum geſtas, à primis incunabulis, usque ad *Joachimum*, bellè illuſtravit, libellumq; ſuum *Giſæ* editum anno MDCLV. *Gloriam Fuldæ* ſpecioſè appellavit. Si tamen vera fateri fas ſit, ſuſpicor utique, *Browerum* aliquando in uſum traxiſſe *Cornelium*, licèt nullibi ejus meminerit. Multa certè debet *Gualteri chronico chronicorum*, cujus tamen nulla apud eum exſtat memoria. *Fabricius* verò vitulâ Browerianâ quotidie aravit, ut ita, niſi me ipſum fallo, faculam illi prætuliſſe videatur cœnobita. Tu verò varias inter defuncti ſeculi ſchedas has quoque admitte.

Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et ſi prolixiorem cupias inſtitutionem, adi *Brovverum*, *Fabricium*, & alios, vel, ſi præſtolari velis, *Hiſtoriam* noſtram *Fuldenſem*, patrio idiomate ſcriptam, quam publico bono ſpondemus, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν. Ceterum vale & fave! *Ferrariæ* Thuringorum Anno Gratiæ MDCXCVIII.

* * *

FUlda Tibi nomen, dum *Illuſtria* nomina *Fuldæ*
das, dabit, & famam ſculpet in ære tuam.
Singula ſuccinctè, at diſtinctè *Frater* adumbrat;
annon ars paucis dicere cuncta bene?
Hiſtoricus *proſit*, *delectet*, & *inſtruat*: in te
*trinum hoc perfectum* quis neget eſſe? *ſat eſt!*

Volante crenâ ſcrib.

*M. Bonifacius Allmerus.*

# BREVIARIUM FULDENSE.

*Adſpira cœptis Sancta Maria meis!*

I. B. *Sturmio.*

## *I.* B. STURMIO.

ANno Incarnationis Dominicæ DCCXLIV. S. *Bonifacius* monaſterium Monachorum O. S. P. B. in *Fulda* incepit, in honorem S. Salvatoris, decem annis ante martyrium ſuum. Cùm enim Sanctus iſte Principem *Carolomannum* ſuppliciter obſecrâſſet, ut in Orientali Regno ejus Monaſterium conſtruere, inibique vitam monaſticam inſtituere liceret, locum Princeps tradidit juxta ripam fluvii *Fulde*, ita ut ab illo loco undique, ab oriente ſcilicet & occidente, à ſeptentrione & à meridie, marcha per tria millia paſſuum tendatur. Primus Archimandrita erat B. *Sturmio*, ab honeſtis & Nobilibus Parentibus in Bojaria natus, S. *Bonifacii* diſcipulus, qui adoleſcentulum tradidit *Wicperto*, Sacerdoti in Fryſler, ſub quo in ſcientia ſacræ paginæ & aliarum artium edoctus, pietati cumprimis ſtuduit, ſine qua omnis doctrina nulla & vana eſt. Acceptô Sacerdotii ordine, legit fortè iſtud Danielis: (a) *qui autem multos erudiunt ad juſtitiam, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Totus ergo concupivit alios erudire, & ſub jugum Domini pertrahere. Ex conſilio poſtea S. *Bonifacii*, tertio anno Sacerdotii ſui, vitæ monaſticæ ſanctitate captus, ſeceſſit in *Buchoniam* cum duobus piis fratribus, & in loco *Herolveſvelto* arctius cum DEO ſe conjunxit, ibique, propter opportunitatem aëris & tranquillitatem loci, cultum divinum extendere & ampliare vovit. Veniens igitur ad S. *Bonifacium*, cogitata ſua denudat. Sed ille non ſvaſit ob varia pericula, & juſſit locum magis opportunum inquirere. Qui tandem in *fagetum* ductus ad rivum *Gretzbach*, anno nono vitæ ſuæ eremiticæ, cum ſeptem fratribus, Anno Domini DCCXLIV. domum fabricare cœpit Domino, quæ à rivo præterfluente nomen ſumſit, in hunc usque diem *Fulde* dicitur. Ut verò Sanctuarium ſuum perfectiùs inſtitueret, miſſus eſt à S. *Bonifacio* annô Prælaturæ quartô in Italiam, ut in primariis & potentioribus clauſtris Ordinis noſtri diſciplinam notaret, eamque poſtea ſimiliter cum pio zelo induceret. Cùm veniret in montem *Caſſinum*, ab omnibus pro admiratione habitus, ob vitæ ſanctimoniam &

(a) c. XII. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& doctrinam ſpecialem. Facta igitur eſt *Fulda* ad ſimilitudinem Monaſterii *Caſſinenſis* quoad formam vivendi, & diſciplinæ obſervantiam regularem. Cumque S. *Bonifacius* in vita ſua optaverat, poſt mortem demum in *Fulda* quieſcere, B. *Sturmio* Martyris corpus ex Phryſia in Monaſterium intulit variis miraculis clarum. (b) Sed bonus Archimandrita in odium pervenit *Pipini* Regis, ut etiam, ex inſtinctu & invidia *Lulli* Archi-Epiſcopi, eum ex Monaſterio ignominioſè depelleret. Venit in ejus locum *Marcus*, in hujus autem mox è Fratribus Fuldenſibus *Prezoltus*. Sed hic injuriæ *Sturmioni* à Rege factæ bene memor, id effecit, ut exul ad priſtinum reduceretur locum, & duplò magis poſtea honoratus eſt ab omnibus. (c) Poſt mortem enim *Pipini* Carolus, nomine & virtute Magnus, B. *Sturmionem* A.D. DCCLIV. ad Saxones miſit, quibus verbum Domini magno zelo & animi conſtantia prædicavit. Hinc *Apoſtolus* eorum dicitur. (d) Et uti Sanctus Pater optaverat, multos ad juſtitiam erudire, ita à Domino ei factum eſt. Ultra quadringentos enim monachos ſub ſe habuit. Moritur A.D. DCCLXXIX. XVII. Kal. Januar. anno Prælaturæ ſuæ XXXV.

## II. BAUGOLPHUS.

*II. Baugolphus,*

Profeſſus Fuldenſis, pius, doctus & religioſus Pater. Exſtruxit in monte S. *Petri* novum Monaſterium, Rex *Carolus* ei dedit *Eychcellam*. *Hamelburg* quoque *Roſdorf* & *Hünevelta* ſibi acquiſivit. AD. DCCCII. ſpontè ſe abdicat Prælaturâ, & ſucceſſorem habuit *Ratgarium*, quem ùt filium ſuum educaverat. Vixit adhuc poſt reſignationem XIII. annis, & Monaſterio conſiliis & operâ adfuit. Moritur AD. DCCCXV. Prælaturæ XXII. Tota congregatio cantabat curſum S. P. N. Benedicti. (d) Jacet in monaſterio *Baugolphesmönſter*.

## III. RATGARIUS.

*III. Ratgarius,*

B. *Sturmionis* diſcipulus, natione Germanus, ex honorabili familia, ſed infelix Pater. Electus erat concordi omnium beneplacito & conſenſu, docuerat ſuos fideliter, & præfuerat hactenus per multos annos. Satanas autem zizaniam ſuam ſparſit in animos Monachorum, ut toti abalienati ab eo inſurgerent, & querelas ſuas ad *Ludovvicum* Regem, quem *Pium* vocant, magno clamore deferrent, donec ab illo AD. DCCCXVII. dignitate & officio ſuo ſpoliaretur, & quidem hujus annô XV. Inter alias cauſas etiam hæc erat,



(b) Fabricius in Gloria Fuldæ p. 73. ad Ægilem hoc refert, (c) legi meretur vita B. Sturmion. ab Ægile conſcripta, à que Brovvero edita. (d) conſ. Brovver. L. III. Antiqvit. Fuld. c. 1. ſeqq. (d) vid. Lamb. Schafnab. ad h. a. & Mar. Scot. ad eund.

quòd ſtudiis apprimè intentus Oeconomica parùm curaret, & nimis durús & aſper Pater fuerit. Fateor, ſi lenitatem cum rigore bene potuiſſet temperare, res meliorem exitum habuiſſet. (e) Vixit poſtea in monaſterio ſuo B. Virginis inter perpetuas ſpeculationes & meditationes divinas, ibique mortuus eſt. (f)

IV. *Ægil.*

## IV. ÆGIL.

B. *Sturmionis* cognatus & popularis, Profeſſus Fuldenſis, Venerabilis Pater, religione & doctrinâ valde eximius, Regis & totius Conventûs ſuffragiis & conſenſu in Sedem *Ratgarii* eôdem annô provectus, omnia fecit benè & cum gloria ſui. AD. DCCCXVIII. baſilicam S. *Bonifacii*, AD. DCCXCI. conſtructam, (g) reparare cœpit. Anno ſequente templum S. Salvatoris ab *Heiſtulpho*, Moguntino Archi-Epiſcopo, Kal. Novembr. dedicatur cum duabus cryptis. Ædificavit etiam capellam S. *Michaëlis* Archangeli. Moritur A. D. DCCCXXII. Prælaturæ ſuæ V.

V. *Rabanus.*

## V. RABANUS.

In omni doctrinæ & ſcientiæ genere ad prodigium doctus, & magnus pauperum benefactor. (h) Primus ad Germanos invexit Græcanicam literaturam. A. D. DCCCXXXI. cum Abbate *Brunone* Eccleſiæ Heroſveltenſis fundamenta poſuit. (i) Cùm Monaſterium *Hirſaugienſe* iterum inſtauratum eſſet, ille XV. Monachos cum Abbate *Lyndeberto* ex Conventu Fuldenſi eò miſit. A. D. DCCCXXXVIII. Bibliothecam monaſticam in tota Germania claram magnâ curâ & labore inſtituit, præterea proceſſionem in die Palmarum ad montem B. *Virginis*, & à *Gregorio* IV. multa pro Monaſterio accepit privilegia. Montem S. *Petri* prope Monaſterium, quem *Baugolphus* cœperat ſtruere, ipſe continuavit, & S. *Johannis* maximè ornavit. Incertum eſt, an ex Monaſterio pulſus ſit à Rege, anno XX. Prælaturæ, ſeu an ſponte id dereliquerit propter moroſos monachos, qui torvis eum oculis adſpiciebant, quòd precibus & ſcripturis ſemper intentus eſſet, œconomiæ verò parùm. Certum autem hoc, quòd revocatus ſit ab iis, ſed noluit redire. Tandem tamen reverſus eſt, & latuit in monte S. *Petri* ad orientalem ſitum Monaſterii, orando & ſcribendo omnes horas inſumens, multorum operum ſcriptor. Sicut verò flamma ſub cinere, quàmprimùm aura liberior ſavet, ſurgit & tendit in altum: ita etiam paulò pòſt divinâ Providentiâ AD. DCCCXLVII. ad altiora honorum culmina V. Kal. Julii perductus eſt *Rabanus*,

(e) conf. Brovver. L. I. A. F. c. 2. p. 59. (f) num verò anno 817. ùt ex Bucelin. P. II. G. S. p. 34. probare vult Fabric. Glor. Fuld. p. 71. Deſiit, ait Bucel., anno dicto, ſc. Abbas eſſe, non autem ſtatim mortuus eſt eod. annô. (g) Lamb. ad h. a. (h) Sigeb. Gemblacenſ. chronograph. ad ann. 851. (i) Lamb. ad h. a.

*Rabanus*, ad Archi-Epiſcopatum ſcilicet Maguntiacum, Otgarii ſucceſſor, cum quo antea AD. DCCCXXXVIII. Monaſterium *Hirſaugienſe* conſecraverat. AD. DCCCXLIX. V. Kal. Nov. dedicavit Eccleſiam *S. Wicperti* in Heroſvelt ùt Archi-Epiſcopus. Moritur AD. DCCCLVI. & jacet apud *S. Albanum*.

## VI. HATTO I.

VI. *Hatto I.*

Quem cognomine vocant *Glorioſum* & *Bonoſum*; ſed non *Waldo* dictus eſt. (k) Succeſſit circa AD. DCCCL. Erat benignus & valde ſollicitus Pater. Acquirit Monaſterio *Eydervelt* & *Wylmerhuſen*. Eôdem annô magna fames graſſabatur per *Buchoniam* & vicinas regiones. Cùm pauper aliqua de *Fulda* femina præ intolerantia famis filiolam ſuam mactare & vorare voluerit, ecce, divina ſic volente Providentiâ, ſubitò *lupus* accurrit, qui jam ceperat *cervam* juniorem, eamque adhuc roſtro tenebat. Hanc beſtia famelicæ infantivoræ ante pedes poſuit, & ſic à cæde infantis retraxit. Exemplum ſpeciale & memorabile. Exemplo Anteceſſorum *Otgarii* & *Rabani* à *Leone* IV. Papa privilegia monaſtica acquirit. Cúmque pauci cenſus & decimæ ad portam Monaſterii Fuldenſis, pro reficiendis ſeu alendis hoſpitibus & pauperibus, dati eſſent, *Hatto Papam* Leonem adiit & Imperatorem *Lotharium*, & ab utroque multa prœdia ad ſuſtentaculum hoſpitum & pauperum, ad portam Monaſterii deputata, reportavit. Etiam hæreticos *Arianos, Donatiſtas, Novatianos*, & ejusmodi partus ſatanicos, zeloſè confutavit. Mors ejus incerta eſt. Sed quid iſta me turbabit? ſeu enim A. D. DCCCLVI. vel DCCCLXII. ſeu DCCCLXV. mortuum credas, mihi ideò nec ſeres, nec metes.

## VII. THIODO.

VII. *Thiodo*,

Profeſſus Fuldenſis: quô añô præciſè ſucceſſerit, non adeò clarè patet, ob dubium *Hattonis* annum emortualem. Si tamen ex mandato *Ludovvici* Regis Germanorum ad Nepotem ejus *Ludovvicum* in Italia, & per hanc occaſionem ad *Nicolaum* Papam profectus eſt AD. DCCCLIX., veroſimile ſit, circa AD. DCCCLVI. vel ſequentem mortuum eſſe. A dicto Papa confirmationem omnium privilegiorum ſuorum ſimul impetravit, & gratum ſe fecit apud omnes. Erga pauperes ſemper benignus & liberalis fuit. SS. Martyres *Anthonium* & *Æonium* Monaſterio ſuo intulit, & pro reſervaculo eorũ porticus inferiores fieri fecit. In diſſidiis *Ludovvici* & *Caroli* Fratrum, qui propter regnum *Lotharii* acerrimè inter ſe præliabantur, depoſitus eſt. *Thiodo*, fortè

(Mmm) 2 quia

(k) Erronea igitur, quæ Lambert. ad ann. 861. de Waldone, ùt Abbate Fuldenſi, refert, ceu rectè judicat Brovver l. c. L. IV. p. 278.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia *Carolo* magis adhæreret, quàm *Ludovvico*. Moritur AD. DCCCLXIX. Prælaturæ XIII.

## VIII. SIGHARTUS.

VIII. *Sighartus*.

Profeſſus Fuldenſis, Vir devotus: erat cum *Ludovico*, Germaniæ Rege, in expeditione Slavica AD.DCCCLXXII. Multa fecit laudabilia. Anniverſariam mortuorum memoriam inſtituendo, ſanctorum Evangeliorum librum gemmeo & argenteo involucro incluſit, pontem fecit ſuper fluvium *Fulde*, certo tempore de Monachorum ſuorum ſtudiis, pietate, habitu, concordia & aſſiduitate, more Majorum, Pontifici Summo juſtam & exactam rationem reddidit: Fratribus acquiſivit *Bergen* & *Waſſerheim*. AD. DCCCLXXIV. paulò ante Paſcha *Ludovvicus*, Germaniæ Rex, devotionis causâ *Fuldam* venit, ubi non ſolùm vetera Monaſterii privilegia confirmavit & innovavit, ſed præterea multa bona eidem attribuit. Cùm in feſto Paſchæ cantus, orationes & zelum Fratrum attentius notaret, dixiſſe ſcribitur ſuper cœna ad Proceres ſuos: *utinam ſemper mihi liceret in hoc atrio cœli manere & in eo mori. Quid enim jucundius & fructuoſius optari poteſt?* Cum *Luitperto* Maguntino diſconvenientiæ ei erant ob decimas in Doringia, quas valde appetit Maguntinus. Ex cupiditate ſanctioris otii ſponte renunciavit Abbatiæ AD. DCCCLXXIV. Prælaturæ V. & vixit in Monaſterio S. *Johannis* Deo & ſibi. Paulò poſt autem moritur. Jacet in Eccleſia Majori.

## IX. HUGO.

IX. *Hugo*.

Apud *Arnolphum* Regem ejusque Filium *Ludovvicum* in magna auctoritate erat, ideò facilè potuit privilegia nova ſimulq; veterum confirmationem expetere. Inter rariora ſua habet *Fulda* Sanctorum Evangeliorum librum, quem *S. Bonifacius*, Apoſtolus Germaniæ & primus Maguntinus Archi-Epiſcopus, propriâ manu deſcripſit, quem Idem *Arnolphus* Rex Monaſterio dedit. Multa paſſus eſt *Hugo* à furore ethnicorum & Hungarorum. Sed ille Deo & Sanctis ſuis Patronis confidens, impetum & ferociam eorum heroicè ſuſtinuit, Protector Monaſterii ſui. *S. Bonifacii* tumbam & altare B. Virginis auro, argento & gemmis pretioſis largiter ornavit. Reliquias de variis Martyribus intulit, iisque altaria ſtruxit: Fratribus quâlibet die Dominica religioſas circumitiones cum vexillo S. crucis conceſſit, & multa alia laudabilia & imitabilia fecit ac perfecit. AD. DCCCCVIII. Hungari totam Germaniam miſerè depopulantur, nec in ea *Buchoniam* prætercurrerint. AD.DCCCC., confirmante *Ludovvico*, poſſeſſiones in Wetterauia, in loco *Waltzas*, accepit. Et AD. DCCCCXII, à *Conrado* Rege privilegium ſuper decimis & aliis rebus. Videtur ergo mortuus circa AD. DCCCCXIII.

Præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prælaturæ XXXIX. ſi ſedere cœpit AD. DCCCLXXIV. Si verò tribus annis pòſt, XXXVI.

## X. HELMFRIDUS.

X. *Helmfridus.*

Religioſus Pater & bonus Oeconomus. Murum enim ampliorem & fortiorem Monaſterio dedit, Eccleſiæ ſuæ donavit auream crucem gemmis undique ſplendentem. Sed Hungari AD. Dccccxv. omnia ſpoliârunt, conculcârunt & concremârunt, ut præter ah! & væ! nihil maneret reliquum. Moritur AD. Dccccxvi. Prælaturæ III.

## XI. HAICHO.

XI. *Haicho.*

A Papa *Johanne* X. AD. Dccccxxi. obtinet confirmationem privilegiorum, ſecundùm quæ nulli Epiſcopo licet ſacra peragere in Monaſterio, niſi volente Abbate. Ab *Henrico* I. Rege AD. Dccccxxiii. *Berdolpheſtat* cum agris & pertinentiis ſuis potitur. Scribunt, ſub eo *Conradum* I. AD. Dccccxxix. (l) Fuldæ ſepultum eſſe. Alii malunt Dccccxix. (m) Si hic *Conradus* AD. Dccccxii. imperare cœpit, & ſeptimo Regni anno deſiit, annum ſanè Dccccxix. habebis. *Haicho* autem moritur AD. Dccccxxiii. Prælaturæ VII.

## XII. HILPERTUS.

XII. *Hilpertus,*

Profeſſus Fuldenſis, natione Francus, pius Pater, doctus, & conſilio multo valens, facundus etiam & ſpiritu prophetico ornatus. Tertio, ſeu quarto Prælaturæ anno promotus ad S. Sedem Maguntinam, ubi AD. Dccccxxxvi. moritur. Alii duos addunt. (n)

## XIII. HADEMARUS.

XIII. *Hademarus.*

Profeſſus Fuldenſis, natione Francus, pius, ſapiens, & multæ auctoritatis & activitatis Abbas, Monaſterio ſuo diligenter proſpexit. Primo ſtatim Prælaturæ ſuæ anno à fulgure & fulmine baſilica Fuldenſis cum Monaſterio tota combuſta eſt. Ille verò rurſus totam & ex integro reſtauravit, longéque pulcriorem fecit, quàm antea fuerat, non tantùm baſilicam, ſed quoque monaſterium, & omnia ad id pertinentia. Conſecrata illa eſt anno demum Dccccxlviii. Kal. Novembr. *Ottone* M. præſente, per *Marinum*, Apoſtolicæ Sedis Legatum. Huic *Ottoni* Regi, *Henric.* F. AD. Dccccxxxvi. ſtatum Monaſterii ſui prolixiùs ſignificavit, & ab eo privilegia & omnia pro voto ſuo in Magdeburg retulit. Imò maxima munera & ornamenta pro inſtauratione & reparatione templi ſuperaddidit Rex AD. Dccccxxxvi.



(l) calculum hunc probant Browver. L. IV. p. 283. & Fabric. l. c. p. 86. (m) Vid. Sigfrid. Presbyt. epit. L. I. p. 688. Lambert. ad h. a. (n) Wittich. Corb. L. II. Annal. c. p. ſic: erat Vir miræ ſanctitatis, & præter naturalem animi ſapientiam, literarum ſtudiis ſatis clarus, qui inter cetera gratiarum dona ſpiritum Prophetiæ accepiſſe prædicatur.

Aliud incendium eandem perdidit baſilicam. Confunduntur hæc duo incendia à multis. Ego puto AD. DCCCCXXVII. baſilicam conflagrâſſe, quam *Hademarus* pulcrè reſtituit, & AD. DCCCCXXXVI. aliud incendium ortum eſt. Nullum verò ſine notabili damno fuerit. *Fridericum*, Archi-Epiſcopum Maguntinum, captum aliquamdiu detinuit, & paulò duriùs habuit eum. (n) Moritur AD. DCCCCLVI. Prælaturæ XXIX.

## XIV. HATTO II.

*XIV. Hatto II.*

*Hademari* ex ſorore nepos, magnæ auctoritatis Abbas apud Papam & Imperatorem, Profeſſus Fuldenſis: adfuit coronationi Regiæ *Ottonis* primi Romæ, à quo poſtea & *Joanne* XII. Papa magna accepit privilegia. Anno Prælaturæ XII. ab *Ottone* II. Rege fit Archi-Epiſcopus Maguntinus. *Fuldæ* laudabiliter præfuit, erga omnes juſtus, placidus, & acer, prout res & tempora poſtulabant. Quòd verò à *muribus* voratus ſit, quia frumenta denegaverat pauperibus, impudens mendacium eſt. Certè *plumbeum* cor & *ferream* frontem habuerit ille, hanc fabulam qui credit, vel ſine rubore narrat. Omnes enim circumſtantiæ, & omnes *Hattonis* actiones repugnant. (o) Moritur Maguntiæ placidè primo electionis ſuæ anno, erat AD. DCCCCLXIX.

## XV. WERNERUS.

XV. *Wernerus*,

Profeſſus Fuldenſis, S. *Uthalrici*, Epiſcopi Auguſtenſis, cognatus, prudens, & valde circumſpectus, magnis ornamentis providit Eccleſiæ ſuæ, ſuppoſuitque porticus. Conſtruxit capellam, ſeu potius Conventum in *Borsla*, & liberaliter dotavit. Moritur in bello contra Saracenos, quod *Otto* II. Imperator geſſit in Calabria. AD. DCCCCLXXXIII. Prælaturæ XIV.

## XVI. ERCKENBALDUS.

XVI. *Erckenbaldus*,

Natione Saxo, *S. Bervvardi*, Epiſcopi Hildeſemenſis, cognatus, fortè ex familia *Sommerſcheburgica* AD. MIII. ex mandato *Henrici* S. unà cum *Henrico*, Epiſcopo in Wirzeburg, capellum in *Svvinfurt* incendere & devaſtare debebat. (p) AD. MXI. fit Archi-Epiſcopus Maguntinus, *Willigiſi* ſucceſſor, anno Prælaturæ XXVIII. Manſit tamen ſimul *Tutor* & *Proviſor* Eccleſiæ Fuldenſis, cui optimè præfuit. Moritur AD. MXXI.

## XVII. BRANTHO.

XVII. *Brantho*,

Anno Prælaturæ ſeptimo depoſitus eſt, & factus poſtea Epiſcopus Halberſtadienſis. (q) AD. MXXIII. ubi conſtruxit Monaſterium *S. Johannis.* AD. MXXVI. in dira fame abiit in Græciam & Palæſtinam, ſed

multa

(n) vid. Wittich. Corb. L. II. Annal. c. f. (o) vid. Nic. Serar. L. IV. rer. Mogunt. c. 4. & P. J. Zeitſ. Luſt them. 129. (p) vid. chron. Ditmar. L. V. p. 110. & Spangenberg. Chr. Henneberg. L. I. c. 33. p. 71. (q) Vid. Sagittar. hiſt. Halberſtad. §. 46.

multa paſſus eſt pericula. Poſt reditum *Boslebiæ*, in honorem *S. Bonifacii*, novum Canonicorum Collegium conſtruxit, & de ſuis decimis dotavit. Moritur peſte Ad. Mxxxvi. vel ſequente.

### XVIII. POPO.

XVIII. Popo,

Natione *Buchonius*, Profeſſus *Lauriſſenſis* Monaſterii, ſalutaris Reformator operâ & mandato *Henrici* Regis, cujus beneficio Abbas factus fuerat. Novos enim & bonos Monachos è ſuo Monaſterio adduxit. Ex liberalitate *Kunegundis*, ſeu potius propter interventum ejus, multa bona dantur Eccleſiæ Fuldenſi à Rege *Henrico*. Turpis confuſio ſcribentium & narrantium. Alii *Poponis* ſucceſſorem faciunt *Wollmarum*, alii *Barthonem*, alii poſt *Brantho* ponunt *Poponem*, huic ſubſtituunt *Wollmarum*, & huic *Barthonem*, huic verò *Richartum*. Nos *Poponi* ſubſtituimus

### XIX. RICHART.

XIX. Richart.

Qui Venerabilis & laudabilis Pater non ſatis laudari poteſt. Dicitur fuiſſe ex familia *Grapphelt*, uti Popo. (r) Ejus tempore *Benedictus* Papa & Imperator *Henricus* fuêre Fuldæ, eique benefecêre multùm, partim privilegia, partim bona dando & innovando. (s) Eccleſiam *S. Andreæ* in novo monte conſtruxit, uti *Amersbachii*, ſeu *Amorbachii* in Francia Monaſterium. Fuit in Synodo *Seligenſtadenſi* A.D. Mxxxiii. Sub eo Scoti Monachi *Fuldenſe* cœnobium intrant, idque in omnibus bene reformatum, juxta regulam S. P. N. Bened. Mandavit Monachis ſuis, ut facta Clarorum Virorum fideliter deſcriberent, & Manuſcripta bibliothecæ inferrent. Moritur Ad. Mxxxix.

### XX. SIGHARTUS.

XX. Sighart.

Et hic bene præfuit. Scribunt factum fuiſſe Epiſcopum *Hildeſemenſem*, alii autem dubitant, & addunt, vocatum quidem fuiſſe, ſed non admiſſum. Moritur Ad. Mxliii. Prælaturæ IV. in bello Bohemico, in quo Vexillifer Regius erat.

### XXI. ROHINGUS.

XXI. Rohingus.

Varia, multa & pretioſa ornamenta Eccleſiæ comparavit, inprimis magnam, & multi valoris tabulam, piis imaginibus plenam, margaritis & gemmis undique coruſcantem, quam ſucceſſor ejus demum perfecit. Moritur in itinere Romano, imò in urbe Roma Ad. Mxlvii. in comitatu Regis *Henrici* II. ubi à *Clemente* II. Abbas conſecratus ipſo natali Dominico.

XXII. EC-

(r) de Popone certum eſt, de Richarto autem dubito. (s) Fabricius l.c. p.95. hoc ad Eckenbaldum refert, ſed vid. Brovver. L.IV. A.F. p. 190.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXII. Ecbertus.

## XXII. ECBERTUS.

Multa fieri fecit domicilia, cunprimis dormitorium. Cum *Athalberone*, Epiſcopo in *Würceburg*, controverſiam habuit propter jus Diœceſanum, ſed exceptionem veterem obtinuit. Sub eo Monaſterium ex Regia poteſtate ad Apoſtolicam Sedem tranſit. In colligendis Veterum hiſtoriis laborioſus fuit, amator antiqvitatum. Moritur A. D. MLVIII. Prælaturæ X.

XXIII. Sigfridus.

## XXIII. SIGFRIDUS.

Profeſſus Fuldenſis, doctus & pius, Comes de *Epſtein*. Fit ſecundo Prælaturæ anno Archi-Epiſcopus Maguntinus. Ivit poſtea ad terram ſanctam cum *Trajectenſi*, *Papenbergenſi*, & *Ratisponenſi* Epiſcopo &c. Difficile iter & multis periculis cinctum. (t) Reverſus moritur in Doringia AD. MLIX. Jacet in Monaſterio *Haſungen* O. S. P. noſtri.

XXIV. VVideradus.

## XXIV. WIDERADUS.

Etiam Profeſſus Fuldenſis & Comes de *Epſtein*. Hic eſt ille, qui Goslariæ A. D. MLXIII., tertio Prælaturæ ſuæ, (u) cum Epiſcopo Hilleſemenſi *Hezelone* pugnam cruentam habuit, præſente *Henrico* Rege. (w) A pulvere ſuffocatur, cùm curru veheretur, AD. MLXXV. Prælaturæ XV.

XXV. Ruthartus.

## XXV. RUTHARTUS.

Monachus Heroſveltenſis ab ipſo *Henrico IV.* in curia ſua electus, præter omnium opinionem. Utiliter præfuit & magna cum gloria Monaſteria B. *Virginis* & S. *Michaëlis* ſub regula S. Benedicti inſtauravit & dedicavit: Epiſcopatum in *Halberſtad* magno zelo repudiavit. Moritur AD. MXCVI. Prælaturæ XXI.

XXVI. Godfridus.

## XXVI. GODFRIDUS.

Hic triſtia vidit tempora. *Fulda* enim exuſta AD. MCIII. & invidiâ rabiente apud Regem *Henricum* in curia, quam habuit in *Franckenvord*, quaſi negligenter curaret ſua, anno MCIX. depoſitus eſt, Prælaturæ ſuæ XIII. Moritur Coloniæ.

XXVII. VVolfhelmus.

## XXVII. WOLFHELMUS.

Profeſſus Fuldenſis, *Henrici V.* gratiâ ſucceſſit AD. MCIX. capellam S. *Alexandri* conſtruxit versùs Septentrionem. In bello contra *Ludovvicum*, Landgravium Doringiæ, cum Abbate *Heroſveltenſi* parùm fortunæ ſenſit. Captus enim à Landgravio in obſeſſione *Wartpurgi*, in caſtro *Meyſenburg* per tres

(t) Vid. Lambert. p. m. 172. ſeqq. (u) vid. Id. fuſiſſime ad h. a. (vv) Vid. chron. Hildeſ. Reutel. p. 85.

treſ annos incluſus eſt: *Haſelſteinium* etiam caſtrum, in ſua Abbatia ſitum, obſedit, ſed non ſine damno. Deponitur AD. MCXIV. Prælaturæ V., quòd bona monaſtica nimis liberaliter conſumeret. Moritur eôdem annô. Jacet in ſacello S. *Alexandri*.

## XXVIII. ERLOLFUS.

XXVIII. *Erlolfus*.

Pius, virtuoſus, doctus & eloqvens, Abbas *Murbaccenſis*, Maguntiæ ab *Henrico* præponitur cum murmuratione Fratrum, quia contra jura Monaſterii erat. Ideo ab Imperatore miſſus Romam cum *Brunone*, Spirenſi Epiſcopo, in magnis Imperii negotiis ad *Calixtum* II. Papam. Svaſor enim fuerat, quomodo ſchiſma aboleri poſſit, & rediit cum gloria. Monaſterium magna damna paſſum in multis; latrones dilacerârunt territorium Monaſterii, baſilica versùs Orientem decidit AD. MCXX. & tanta paupertas ubique, ut victus & amictus deficeret, & præter *Miſerere* nil reſtaret. *Mylſeburg* & *Haſelſtein* muniviſſe dicitur pro defenſione Eccleſiæ ſuæ. Tandem cùm omnia deſperata viderentur, & ſurſum deorſumque volverentur, abiit Wormaciam anno Prælaturæ VIII. Moritur ibi AD. MCXXII.

## XXIX. UTHALRICUS.

XXIX. *Vthalricus*.

Natione & Profeſſione Fuldenſis Romæ conſecratur à *Calixto* II. Bonus Pater, inſuper liberalis, modeſtus, juſtus & bonæ converſationis, qui Eccleſiæ utiliter præfuit, eamque valde inſtauravit. Sed deponitur anno Prælaturæ quinto, per Papæ *Honorii* Legatum, abſens tamen, cum magno ſuorum dolore, quia contra *Lotharium* Cæſarem II. cum *Conrado*, Duce Franconiæ, fecerat. Poſtea vixit in Würceburg, ubi etiam moritur AD. MCXXXIV.

## XXX. HENRICUS I.

XXX. *Henricus I.*

E' familia de *Kemnat*, Profeſſus & Decanus Fuldenſis, Præpoſitus nuper Collegii in *Bruſtloa*, in præſentia *Lotharii* Imperatoris electus. Propter inopiam, quam fecerant ſumtus varii, & ii ſœpe inutiles, & quia curiam Imperialem ſequi debebat, reſignat AD. MCXXXIII. in manus *Lotharii* Fuldam reverſi, & qui tunc in monte *S. Andreæ* erat, anno Prælaturæ VII., Vixit poſtea ùt privatus.

## XXXI. BERTHOLDUS I.

XXXI. *Bertholdus I.*

Ex familia de *Görze*, laudabilis Abbas. Ivit cum *Lothario* Rege Romam, ubi & ipſe cum *Innocentio* II. conſecratus eſt, reportans magna privilegia, poteſtatem ſc. geſtandi *mitram*, *annulum*, *baculum* &c. Et proclamatus eſt à Papa *Primâs* omnium Abbatum *per Germaniam & Galliam*. Imperator dedit Regalia. Moritur AD. MCXXXV. Prælaturæ II.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXXII. Conrad. I.

## XXXII. CONRADUS I.

Fuerat Eccleſiæ majoris Præpoſitus, ùt *Bertholdus*, Profeſſus Fuldenſis, devotus, ſincerus, caſtus & liberalis. Svasû S. *Bernarti* eligitur, perpetuus ſocius itinerum *Lotharii* Imperatoris per *Galliam*, *Italiam*, *Germaniam*, *Campaniam* & *Apuliam*. AD. MCXXXVIII. montem S. *Petri* novis beneficiis auxit, & in ejusdem montis monaſterio jacet mortuus AD. MCXL. Prælaturæ V.

XXXIII. Alholfus.

## XXXIII. ALHOLFUS.

Seductus à Fratribus ſuis Germanis, durè nimis & non diſcretè tractavit ſuos, ſed in ſui interitum. AD. MCXLV. *Fulda* denuò combuſta eſt, & fames ſecuta valida. AD. MCXLVIII. ex mandato Papæ *Eugenii*, Prælaturæ ſuæ VIII., depoſitus eſt.

XXXIV. Rutger. I.

## XXXIV. RUTGERUS I.

Conſiderans, quam grave & oneroſum officium Prælati cura eſſet, manibus pedibusque id averſatus eſt, coactus tamen à Cæſare ſic oportuit ſuſcipere. In concilio *Rhemenſi* à Papa *Eugenio* poſtea dimiſſionem Prælaturæ primô annô obtinuit, & in monte B. *Virginis* ùt privatus vixit, DEO & ſaluti ſuæ incumbens.

XXXV. Henricus II.

## XXXV. HENRICUS II.

Abbas *Heroſveltenſis*. Quia fractas ollas non poterat reparare, aut diſtracta, vendita, donata, & abalienata bona recuperare, & paupertatem Fratrum ex voto ſublevare, alius in ejus locum electus eſt ex Monachorum monte *Papenberg* AD. MCLX. Prælaturæ II.

XXXVI. Marcwartus I.

## XXXVI. MARCWARTUS I.

Erat Monachus S. *Michaëlis* in Papenberg; multa fecit ex uſu. (x) Capellam B. Virginis versùs orientem inſtauravit, columnas, quæ portant turrim chori in baſilica exſtruxit, & turres campanarum, caſtrum *Haſelſtein* cepit armatus, oppidum *Fulde* mœnibus cinxit, eique jura civitatis procuravit, fontem prope id fieri fecit, ciſternam in hortum Xenodochii magnam poſuit, & quæ ſunt alia. Vixit ferè per annum in curia *Friderici* Imperatoris, feſſus tandem & enervatus reſignat anno Prælaturæ XV. Reliquum tempus conſumſit in Præpoſitura *novi montis*, ubi moritur AD. MCLXIV. Jacet Fuldæ.

XXXVII. Hermannus I.

## XXXVII. HERMANNUS I.

Profeſſus *Heroſveltenſis*. In ſchiſmate *Friderico* Imperatori tenaciter adhæſit contra *Alexandrum* Papam, in curia in Würceburg AD. MCLXV. partes

(x) Vid. Fabric. l. c. p. 124.

partes Paſchalis arripuit, & per Italiam Imp. concomitatus eſt, plus illius, quàm ſuis rebus intentus. Pulſo *Alexandro* AD. MCLXVII. *Fridericus* occupat Romam. *Hermannus* verò noſter à *Paſchali* confirmatur cum magnis privilegiis, & facultate *Ordines minores* dandi. (y) Phtiſi conſumtus anno Domini MCLXVIII. Prælaturæ III. moritur.

## XXXVIII. BURCHARTUS.

XXXVIII. *Burchartus.*

Et hic Profeſſus erat *Heroſveltenſis*, durus Pater, & miſer, & valde infelix. Fratribus ſuis victum & amictum denegabat, *Hattenhuſen, Crutzberg*, & *Hildevvarteshuſen Ludovvico*, Landgravio Doringiæ, vendidit, & religionem peſſundedit. Schiſmaticus tandem doloroſo morbo cruciatus, eôdem annô Prælaturæ VIII. perit. Hoc tamen laudabile, quòd capellam S. *Stephani* conſtruxerit. Bonam famam nactus eſt, teſte epigraphe. Moritur in *Wedderau*, Prælaturæ ſuæ VIII. AD. MCLXXVI.

## XXXIX. RUTGERUS II.

XXXIX. *Rutger. II.*

Erat Diaconus *Fuldenſis*, modeſtæ vitæ & virtuoſæ pietatis Pater. Licèt enim vix unum ſederit annum, omnia tamen bene fecit, & ex uſu Eccleſiæ. Xenodochium Fuldæ conſtruxit, & liberaliter dotavit: imò adhuc unum condidit: campanas fieri fecit: anniverſaria ſacra multis cenſibus & decimis inſtituit: B. *Virginis* Monaſterium, quoad diſciplinam, reformavit, & quoad ruinoſa ædificia pulcrè inſtauravit: bibliothecam valde auxit, & omnibus bene fecit. Comparaverat B. *Rabanus* primò bibliothecam Monaſterii, & quidem tàm feliciter, ut numerus librorum vix potuerit numerari: maximus certè in Germania theſaurus. Scribi aut deſcribi juſſit hic varia volumina pro auctario bibliothecæ. Quod ſi omnes obſervâſſent Archimandritæ ante & poſt eum, vix in toto orbe quid præclarius viſum eſſet. Moritur aſthmate & tabe AD. MCLXXVI. in die S. *Bonifacii*, Prælaturæ I., licèt alii putent, eum reſignâſſe.

## XL. CONRADUS II.

XL. *Conrad. II.*

Diaconus & Præpoſitus in Monaſterio S. *Solæ*, ſeu *Solhoven*, è familia *Malkoſiana*, ſequente anno electus unanimiter. Ab *Alexandro* Papa ad Concilium *Lateranenſe* Romam vocatur AD. MCLXXIX. ubi Presbyter ab Epiſcopo *Oſtienſi*, & Abbas conſecratur ab ipſo Summo Pontifice Dominica Judica. In Italia etiam Regalia accepit ab Imperatore, cui magnam crucem de auro promiſerat, ſed, nolente Conventu, non

 potuit

(y) Fabricius l. c. p. 43. & p. 126. minores Epiſcopatus habet, citans Brovver. L. I. A. F. c. 15. ſed ille minora officia ſacra habet, non Epiſcopatus.

potuit præſtare. Magna diſcordia in Monaſterio, quod tamen *fidelis* & *ſpecialis* Eccleſiæ Romanæ *filia* ſemper vocabatur. Ideò etiam magnæ querelæ ad *Henricum* Regem. (z) Moritur AD. MCXCII. Prælaturæ XV.

*XLI. Henric. III.*

## XLI. HENRICUS III.

Dicunt, è familia de *Gronberg* fuiſſe, Præpoſitum antea in monte S. Johannis, & Profeſſum *Cambergenſis* Monaſterii in Francia noſtra, Aulicorum favore, invitis autē Fratribus, immiſſus eſt, volente ita *Henrico* Rege AD. Mcxcii. Nec bene, nec feliciter præfuit, Monachis & civibus inviſus & moleſtus: bona enim Eccleſiæ abalienavit, oppignoravit & vendidit, cùm bella gereret cum vicinis ſuis, *Hermanno* Landgravio, & *Godſrido* Comite de Zigenhayn. Et quantos ſumtus & debita fecit in itinere ſuo ſacro ad S. *Jacobum*. Interim ſuis neceſſaria decurtabat, ut cum penuria parceret, & corraderet, quod alibi prodigalitas conſumeret. Igitur Fratres malum Adminiſtratorem rerum ſuarum depoſuerūnt. Ille ultionis cupidus diem deſtinavit, quô crediderat, ſe magna patraturum contra ſuos. Sed illâ ipsâ die moritur AD. Mccxvi. Prælaturæ xxiv. AD. Mcxcix. *Philippus*, Dux Sueviæ, *Ottocarus*, Bojemiæ Rex, & *Hermannus*, Landgravius Doringiæ, interlocutionem habebant *Fuldæ* & conſultationes de impetrando Imperio adverſus *Ottonem* Saxonem. AD. Mcc. magnum incendium fuit in *Fulda*, quod maximam partem oppidi perdidit cum ſummo damno. Etenim XXII. homines à ſolo fumo ſuffocati ſunt. AD. Mccxv. denuò ignis totum ferè oppidum conſumſit.

*XLII. Hartmannus I.*

## XLII. HARTMANNUS I.

Profeſſus Fuldenſis & Præpoſitus *S. Petri* eodem anno, quo electus erat, moritur ante confirmationem, aliàs Fratres de eodem bonam ſpem conceperant. Sed ſpes & res quàm longè differunt.

*XLIII. Cuno.*

## XLIII. CUNO.

Speciali juſſu *Friderici* II. ex Monaſterio *Elevvacenſi* venit, Præpoſitus antea ibidem. Non ineptus erat, aut inſipiens, vel negligens, attamen Fratres non exiſtimabant eum, ſed omnem obedientiam detrectabant, quòd non accepiſſet confirmationem ſuam. Itaque cum Imperatore

(z) cetera pete ex Brovver. L. IV. p. 301. ſeq.

peratore abit in Apuliam, ſed in media via moritur AD. MCCXXI. Prælaturæ V.

## *XLIV.* CONRADUS III.

XLIV. Conradus III.

E familia, quâ *Conradus* II., bellum habuit cum Epiſcopo in *Würceburg* propter villas & prædia, ſeu *Tamersvelt*, ubi paſcua bona & magna ubertas erat. Ideò *Hamelburgum* foſſis & muris circumdedit. Quod cùm Würceburgenſis impedire conaretur, copiæ ejus cæſæ & pulſæ ſunt. Ipſam Epiſcopi Metropolin obſidere nitebatur *Conradus*. Sed *Henricus*, Comes de *Henneberg*, ſuavibus verbis & multis precibus eum à propoſito ſuo revocavit. (a) Anno ſequente denuò inſurgit Epiſcopus contra Archimandritam, ſed iterum pulſus & cæſus eſt. (b) Pace tandem factâ, & hoc Epiſcopo injunctum fuit, ut Abbati jus *Archi-Diaconatûs* Fuldenſis, & jus *Synodum* convocandi eſſet. Tandem ab *Innocentio* IV. Papa dimiſſionem petiit, & quoque impetravit AD. MCCXLVI. Prælaturæ XXV. hoc tamen cum onere, ut *Sigfridum* Maguntinum pro Succeſſore & Adminiſtratore aſſumerent Fratres ad dies vitæ *Conradi*. Quod nimis durum videbatur Fratribus. Papa autem ſacro fulmine affirmativam eorum expreſſit, magno cum Monaſterii damno. Ex templo crucem argenteam, (c) margaritis & gemmis ornatam, cujus valor ad centum octoginta marcarum auri erat, ſumſit, & nunquam reddidit. Poſt triennium hic turbator moritur. AD. MCCXXXVII. Judæi ex mola prope *Fuldam*, die Zygelmöllen vocata, aliquot pueros abstulêre & necavêre. Multi autem eorum ideò iterum cæſi ſunt. AD. MCCXXXVIII. *Franciſcani* primùm venerunt *Fuldam*, ſed in initio fortunæ & res eorum tenues erant. Creverunt autem poſtea, uti quercus ex virgula.

## *XLV.* HENRICUS IV.

XLV. Henric. IV.

E familia *Ertellenſi*, & ex *Buchonia*, Profeſſus Fuldenſis, antea Decanus. Prædones paſſim profligavit, & caſtra eorum deſtruxit, & *Hamelburgum* fortius fecit, uti *Brückenauiam*, *Fachiam*, *Neovillam*, *Stolzeberg* & *Machezellam*: quæ loca muris, foſſis & vallis circumdedit. AD. MCCLII. *Bartoldum*, Comitem de Zigenhayn, turbatorem, invaſorem, raptorem, & incendiarium villarum agrorumque ſuorum juſtâ pœnâ afflixit, & ipſum valde humiliavit. Poſtea etiam Miniſteriales ſuos vaſtatores & prædones validis armis aggreſſus, eos ad debita obſequia coëgit.



(a) chron. Henneb. Spangenb. L. II. c. 34. p. 124. (b) Brovver. L. IV. p. 305. (c) auream.

AD. MCCLIV. Rex *Wilhelmus* Fuldæ erat, ubi lites Monachorum *Herſveltenſium*, quas contra Prælatum ſuum habebant, audivit; at *Henrico* eandem Eccleſiam commiſit, mox tamen *Wernerus* receptus eſt à Monachis ſuis contra datam fidem. Fecêre tamen mox rurſus *Henricum* Tutorem ſuum. Moritur AD. MCCLXI. Prælaturæ XIII. arce & oppido *Herbrachtshuſio* nondum completo.

## XLVI. BERTHOLDUS II.

XLVI. *Berthold. II.*

E familia *Leupoldiana*, Præpoſitus S. *Petri*, Profeſſus Fuldenſis, optimus Pater. Erat enim prudens, juſtus, pius & pacificus. Caſtra prædonum cepit, & deſtruxit *Franckenſtein*, inferius *Schlytzium*, *Wartpurg* in Francia, *nigram petram*, *ferreum rivum*, *Bockenpurgum* & *Planckenvvald*, & ita bellum diutinum à Comite de *Zigenhayn* & *Rynec* ſuſcitatum feliciter extinxit, & Eccleſiæ ſuæ pacem reddidit. Arcem *Haſelſtein* cum adjacentibus pagis & caſtris acquiſivit: opidum *Geys* inſtauravit, *Lutterbach* & *Bydenbach* exſtruxit, aliaque loca cepit & munivit. Varias advocationes ſibi comparavit in *Ulſhuſen*, *Steinbach*, *Henoldes*, *Flinbach*, cum omnibus pertinentiis ſuis. *Margretam*, degeneris *Alberti* Landgravii conjugem devotam & caſtam, ſed, propter meretricium alienæ amorem, repudiatam & pulſam, *Friderici* II. Filiam, honorificè ſuſcepit, & pro ſtatu ſuæ dignitatis tractavit, & incolumem in *Franckenvort* deduxit. *Biſcopeshemium* cepit, & raptores inde longiùs profligavit. Tandem Venerabilis Pater, & omni recommendatione dignus, AD. MCCLXXI. XV. Kal. April. in capella *S. Jacobi* à Miniſterialibus ſuis de *Evversberg*, *Steinavv*, *Brandavv*, *Raſtorp*, *Luppeln*, *Bardoch*, de *Schenckenvvald*, truculenter inter ſacram Miſſam occiſus eſt, anno Prælaturæ X. omnes tamen occiſores malâ morte iterum perierunt.

## XLVII. BERTHOLDUS III.

XLVII. *Berthold. III.*

E familia *Mackenzell* in Buchonia, Profeſſus Fuldenſis, Præpoſitus *S. Andreæ*, pius & juſtus. Severè enim ultus eſt lamentabilem mortem Anteceſſoris ſui. Scelera ſceleribus cumulabant quotidie Prædones Miniſteriales. Cùm igitur ornamenta & theſaurum Eccleſiæ in *Haſelſtein* auferre vellent, ipſe verò *Bertholdus* citiùs reſciret, copias ſuas eduxit, Eccleſiam obſedit, & ipſo natali Dominico auctores hujus mali de *Evversberg* ſtatim cepit, quorum unus necatus, ceteri probè cuſtoditi, inſuper triginta flammâ vel enſe peribant in ipſo templo. Ita, ubi peccave-

caverant antea, ibi etiam cæſi ſunt juſto Dei judicio. Cùm verò ex ſimplicitate, & ob molem negotiorum curarumque, ultra annum in petitione confirmationis ſuæ negligens fuiſſet, poſtea à Papa accipere non potuit. Inviſus ideò Fratribus, libertatem ei dabant, aut reſignare, aut ipſis ex voto & uſu opitulari. At cùm neutrum poſſet, ſcribunt Romam. Sic ille cogebatur Tutorem ſuſcipere *Wernerum* Maguntinum AD. MCCLXXII. At quid inde? nulla ſalus. Et ipſe *Wernerus* per biennium tantùm præfuit.

## XLVIII. BERTHOLDUS IV.

*XLVIII. Berthold. IV.*

E familia de *Bymbach* in Buchonia, Decanus antea Eccleſiæ Fuldenſis & Præpoſitus *S. Petri*, confirmatur à *Gregorio* X. in Synodo *Lugdunenſi* AD. MCCLXXIV. Acerrimè perſecutus eſt latrones, eorumque ſpecus & receptacula disjecit, Hannam ſcilicet caſtrum, quod per aliquot dies obſedit, *Mackenzell*, *Altenburg*, *Mansbach*, inferius *Bymbach* &c. Pro exſtructione & innovatione baſilicæ multa acquiſivit, vicinis & exteris gratus, cunprimis *Bertholdo*, Würceburgenſi Epiſcopo. AD. MCCLXXXII. Prælaturæ VIII. Eccleſiam ſuam *Rudolpho* Regi tradidit, Præpoſituram S. *Petri* retinuit. Rex autem Eccleſiam Fuldenſem commiſit *Eberhardo*, Comiti de Catzenlbogen, qui ſubſtitutum ſibi fecit *Bertholdum* de *Lybspurg*. Inde autem ruina Monaſterii & cuncta mala.

## XLIX. MARCWARTUS II.

*XLIX. Marcvvartus II.*

Dominus erat de *Byckenbach*, Decanus & Profeſſus Fuldenſis, filii inſtar amatus & educatus à *Bertholdo*, ſuccedit AD. MCCLXXXVI. Sequente conſecratur à Papenbergenſi Epiſcopo. Eodem anno templum *S. Bonifacii* unà cum Monaſterio totum conflagravit cum maximo damno. *Marcvvartus* verò ſtrenuè reparavit utrumque magnis ſumtibus: acquirit ſibi opidum *Nithartshuſen* & caſtrum *Vyſchberg*. In medio boni regiminis curſu veneno perit. Diabolica vetula dedit ei novas chirothecas veneno illitas, quas cùm imprudenter indueret, moritur AD. MCCLXXXVIII. Prælaturæ III. quô antea propter habitum monachalem, quem non adeò coluit, turpiter in confuſionem datus eſt. (d)

## L. HENRICUS V.

*L. Henric. V.*

Comes de *Wilnavv* apud quatuor Imperatores in magna auctoritate, apud *Rodolphum*, *Adolphum*, *Albertum* & *Henricum* de *Lützelburg*, in quorum legationibus & curiis multùm fuit, etiam in bello *Rodolphi* Imperatoris, quod in Sequanos ſuſceperat, cum XL. equitibus præſtò erat per quatuor annos. Poſtea ſequitur *Adolphum* Imperatorem de *Naſſavv*, propinquum ſuum, de quo ſpem formaverat ſibi, hoc poſſe eſſe uſui Mona-

(d) Brovver. L. II. c. 16. p. 171.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Monaſterio. Imò huic Eccleſiam ſuam ad ſex annos tradidit. *Adolphus* contrà caſtrum *Franckenſtein* à ſe captum Monaſterio ſubdidit. Antea quidem *Bertholdus* II. id expugnaverat. (e) Acquirit etiam *Wyldeck* cum pertinentiis. *Salzingen*, *Gerſtingen*, *Waldenburg* & *Vürſtedeck*. Prædonum caſtra deſtruxit, eosque diſſipavit. AD. MCCCVI. *Hermanno*, Landgravio Haſſiæ, conditionaliter vendidit opidum *Fach* pro MCC aureis, ſic tamen, ut poſt ſex annos rurſus emere velit & poſſit. Sed in hunc usque diem non factum eſt. Alvi fluxu moritur *Hamelburgi* AD. MCCCXIII. XII. Kal. Mart. Prælaturæ XXV.

LI. *Eberhartus.*

## LI. EBERHARTUS.

E' familia *Rodenſtein*, Profeſſus Fuldenſis, Abbas optabilis, qui Eccleſiam multis debitis gravatam liberavit. Moritur AD. MCCCXIV. Prælaturæ I.

LII. *Henric. VI.*

## LII. HENRICUS VI.

E' familia de *alto monte*, Profeſſus Fuldenſis, poſtea Præpoſitus Monaſterii *Holtzkirchen*, (quod vel S. *Bonifacius*, ſeu diſcipulus ejus B. *Sturmio* condidit, non procul opido *Wertheim*,) deinde Decanus Fuldenſis, electus AD. MCCCXIV. Inſulam accepit à *Johanne* XXI. AD. MCCCXVI. Bellum ei cum Epiſcopo in Würceburg ob caſtrum *Wyldeck*, & AD. MCCCXIV. cum *Henrico*, Landgravio Haſſiæ, ob *Alsvelt*, quod opidum Abbas obſidebat, *Henricus* verò, Comes de Henneberg, *Hermanni* III. Filius, retrahere eum volebat, ſed captus ab illo. Pax verò facta per *Matthiam* Maguntinum. AD. MCCCXXX. magna civium Fuldenſium ſeditio, quem ignem ſemper inſufflavit *Johannes* de Zigenhayn, Advocatus Eccleſiæ; Abbas tamen victor manſit. (f) Eôdem annô cum Comite dicto de *Henneberg* tranſegit propter bonum caſtrenſe in *Saleck*. (g) Etiam cum *Henrico* Landgravio contra Comites de *Zigenhayn* & *Yſenburg* aliquid tentavit; (h) arcem novam conſtruxit in *Fulde* & *Geys*., fodi juſſit fontem in monte B. V., multa altaria & capellas fundavit. *Salmônſter* jus civitatis acquiſivit, idque muris & portis munivit. Varia & pretioſa ornamenta de auro & argento dedit: *Corporis Chriſti feſtum* introduxit, *Brackenau*, *Stoltzberg*, *Soden*, & alia loca Eccleſiæ incorporavit. Monaſterium B. V. mirificè auxit & ornavit ædificiis, decimis & aliis rebus, & multa alia præclara fecit. AD. MCCCXLIX. Judæi in malitia ſua unanimes clanculùm volebant omnes ſimul cives in *Fulde* occidere. Sed ſcelus hoc proditum eſt, & faba in Apellas cuſa, ut eorum ſexcenti miſerè necati

cum

(e) Chron. Henneberg. L. II. c. 29. p. 114. (f) Vid. Brovver. L. IV. p. 321. ſeq. Fabric. l. c. p. 153. (g) Vid. chron. Henneberg. L. IV. c. 3. p. 143. (h) Fabric. l. c.

cum familiis ſuis. Moritur AD. MCCCLIII. VII. Id. Septembr. Prælaturæ XL. Jacet in oratorio, quod exſtruxerat.

## LIII. HENRICUS VII.

LIII. *Henric. VII.*

E' familia *Craluk*, electus AD. MCCCLIII. in diſcordia concorditer. Anno ſequente bellum habuit cum *Henrico* de *Henneberg*, propter caſtrum *Werberg*. Vicit tamen & devicit Comitem caſtrumque. AD. MCCCLIX. *Otto*, Landgravius de Haſſia, *Hünevelt* clam ceperat, Abbas verò cum adjutoribus ſuis mox recuperavit. (i) Poſt triennium pax facta. Sic *Roſtorf* Eccleſiæ Fuldenſi redditur. Occupavit etiam *Borck* in Haſſia. Anno præcedente *Carolus* IV. Imp. confirmabat ei jus & titulum *Archi-Cancellarii* Imperatricis. Non dedit *Carolus*, ſed confirmavit. Diu enim ante Eum habuerant. Dedit Eccleſiæ ſuæ mitram perlis & gemmis præfulgentem, & baculum purè argenteum multi valoris AD. MCCCLXIV. peſtilentia occidit multos etiam in Fulde. Moritur AD. MCCCLXXII. XV. Kal. Jun. Prælaturæ XIX. Jacet in monte B. Virginis.

## LIV. CONRADUS IV.

LIV. *Conrad. IV.*

E' familia Comitum de *Hanóa*, Profeſſus Fuldenſis, bellum magis, quàm pacem, amabat, avarus & rixoſus homo. Cùm *Stelligerorum* Societas, (k) ſub *Ottone* de Brunswigk cœpta, in Buchonia multùm graſſaretur, & cives & ruſtici ſe aſſociarent, multa paſſus eſt *Conradus*, qui verò ſecuritatis ergò ſe contulit in *Spangenberg*. Sed malitioſi *Stelligeri* eum inſequebantur, & in janua cameræ ſuæ ſtantem violenter necârunt AD. MCCCLXXXII. Prælaturæ X.

## LV. FRIDRICUS.

LV. *Fridericus.*

E' familia *Romrod*, natione *Buchonius*, Profeſſus Fuldenſis: Miniſteriales de *Buchenau* cum adjutorio Landgravii de Haſſia *Fuldam* mirè affligunt & vexant usque ad interitum. Debita Eccleſiæ debitis aliis cumulavit. *Hamelburgum* ab Epiſcopo in *Würceburg* obſeſſum, & *Popenhuſen* victum eſt. Moritur AD. MCCCXCV. Prælaturæ XII.

## LVI. JOHANNES I.

LVI. *Johannes I.*

E' familia de *Merlaue*, natione *Buchonius*. Multa debita à multis temporibus coacervaverat Eccleſia, & inſuper ab omni latere vexabatur &



(i) Dicet tibi eos Browv. L. IV. p. 323. quos tamen Fabric. l. c. p. 155. ſocios Landgravii facit. (k) Vid. hiſt. de Landgrav. Thuring. c. 119.

& diripiebatur, ut planè neſciret *Johannes*, quò ſe verteret. Is tamen ponens in DEI auxilio ſpem & fortitudinem ſuam, ſuos fortiter defendit. AD. MCCCCIII. *Balthaſar*, Landgravius Doringiæ, acquirit ſibi caſtrum *Gerſtingen*. AD. MCCCCXIV. erat in Concilio *Conſtantienſi* magna cum auctoritate & uſu. Patres congregati audientes de inſigni bibliotheca Fuldenſi, rara aliquot volumina MSta acceperunt ex ea, ſecumque aſportârunt cum detrimento Monaſterii. AD. MCCCXCVIII. *Bonifacius* Papa IX. licentiam dederat feminis in templum Fuldenſe majus ingredi, quod ante hoc tempus inauditum erat. Sed mox exuſtum eſt templum à fulmine. Nemo tamen hanc temeritatem Papæ corrigere voluit. Fieri etiam fecit *Johannes* campanam majorem, *Oſanna* dictam. AD. MCCCC. *Brückenau* ex præſentiſſimo hoſtium periculo mirabiliter liberatur. AD. MCCCCXX. Capitulum fuit *Fuldæ*, à Sacro Ordine noſtro indictum. Reformavit utiliter, multa paravit ornamenta & vaſa eccleſiaſtica, reparavit ædificia ruinoſa, & in cunctis bene proſpexit Eccleſiæ ſuæ. Senex nunc & debilis cum conſenſu Fratrum Coadjutorem ſumſit *Hermannum* de *Buchenavia*. At pediculos poſuit in togam ſuam. Mox enim optimum Senem ex nova arce Sede pellebat ſua in villam *Ottershuſen*, ipſe interim in omnibus dominatus eſt ſecurè & ſuperbè. Ad partes ſuas traxerat *Hermannus* Maguntinum *Conradum*, & propinquos ſuos, aliosque, *Johannes* verò Landgravium Doringiæ, & fortuna mutavit vela ſua. Pax tandem facta per Legatum Apoſtolicum. Solus ergò *Johannes* operâ *Ludowici*, Landgravii Doringiæ, reſtitutus, præfuit poſtea annos aliquot inter utramque fortunam laudabilis Pater. Moritur AD. MCCCCXL. Prælaturæ XLV.

LVII. *Hermann. II.*

## LVII. HERMANNUS II.

E familia de *Buchenovia*, Præpoſitus S. *Johannis*, & olim Coadjutor electus, primo ſtatim Prælaturæ anno Marcham *Wedderaviam* Comitibus de *Naſſavv* primò oppignoravit, deinde ſummo cum Eccleſiæ damno vendidit. Voluit id quidem poſtea aliqualiter reſtituere, & fratribus è memoria evellere, dum diſciplinam monaſticam apud S. *Johannem* introduceret, iſtudque monaſterium ædificiis, poſſeſſionibus aliquot & piſcinis ornaret & dotaret. Sed non erat æquivalentia. Moritur AD. MCCCCXLIX. Prælaturæ ſuæ infelicis IX. Jacet in eodem Monaſterio S. *Johannis*.

LVIII. *Reinhart.*

## LVIII. REINHARTUS.

E familia Comitum de *Wilnavv*, omnium votis eligitur AD.

Mccccxlix.

MCCCCXLIX. Profeſſus Fuldenſis. Primo electionis annô *Ervertsbergam* occupavit. Sequente anno caſtrum *Urtzel*. Multas inſidias, pericula & moleſtias fecerant ei adverſarii, conſilio tamen & auxilio divino omnia effugit, vicit & ſuperavit. AD. MCCCCLIII. hoſpitale ad *S. Leonard.* cœptum eſt. Ultimus Comes de *Zigenhayn* & *Nidda* moritur. Jacet *Hayna* in monaſterio Ordinis Ciſtercienſis. Sic uterque Comitatus ad Landgravium de Haſſia venit. AD. MCCCCLXVI. templum parochiale in *Fulde* cœptum eſt. Monaſterium *S. Petri* in monte ad regulam S. P. N. B. reformatur. Sequente anno opidum *Geys* occupat Landgravius de Haſſia, ſed cives nolebant fidelitatem juramento promittere. In ſenio ſuo AD. MCCCCLXXII. Prælaturæ XXIII., cum conſenſu Capituli, Coadjutorem ſibi fecit *Johannem*, Principem de *Henneberg*, quem diu tentaverat & probaverat in ſecunda & adverſa fortuna. Supervixit adhuc quatuor annos. Moritur cum gloria AD. MCCCCLXXVI. Prælaturæ XXVII.

## LIX. JOHANNES II.

LIX. *Johann. II.*

Ex antiqua familia Comitum de *Henneberg*, quos poſteà *Henricus* Imperator AD. MCCCX. die S. Jacobi Apoſtoli *Principes* fecit. Erat *Wilhelmi* hujus nominis IV. filius ſecundo genitus, AD. MCCCCXXXIX. in feſto Viſitationis B. Mariæ. In pietate, ſtudiis & ludis equeſtribus bene educatus & exercitatus, maturiori ætate varias inviſit regiones. Factus poſtea variarum Eccleſiarum Canonicus, *Maguntinæ, Colonienſis, Trevirenſis, Argentinenſis, Papenbergenſis*, in auctoritate magna ubique. Cùm ei vita monaſtica, ſpecialiter Ord. S. P. N. B., placeret, magnam habuit amicitiam ubique cum Prælatis, in ſpecie *Reinharto* Fuldenſi. Hic AD. MCCCCLXVII. à Miniſterialibus ſuis, & poſtea à Landgravio de Haſſia bello laceſſitus, *Johannem* de *Henneberg*, animoſum Juvenem, copiis ſuis præfecit, qui etiam Eccleſiæ Fuldenſi opidum *Geyſ.* reddidit, hoſteſque validè cepit & profligavit. Sic familiariùs cum *Reinharto* converſabatur, qui medullitus eum amabat. Factus nunc *Reinhartus* præ ſenectute debilis & torpidus, cum conſenſu omnium *Johannem*, Capitaneum antea ſuum, nunc Coadjutorem ſuum denominavit AD. MCCCCLXXII. *Johannes* poſtea habitum ſumſit monaſticum, vitamque militarem planè immutavit honeſtioribus moribus & magno pietatis zelo. Multi abuſus infecerant Clericos: ille igitur totam Diœceſin reformare volebat, ſed crabrones irrita-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vit. (l) Si quis unquam ex Archimandritis pius, zeloſus, caſtus, liberalis, pudicus & diligens fuit, *Johannes* certè fuit, in omni virtutum genere ſplendens. Eccleſiæ ſuæ fideliter præeſt, ſubditos paternè amat, & prudenter ſingula facit. Omnia oppignorata & abalienata, quantum in illo eſt, Eccleſiæ recuperat, cumprimis *Hamelburg* cum decima vini ibidem. Summa: Abbas & Princeps eſt, Pater & Dominus, quem ego nunquam condignè laudabo.

(l) vid. Spangenberg. chron. Henneb. L.V.c.32. p.224.

---

# *TABULA*

## ABBATUM, INDICANS NOMINA, ANNOS ELECTIONIS, OBITUS VEL ABITUS, ET SESSIONIS CUJUSCUNQUE.

| *NOMINA* | *ANN. ELECT.* | *ABITUS VEL OBITUS* | *SESSIONIS.* |
|---|---|---|---|
| I. B. Sturmio | 744 | 779 | 35. |
| II. Baugolphus | 779 | 802 reſignat | 22. |
| III. Radgarius | 802 | 817 depoſitus | 15. |
| IV. Ægil. | 818 | 822 | 5. |
| V. Rabanus | 822 | 842 reſign. | 20. |
| VI. Hatto I. | 850 | 856 | 6. |
| VII. Thiodo | 856 | 869 depoſ. | 13. |
| VIII. Sighartus | 869 | 874 reſign. | 5. |
| IX. Hugo | 874 | 913 | 39. |
| X. Helmefridus | 913 | 916 | 3. |
| XI. Haicho | 916 | 923 | 7. |
| XII. Hilpertus | 924 | 927 reſign. | 3. |
| *XIII.* Hademarus | 927 | 956 | 29. |
| *XIV.* Hatto II. | 956 | 968 reſign. | 12. |
| *XV.* Wernerus | 969 | 983 | 14. |
| *XVI.* Erckenbaldus | 983 | 1011 reſign. | 28. |
| *XVII.* Brantho | 1011 | 1018 depoſ. | 7. |
| *XVIII.* Popo | 1019 | - - - | - - |

XIX. Ri-

| *NOMINA* | *ANN. ELECT.* | *ABITVS VEL OBITVS.* | *SESSIONIS.* |
|---|---|---|---|
| *XIX.* Richartus | - - - | 1039 | - - |
| *XX.* Sigvvartus | 1039 | 1043 | 4. |
| *XXI.* Rohingus | 1043 | 1047 | 4. |
| *XXII.* Ecbertus | 1048 | 1058 | 10. |
| *XXIII.* Sigfridus | 1058 | 1059 reſign. | 1. |
| *XXIV.* Wideradus | 1060 | 1075 | 15. |
| *XXV.* Ruthartus | 1075 | 1096 | 21. |
| *XXVI.* Godfridus | 1096 | 1109 depoſitꝰ | 13. |
| *XXVII.* Wolfhelmus | 1109 | 1114 depoſ. | 5. |
| *XXVIII.* Erlolfus | 1114 | 1122 reſign. | 8. |
| *XXIX.* Udalricus | 1122 | 1127 depoſ. | 5. |
| *XXX.* Henricus I. | 1127 | 1133 reſign. | 7. |
| *XXXI.* Bertoldus I. | 1133 | 1135 | 2. |
| *XXXII.* Conrad. I. | 1135 | 1140 | 5. |
| *XXXIII.* Alholfus | 1140 | 1148 depoſ. | 8. |
| *XXXIV.* Rutgerus I. | 1148 | 1148 reſign. | 1. |
| *XXXV.* Henricus II. | 1149 | 1150 reſign. | 1. |
| *XXXVI.* Marchvvartus I. | 1150 | 1165 reſign. | 15. |
| *XXXVII.* Hermannus I. | 1165 | 1168 | 3. |
| *XXXVIII.* Burchartus | 1168 | 1176 | 8. |
| *XXXIX.* Rutgerus II. | 1176 | 1176 | 1. |
| *XL.* Conradꝰ II. | 1177 | 1192 | 15. |
| *XLI.* Henricus III. | 1192 | 1216 depoſ. | 24. |
| *XLII.* Hartmannus I. | 1216 | 1216 | 1. |
| *XLIII.* Cuno | 1217 | 1221 | 5. |

 *XLIV.* Con-

| NOMINA | ANN. ELECT. | ABITVS VEL OBITVS, | SESSIONIS. |
|---|---|---|---|
| *XLIV.* Conradus III. | 1221 | 1246 reſign. | 25. |
| *XLV.* Henricus IV. | 1249 | 1261 | 12. |
| *XLVI.* Bertoldus II. | 1261 | 1271 occiſus | 10. |
| *XLVII.* Bertoldus III. | 1271 | 1272 reſign. | 1. |
| XLVIII. Bertold. IV. | 1274 | 1282 reſign. | 8. |
| XLIX. Marchvvartus II. | 1286 | 1288 | 2. |
| L. Henricus V. | 1288 | 1313 reſign. | 25. |
| LI. Eberhartus | 1314 | 1314 | 1. |
| LII. Henricus VI. | 1314 | 1353 | 40. |
| LIII. Henricus VII. | 1353 | 1372 | 19. |
| LIV. Conradus IV. | 1372 | 1382 | 10. |
| LV. Fridericus | 1383 | 1395 | 12. |
| LVI. Johannes I. | 1395 | 1440 | 45. |
| LVII. Hermannus II. | 1440 | 1449 | 9. |
| LVIII. Reinhartus | 1449 | 1476 | 27. |
| LIX. Johannes II. | 1477 | - - - | - - |

CHRI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI

*De*

# ADVOCATIS MONASTICIS

*Exercitatio*

Repexa, aucta, emendata, variiſq; literis illuſtrata.

# *B. C. D.*

## §. I.

Monachus quis? CUm Monachi extra *mundanarum rerum curam ad ſolam laudem DEI bonorumq́, operum actionem* conſtituti ſint, (a) ideoque *puram & humanis cogitationibus celſiorem vitam agere debeant, non vagari per populos, ſed eloquia divina addiſcere, eademq́, meditari & docere,* (b) & tamen ex liberalitate Principum, aliorumque fidelium villas, civitates, imò ampla territoria, cum omnibus juribus & privilegiis, obtinuerint, nefas utique & religio erat, ἑνὸς δὲ ἐϛι χρεῖα, (c) immemores hujusmodi ſecularibus turbis, rixis, rebusque œconomicis ſeſe implicare. Oportet enim Epiſcopos *curis ſecularibus expeditos* curam ſuorum agere populorum, nec eccleſiis ſuis obeſſe diutiùs. Ipſi enim, juxta Paulum Apoſtolum, pervigilant, tanquam rationem pro animabus eorum reddituri. (d) Advocati Eccleſ. Hinc Imperatores Regesque Romani, ab ævo Carolino usque ad Ottonis IV. tempora, ceu *Supremi Advocati & Patroni Eccleſiarum*, als Ober-Voigte und Schirm-Herrn der Chriſtlichen Kirchen/ (e) (qui etiam Advocatias monaſticas inter *regalia & reſervata* ſua olim retulerunt, ùt ex *Dodechino*, (f) *Urspergenſi*, (g) *Kranzio*, (h) aliisque ſatis liquet,) piâ intentione iis dederunt *Advocatos*, ſeu Vice-Dominos, *Innocentii* IV. verbo, defenſores, edle Voigte und Schirm-Herrn/ non *prædatores*, (i) laicos tamen & potentes Viros, Principes, Comites, aut Milites, aliquando Vaſallos monaſteriorum, (k) qui non *pro terreno commodo, ſed pro DEI amore, ac peccatorum venia, nec non æternæ beatitudinis mercede advocatiam ipſam bene habere cupiant & tractare*, dicente *Honorio* II., (l) ut quod non prævaleret ſacerdos efficere *per doctrinæ ſermonem*, poteſtas hoc impleret per *diſciplinæ terrorem*. (m) *Volumus*, ait Carolus M., (n) *pro eccleſiaſtico honore & illorum reverentia Advocatos habere.* Næ ex canone XCIX. Affricanæ Synodi, poſt Conſulatum *Stiliconis*, inducta eſt *Advocatorum* defenſio pro cauſis Eccleſiæ, (o) ſi Autoribus credas.

§. II. Sic

(a) Tot. tit. X. ne Clerici vel monach. ſec. negot. ſe immiſc. (b) Hent. Petræus lib. de Monaſt. p. 53. (c) Luc. X. 42. (d) Dodech. append. ad Mar. Scot. ad ann. 1110. (e) R. I. Colon. anno 1512. & R. I. Ratisbon. anno 1541. (f) ad ann. 1110. (g) ad ann. 1111. (h) L. V. Saxon. c. 32. (i) Otto I. in dipl. anno 948. Abbatiæ Gemblacenſi dat. (k) Lehman. chron. Spirenſ. L. II. c. 36. (l) in confirmatione fundationis Monaſt. Denkhendorfenſis dat. anno 1124. (m) Iſid. de Prælat. p. 14. edit. Genev. 1601. (n) Conſtit. c. 3. (o) Renat. Choppin, de Sacra Politia L. I. tit. 7. num. 18. f. 144. Lindenbrog. verb. Advocatus.

§. II. Sic Otto I. Imp. AC. DCCCCXLVIII. *Lambertum*, Comitem
Lovanienſem, Abbatiæ *Gemblacenſis* in Brabantia conſtituit *Advocatum*. (p) *Gemblacenſ.*
Scilicet Otto locum illum, cum omnibus ad ipſum pertinentibus, ab omni
ſecularium, tàm majorum quàm minorum, dominio perpetuò immunem fe-
cit, ſolique Regiæ defenſioni ſubjectum. Verùm (ſubdit) quia Fratribus
ejusdem loci (ſi quando incumberet aliqua neceſſitas) grave nimis eſſet,
propter longinquitatem terrarum, præſentiam Regis ſemper adire; cum
electione ipſius Domini *Wiberti*, & Abbatis, & Fratrum, dedimus *Advocatiam*
ipſius Abbatiæ de *Gemblones Lamberto*, Comiti Lovanienſi, Viro forti & belli-
coſo, qui, *vice noſtrâ*, contra omnium inquietationem *adjutor* ſit ac *defenſor*.
Et *Fridericus* III. Imp. Epiſcopo Herbipolenſi *advocatiam* cœnobii Benedictini
*Comburgenſis*, ſeu *Camburgenſis*, in hujus Diœceſi ſiti: *Carolus* V. protectionem *Comburg.*
monaſteriorum Comitatûs *Wertheimenſis* Comitibus ejusdem in feudum
commiſit: (q) *Ludovicus Pius* in ipſa fundatione *novæ Corbeiæ* anno *& Corbeienſ.*
DCCCXXII. potentes Rugravios *Daſſelenſes*, Illuſtris Monaſterii Vaſallos,
jure hæreditario conſtituit fecitque *Nobiles Advocatos*. Manſit etiam ſplen-
didum hoc officium (edle Voigt-Amt) penes Comites *Daſſelenſes*, ab AC.
DCCCXXII. usque ad MCCCXXIX. i.e. integris annis DVII. Queîs
demum extinctis, præter ſolum, uti crediderant, *Bernhardum* III., *Henricus* II.
Comes *Woldenbergenſis*, Antiſtes Hildeſienſis XXXIV., conſentiente *Bern-
hardo* Daſſelenſi, ex inſtinctu conjugis ſuæ, præfati Epiſcopi ſororis, quæ cum
marito in ſterili connubio vixerat, ad ſe pertraxit oppidum *Daſſel*, caſtrumq;
Hunnerück / cum omnibus pertinentiis, ab *Henrico Lützelburgico* Imp.,
non abs Abbate Corbeienſi, in feudum ſibi data. Quod cùm in præjudi-
cium Corbeiæ damnumque peregrinantis *Simonis*, *Bernhardi* fratris, (quem
mendax rumor defunctum tulerat,) vergeret, utique *Simon*, ad ſuos tandem
reverſus, unà cum Cœnobiarcha Corbeienſi *Diterico* I., ex gente *Dallvvi-
chia* ſato, fortiter reſtitit, Præſulemque *Henricum* à quieta poſſeſſione de-
pulit. Hinc fœdæ ſimultates litesque Corbeiam inter ac Hildeſiam ob *inde lites,*
hoc feudum. *Chron. Hildeſienſe MS.* ait: Anteceſſorem *Henrici Sigfriedum* II.,
Dynaſtam Qverfurtenſem, bona hæc Daſſelenſia emiſſe, ipſumque *Henricum*
tantùm confirmationem emtionis à *Lützelburgico* petiiſſe & obtinuiſſe.
Idem chronicon aſſerit: *Adalogum*, Epiſcopum Hildeſienſem XXV., Co-
mitatum Daſſelenſem à *Salome*, Ottonis Vidua, cum conſenſu *Friderici* I. Imp.
emiſſe, eodemque jure Comitatum *Homburgicum* acquiſiviſſe. (r) Sed vide
ſîs *Joannem Letznerum* (ſ) rem aliter narrantem.

§. III. *Simone* tandem *Daſſelenſi*, ultimo Gentis ſuæ, rebus caducis
exemto,

(p) Vid. dipl. in Cod. donationum piarum Auberti Miræi c. 23. (q) Mager. de Advo-
cat. armat. c. 9. num. 775. ſeq. Eraſm. Chokier de Advocat. feudal. (r) vid. etiam
Bucelin. Germ. ſacr. P. I. pag. 18. B. Chron. Hildeſ. Reutel. in hiſt. Adalog. & Henr. II.
(ſ) L. I. chron. Daſſel. c. 7. p. 7. B. & L. II. c. 2. p. 19. A.

exemto, ſucceſſor & cognatus *Henrici Otto* II., etiam Comes *Woldenbergenſis*, prænominatum oppidum *Daſſel* cum Præfectura Hunsrück & ſilva *Sollingenſi*, aliisque pertinentiis, in poſſeſſionem quidem recepit; at *Henricus* IV. *Spigelius*, Abbas XXXVIII. eò rem perduxit, ut Hildeſienſes Epiſcopi Abbatem Corbeienſem, intuitu hujus Comitatûs *Daſſelenſis*, pro legitimo feudi Domino habere & reputare tenerentur, inque memoriam & recognitionem hujus rei, officium *Nobilium Advocatorum* iis commiſſum, vi cujus per Subdelegatos ſingulis annis in feſto *S. Viti* Abbati Corbeienſi miniſtrârunt, præferentes eidem *argenteum* pedum, danteſq; Monaſterio *duos cervos*, in pignus feudi Sollingenſis, circa eandem ſolennitatem. (t) Manſit etiam hæc dignitas penes Hildeſienſes CXCII. annis. Sed anno MDXXI. unà cum oppido *Daſſel* & caſtro Hunsrück ad Sereniſſimos Duces Brunſvicenſes lineæ Wolfenbyttelenſis devoluta eſt.

*compoſita,*

Schalckesberg/

§. IV. Eccleſiæ *Mindenſis* Advocati olim erant *Nobiles de monte*, vom Berge/ etiam Schalckesberg dicto, quæ arx in Orientali Viſurgis ripa fuit haud procul ab urbe Minda. (u) *Schalck* idem erat ac *ſervus*. Inde *Mariſcalcus*, ſeu *Mareſchalcus* & *Seneſchalcus*. *Mare* eſt equus eine Mähre/ *ſchalck* ſervus, & ita *Mareſchalcus* ἱπποδοῦλος, equorum adminiſter, qui equorum curam gerit. (w) *Seneſchalcus* armenti cuſtos eſt. Honeſtiorem poſtea ſignificationem nacta hæc dictio. Denotat enim regiæ menſæ, ſeu familiæ Præpoſitum *Seneſchalck*, ſeu *Sineſchalck*, & compoſita eſt ex *Sin*, ſeu Geſin/ aut Sind/ vel Geſind/ i. e. familia, & *Schalck*, ſervus, miniſter, ut ſit *Magiſter domûs*, *Adminiſtrator rerum familiæ neceſſariarum*. (x) *Claudius Lamoraldus Alfonſus de Ligne*, Seneſcallus Hannoniæ vulgò vocatur, & haud ita pridem altercatione, quæ inter eum & *Heinricum Hovvardum*, Ducem *Norfolciæ*, genere Anglum, Bruxellis exarſit, quamque more ſeculi armis expedire geſtiebat, materiam ſcribendi Novellarum compilatoribus præbuit. (y)

*Seneſcallus,*

*Eberwin. C. Bentheim. & Steinfurt.*

§. V. *Ebervvinus*, Comes Bentheimii & Steinfurti, duxerat *Annam*, infauſti *Conradi*, ultimi Comitis Tecklenburgici, & Dynaſtæ Rhedenſis, filiam, ex qua ſuſcepit *Arnoldum*, qui tres Comitatus *Bentheimenſem*, *Steinfurtenſem* & *Tecklenburgenſem* ſimul complexus, matrimonio ſibi junxit *Magdalenam*, *Humberti*, Comitis Nuengarii & Limburgi filiam, à qua novis ditionibus auctus eſt: neque enim ſolùm dotis loco tres cum ea dynaſtias, *Bedburn*, (Bethbar) *Alpen & Helfenſtein* accepit, ſed etiam, mortuo anno MDLXXXIX. ſine liberis affine *Adolfo*, *Lenepium* Baronatum, & Comitatum *Limburgicum*, ad Laynam in Weſtfalia ſitum, aſſentiente Domino directo, ſibi aſſeruit;

Præterea

(t) Idem L. I, c. 3. & 15. & L. II. c. 2. nec non in hiſt. Ludov. Pii edit. ſec. c. 14. & 21. (u) vid. not. m. ad chron. Hildeſ. Reutel. ſub Gerhard. Epiſc. XXXIX. & chr. Mind. Watenſted. ſub Witték. II. & Otton. III. Conf. Meibom. not. ad chron. Schaumburg. T. I. rer. German. p. 585. & T. II. p. 227. (vv) vid. lexic. Martin. (x) Id. l. c. (y) vid. Aut. Notit. Procer. S. R. I. L. V. c. 1. §. 6. p. 744. edit. Tubing. 1684.

Præterea *advocatiam* hereditariam Colonienſis Diœceſ., quæ penes *Nuenarios* fuit, obtinuit. Atque ratione hujus *advocatiæ* nullam Coloniæ executionem criminalem fieri poſſe, niſi prius malefici per noctis unius ſpatium in poteſtate Comitis *Bentheimenſis* fuerint, qui etiam eapropter Vicarium Coloniæ juri ſuo tuendo habeat, *Sprengerus* refert. (z)

§. VI. Imperatorum verò Germanorum temporibus mos invaluit, ut Epiſcopi, Principes, Comitesque, cùm in terris ſibi ſubjectis Eccleſias & Monaſteria conderent, jus *Advocatiæ* ſibi heredibusque ſuis in iisdem reſervarent. (a) Certè *Adelbertus*, S. Bremenſis Eccleſiæ Metropolitanæ Archi-Epiſcopus, Fratresque ejus *Dedo* & *Fridericus*, Palatini Præſides, in conſtructione cœnobii *Gozekenſis* Ord. Benedict., Monachis quidem liberam electionem Abbatis, ſecundùm timorem Dei & regulam B. Benedicti, permittebant, ſic tamen, ut electus Archi-Epiſcopo Bremenſi præſentaretur, & per Eum loco huic præponeretur. Quisquis etiam in eorum ſtirpe laicus ceteris ætate provectior fuerit, huic loco *Advocatus* conſtituatur. Deficiente verò tali in familia laudata, quemcunque Abbas cum conſilio Fratrum ad defenſionem & utilitatem loci expetierit, hunc Antiſtes Bremenſis *Advocatum* conſtituat. *Qui* Advocatus *non, quæ ſua ſunt, quærat, nec populum ſuæ tuitioni commiſſum violentiis aut injuſtè opprimat, ſed omnia cum conſilio Abbatis agat, atque diſponat, nec extra ejus voluntatem aliquid in populo præſumat.* Datæ ſunt fundationis tabulæ III. Kal. Octobr. anno MLIII. Ind. III. Epiſcopatûs Domini Adelberti anno VIII. Act. Gozeka in Chriſti nomine Amen. (b) *Wicpertus*, Marchio Groizenſis, licèt inſigne cœnobium *Pegavienſe*, ejusdem congregationis Benedictinæ, à ſe conditum Apoſtolicæ Sedis juri in perpetuum mancipârit, *advocatiam* tamen ejus ipſe habiturus excepit. (c) Fundatores Monaſterii *Lauterbergenſis*, regulæ Auguſtinianæ, (non Benedict. ùt Bucelin. vult, (d) ) hoc etiam ſpecialiter ſibi reſervârant, ut ſemper filiorũ heredúmque natu major *Advocatus* ejusdem ordinarius foret, nec *advocatia* ulli unquam jure feudi concederetur, nec *advocatus* aliquid ſervitii ſecularis, extra placitum Fratrum, in rebus Eccleſiæ quaſi ex jure ſibi uſurpare auderet, confirmante hoc *Honorio* Papa II. (e) Cùm *Bertoldus* II. Comes Hennebergicus, cum conſenſu uxoris, filii, filiarumque ſuarum, circa AC. MX. illuſtre Monaſterium *Gottesau*, ſitum in Francia, in pago, qui dicitur *Albogaue*, juxta fluvium *Albam*, in Comitatu *Vorcheimenſi*, Diœceſ. Spirenſ. conderet, ſeriò voluit, ut *Advocatus* tantùm è ſua familia eligeretur, quamdiu dignus & aptus quis ad hoc munus in ea reperiatur, à Cæſare poſtea confirmandus. (f) *Godebaldus*, etiam Comes Hennebergicus, hujus nominis III., cum uxore *Luckharde*, &

*reſervatio Advocatiæ.*

*Gozekenſ.*

*Pegav.*

*Lauterberg.*

*Gottesau.*



(z) L. III. Jurispr. publ. c. 31. §. 5. (a) Lehman. chron. cit. L. IV. c. 1. (b) vid. libell. de fundat. Monaſt. Gozecenſ. à Mader. edit. & chr. Lauterberg. annex. p. 210. ſeq. (c) chr. Pegavienſ. ad ann. 1106. (d) P. II. G. S. p. 53. B. (e) chr. Lauterberg. ad ann. 1127. (f) Spangenberg. L. I, chron. Henneberg. c. 39.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ex unanimi conſenſu heredum ſuorum, pro amore Chriſti, & propter ſanctæ vitæ perennitatem, quendam proprietatis ſuæ locum (qui à nomine

*Veſſeran.* vicini fluminis *Veſſera* nomen accepit) manu emiſit, & divino ſervitio circa AC. MCXXXVIII. aſſignavit, eundemque Regularium Clericorum Monaſterio initians, ſub B. Mariæ patrocinio dedicari poſtulavit, dicente *Ottone*, Eccleſiæ Bambergenſis Epiſcopo. *Advocatiam* verò hujus cœnobii *Veſſerani* Gottwaldus Fundator ſibi ſuiſque heredibus reſervabat annuente Præſule, Es hat aber Graff **Gottwald** die **Vogtey** des Kloſters **Veſſera** für ſich behalten/ und mit des Biſchoffs zu Bamberg Wiſſen/ Willen und Confirmation es alſo verordnet/ daß der Convent zu Veſſera alzeit einen **Vogt** auß ſeinen Erben und Nachkommen erwehlen ſolte. Und daß alsdenn derſelbige / den ſie dazu ordnen würden / und kein anderer ihr **Kaſten-Vogt und Advocat** ſeyn ſolte. (g) Quia *Folckenandus* de *Stovvſen* funda-

*Adelberg.* tor erat Monaſterii *Adelbergenſis*, Diœceſ. Conſtantienſis, ideò voluit *Fridericus* I. Imp. in confirmatione fundationis & immunitatis iſtius cœnobii, (h) ut nullum habeat *Advocatum* præter illum, qui eſt vel erit Dominus de *Stovvſen*. *Albertus* & *Ludovicus*, Fratres Comiteſque *Hackebornenſes*, condi-

*Hedesleb.* tores cœnobii *Hedeslebienſis* Monialium reformationis Ciſtercienſis in Diœceſi Halberſtad, iſtud quidem ab omni jure *Advocatiæ*, ſeu actione qualibet jugiter abſolvebant, præterquam in occiſione cujuslibet, ſuper quo debet *judicium ſangvinis* ventilari. In quo caſu, ajunt, nullum alterius dominium peti volumus aut requiri, cùm ad nos ſolos clauſtri memorati & Dominarum ibidem Domino famulantium jure ſpectet defenſio & tutela. Dat. in Wipera anno MCCLXV.

*electio Advocati, Huysburg.* §. VII. Vel ipſi Abbates, Abbatiſſæ, & Epiſcopi, ſpeciali Principum favore, *Advocatos* eligebant, & inutiles rurſus removebant. Hinc *Burcardus* II. Præſul Halberſtadenſis XII., conditor cœnobii *Huysburgenſis*, cœtûs Benedictini, anno MLXXXIV. Kal. Nov. Ind. VIII. anno ordinationis ſuæ XXV. ita: *Concedimus, ut etiam Abbas loci ipſius ſibi* Advocatum *prudenter eligendo conſtituat, quem cauſa animæ ſuæ in neceſſitatibus ſuis indeficienter adeſſe conſiderat*, confirmante hoc, verbis non mutatis, *Reinardo* Epiſcopo AC. MCXVIII. Kal. Nov. Indict. XI. *Et ſi* (eſt hujus additamentum) Advocatus *aliter, quàm decet, agens, loco* incommodus *extiterit, permittimus induſtria Abbatis, ut Epiſcopi ſui, & aliorum DEI amicorum auxilio*, illo remoto, *auctoritate Apoſtolicâ*, idoneum *ſibi provideat. Qui ſubrogatus nullum ab Epiſcopo ſervitutis debitum pro* Advocatia *rependere cogatur: ſed uterq; pro defenſione loci æternam remunerationem & ſperet & conſequatur.* Eadem verba repetunt verbis Reinhardianis *Udalricus* anno MCLVIII. Indict. V. Pontificatûs ſui anno VII., *Degenone* Abbate Huysburgenſi Monaſterio præſidente, anno verò Sedis

(g) Id. L. M. c. 8. p. 87. (h) de anno 1181.

Sedis ejus tertio, & *Gardolfus* (al. Bertholdus & Gerholdus) anno MCXCVI. Pacem minaſque ſuas addunt *Alexander* III. (non *Leo*, ùt *Baſſaus* vult) & *Cœleſtinus* III. anno MCXCVII. Qui poſterior anno Pontificatûs ſui VII. ita: *Adhæc volumus, ut quicquid ſuper* Advocatorum *inſtitutione amotioneve ipſius Abbatiæ à bonæ memoriæ* Borchardo, Reinardo, Olrico, *& aliis Halberſtadenſ. Epiſcopis, rationabiliter eſt ſtatutum, & eorum aucteuticis continetur, firmum futuris temporibus habeatur, & inviolabiliter obſervetur.* In privilegio *Caroli Craſſi*, longè antea Eccleſiæ Padebornenſi dato, nimirum anno DCCCLXXXVII. XI. Kal. Octobr. hæc leguntur verba: *Hominibus quoq; famulatum ejusdem monaſterii facientibus in* Hurſteromarcu, *qui Saxonice* Malmann *dicuntur, prædictum mundeburdum & tuitionem noſtram conſtituimus, ut etiam coram nulla judiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo, vel* Advocato, *quem ejusdem loci Epiſcopus elegerit.* (i) In tabulis *Ottonis M.* Imp. datis Eccleſiæ *Mindenſi* anno DCCCCLXI. Indict. IV. eadem reperies verba. (k) *Inſuper concedimus eidem Abbatiſſæ,* (Kaminadenſi in ripa Viſurgis,) *ut nullus Marchio, nullus Comes, nullaq; noſtri Imperii magna vel parva perſona in ea placitum facere, vel publicam functionem exigere præſumat, niſi* Advocatus, *quem Abbatiſſa, quæ tunc temporis fuerit,* cum Sanctimonialium conſenſu, eligere voluerit, ait *Conradus* II. AC. MXXIV. Indict. VII. VI. Id. Febr. In confirmatione immunitatum Monaſterii *Reinhardifontani* ab *Henrico* III. Imp. anno MLXXXVI. Ind. XII. Moguntiæ facta inter alia ſic: Advocati *tutela, quando & ipſa videtur eis neceſſaria, prædictus* Comes *ſicut ab eisdem Fratribus eſt* electus Advocatus, *quamdiu vixerit, permanebit, & ex poſteris ejus, qui* idoneus *huic dignitati fuerit. Nullus tamen unquam* Advocatus *eſſe præſumat, niſi quem Fratres* communi conſilio providerint eligendum. *Qui ſi illorum & Monaſterii* per omnia ſtudeat commoditatibus, *diligatur ab omnibus. Sin autem* avarus, *nec illorum commoda, ſed* ſua quærens lucra, *habeant poteſtatem alium ſibi eligere, & hunc, ex auctoritate Petri & Pauli, reprobare. Hic itaque, Abbate petente, à Rege accipiat bannum legitimum, & ter in anno, ſi neceſſe fuerit, ubicunq; vel quando Abbati placuerit,* invitatus *ab illo veniat, & ibi placitum juſtum pro neceſſitatibus & cauſis Monaſterii ritè peragat, nullum verò aliud ſervitium, jus aut beneficium ſibi per hoc concedi cognoſcat, niſi* tertium bannum, & conſvetudinariam juſtitiam, *videlicet ſuper* fures, proterviam, *& cetera talia, magisq; inde, quod præcipuum eſt, æternam omnipotentis DEI ſperet retributionem. Nullo modo, niſi* Abbate volente & advocante, *bona & loca Monaſterii ſuis frequentiis temerariis & ſine cauſa adeat, vel attingat, nec præſumtuoſus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat, nec* Subadvocatum *pro ſe faciat, nec omninò aliquam calumniã, ſeu pervaſionem Monaſterio aut familiæ faciat.*

*Padeborn.*
*Mind.*
*Kaminad.*
*Reinhardi-fontan.*



(i) Vid. Monum. Padeborn. edit. prim. p. 207. (k) vid. diploma T. I. rer. German. Meibom. p. 740. ſeq. & p. 745. ac chron. Epiſcopor. Mindenſ. Anonym. à Piſtorio edit. annex. diplom. num. I. II. &c.

*Anhuſan.* In fundatione Monaſterii *Anhuſani* anno MCXLIII. facta, *Walterus*, per miſericordiam Dei S. Auguſtenſis Eccleſiæ Miniſter, ita: *Nullus ibi ſit* Advocatus, *niſi quem Abbas* ſaniori Fratrum ſuorum conſilio *ubivis elegerit. Honorius* II. in confirmatione fundationis hujus ſic: *In* Advocati *autem veſtri* electione *Abbas liberam habeat poteſtatem, cum* Fratrum ſuorum conſilio, *talem eligere, quem ad* defenſionem libertatis Monaſterii bonum & utilem *eſſe cognoverit. Cœleſtinus* II. anno MCXLIII. & *Eugenius* III. anno MCXLIX. in hunc modum: *Liceat autem Vobis* communi conſilio Advocatum, *quem ad* defenſionem ejusdem Monaſterii utilem eſſe *noveritis, liberè eligere, ipſumq́, ſi inutilis apparuerit, removere, & alium, quem utiliorem provideritis, ſubſtituere.* In fundatione Monaſterii *Laureacenſis*, vulgò *Lorch*, Ord. S. Bened., Diœceſ. Auguſtan., *Fridericus*, Sveviæ & Franconiæ Dux, hanc quoque addidit conditionem; ut, quisquis ſuæ cognationis *ſenior* extiterit, *defenſor & Advocatus* loci permaneat. (l) Fuit *Fridericus* ille Baro de *Stauſen*, cui *Henricus* IV. Imp., pulſo *Rudolfo* de *Rheinfelden* Anti-Cæſare, Sveviæ & Franconiæ Ducatum commiſit, ſimulque generum elegit. (m) Ejusdem *Friderici* Nepos erat *Fridericus Barbaroſſa*. *Si autem fortè* (ait hic Imperator anno MCLIV. indict. II.) *à ſtirpe parentali dilapidando, diſtrahendo, ſibi emancipando dotes Eccleſiæ, aberraverit*, communi Fratrum *prædictorum* aſſenſu *alius idoneus eligatur.*

*Laureac.*

§. VIII. Affert *Magerus de Advocatia armata* (n) diploma Caroli M., ſed ſpurium fictumque, datum, ùt afferit, Monaſterio *divitis Augiæ*. In hoc meminit *Adelberti*, cognati Regii, ceu *Advocati & defenſoris* laudati cœnobii. Verùm ſolidè confutatum eſt à *Conringio* (o) in *cenſura diplomatis Ludoviciani*, dati (Dîs ſi placet) Monaſterio *Lindavienſi*. Ejusdem furfuris ipſum diploma *Lindavienſe* eſt, cujus verba hûc ſpectantia appono. *Idem autem* Advocatus *bis in anno, ſemel in æſtate, ſecundò in hyeme, placitum habeat, ſed ultra duodecim equos nullum adducat, & tunc honeſtè procuretur. Quicquid placitando acquiſierit, duæ inde partes erunt Abbatiſſæ, tertia* Advocati. *Nullum domus DEI ſervientem, ſine Abbatiſſæ vel ipſius conſenſu, ad judicium cogat. Nullum de familia, ſine juſta ſociorum ſuorum deliberatione, dampnet, vel coherceat. Nullum* ſubadvocatum, *vel exactorem, ſine Abbatiſſæ permiſſione, ſibi conſtituat. Nihil privati muneris vel ſervitii à quolibet loco, ſive curte, ſive acella ruris, quaſi ex debito & ſtatuto ſibi jure exigat. Manſiones, ſeu pernoctationes undiq́, in locis ejusdem monaſterii frequentare caveat. Quod ſi ultra ſtatutum noſtrum alicubi placitare voluerit, ipſe de tertia ſui parte ibidem ſibi contingente provideat, quod ad ſumtum habere debeat. Niſi fortè aliqua de cauſa ab Abbatiſſa illuc vocetur, à qua tunc decenter ſibi exhibeatur,* quod

*Diplomata ficta.*

(l) Vid. Cruſ. P. II. L. IX. c. 2. f. 308. ann. Svev. (m) Lehman. chron. Spirenſ. l. V. c. 34. f. 467. (n) c. V. num. 431. (o) c. X. p. 166. ſeqq.

*quod oportet. Proinde ſi quisq́, Advocatus hæc ſtatuta obſtinatâ audaciâ transgreſſus fuerit, niſi ſanè reſipuerit, ſexaginta libras auri optimi, triginta Palatio noſtro, triginta ſupradicto Monaſterio perſolvat, & ipsâ* Advocatiâ *cum ceteris commodis in perpetuum careat.* (p)

§. IX. Jamtùm *Advocati* usque adeò moleſti & graves non erant cœnobiis, ut tot & tanta vincula iis injici debuerint, quæ ſanè omni carent exemplo iſtius ævi. Datæ quidem ſunt aliquando *Advocatis*, unà cum cura monaſtica, leges, ſed tam duræ variæque tempore *Ludovici Pii* nullibi reperiuntur. *leges Advocator.* Verùm cùm poſt Πολιτικώτατον *Conringium*, Juſti & æqui Patronum, (q) Hiſtoricus nuper Ducalis Saxonicus, D. *Caſpar Sagittarius*, (r) fabulam hanc candidè examinaverit, lectorem ad eosdem amando. Nec tantillum fidei meretur diploma *Vttenburanum*, triplex *Advocati* juramentum enarrans, quod falſiſſimum eſt. (ſ) Leges Monaſterio *Gottesau*, à *Bertoldo* Hennebergico Fundatore prudenter præſcriptas, ipſius verbis narrabimus. (t) Es ſolte aber der Convent jederzeit einen **Voigt** auß Graff **Bertholden** Nachkommen erwehlen / ſo fern einer auß denſelben dazu tüchtig: Wo nicht/alsdenn anderswo einen ſuchen. Und denſelben ſolte hernach / auf des Abtes Bitte/ der Kaiſer beſtätigen / mit freyer Gewalt jährlich drey Send oder Synodos zu halten/da es Noth/im Kloſter / oder wo der Abt wil und begehrt/in rechtlichen Sachen/das Kloſter und deſſen Zubehörung belangend. Und davon ſol der Voigt keine Miethe oder Gabe nehmen/noch ihme gegeben werden/ohne das dritte Gebot/ und was in andern Klöſtern **die Voigte** nach gewöhnlicher Gerechtigkeit haben / auf einen jeglichen/der dreyer Rechts-Tage einem/ein Malter Frucht/ ein *& præmia* Friſchling/ ein Eymer Weins / und ander Ding dazu gehörig. Sonſt ſol der **Voigt** dieſes Kloſter mit Uberfall nicht bekümmern/es ſende denn der Abt nach ihme. Sol auch auſſer den dreyen Synodis keinen Rechts-Tag auf des Kloſters Boden halten / auch nicht über Nacht im Kloſter bleiben/ohne unvermeidliche Noth und Ehehafft. Sol auch nicht Macht haben einen **Unter-Vogt** zu ſetzen/ noch einigen Wiederdrieß / oder Beſchwerung/dem Kloſter/ noch dem Abt / noch dem Convent zu verfügen. Thäte ein **Voigt** hiewider/den ſol der Abt ſtracks zu entſetzen /und einen andern zu erwehlen ohne Einrede Macht haben. Dieſe Ordnung hat Graf **Bertold** ſelbſt alſo geſtellt/und dem Kloſter übergeben. Sic autem dedimus ei (Lamberto, Comiti Lovanienſi,) advocatiam iſtam, ut nunquam ipſe Comes, vel Succeſſores ſui, in Abbatia, vel in villis ad eam pertinentibus, aliquid accipere, aut per potentiam exigere debeant, præter *jus & beneficium ſibi conſtitutum*, ait *Otto I.* in diplom. cit. In inſtauratione Monaſterii *Hirſau-* *Hirſaug.*



(p) Vid. cenſur. Conring. c. 2. p. 9. ſeq. & c. 16. p. 305. (q) cenſur. cit. per tot. (r) in antiquitat. Lacûs Bodamici c. 8. §. 20. ſeqq. (ſ) Conring. l. c. p. 307. ſeqq. (t) chron. Henneberg. L. I. c. 39. p. 75.

*gienſis* concedit etiam Comes *Adelbertus de Calvve* præfatæ cellæ (S. *Aurelii*, at quanta cella, in qua CCC. Monachi ſimul vixêre,) *Advocatum* aliquem de poſteris ſuis fieri, ſi tamen loci ipſius Abbas, cum conſilio Fratrum, talem inter eos invenerit, qui ſicut ipſe Comes nunc, non pro terreno commodo, ſed pro æterna mercede ſollicitus & ſtudioſus, bona & conſtitutam Monaſterii libertatem & juſtitiam defendere voluerit. Sin autem aliter fecerit, *aptum & utilem Advocatum*, undecunque ſibi placuerit, eligat. Hic denique, Abbate petente, à Rege accipiat bannum legitimum; ut ter in anno, ſi neceſſe fuerit, aut in ipſam cellam, aut ubicunque, vel quando Abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, & ſibi *placitum juſtum*, (einen ordentlichen Rechts-Tag) pro cauſis & neceſſitatibus Monaſterii, ritè peragat. Nullum autem aliud ſervitium, jus aut beneficium ſibi pro hoc concedi recognoſcat, niſi tertium bannum, (den dritten Theil der Strafen) & conſvetudinariam juſtitiam, & legem, quam ceteri *Advocati*, in aliis liberis Monaſteriis habent. Et in illis trium placitorum diebus, in unoquoque *unum maltrum de frumento, & unum friskingum, & unum ſiclum de vino*, & cetera adhuc pertinentia &c. Præterea Idem conſtituit, quod, niſi Abbate volente & advocante, bona & loca Monaſterii ſuis frequentiis temerariis & ſine cauſa minimè adeat, vel attingat; nec præſumtuoſus in eis placitum quodlibet, aut pernoctandi licentiam habeat. Nec *Sub-Advocatum* pro ſe faciat, nec omninò aliquam abſque ratione calumniam, pervaſionem, aut injuriam Monaſterio, Abbati, aut familiæ faciat. Si autem, non ùt *Advocatus*, ſed potiùs calumniator & pervaſor Monaſterii fuerit, omninò poteſtatem habeat Abbas, cum conſilio fratrum, hunc reprobare, & alium ſibi utiliorem undecunque eligere. (u) Eôdem ore ſermocinatur *Urbanus* II. (w) Sub *Henrico* III. anno MCIII. in Concilio *Ratisbonenſi* taxabatur ſalarium *advocaticum*, ut eſſet tertia pars mulctarum, quod & ubivis pene terrarum receptum atteſtatur *Chokier*. (x)

*literæ Archi-Epiſc. Mog.*

§. X. Næ melioris monetæ ſanctiorisque fidei ſunt literæ *Adelberti* Moguntini, quarum ſummam ſubnecto.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, *Adelbertus*, Dei gratiâ Mogonçienſis Archi-Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, omnium tàm præſentium, quàm futurorum fidelium notitiæ tradimus, qualiter *Ernſt*, Abbas Venerabilis Monaſterii Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis, Sanctique Johañis Evangeliſtæ, quod ſitum eſt in loco, qui *Reginherisbrunum* dicitur, atque Sereniſſimus Comes *Ludovvicus*, ejusdem Monaſterii *Advocatus*, pactum ineuntes conſtituerunt, ut idem Comes, & quicunque poſt eum *Advocatus*, ſecundùm privilegia Romanorum Pontificum, quæ apud idem cœnobium ſervantur, electus fuerit & conſtitutus, pro cunctis, quæ juris ſui videntur, duo tantùm per ſingulos annos talenta, unum in natali Sanctæ *Waltpurgæ*, alterum ad feſtum

(u). Vid. documenta rediviv. Monaſt. præcip. in Ducat. Würtenberg. Tubing. 1636. & quidem p. 516. (w) & 543. ſeq. (x) de Advocat. quæſt. 59.

feſtum Sancti *Michaëlis*, à Fratribus accipiat, & de cetero nihil amplius, quàm æternæ retribucionis prœmium expetat. Non *Sub-Advocatum*, abſque conſenſu Abbatis & Fratrum, pro ſe conſtituat, nullum placitum ſuper alicujus rei negotio in aliquo ipſorum *ditionis* loco, niſi fortè Abbate petente & Fratribus, agat. De *furto* autem & *protervia*, cùm rei neceſſitas poſtulaverit, quando & ubi voluerit Abbas, eodem *Advocato* præſidente, ritè diſcuſſio fiat, & quicquid exinde, æquitatis dictante judicio, provenire potuerit, tertia pars ipſius *Advocati*, reliquum Abbatis & Fratrum erit. Bona Monaſterii ſuis temerariis frequentiis non adeat, nullum ex familia, nec eos, qui bona Monaſterii incolunt, violenter opprimat, vel bona eorum injuſtè diripiat. &c. Actum Erpesfurt anno ab Incarnatione Domini MCXXV. Indict. III.

§. XI. *Emtum* deinde *venditumq́;* hoc officium & dignitas *Advocatiæ* non modò ab *Advocatis*, ſed ipſis Abbatibus, ſeu Monaſteriis. Prius probant literæ *Gardolfi*, Epiſcopi Halberſtad., anno MCXCVII. *Henricus* & *Ludolfus* ab *Eylenſted*, fratres, jure hereditario *Advocatiam* monaſticam *Huysburgenſem* ſibi vendicabant, quia Pater eorum jamjam deceſſurus eam adhuc tenebat. Abbas verò *Henricus I.* ordinationem ejus penes ſe conſiſtere aſſerens, tradidit eam *Sigfrido*, Comiti *Blanckenburgico*. Renunciârunt tandem *Eylenſtedenſes* omni juri, quod in ea videbantur habere, obtinentes, conſilio *Gardolfi*, à Monaſterio, in recompenſationem pecuniæ, quam Parens eorum minùs cautè pro *Advocatia* dederat, XCV. marc. Diſtinctiùs cuncta videbis ex ipſis literis: *Advocatia emta*,

IN nomine S. & Individuæ Trinitatis, *Gardolfus*, Dei gratiâ Halberſtadenſis Epiſcopus in perpetuum. Quæ ratione pacis & concordiæ inter mortales aguntur, & maximè ea, quæ ad commodum & profectum pertinent Eccleſiarum, dignè privilegiorum roborantur teſtimonio, ne labente tempore ipſa quoque in oblivionem labantur poſterorum. Noverit igitur futuræ poſteritatis Univerſitas, quòd temporibus noſtris inter *Huyesburgenſem* Eccleſiam, & quosdam Eccleſiæ noſtræ Miniſteriales, videlicet *Hinricum de Eylenſtede*, & *Ludolfum* Fratrem ipſius, ſuper *Advocatia Huyesburgenſi* gravis exorta eſt controverſia. Præfati enim Fratres eò, quòd Pater ipſorum eandem *Advocatiam* aliquandiu poſſederat, & in extremo vitæ ſuæ poſitus, adhuc in poſſeſſione ejus erat, ipſam ſibi vendicabant. Dominus verò Abbas ejuſdem *Advocatiæ* ordinationem penes ſe conſiſtere, & ipſam pro commodo Eccleſiæ ſuæ, & voluntatis ſuæ arbitrio, locandam aſſeruit, quod multiplici privilegiorum ſuorum teſtimonio *Alexandri* Papæ, Venerabilium quoque Prædeceſſorum noſtrorum, Halberſtadenſium Epiſcoporum, piæ memoriæ *Borchardi, Reinhardi, Odolrici*, evidentiſſimè demonſtravit. Cùm ergò utraque partium ita juri ſuo inniteretur, & utrimque damna & incommoda plura perciperent, Nos pro utraque partium dolentes, ſicut debita ſollicitudinis cura nos *lit. Gardolf. Halberſt.*

nos traxit, antequam cauſa mali ulterius invaleſceret, partes noſtras interponere dignum duximus, & licèt ſœpius in eodem negotio antè noſtra fruſtrata devotio, attamen per DEI gratiam, de utriusque partis conſenſu, omnia ſub certa compoſitionis forma complanavimus. Forma autem compoſitionis hæc fuit: Præmemorati Fratres omni juri ſuo, quod in prædictam *Advocatiam* habere videbantur, coram Nobis & omnibus, qui aderant, penitus renunciaverunt, & tàm ipſi, quàm amicorum ſuorum *Theodoricus de Sameringe*, & *Berthrammus* frater ejus, *Hartvidus de Eylenſted*, fide data in manus noſtras promiſerunt, quòd ipſi præfatam Eccleſiam ſuper eo nullo modo de cetero moleſtarent, & à petitione ejusdem *Advocatiæ* in perpetuum quieſcerent. Ad recompenſationem ergo pecuniæ, quam Pater ipſorum pro ipſa *advocatia*, licèt minùs cautè, dederat, Dominus Abbas, ad conſilium noſtrum, XCV. marcas ipſis perſolvit. Procedente tempore Dominus Abbas, libertate privilegiorum ſuorum fretus, Comitem *Sifridum* de *Blanckenborch*, eò quòd ipſum Eccleſiæ ſuæ utilem & heredibus ſuis commodum ſperaret, ſecundùm continentiam privilegiorum ſuorum, de conſenſu Conventûs ſui, in *Advocatum* elegit, ut, ſi inpoſterum ſe hominibus importunum, & Eccleſiæ inutilem oſtenderet, liberum ſit Domino Abbati, absq; reclamatione ipſius, alium ſubſtituere. Ne verò hujus ordinationis noſtræ ſeriem quisquam auſu temerario, vel quocunq; malignandi ingenio infringere attemptet, nos eam, auctoritate Omnipotentis DEI, & Apoſtolorum Petri & Paulli, Epiſcopali quoque banno noſtro confirmamus, & præſentem paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri teſtimonio roboramus. Hujus rei teſtes ſunt *Counradus*, Major Præpoſitus, *Wernerus* Decanus, *Counradus* Camerarius, *Fredericus* Vice-Dominus, *Geroldus* Cellerarius, *Borchardus* Archi-Diaconus in Isleve, *Hermannus* verò, Abbas in Ilſenborch, *Sifridus*, Abbas in Widenebörch, *Wolradus*, Abbas in Counradusburch, *Ekkehardus*, Abbas in Reinſtorp: Laici, Comes *Albertus* de Winigerode, Comes *Henricus* de Reyenſtein, *Borchardus* de Valckenſtein, *Wernerus* Advocatus, *Arnoldus* Advocatus, *Arnoldus* de Burchdorp, *Rodolſus* de Gatersleve, *Seſarius* Præfectus, *Joannes* de Gatersleve, *Anno* de Eylenſted, *Frederieus* & *Ludegerus*, Fratres de Menhachen, *Alvericus* Camerarius, *Bartoldus* de Hordorp. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Dominicæ MCXCVII. Indict. XV. Cœleſtino Papa III.

*& vendita*, §. XII. Poſterius confirmat *Eckſtorm*. (y) inquiens: año Mccxxix. Monaſterium *Walckenriedenſe* pro *Advocatia*, quam Comites *Hohnſteinii* abs Imperio in feudo habebant, ipſis numeravit XXXVI. marcas argenti. Penes *Clettembergenſes* Comites erat primùm nobilis *Advocatia* Walckenriedenſis. Illis deficientibus Comitatus cum *Advocatia* devolutus eſt ad Comites *Hohnſteinios* circiter AC. MCCLX. Cùm igitur *Henricus*, *Theodoricus*, & *Albertus*, Comites de *Hohnſtein*, Fratres, ſatagerent fratrem ſuum *Ottonem*

(y) Chron. Walckenried. p. 91.

*Ottonem* ſacris initiatum facere Abbatem *Walckenriedenſem*, contra *Conradum* II. electum, ipſiqueComites vim facerent, *Conradus* Abbas Romam profectus apud Pontificem obtinuit, ut Comites *Hohnſteinii* cum omnibus ſuis amicis, Miniſtris & auxiliatoribus excommunicarentur in quartam generationem. *Ottonem* ferunt occiſum eſſe à monachis in gradibus, quibus olim è porticu in dormitorium aſcenſus fuit. (z) *Rudolfus à Bernaug*, Abbas Fabarienſis XLVIII., *Advocatiam* ſui cœnobii ab *Alberto*, Barone de Saxen, CCL. marc. emere cogebatur anno MCCLVII. Quod poſtea *Fridericus* III. Imp. approbans, Monaſterium ab omni jurisdictione Patronatûs & *Advocatiæ*, ſeu quibuslibet ſubjectionis officiis, univerſaliter exemit, teſte *Bruſchio*, (a) quem exſcripſit *Magerus*. (b)

§. XIII. Ratus eſt *Lehmannus*, (c) munus *Advocatorum* fuiſſe, Monaſteria & Eccleſias, unà cum eorum bonis & hominibus, defendere, & judiciis reique œconomicæ ſimul præeſſe. Idem ſentiunt *Paurmeiſter*, (d) *Goldaſtus*, (e) & *Bangertus*. (f) *Andreas Knichen* (g) inquit: Præter autem *œconomiam*, & obventionum rationes, jurisdictio tàm *civilis*, quàm *criminalis*, competebat *Advocatis* ſuâ origine; pòſt Monaſteria ſibi acquirebant *civilem* jurisdictionem, ſolâ *criminali* Advocatis relictâ. Verùm confundunt *Advocatos* cum *Oeconomis*. Hi ſaltem earum rerum, quæ ad vitæ alimoniam & reditus eccleſiaſticos pertinebant, curam geſsêre. Diſtincta munia erant etiam in veteri Eccleſia, quod vetuſti Conciliorum canones ùt canon XXIII. Concilii *Chalcedonenſis*, & canon LXXVI. Concilii *Carthaginenſis* teſtantur, in quibus diſtinctio τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐκδίκων accuratè notanda eſt. Etiam in Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ muneribus eccleſiaſticis *magnus Oeconomus*, (h) cenſuum, expenſarum, & ratiociniorum in Epiſcopatu rationem habens, ὁ πρωτέκδικος, i. e. *primus defenſor* dicitur, reſpectu aliorum ἐκδίκων, ſeu *defenſorum*, vel *Advocatorum*, quos inter eminuit ille ad curam captivorum ſuſcipiendam, utque ſit judex querimoniarum, quæ deferuntur ad forum. Diſtinctè quoque de utriusque officio *Fridericus* I. Imp. in privilegio Eccleſiæ Goslarienſi anno MCLXXXVIII. dato. *Perlatâ ad Nos importunitate, quam in bona Eccleſiæ noſtræ* Goslarienſis *aliquando exercere præſumſerint* Advocati, *vel villicationes ejus locando, quod nihil ad eos, vel hereditates litonum Eccleſiæ ſibi uſurpando, vel etiam manſos Eccleſiæ novis collocando colonis. Nos hæc illicita de cetero fieri authentico prohibentes edicto, nullam permittimus* Advocatis *ad talia perpetranda poteſtatem. Cùm enim de jure* Advocatorum *coram Nobis in Palatio* Goslarienſi *quæſtio moveretur, de communi Principum conſilio ſententiatum fuit,*

*Officium Advocati,*

*& Oeconomi diſtinctum,*



(z) Idem p. 130. (a) in chronol. Monaſt. (b) lib. cit. c. I. num. 32. ſeq. (c) L. II chron. cit. c. 36. (d) L. II. de jurisdict. Imp. Rom. c. 10. num. 24. (e) in gloſs. ad Burchardi lib. de caſib. monaſt. S. Galli p. 414. T. I. rer. Alemannic. (f) ad L. III. chr. Slav. c. 18. p. 338. (g) de jure territorii c. 4. §. 394. (h) Ritual. græc. p. 275.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quod in bonis Eccleſiarum* Advocati *nihil juris haberent, niſi tantùm in tribus caſibus, in* furto *videlicet, in* pugna, *& in* raptu: *& omnes aliæ quæſtiones eſſent ad* œconomum, *ſeu villicum Eccleſiæ referendæ.* Item patet ex antiquioribus diplomatibus.

*Sub-Advocati.* §. XIV. Hi *Nobiles Advocati*, ſeu *Principales*, (i) habebant interdum titulo beneficiariæ conceſſionis *Sub-Advocatos*, ſeu *Sub-Advocatores* ſuos, cum conſenſu Abbatis, vel Epiſcopi conſtitutos. In fundatione Monaſterii *Laureacenſis* Sub-Advocati ordinatio prohibetur. Sic enim *Conradus* Rex: Nos igitur cognatum noſtrum Ducem *Fridecum*, quem *vota Fratrum* elegerunt, eidem cœnobio *Advocatum* præfecimus, ut eam *Advocatiam nulli* penitus *perſonæ ſecundariæ* ipſe, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum, regendam vel tuendam concedat, vel commendet, ſed manu propriâ teneat. Datum AC. MCXXXIX. in loco, qui dicitur *Laureacus*. Interdùm *unus* tantùm *Sub-Advocatus* ex permiſſione Regia conſtituebatur. Sic enim *Otto I.* (k) *Illud etiam ſtatuimus, ut Comes Lovanienſis nunquam in* Advocatiam Gemblacenſem, *præter* unum Sub-Advocatum, *habeat, i. e. ut donum hujus* Advocatiæ *à Rege* (*qui* major Advocatus *eſt*) *plus quàm ad* tertiam manum *nunquam deveniat. Si autem* (*quod nolimus*) *noſtram conſtitutionem contemſerit, &* Advocato *illi, qui ſub ſe eſt, ex ipſa* Advocatia *aliquid uſurpare, vel militibus ſuis beneficiare conſenſerit, terram ſuam in camera Regis ſibi abjudicatam ſciat, & quidquid beneficii pro ipſa* Advocatia *tenebat, de manu Regis, ſe amiſſurum noverit. Porrò* Sub-Advocatus *in villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud juris habebit, niſi per ſingulos annos de unaquaq; domo* denarium unum, gallinam unam, avenæ ſextarium unum &c.

*munus Advocat.* Erat autem primarium illorum munus, (1) Eccleſias & Monaſteria, bona & homines eorum in mundiburdum, ſeu tutelam & patrocinium recipere. Inde ipſi *Mundiburdi* dicti. (2) fundationes, oblationes, donationes &c. à fidelibus hominibus, ſeu ipſis Epiſcopis, & Abbatibus factas Eccleſiis, majoris fidei gratiâ acceptare & confirmare. Cùm *Conradus* II. anno MXXVIII. Kal. Jul. indict. XI. Imperii ſui anno primo, curtem *Godelevesheim*, injuſtè Monaſterio ſubtractam, *Trutmaro* Abbati Corbeienſi, reſtitueret, Monaſterii *Advocatus*, juſſu Imperatorio, eam recepit. Teſtes inter ſunt *Hunfredus* Archi-Epiſcopus, *Meinvvercus* Epiſcopus Padebornenſis, *Godehardus* Hildesemenſis Epiſcopus, *Sifridus* Epiſcopus, *Odalricus* Cancellarius, *Aſtulfus*, *Sigibertus*, *Bernardus* Dux &c. (3) cognoſcere & dicere jus in cauſis criminalibus, ſeu *majoribus*, (ut *Fridericus* Halberſtadenſis vocat) ſuper *furto*, *ſtupris*, *rapinis*, *incendiis* &c. à quibus abſtinere oportet religioſos homines. (l)

*mutuus conſenſus Abb. &c. & Advocat.* §. XV. Uti verò *inſciis*, ſeu *invitis* Abbatibus, vel Epiſcopis, nihil agebant *Advocati* legitimè aut validè: ita viciſſim illi, ſine horum conſenſu & autoritate,

(i) In privil. Reichersberg. p. 202. & 210. (k) l. c. (l) Vid. Meibom. de orig. Helmeſtad.

autoritate, nihil ratificabant. In dedicatione baſilicæ in *monte ſancto* è regione civitatis Hüxariæ, à *Wernero* Abbate Corbeienſi XX. anno MLXXVIII. fundatæ, dicit Abbas: *Advocato ſuo* Ottone Duce aſſentiente, & traditionem confirmante, *Popponem* (Antiſtitem Padeborn.) banno ſuo hæc acta ſemel atque iterum, & tertiò confirmâſſe. Cùm *Folcmarus* I., Abbas ibidem IX., [non *Bovo* III. (m)] Monaſterium *Weſtergroningenſe* ad Bodam, inſtituti Benedictini, annô DCCCCXXXVI. ex hereditate *Sifridi*, Comitis *Walbecenſis*, (n) vel Marchionis Miſniæ & Luſatiæ, (o) conderet, traditionem ſuam fecit adſtante *Hogero*, Advocato ſuo. (p) *Ello* quidam, Miniſterialis Eccleſiæ *Gerenrodenſis*, allodium ſuum, duos videlicet manſos in *Bikelinge*, venditurus, more ſveto *Hedvvigi*, Abbatiſſæ Gerenrodenſi, primùm, deinde Eccleſiæ ejusdem Miniſterialibus, obtulerat. Cùm verò nullum reperiret emtorem, ut liberè, ſine ſuorum querela, vel vendere, vel donare ſibi integrum foret, in præſentia Abbatiſſæ, à comparibus ſuis & petiit & obtinuit. Hic *Ello* in clauſtro *Huyesburgenſi* factus poſtea converſus, duos iſtos manſos cœnobio adjecit. Accidit autem, ut quidam *Erpo*, qui filiam ejus in matrimonio habuerat, exque ea filium ſuſceperat, hoſce manſos jure quaſi hereditario repeteret. Tandem res compoſita. Quæ ut firmior haberetur, in conſpectu Abbatiſſæ, præſentibus multis aliis, id ore digitoque confirmavit *Erpo*, acceptis VII. talentis. Hinc Eccleſia *Huyesburgenſis* multis annis legitimè & quietè hos manſos retinuit, donec lis extincta renaſceretur. Filia ſiquidem *Erponis Orda*, quæ adhuc puella cum patre ſuo dictis manſis omninò renunciârat, nunc *Rodolfo Gerſtorpio* nupta, quaſi veri neſcia, rixas haſce recoxit. Habitis ultrò citroque conſultationibus, lex & æquum *Huyesburgo* tandem favent. Quod ut ſtabile & inconcuſſum retineret, *Rodolfo*, & conjugi ejus, tria talenta perſolvit, præſentibus *Friderico* Palatino, ejusdem Eccleſiæ *Advocato*, & duobus filiis *Athelberti* Marchionis, videlicet *Athelberto* Comite & fratre ſuo *Bernardo*, *Poppone*, Comite Blanckenburgico, *Burcardo* de Valckenſtein, *Wernero* de Arnenſted, *Gardolfo* de Hadmersleve, *Roperto* de Langele, *Frederico* de Hackeburn, *Guntero* de Wigenleve, Miniſterialibus Gerenrodenſibus: *Frederico*, *Arnoldo*, *Frederico* Nezil, & fratre ejus *Ludolfo*, *Hermanno*, *Hilderico* & fratre ejus, *Frederico* de Waledale, *Joanne*, & fratre ejus *Hermanno*, *Herdungo*, *Conone*, *Alexandro*, & fratre ejus *Gevehardo*, & *Ludolfo* de Gatersleve, *Nothungo*, *Alverico*, *Otholrico* & fratre ejus *Engelmaro*, Miniſterialibus Quedlinburgenſibus: *Frederico*, *Hermanno* de Ditfort, *Frederico* juniore & *Otholrico* de Horden. Hæc omnia *Udalricus* Antiſtes confirmat, & transgreſſores fulmine anathematis ferit. *Bertoldus* Hennebergicus poteſtatem dederat Fratribus in

*Werner. Corbeienſ.* — *Weſtergroningen.* — *Ello.*



(m) Bucelin. Germ. ſacr. P. III. p. 55. a. (n) Meibom. chron. Walbecc. pag. 2. (o) D. Mirus in encæniis Halberſtad. (p) Meibom. in not. ad chron. Corbeienſ.

*Gotteſau*, Abbatem etiam amovendi, cum præſcitu tamen Comitis regnantis, & *Advocati* Monaſtici. (q)

*duo ſimul Advocati,* §. XVI. Interdum una Eccleſia *duos*, imò plures habuit *Advocatos*, diverſo tamen reſpectu. Cùm *Mauritius*, Comes *Spiegelbergicus*, Abbas Corbeienſis XLVI., non anno MCCCCXLIV., ùt *Letzner*. vult, (r) ſed (quod alibi rectiùs notavit) MCCCCXXXIV. (ſ) cum *Ottone* Brunſvicenſi, *Uslariæ* reſidente, pacem feciſſet ſanctam & inviolabilem, eumque, ceu *nobilem Advocatum* ſuum, recepiſſet, & confirmâſſet, eôdem anno feriâ quintâ ante feſtum corporis Chriſti *Ludovicum*, Haſſiæ Principem, etiam *Protectorem*, ſeu *Advocatum* elegit contra Weſtfalos, aliâ tamen intentione.

*cur amoti ſint?* §. XVII. Cùm verò *Advocati* vel abſolutam ſubjectionem, aliave inſignia jura ſibi attribuerent, vel etiam gravia ſervitia Monaſteriis violenter obtruderent; non rarò etiam duo Magnates de jure unius *advocatiæ* ſibi invicem litem moverent, cujus rei luculentum exemplum habemus in *Albenſi* monaſterio, (vulgò Herren Albe) Ordin. Ciſtert., Diœceſ. Spirenſis, ipſo dicente *Rudolfo* I. Imp. (t) (Servitia verò, quæ *Advocati*, ſeu *conditionati Protectores*, per abuſum, vel ſingularem conventionem exigere ſolebant, erant, monachos cum ſuis in clauſtro, gangriis, curiis, molendinis, rebus & poſſeſſionibus, tàm habitis quàm habendis, & villis ſpecialiter gravare in poſtulatione, ablatione, vel extorſione frumenti, vini, animalium, canum, pullorum, denariorum, fœni, pabuli, Howtrecht/ Hertrecht/ Dube/ Frevel/ Steure/ Bethe/ Vogte-Habern/ & præcipuè venatoribus, canibus & vecturis &c.) *Rapacitas* tandem & *injuſtitia*

*rapacitas eorum,* plerorumque *Advocatorum* commovit Imperatores, Pontifices, & Abbates, ut eos ſeculo XII. aut initio XIII. amoverent, omni jure *Advocatiæ* plurimis in locis extincto. Affert *Gelenius* (u) tres bullas *Honorii* III., omnes uno eodemque Pontificatûs anno, quinto ſcilicet, qui fuit Chriſti MCCXXI. ad Colonienſes perſcriptas. Prima vehementer inſectatur inſolentias *Advocatorum*: altera vacantes *advocatias* vetat cuiquam conferre. Tertia prohibet, ne quæ oppignorationes fiant ab *Advocatis*. Prima hujus tenoris eſt:

*bulla Honorii III.* HONORIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum DEI, Venerabilibus Fratribus, Archi-Epiſcopo Colonienſi, & ejus Suffraganeis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Si Eccleſiarum *Advocati* ſignificatum ſui nominis attenderent, ut deberent, ſtuderent eas, ob reverentiam *Advocati* cœleſtis, cui ſpeciali titulo ſunt adſcriptæ, fovere beneficiis & viribus defenſare: Sed, quod dolentes referimus, nonnulli eorum habentes

*velamen*

(q) Spangenberg. L. I. chron. Henneb. c. 39. (r) hiſt. Ludov. pii edit. ſec. c. 29. (ſ) l. c. c. 68. p. 146. Conf. das Braunſchw. Wolfenbüttel. Gegen-Manifeſt edit. ibid. 1671. pag. 63. und in Beylagen num. 11. (t) vid. Documen. Würtenberg. cit. p. 137. (u) in hiſt. vitæ Engelberti, Colon. Archi-Epiſcopi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*velamen malitiæ*, libertatem in bonis eccleſiaſticis, in quibus *advocationis* jus obtinent, non ſolùm prodigaliter debacchantur, verùm etiam ea diripiunt *ut prædones*. Quod Eccleſiæ Colonienſis provinciæ jugiter experiri coguntur, ſicut earum nobis transmiſſa conqueſtio patefacit. Quia igitur zelus nos comedit domus DEI, Fraternitati Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli proſequentes proprium intereſſe, & quaſi *collo uno* & *humero uno* Eccleſiarum onera comportantes, *Advocatos* ipſos, ut contenti juſtis, & ab antiquo ſtatutis ſtipendiis, ab Eccleſiarum moleſtiis conquieſcant, moneatis prudenter, & efficaciter inducatis. Quod ſi forſan veſtris monitis non acquieverint, ne medicinalis *Petri* gladius in manu veſtra torpere rubigine videatur, in eos, juxta quantitatem & qualitatem culparum, intendatis & remittatis, appellatione poſtpoſitâ, rigorem Eccleſiaſticæ diſciplinæ: ita quod Eccleſiæ ab hujusmodi oppreſſione reſpirent, & Vos exinde mereamini apud DEUM & homines commendari. Datum Lateranen Kal. Mart. Pontificatûs noſtri anno quinto.

§. XVIII. Audiverat hactenus *Fridericus* I., Epiſcopus Halberſtadenſis, è Comitibus noſtris *Kirchbergicis*, gemitus & ſuſpiria Eccleſiarum ſuarum, cumprimis *Huyesburgenſis*, viderat *inſolentiam* & *malitiam Advocatorum*, quâ velut *in ſervitutem luti laterumq; redigebantur ſancta limina, ita, ut non amplius ſimplicem cenſum obtinere potuerint de bonis ſuis, ſub tali & tanta tyrannide conſtituta*, ſecundùm lamentationes *Meinhardi* Epiſcopi. (w) Adhibitis ergò in conſilium Canonicis Halberſtadenſibus, aliisque bonis & prudentibus Viris, placuit perpetua Monaſterii libertas, non obſtantibus ejusdem privilegiis, huic ſanctioni contrariis. Legi ſanè merentur literæ ejus, haud uno aſteriſco dignæ. *Frid. Halberſtad. Advocat. infenſus.*

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen. *Fredericus*, DEI gratiâ Sanctæ Eccleſiæ Halberſtadenſis Epiſcopus in perpetuum. *Advocatorum* malitia, quæ diebus his malis in Eccleſias DEI deſœvire conſvevit, nos ammonet & compellit, ut ea, quæ ad earum liberationem perpetuam per noſtram providentiam & laborem rationabiliter fuerunt ordinata, contra varios futurorum incurſus, qui veluti *flagellum inundans* in caſu ſubſequente frequenter emergunt, tam valido noſtræ firmitatis munimine roboremus, ut & facti noſtri memoria quod in ſe proficuum continet, pariter & honorem, ſub tali vigore conſiſtat ac robore, quatenus à poſteris inviolabiliter obſervetur, & nullum à temeritate malorum contradictionis obſtaculum ſentire valeat in futurum. Eapropter notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus, tam præſentis temporis quàm futuri, Quod, cùm Nos Eccleſiarum Nobis in Domino ſuffragancium clamorem aſſiduum, ex filiorum querimonia, ſuper *Advocatorum violentiam* *litera ejus.*



(w) In lit. anno 1244.

*tiam* in cordis noſtri amaritudine ſæpiùs audiremus, & Dilectus fidelis noſter, Vir Nobilis & DEO devotus *Sifridus*, Comes de *Blanckenborch*, qui *advocatiam* Monaſterii de *Huyesborch*, ex dilectorum filiorum Abbatis, Prioris, ac totius Conventûs electione, ſub DEI timore pridem procurabat, manifeſtam *Advocatorum* malitiam unà cum Nobiſcum proſpiceret, in ſe reverſus timuit, ſi *Advocatiam* ſibi ex electione commiſſam usque in finem vitæ teneret, Monaſterio ſub libertate ſua grave diſpendium imminere. Volens hac in parte & ſaluti ſuæ conſulere, & Monaſterio præcavere, ne, poſt mortem ſui ipſius, quisquam heredum ſuorum juris aliquid in *Advocatia* ſibi vendicare valeret, ſicut eam de manu Abbatis regendam ſuſcepit, ita etiam in manus ejusdem abſolutè reſignavit eandem, petens à Nobis humiliter & devotè, quatenus cœnobio, commiſſo Nobis in animam, pro debito noſtro conſulere dignaremur. Nos igitur devotionem ipſius in Domino commendantes, & ſuper ordinatione cœnobii tam ipſius, quàm Majoris Capituli noſtri, opportunum conſilium requirentes, invenimus tandem, ſanum & utillimum fore, Monaſterium perpetuâ libertate gaudere, & nullius *Advocati* importunitate, vel potentia intollerabili, quâ plures premuntur Eccleſiæ, & *quaſi in ſervitutem luti & laterum ſunt redactæ*, de cetero prægravari. Unde licet Monaſterium memoratum, ſuper libertate electionis *Advocati*, plura & valida privilegia noſcatur habere, tamen, ſi ancilla partem aliquam cum libera in eis obtinere videtur, illam penitus ejiciendam decrevimus, in hoc privilegio de prudentium conſilio ſtatuentes, ut deinceps prorſus liberum ſit hac in parte, & tali libertate pro ſuo commodo perfruatur, ut nullum eligat, nullum unquam habeat *Advocatum*; & in cauſis majoribus, utpote *furti*, *raptûs*, & *ſangvinis*, quas Religioſos non expedit tractare perſonas, eam dilecto in Chriſto filio *Sifrido* Abbati, ſuisque Succeſſoribus, gratiam facientes, ut in cauſis talibus *mundiburdum* ſtatuant, qui, vice & auctoritate noſtrâ, judicet, quæ fuerint in judicandis: mutatis tamen præſentis temporis perſonis hujusmodi, ne, propter hujus vacationis frequentiam, pedem in *advocatiam* ſubtili malignatione figere valeant, & in ea ſibi juris aliquid vendicare. Si etiam cauſæ tales emerſerint, quæ vires Abbatis excedere videantur, Nos ex tunc, ad vocationem ipſius, ei fideliter cooperabimur judicando: ipſe autem omne, quod exinde provenerit, emolumentum habebit. In hunc modum volumus, ut hujus *advocatiæ* libertas, quæ noſtris in diebus per DEI gratiam noſtramque promotionem reſtituta eſt libertati, penes *Huyesburgenſe* cœnobium, ſecundùm præmiſſa, nunc & in perpetuum liberè conquieſcat. Unde etiam, ut præfato cœnobio, Nobis in Domino dilecto, per omnia caveamus, maximè, cùm *utroque jure, utroque gladio*, & *ſpirituali* & *temporali* gau-

gaudeamus *imperio*, & regere ac defenſare idem *utroq; gladio* teneamur, Venerabiles Dominos hujus Sanctæ Halberſtadenſis Eccleſiæ Epiſcopos univerſos monemus, in Domino rogamus, attentè conſulimus eis fide ſincerâ, in remiſſionem ſuorum, his, peccaminum injungentes, & ad validam totius firmitatis cautelam, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum diſtrictiùs inhibentes eisdem, ne propter blandas amicorum adulantium preces, vel propter munera, quæ excœcant, dictam *advocatiam*, quæ prorſus libera eſt, alicui hominum, tanquam ignari libertatis præmiſſæ, inpheodare vel obligare præſumant, nec excucionem aliquam, quacunque etiam neceſſitate eos cogente, contra voluntatem Abbatis & Conventûs, faciant in eadem. Nos autem recognoſcimus, & præſentis ſcripti privilegiô proteſtamur, quòd, ſi malignari vellemus, quod abſit à Nobis, nequaquam eam obligare, vel inpheodare, vel excucionem facere aliquo modo poſſemus in ipſa: quod maximè, propter ſalutare remedium, tam à Nobis, quàm à noſtris ſucceſſoribus ſtatuimus inviolabiliter obſervandum, ne cœnobium memoratum per ea, quæ præmiſimus, in ſervitutem aliquam redigatur, de qua ſine gravi rerum diſpendio & labore ſubitò reſurgere non valeret. Ad hæc Nos, qui, propter Ejus reverentiam, quam Filius nihil negans honorat, prædictum ejus cœnobium ſpeciali ejus dilectione diligimus, & ſemper intendimus honorare, libertatem *Advocatiæ* cum omnibus bonis, quæ nunc poſſidet, vel in futurum juſto titulo poterit adipiſci, ſub noſtram Epiſcopalem protectionem ſuſcipimus, & banno noſtro Synodali confirmantes ea Monaſterio memorato, ſub interminatione anathematis, diſtrictiùs inhibemus, ne quis quacunque præſumcione temerariâ Dilectos Filios, Abbatem & Fratres, in eis moleſtare vel prægravare præſumat. Si quis autem, ſvadente Diabolo, hoc attemptare præſumſerit, indignationem DEI Omnipotentis, ac Beatorum Apoſtolorum Petri ac Pauli, & noſtri anathematis vinculum ſe noverit incidiſſe. Hujus rei teſtes ſunt *Meynhardus*, Major Præpoſitus, *Arnoldus* Decanus, *Anno* Præpoſitus, *Almarus*, S. Pauli Præpoſitus, *Arnoldus*, Archi-Dyaconus in Oſchersleve, *Cunradus*, Erfordienſis Præpoſitus, *Borchardus* Recheborch, Præpoſitus, *Conradus*, S. Mariæ Præpoſitus, *Bernardus*, Vice-Dominus noſter, *Ludolfus* de Sladem, *Bardolfus* de Meynerſem, *Joannes* Scolaſticus, *Albertus*, Præpoſitus de Bureslo, *Elgerus*, Præpoſitus Goslarienſis, *Conradus* de Vrobure, *Tydericus* Camerarius, *Otto*, *Richardus*, Sacerdotes majoris Eccleſiæ noſtræ: Conventuales, *Joannes* de Ilſeneborch, *Hinricus* de Cunradesborch, *Ceſarius* de Hildesleve, *Fredericus* de Lutter, *Albericus* Laici, *Tydericus* major *Advocatus*, *Wernerus* & *Conradus* fratres de Suſelitz, *Hugoldus* & *Hermannus* Fratres de Scherenbecke, *Hermannus* de Harbecke, *Joannes* de Gatersleve, *Hinricus* de Cruge, *Gerhardus*
de

de Papſtorp, *Tydericus* Marſchalcus, *Cunnemannus* de Badesleve, & alii quàm plures. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis ac noſtræ reparationis MCCXX. indictione VIII. Præſidente S. Romanæ Sedi Reverendiſſimo Patre Papa *Honorio*, hujus nominis III. Regnante Sereniſſimo Domino noſtro *Frederico*, Romanorum Imperatore ſemper Auguſto. Et ne ſuper præmiſſis omnibus aliquod poſteritati, & præcipuè noſtris Succeſſoribus, dubium generetur, hanc paginam inde conſcribi, & tam ſigillo noſtro, quàm Majoris Eccleſiæ, ac Conventûs antedicti, fecimus inſigniri, maximè ob eam cauſam, ut eisdem noſtris Succeſſoribus tantò apertiùs detur intelligi, quòd libertatem præmiſſam ſœpedicto cœnobio debeant illibatam in ſecula conſervare, quod eis iteratò *in ipſorum animas* diligenter injungimus, Venerabile cœnobium, cum omnibus ad idem pertinentibus, cum attentione devota eis commendantes in Ipſo, qui pro noſtra ſalute pendens in cruce Matrem Virginem Virgini commendabat. Datum Halberſtad per manum Tyderici Notarii noſtri.

*Heithanric. Werthinenſ.* §. XIX. Porrò rapacitatem *Advocatorum* teſtabitur quoque *Heithanricus*, Werthinenſis ad Ruram Prælatus, qui graves querelas detulerat ad *Conradum* II. Imp. annô MXXXVI. adversùs *Hermannum* Comitem, *Advocatum* ſuum, Virum inter Weſtfalos potentem, quod is multis injuriis tam ſe, quàm familiam ſui Monaſterii divexârat: adversùs quem Cæſar VI. Id. Octobr. acre reſcriptum dedit in *Tuilide*, certoque agrorum ſtipendio eum juſſit eſſe contentum. (x) *hiſt. ridicula,* Lepida hiſtoria, quam Autor *chronici Montis ſereni* (y) his verbis narrat: *Advocatia* Eccleſiæ *Pigavienſis* immediatè ad Imperatorem pertinebat, nec cuiquam jure feudi conferri poterat, ſed habebat poteſtatem eligendi Abbas, ad quantum temporis ſpatium volebat, quemcunque ſibi videbat expedire. *Philippus* autem Rex *advocatiam* hanc *Tiderico*, Comiti *Sommerſenburgico*, qui etiam de *Groitz* dictus eſt, contra privilegium iſtius Eccleſiæ, conceſſit, qui eam procaciter uſurpans, & cives Pigavienſes ſibi violenter ſervire compellens, nec ab ipſius Abbatis injuriis temperavit. Nam & ab hominibus ipſius aliquando captivatus eſt, & ab ipſo ab Eccleſia Pigavienſi expulſus, per annum integrum in caſtro *Wirbene* à *Bernardo*, Duce Saxoniæ, receptus, cum ſuis commoratus eſt. Accidit autem, ut Officiales Comitis vinum de vinea Abbatis, quæ eſt in villa *Hilptiz*, auferrent, *Groitz* ad caſtrum Comitis deducendum. Quo comperto, Abbas eos, qui circa ſe erant, armatos miſit, ut eos, ſi eſſet poſſibile, prohiberent. Habens verò *dextrarium* electum, qui etiam propter ipſum notiſſimus erat, unum ſervorum ſuorum, qui *Bruno* dicebatur, habitû ſuo, i. e. *cappâ* indutum, in eo miſit, præcipiens, ut ille ſignum ducens ceteros anteiret. Illis itaque cum vino jam receden-

(x) Schaten. T. I. Annal. Padeborn. ad h. a. p. 510. ſeq. (y) p. 147. & 149. ſeq.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

recedentibus, Viri Abbatis eos cum feſtinatione inſecuti ſunt. Quorum unus poſt tergum reſpiciens, & *ſigniferum* illum *cappatum* videns, equumque agnoſcens, Abbatem venire vociferatus eſt. Tantus autem repentè metus cuſtodes illos invaſit, ut, relictis curribus, priusquam in aliquo hoſtes experirentur, ſolum fuga præſidium quærerent, cùm tamen eis, quos fugiebant, numero longè præſtantiores fuiſſent. Iſti verò, curribus cum vino ablatis, *Wirbene* reverſi, non ſine jucunditate ab Abbate ſuſcepti ſunt. Splendidiſſimum cœnobium *Mulbronnenſe*, à *mulis* ita dictum, Diœceſ. Spirenſis, ſub regula S. Benedicti & conſtitutionibus Ciſtertienſium, fundatum à *Waltero* de *Lomershaim*, adjuvante *Güntero*, Epiſcopo Spirenſi, Comite de *Liningen*, AC. MCXLVIII., medio ferè itinere inter *Pfortzhemium* Marchionum Badenſium, & *Brettam*, Palatinorum Rheni civitates, quod *Eugenius* III. ipsô annô fundationis in protectionem Sedis Apoſtolicæ ſuſcepit, & *Frid. I.* Imp. confirmavit, ſtatuitque, nullum niſi Cæſarem habere *Advocatum*, uti reliqua hujus Ordinis monaſteria habent. *Walterus* iſte in antiquis tabulis dicitur *Vir Nobilis, & ex antiqua proſapia in utraq; Parentum linea liber, & dum ſeculo militaret, moribus compoſitus, inq; armis ſatis ſtrenuus.* Idem verò *Fridericus* annô MCLXXVIII. ſe *Advocatum* Spirenſis Eccleſiæ vocat ratione Ducatûs Sveviæ. (z)

§. XX. Cives Fuldenſes, Abbati non magis, quàm toti Congregationi infenſi infeſtique, per fœdera & occultas coitiones ſeſe applicantes *Advocato* Fuldenſi, *Joanni*, Comiti à *Zigenhayn*, annô MCCCXXXI. cœco & populari motu impetum faciebant in vetus oppidum, Præſulis arcem cum munitiſſima turri proruebant ſternebantque, faces injiciebant curiæ, annonam, pecus, ſupellectilem diripiebant, eôdemque furore Decanum, cœnobitas aggreſſi, agebant pellebantque extra ſepta & domicilia, & familiari omni re deſpoliabant. Nec intacta à rapinis & incendiis rabioſæ multitudinis Monaſteria Montium S. Petri & Deiparæ Virginis. Præſul inter hæc, cùm tanto furori non par eſſet reprimendo, conticinio noctis Eccleſiæ turres occupat, manum ſuorum advocat, familiam armat, & quicquid in ſupellectile, vetuſtis ſcripturis, ac bibliotheca eximium & præſtans, mittit in tutiora. Inde congreſſi cum Comitis manu familiares Abbatis velitariâ pugnâ, LXX. ſtirpis probæ milites & armigeros in certamine capiunt, ipſeque Comes *Joannes Zigenhaynius* ad Schlitzium oppidum usque fugâ elapſus, nihil propiùs ibi, quàm ut captus cederet Abbati. Reliqua tibi dicet *Chriſtoph. Brovver.* (a) *motus Advocati Fuld.*

§. XXI. Annô MCCXXIX. *Gernotus* Abbas Nuenburgenſis, cui cum *Henrico*, Aſcaniæ Comite, ob nobilem Eccleſiæ ſuæ *Advocatiam* malè conveniebat, à Miniſtris Principis captus & excœcatus eſt. Lingvam *Abbas excæcatus.*

 gvam

(z) Cruſ. P. II. Annal. L. II. (a) L. IV. Antiq. Fuld. p. 321.

gvam quoque eidem reſecuiſſent, niſi illa violenter retracta plenam ſectionem feſelliſſet. Quod tamen ob id impeditiùs loqueretur, læſam particulam per Chirurgum truncari, ac partem reliquam ad naturalem modum fecit reformari. (b) Recentiores ajunt, id factum ob ſcortationes, quas is cum *Sophia*, Abbatiſſa Quedlinburgenſi, exercuerat, adduntque, etiam caſtratum fuiſſe Abbatem. Crudele profectò hoc fuit facinus, & à Clericis tanti æſtimatum, ut propterea ſacrorum celebratio per totum Magdeburgenſem Archi-Epiſcopatum, ac viciniam omnem ſuſpenderetur. (c) Certè nec *Gernotus*, nec *Sophia* ſine criminibus fuit, itaque hæc ab *Henrico* VI. *Friderici* II. Imp. F. loco mota, potiſſimùm id agentibus *Henrico* Anhaltino & *Hojero*, Comite Valckenſteinio. (d) Verùm quia *Henricus* ab *Alberto*, Archi-Epiſcopo Magdeburgico, excommunicabatur, Romam profectus ille, ab *Honorio* III. anathematis ſolutionem petiit & obtinuit. (e)

§. XXII. De *rapacitate* & exactionibus *Hermanni*, Marchionis Badenſis, *Advocati* Albæ Dominorum, vide *Documenta rediviva Monaſteriorum in Ducatu Würtenbergico*; (f) *Advocatorum* verò Illuſtris Eccleſiæ *Gerenrodenſis* prolixiùs loquitur Archi-Epiſcopus Moguntinus apud *Hoppenrodium*. (g) Conqueſtæ nimirum erant Sedi Moguntinæ Abbatiſſa & Sorores *Gerenrodenſes*, quòd *Advocati* iſtius Eccleſiæ tam immodicis exactionibus & ſervitiis aggravarent homines & colonos ipſius, ut non poſſint ſolvere debitos ſibi cenſus. Ideo Præſuli Halberſtad. *archipolitica* auctoritate mandat violentiam illam deteſtabilem & corruptelam exſtirpare. Cùm enim nonnulli *Advocati* Eccleſiarum, prætextu defenſionis, in *Advocatos* eâ conditione aſſumti, ut ſtipendiis certis & ſervitiis ſpontaneo deputatis Eccleſiarum jura, poſſeſſiones, & homines defendere deberent, facti ſunt ex defenſoribus offenſores, & eo, quòd tam immoderatis exactionibus & ſervitiis aggravent homines, ut non poſſint propriis Dominis exſolvere debitos cenſus ſuos, aliasque illicitas dividentes *Advocatias* in partes inferioribus ſuis, in grave Eccleſiarum diſpendium, eas infeudare præſumant. Quia verò puerilem meretur amictum, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, ſtatuit, quod ſpontè aſſignatis ipſis ſibi ſtipendiis & ſervitiis ſint contenti, prout coram Imperio eſt obtentum, Eccleſiarum jura, poſſeſſiones & homines defendant & protegant,

*queſtus Gerenrod.*

(b) Chr. mont. ſeren. ad ann. 1219. p. 132. (c) id. ad ann. 1223. p. 153. (d) id. ad ann. 1224. Chron. Magdeb. Anonymi T. II. rer. Germ. Meibom. p. 330. dicit, Abbatem fuiſſe combuſtum, & Abbatiſſam repulſam ejectamque de caſtro pro ſuis delictis. (e) Vid. hiſt. Anhaltin. D. Sagittar. c. 2. §. 18. (f) p. 154. (g) in annalib. Gerenrodenſ. ſub Mechtilde Abbatiſſa IX. T. II. rer. Germ. Meib. p. 435.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gant, (ùt tenentur,) nihil aliud poteſtatis & juris ſibi in eorum reditibus, juribus, poſſeſſionibus & hominibus uſurpantes; redintegrent *advocatias*, quas in partes dilaceraſſe & ſuis inferioribus infeudaſſe noſcitur. Feudatarii eas occupatas dimittant. Quod ſi non fecerint, infra menſem, moniti per ordinarios, vel alios ſuperiores, ipſe *Advocatus*, & ſuus feudatarius, ad id faciendum per excommunicationis & interdicti ſententiam compellantur. Dat. Erfordiæ VI. Cal. Januar. anno MCCLXXXIX. Adde, quæ *Bruſch.* habet, (h) de *Zvvieſaltenſi* cœnobio agens.

*Injuſtitia Advocator,*

§. XXIII. *Injuſtitiam* verò *Advocatorum* recenſebit *Henricus Claudus* apud *Brovverum.* (i) Fuerant hactenus inter *Fuldenſem* & *Hersfeldenſem* Eccleſiam innumeræ ſeditiones, contentiones & homicidia. Quas ut tolleret Imperator, mandat, ut ſi quis ex familia utriusque Eccleſiæ aliquem ſervorum, vel S. *Bonifacii*, ſeu S. *Wigberti*, inſequatur, & armatâ manu ad occidendum, ſeu deprædandam curtem ejus, ſeu domum, infringat, eumque impugnet, illi, qui facti hujus dux & princeps fuerit, *corium tollatur & capilli, & utraq; maxilla ferro candente comburatur*, reliqui ſequaces *cute & capillis* priventur. Si autem aliquis occidatur, ſeu vulneretur, autor *Weregeldum* Eccleſiæ, cujus homo occiſus vel truncatus eſt, reſtituat. Si verò *Advocatus* aut mercede conductus, ſeu miſericordiâ amicorum motus, iſtud conſtitutum adimplere noluerit, *advocatione* careat, & gratiam Regni amittat, niſi juramento probârit, ſe invaſorem reperire haud potuiſſe, quamprimùm autem invenerit, judicium & juſtitiam ſe facturum. *Weregeldus*, ſeu *Weregelda*, antiquis Germanis æſtimationis pretium eſt. *Weregeldus*, In veteri Juris Saxonici ſpeculo pretium, quô quis mortuum luit, damit man einen Todten verbüßt/ i. e. 24. alte Schock/ eſt gloſſa marginalis. *Weregelthef*, cujus vita pretio, pro capitis ſui æſtimari ratione, perſoluto redimatur, putâ occulti latrocinii reus; ſecus autem, ſi manifeſti. (k) Multa etiam gravamina & damna Eccleſia S. Mariæ Halberſtad. abs *Advocatis* ſuſtinuit, ut ex privilegio *Henrici* VI. Imp. anno MCXCII. Ind. X. XIII. Kal. Mart. dat. clarius patet. (l) De *Porta*, à gravaminibus *Advocatorum* liberata, vide M. *Juſtin. Pertuch.* (m)

*Advocati ſpontè reſignant,*

§. XXIV. Quidam igitur *Advocati* malitiam ſeculi expendentes, ſalutisque ſuæ memores, ſpontè reſignârunt, ùt *Rudolfus* Comes Palatinus de Tübingen, qui reſignabat jus *advocatiæ* Monaſterii *Blaubeurenſis* Ord. S. Bened., Diœceſ. Conſtantienſ., anno MCCLXVII. (n) *Sigfridus*, Comes *Blanckenburgicus*, advocatiam *Huyesburgenſem* anno MCCXX.



(h) In deſcript. Monaſt. Germ. f. 184. (i) L. II. Antiq. Fuld. c. 15. (k) D. Zimmerman. analect. miſcell. menſ. XII. p. 663. (l) vid. D. Sagittar. Hiſt. Halberſtad. §. 55. p. 44. ſeq. (m) in chron. Portenſ. p. 58. & 61. (n) vid. cit. Documenta rediviva p. 916.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sigfrido* I. Abbati abſolutè reddidit, approbante hoc *Friderico*, Epiſcopo Halberſtad., qui omnem *advocatiam* ſuſtulit, (o) gratiam hanc ſpecialem faciens Archimandritæ, ut in *cauſis majoribus* e.g. *furti, raptûs & ſanguinis*, quas non expedit tractare religioſas perſonas, *mundiburdum* ſtatuat, qui judicet, quæ fuerint in judicandis, i.e. interprete *Innocentio* IV., qui puniat *furta, raptus*, & *ſangvinis vindictam requirentia*. Sed antiquata nunc hæc *Friderici Kirchbergici* ſanctio, cùm *Fridericus* III. Potentiſſimus Princeps (cui vitam & triumfos vovemus innumeros!) *cuiq; ſuum* ſpondeat, & largiatur, ipſique Vicario ſuo Dominus claves vitæ & mortis longè latéque dederit, adeoque potentiùs *Friderico* Halberſtadenſi *utroq; jure, utroq; gladio, & ſpirituali & temporali gaudeat imperio*, eôque regere & defenſare valeat feliciter omnes ſibi ſubjectos. Ipſi Reges & Pontifices Romani, ùt *Honorius* II. (cujus bulla data eſt Laterani Non. Decemb. Indict. XII. anno MCXXVIII. Pontificatûs ſui anno quarto,) omnia bona & privilegia monaſtica integra & quieta tantùm cupiebant *ſalvâ Diœceſani Epiſcopi juſtitiâ & reverentiâ, ſalvâ debitâ Ejus reverentiâ*, infit *Innocent.* II. (dat. Piſis per manum *Alverici*, S. Rom. Eccleſ. Diaconi Cardinal. & Cancellarii, VI. Id. Jun. Indict. XIII. anno MCXXXV. Pontificatûs ſui anno VI.) *& canonica juſtitiâ*, Adrian. IV. VI. Id. Aug. Indict. IV. anno MCLVI. Pontificatûs ſui II. & Cœleſtin. III. in bulla dat. Lateran. per manum *Centii*, S. Luciæ in Orthea Diaconi Cardinal. & Cancellar. tert. Non. Maj. Indict. XV. anno MCXCVII. Pontificatûs ſui anno VII. Cùm omnium rerum in hoc univerſo viciſſitudo ſit, cœnobia utique non ſemper antiquam ſervabunt faciem. Vix autem me contineo, quin confirmationem *Innocentii* IV. ſubjungam.

*Frid. Sapiens. El. Brand.*

*bulla Innocent. IV.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum DEI, Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii de *Huysborch*, Ordinis Sancti Benedicti, Halberſtadenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod claræ memoriæ *Sifridus*, Comes de *Blanckenborch*, veſtri Monaſterii *Advocatus*, prudenter attendens, quòd *Advocatus* Eccleſiæ idem intelligi debeat quod *defenſor*. Quia tamen nonnulli, obmiſſo *defenſionis* effectu, retinentes nomen impropriè *Advocati*, frequenter Eccleſiis magis obſunt quàm proſunt, plus ſunt oneri quàm honori, & per quos debent defenſari Eccleſiæ, multociens moleſtantur, ac per hoc volens inpoſterum indempnitati dicti Monaſterii præcavere, Jus *advocatiæ*, quod in ipſo habuerat, in manibus quondam S. Prædeceſſoris tui ſimiliter Abbatis liberè & perpetuò reſignavit: nihil in eo ſuis heredibus penitus reſervando. Unde bonæ memoriæ F. Epiſcopus Halberſtadenſis, Diœceſanus veſter, ſui Capituli accedente conſenſu,

(o) Vid. §. 18.

ſenſu, duxit deliberatione provida proteſtandum, ut nullus de cetero *jus advocatiæ* ſibi vendicet in eodem, concedens vobis poteſtatem, eligendi perſonam, quæ *mundiburdus* vulgariter nuncupatur, quæ puniat furta, raptus, & quæ ſangvinis vindictam requirunt; quæ per Religioſos non eſt licitum exerceri, prout in literis inde confectis pleniùs continetur. Quare Nobis humiliter ſupplicâſtis, ut, quæ ab ipſis, Epiſcopo & Comite, facta ſunt in hac parte, Apoſtolico curaremus munimine corroborari. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, reſignationem, ſtatutum & conceſſionem hujusmodi, ſicut providè facta ſunt, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni XIII. Kal. April. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

§. XXV. At *Sigfridi Blanckenburgici* heredes bolum iſtum ægrè ſibi patiebantur eripi. Ideò *Henricus* Comes Eccleſiam *Huyesburgenſem* & *Halberſtadenſem* rapinis & incendiis anno MCCXLIX. miſerè vaſtabat. *Meinhardus* verò Epiſcopus *murum & clypeum* ſe oppoſuit ad libertatem Monaſterii ex integro conſervandam. Interim *Ludolfus*, Abbas Huyesburgenſis XI. Eccleſiæ Halberſtadenſi CL. marcas pro damno, abs *Henrico* illato, reſtituiſſe dicitur. *vaſtatio Eccleſiarum.*

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Meynardus*, DEI gratiâ Halberſtadenſis Eccleſiæ Epiſcopus in perpetuum. Notum ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuris, quòd cùm Comes *Hinricus* de *Blanckenborch* Eccleſiam *Huyesburgenſem* Nobis in DEO dilectam hoſtiliter invaſerit, eam rapinis & incendiis devaſtando, volens ſibi jus *Advocatiæ* in eadem Eccleſia temerè vendicare, Nos jamdictam Eccleſiam, Nobis in animam commiſſam, indebitè devaſtari & gravari conſpicientes, volentes quoque ipſi Eccleſiæ debitâ ſollicitudine providere, Nos & Eccleſiam noſtram pro defenſione ipſius Eccleſiæ *murum & clipeum* expoſuimus, ad libertatem ipſius ex integro conſervandam, ab omnibus Anteceſſoribus noſtris ſibi conceſſam, & præcipuè à Venerabili Patre, Domino *Frederico* Epiſcopo collatam, nec non à Sanctiſſimo Patre Domino Papa *Innocentio* confirmatam, poſt placita diverſa & expenſas non modicas, à memorato Comite damnum maximum ſuſtinuimus & jacturam. Itaque cùm prædictum Comitem, poſt labores plurimos & expenſas, revocaſſemus à læſione dictæ Eccleſiæ, licèt difficulter, dictus Comes per compoſitionem amicabiliter inter Eccleſiam & ipſum factam, *lit. Meinhardi Epiſcopi.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

renunciavit penitus omni actioni & petitioni, ſi quam contra ipſam Eccleſiam ſuper tali Advocatia videbatur habere. Quare Dilectus Nobis in Chriſto *Ludolfus*, Abbas Eccleſiæ, pro ſui benivolentia, damnum Nobis, pro libertate Eccleſiæ ſuæ, illatum, conſiderans & attendens, quaſi *Vir providus & diſcretus*, cum Nos cerneret obligatos, tamen liberaliter & hilariter noſtris & Eccleſiæ noſtræ ſubvenit indigentiis, in CL. marcis, noſtris in ea damnis & expenſis, pro Eccleſia ſua habitis, reſpondendo, ita tamen, ut de prædicta pecunia caſtrum & villicatio in *Scheninge* ad uſus noſtræ Eccleſiæ redundarent, & hæc Eccleſiæ *Huyesburgenſi* ſint in teſtimonium perpetuum & munimen, ſi, quod abſit, aliquis Succeſſorum noſtrorum contra ipſam Eccleſiam præſumeret malignari. Nos pro DEI & Glorioſæ Genitricis ejus reverentia & honore prædictam *Huyesburgenſem* Eccleſiam in eadem libertate, quâ ſub noſtris viguit Anteceſſoribus, volentes liberam conſervare, nec unquam confirmationem Domini Papæ *Innocentii*, ſuper ipſius libertate datam, infringere præſumentes, ſcripti noſtri munimine, noſtro & Eccleſiæ noſtræ ſigillis roborare ac teſtimoniis, ipſam prorſus liberam, nec unquam, propter blandas amicorum preces, aut munera excœcantia, vel de alio quocunque cuiquam hominum infeodari licitam proteſtamur. Hujus rei teſtes ſunt *Hermannus* Præpoſitus, *Wigkerus* Decanus, *Borchardus* Vice-Dominus, *Cono*, *Rodolfus*, Portenarius, *Volradus* Scholaſticus, *Evervvinus* Præpoſitus S. Bonifacii, *Ludolfus*, *Wittekindus*, *Heinricus*, *Hermannus*, *Chriſtianus*, *Borchardus*, *Gerardus*, *Leutfriedus*, *Fredericus*, *Hermannus*, *Ludegerus*, *Joannes*, *Ludolfus*, *Otto* de Vipech, *Otto* de Hertbeck, & *Otto* de Irckſleve, Majoris Eccleſiæ noſtræ Canonici: *Tidericus* Decanus S. Mariæ, *Gevehardus* de Wernigrode, *Fredericus* de *Kerberch*, Comites: *Hinricus* de Eylenſted, *Hinricus* de Ceringe, *Fredericus* de Hersleve, *Conradus* de Lere, *Hinricus* & *Tidericus* de Quenſted, *Conradus* de Halberſtad, *Gevardus* de Stage, *Nicol.* de Hoym, *Olricus* de Hordorp, *Hinricus* de Veltem, Milites, Miniſteriales Eccleſiæ noſtræ, & alii quàm plures. Et ne talis ipſius Eccleſiæ libertas ab aliquo inpoſterum calumpniari valeat vel infringi, eam confirmavimus banno noſtro, ſub pœna excommunicationis diſtrictiùs inhibentes, ne quis contra eam temerè venire præſumat. Si quis autem præſumſerit, indignationem DEI Omnipotentis & excommunicationis laqueum ſe noverit incurriſſe. Actum & datum Halberſtad anno Gratiæ MCCXLIX. XVI. Kal. Jun. Pontificatûs noſtri anno VIII.

*renunciatio Advocat.* §. XXVI. Demum anno MCCLI. *Sigfridus Blanckenburgicus* in placito generali *ad altam arborem*, beym hohen Baum/ omni juri, ſi quod in *Advocatiam* habere viſus eſt, liberaliter nec non affectu ſincero æternùm renunciavit.

*Siffridus*,

Sifridus, DEI gratiâ Comes de *Blanckenborch*, in perpetuum. Quoniam ea, quæ circa temporalia fiunt & ordinantur, negotia per intervallum temporis à memoria hominum elabuntur, niſi voce teſtium ſtabilita fuerint & firmata, prætereа vivaci littera commendata, nec non ſigillorum appenſionibus æternata. Idcirco ad futuri temporis dubium penitus removendum, & quodquod ambiguum poſteritati venturæ omnimodè amputandum, ea, quæ per Nos rationabiliter ſincero fiunt ex affectu, ſcriptis dignum duximus commendare. Noverint igitur tam præſentes quàm futuri, quòd cùm *ad altam arborem*, placitis ibidem generaliter indictis, cum Principibus & reliquis terræ Nobilibus eſſemus & Nos pariter conſtituti, præſentibus Viris Nobilibus & Honeſtis, videlicet Domino *Meynardo*, Venerabili Halberſtadenſi Epiſcopo, *Wigero* Decano, *Volrado* Præpoſito Walbicenſi, Canonicis Halberſtadenſibus: Laicis verò *Burchardo* de Querenworde, *Burchardo* Filio ipſius, dilecto conſangvineo noſtro, *Olrico* Comite de Regenſtein, & *Gevehardo*, Comite de Wernigrode, in præſentia Domini *Ludolfi*, Abbatis Eccleſiæ *Huyesburgenſis*, & *Tiderici* de Aſpenſtede, Monachi Eccleſiæ ejuſdem, recognovimus in aperto, nihil omninò juris in *advocatia* prædictæ Eccleſiæ Nos habere. Et renunciamus ex toto liberaliter & ſincerè omni juri, ſi quod habemus in eadem, hâc fide bona nec non affectu ſincero coram prædictis publicè proteſtantes. Igitur Nos, ad cautelam magis habundantem, ne Eccleſia ſœpedicta calumpniis, ſeu verſuciis noſtrorum hæredum inquietari, ſive diſpendio moleſtari valeat in futurum, animæ noſtræ ſaluti, prout tenemur, ex debito duximus conſulendum, nec non eidem Monaſterio ſolerti induſtria ex integro præcavendum, & præterea ab heredibus noſtris omnem ſuſpicionis notulam abcidendam, & radicitùs extirpandam, bonâ deliberatione ac provida cuilibet prorſus impeticioni, quemadmodum in loco ſuprà dicto, *ad arborem* videlicet, recognovimus, ſic nunc in perpetuum renunciâſſe, Nos integraliter profitemur. Inſuper actioni qualicunque & juri omni, ſi quod in præmiſſæ Eccleſiæ *advocatia* viſi fuerimus habuiſſe, filiis noſtris *Hinrico*, *Sifrido*, *Hermanno*, *Burchardo* præbentibus voluntarium arbitrium & aſſenſum. Hujus rei teſtes ſunt *Otto*, Comes junior de Valckenſtein, *Sifridus* de Ditvorde, *Arnold* de Sandberg, Milites noſtri Caſtrenſes. *Gerardus*, Clericus Domini Abbatis de *Huyesborch*, Notarius, cujus præſens auctenticum eſt conſcriptum, & alii quàmplures. Et ut talis renunciatio *Advocatiæ* Eccleſiæ videlicet ſuprà dictæ rata, inconvulſa, irrefragabilis, & ſtabilis omni tempore permaneat & conſiſtat, & ab omni inquietatione, impugnatione, & inpeticione Succeſſorum noſtrorum heredum ſit libera æternaliter & ſecura, prænominatæ Eccleſiæ in robur validum & teſtimonium ſufficiens præſentem li-

teram erogamus appenſione noſtri ſigilli validiſſimè comunitam. Actum & datum Blanckenborch anno Dominicæ Incarnationis MCCLI. XIII. Kal. Maji.

*Advocati Huysburg.*

§. XXVII. Fuit igitur primus cœnobii *Huyesburgenſis* Advocatus *Fridericus*, Comes Palatinus Saxoniæ & Sommerſeburgicus, abs *Alfrido*, Abbate ſecundo, electus. *Otto* poſtea, quintus Abbas, conſtituit *Willerum*, Militem *Eylenſtedenſem*; Quô defuncto *Henricus* I., Abbas ſeptimus, ſubſtituit *Sigfridum Blanckenburgicum*, ſponte ſub *Sigfrido* I. Abbate decimo reſignantem. Ut igitur priſcis temporibus munus *Advocatorum* latiſſimum erat, jurisdictionis *civilis* & *criminalis* adminiſtrationem complectens: ita progreſſu temporis Abbates illam ipſam uſurpare cœperunt, ſolâ *criminali* Advocatis relictâ, quam pro arbitrio Abbates & Epiſcopi ad tempus in eos detulêre, ſeu feudi loco conceſſerunt. *Albertus* verò, Landgravius Thuringiæ, quem ἄστοργον vocant, ſeu *degenerem*, liberam pronuncians villam *Flemingen* à gravamine *Advocatorum*, conceſſit Fratribus *Portenſibus judicium ſanguinis* (Halß-Gericht) in ea villa. (p) Literæ datæ ſunt in *Porta* anno MCCLXXVII. VI. Id. April. teſtibus *Sigefrido* de Hopfgarten, *Heinrico* de Colemas, *Hainemanno* de Haine, *Heinrico* de Schönbergk, *Frederico* de Schönbergk Militibus, & *Marquardo* Sub-Notario, & aliis fide dignis. Idem jus confirmavit *Fridericus* III. (q)

*Advocati Padeb. pœnitentia,*

§. XXVIII. *Wittekindus*, Comes Waldeccenſis, *Advocatus* Eccleſiæ Padebornenſis, facti ſui injuriæque, Epiſcopo irrogatæ, pœnitens, omne damnum per prædas Eccleſiæ Padebornenſi illatas liberaliter compenſavit. Quippe inter ceteros Weſtfaliæ Proceres nomen militiæ ſacræ profeſſus, priusquam iter ingrederetur cum Imperatore, acceptis ab Epiſcopo *Bernardo* CCC. marcis, non modò *Advocatiam*, ſed & cetera bona juraque, quæ clientelari titulo à Padebornenſibus tenebat, in modum pignoris depoſuit in manum Epiſcopi, ita ut ſi in expeditione mori contingeret, ipſa *Advocatia* cum omnibus prædiis ac bonis cederet Epiſcopo, liberumque ei eſſet, *Advocatum* ex cathedralis Collegii conſenſu deligere, quem vellet; nec in feudum dare neceſſum haberet, ne quid fratres aut conſangvinei obtendere poſſent in ſucceſſione hujus tutelæ. Ipſas tabulas exhibet *Schatenius*. (r) *Advocatia* hæc, mortuo *Wittekindo*, poſt quadriennium ab *Henrico* VI. Imp. pleno & confirmato jure aſſerta eſt Epiſcopo Padebornenſi Francof. MCXCIII. Indict. XI. II. Idus Decembr. (ſ)

*Advocatia minorum rerum,*

§. XXIX. Extenſum aliquando *jus advocatiæ* ad minutiora, e.g. ad manſos aliquot, & Eccleſias paganas &c. Anno MCCXLIV. Non.

Nov.

(p) Chron. Portenſ. Pertuch. p. 56. (q) Id. chron. p. 65. (r) T. I. Annal. Padeborn. ad ann. 1189. p. 883. ſeq. (ſ) Id. l. c. p. 896.

Nov. Pontificatûs ſui anno III. mandat *Meinhardus*, Epiſcopus Halberſtadenſis, *Ludolfo*, Abbati Huyesburgenſi, cunctisque ſuis ſucceſſoribus, in virtute Sanctæ obedientiæ, ne *advocatiam* octo manſorum in *Roſten* nunc, ſeu in futurum vacantem, alienare, obligare, vel infeudare præſumant. Dat. Langenſtein Año MCCLVII. *Volradus*, Epiſcopus Halberſtadenſis, cum conſenſu Capituli, ſolutam *advocatiam* duorum manſorum *Serckſtedii* cœnobio *Huyesburgenſi* contulit. Cujus rei teſtes erant *Fredericus*, Comes Kirchbergicus, *Volradus*, frater Epiſcopi, de Cranechfeld, *Hinricus* de Hordorp, *Jacobus* Geventhuſen, *Hinricus*, cognomento Yſenborde, & alii. Cùmque quidam minùs providi jus cujusdam *Advocatiæ* in prædictis manſis ſibi vendicarent, eamque à Comitibus Wernigerodanis ſe in feudo tenere aſſererent, *Fridericus* & *Conradus* Comites, ſuo ſuorumque heredum nomine, omni juri renunciabant, ùt pleniùs habetur in literis:

FRedericus & Conradus DEI gratiâ Comites in *Wernigerod*, Univerſis præſentia viſuris, ſeu audituris, cum ſubſcriptorum notitia proſpera ſemper frui. Cùm rei geſtæ veritas ambigitur, error gravis ſæpiſſimè generatur. Noverint igitur univerſi, quòd cùm in Deo devotus Abbas, & Conventus Monaſterii S. Mariæ Virginis in *Huyesborch*, duos manſos cum dimidio cenſuales, ſitos in campo *Slanſted*, à Monaſterio in *Ringelem* emtionis titulo ritè & rationabiliter emiſſent, quidam minùs providi, & forſan per errorem, jus cujusdam advocatiæ ſibi in prædictis bonis vendicabant, quam à Nobis ſe tenere in pheodo perhibebant. Nos verò, ob honorem ejus, quam Filius nihil negans honorat, ac ad inſtantiam Abbatis & Fratrum in dicto *Huyesborch* Deo religiosè militantium, de beneplacito & voluntate omnium heredum & coheredum noſtrorum, quorum ad hoc merum & verum conſenſum habuimus & habemus, renunciamus vice & nomine noſtro, ac eorum, liberè & abſolutè omni juri ac *advocatiæ*, ſi quod, vel ſi qua nobis in prædictis duobus manſis cum dimidio hactenus competebat, volentes, ut prædicti Abbas & Conventus dictorum duorum manſorum cum dimidio poſſeſſionem quietam, ac ab omni *Advocatia*, onereque & jugo ſervitutis cujuslibet liberam, pacifici perfruantur, eorum orationibus nos ſuppliciter commendamus. In quorum omnium evidentiam atque robur, ſigillorum noſtrorum appenſionibus roboramus præſens ſcriptum. Teſtes etiam hi exiſtunt Dominus *Aſchvvarus* de Mynſleve, Dominus *Joannes* de Goslaria, Dominus *Petrus* de Symenſtide, & plures alii fide digni. Datum Wernichrod anno Domini MCCCXXVI. in die S. Blaſii, Epiſcopi & Martyris pretioſi.

*lit. Comit. Wernigerod.*

*Advocatia Erklenſis,* §. XXX. Autor *Demonſtrationis chronologicæ* ſœpius à nobis citatæ (t) pro aſſertione juris ſui Diœceſani allegat *Burcardum* de *Aſſeburg*, pro ſe ſuisque heredibus, cum conſenſu fratris ſui *Bertholdi*, Præpoſiti in Buſtorf, & Archi-Diaconi Hûxarienſis, dimittentem pro XL. marcis denariorum Braclæ & Hûxariæ legalium *Advocatiam*, quam habebat in parochiam *Ercklen*. Hæc parochia ſita quidem in Diœceſi Padebornenſi, collatio tamen ejus ad Corbeiam ſpectat, non ſecus ac parochia *Thulen* in territorio Colonienſi, cujus collatio etiam ad Corbeiam, jus verò Archi-Diaconatûs ad Prælatum *Abdinghofenſem* intra Padebornam pertinet. Nec tantillum impedit, quod hic & iſte *Archi-Diaconus*, ſeu *Vice-Archi-Diaconus* nominetur. Quæritur, an hujusmodi Archi-ſeu Vice-Archi-Diaconi (qui tamen ſimplices erant Presbyteri) abs Abbate, ſeu Epiſcopo fuerint conſtituti? Sic autem eſt cum advocatia iſta *Ercklenſi*. *Burcardus* ab *Aſſenburg* Miles, cum præſcitu & conſenſu conjugis ſuæ *Agnetis*, & filiorum *Burcardi*, Canonici Majoris, *Egberti*, Canonici SS. Petri & Andreæ Apoſtolorum intra Padebornam, *Joannis*, Canonici ad D. Petr. intra Hûxariam, *Bertholdi* & *Werneri*, nec non filiæ ſuæ *Sophiæ*, omniumque aliorum heredum, annô MCCCXI. vendidit *Henrico*, Plebano in *Ercklen*, & Eccleſiæ ibidem pro XL. marcis denariorum Braclæ & Hûxariæ legalium, totam *Advocatiam*, cum omni jure & pertinentiis, in & extra villam ſitis. Et quia hanc *Advocatiam* Dominus *Aſſenburgius*, ab *Hermanno*, Comite *Pyrmontano*, hic verò à Corbeia in feudum acceperat, ideò hunc contractum venditionis prænominatus *Aſſeburgius* fecit, conſentiente *Hermanno* Comite, ejusque Filio *Hildeboldo*, præſertim verò *Ruperto Horohuſio*, Abbate Corbeienſi, totoque Capitulo ſuo, tenore literarum deſuper Brackeliæ confectarum, quas Conſules & Senatus ibidem unà cum *Bertholdo*, Præpoſito Eccleſiæ Orientalis Padeborn. & Archi-Diacon. Hûxar., *Burcardi* fratre, ſubſignârunt. Hinc anno ſequente MCCCXII. laudatus Abbas *Rupertus*, ipſam Eccleſiam *Ercklenſem*, ejus dotem, & omnia bona, in & extra villam ſita ubicunque, tàm habita quàm habenda, atque homines eadem colentes, ab omni *Advocatiæ* onere, & ab omni angariarum & perangariarum turbatione immunes fecit, & perpetuo libertatis jure ac commodo frui voluit.

*claves monaſt. Advocat. data,* §. XXXI. Olim Monaſteria libera *Advocatis* & Protectoribus ſuis, imò quandoque etiam aliis, *claves* tamdiu tradebant, quamdiu ipſi ibidem permanebant. Sanè Prælatus *Herbertingenſis*, quando *Ehingorum* Ulmenſium (Fundatorum alicujus in templo ibidem capellæ) aliquis eò venerat, ei obviam procedens *claves* cœnobii tradidit. (u) Comites Wertheimenſes aſſerunt, ſe in Monaſterio *Grumbacenſi* tanquam Protectores,

(t) §. 31. (u) Vid. Cruſ. annal. Svev. P. II. Lib. XII. c. 6. c. f.

ctores, Abbatiâ vacante, jus *clavium* habere, ita, ut ſi Abbas ibi moriatur, Comes Wertheimenſis vel ipſe, vel per ſuos, monaſterium, *claves*, & ea, quæ ad Abbatem pertinuerunt, in cuſtodiam ſuam recipiat, & tamdiu, donec alius Abbas electus fuerit, retineat. (w) Olim quoque Nobiles de *Kemnat*, ceu *Advocatos* Monaſterii *Irſin*, eò venientes, claves à Prælato poſtulâſſe, & ad ſe recepiſſe, refert autor, Ob die Reichs-Vogteyen wieder einzuführen ſind? (x) ubi etiam addit: urbarium quoddam vetus pagi Riedöſchingen in der Baar extare, quô aſſeratur, quòd ſi Dominus pagi iſtius, ein Vogt-Herr/ moriatur, & alius *Lindaviam* veniat, & ab Abbatiſſa Lindavienſi feuda eò pertinentia recipiat, Abbatiſſa iſta ipſi *claves* per noctem & diem, *ad panis & vini cuſtodiam*, in Monaſterio tradere teneatur.

§. XXXII. Interim ſalva manet in omnibus Imperatoris *Advocatia Majeſtatica* ſuprema & univerſalis, quæ oſſibus illius arctiſſimè inhæret, nec ab eo avelli poteſt, facto aliquo tertii; ſed Imperialis ſuperioritas in poſſeſſionibus omnibus, ac bonis immobilibus quibuscunque, tàm propriis, quâm alienis, tàm feudalibus, quàm allodialibus, etiam Eccleſiis conceſſis, ſalva & exemta ſemper & ubique manet, uti ex *Thom. Michaël.* (y) repetit *Joann. Chriſtoph. Thill*, Poſonienſis, in ſua de *Advocatia Imperat. Eccleſiaſtica* diſp. inaugurali, Jenæ ſub umbone *Slevogtiano* habit. anno 1690. (z) Ideo Electus Romanorum Rex & Imperator in capitulationibus initiò ſtatim *artic. I.* juratò promittunt: *ſe populum chriſtianum, Sedem & Pontificem Romanum*, & *Eccleſiam chriſtianam*, tanquam eorum *Advocatos*, protecturos eſſe. Vide capitulationem *Caroli V.*, (quâ antiquiorem non habemus,) *Ferdinandi I.*, *Maximiliani II.*, *Rudolphi II.*, *Matthiæ*, *Ferdinandi II.* III. & IV. Auguſtiſſimi *LEOPOLDI* & *JOSEPHI*, quod etiam in capitulatione perpetua inſertum legitur *artic. I.* incip. Der erwehlte Römiſche Kaiſer und König ſol und wil die Chriſtenheit/ den Stuhl zu Rom/ Päbſtliche Heiligkeit/ und Chriſtliche Kirche/ als derſelben Advocat/ in gutem treulichen Schutz halten &c. Huic obligationi conveniens & illuſtre exemplum nuper dedit Invictiſſimus *LEOPOLDUS*, (cujus *conſiliô* & *induſtriâ* cuncta porrò eveniant feliciter!) dum omnem curam & ſollicitudinem in hanc partem Reip. traxit, ut Eccleſiæ Metropolitanæ *Colonienſi* ejus autoritate præficeretur Paſtor & Archi-Epiſcopus, qui *idoneus doctrinâ & moribus, pacis præterea & concordiæ amans, Legibus Reip. aſſvetus, Cæſari & Imperio fidus, potentiâ etiam validus exiſteret.* Hoc ipſum ſanè eſt, quò provocavit Excellentiſſimus Cæſaris Legatus in propoſitione Capitulo expoſita, dum expreſsè pro comperto attulit, Cæſ. Maj. ſui muneris,

*Advocatia Imperialis,*

*Leopoldina,*



(w) Vid. autor. des Wertheimiſchen Gegen-Berichtes wider Würtzburg c. 3. f. 40. Add. Mager. de Advocat. c. 10. num. 279. (x) p. 106. (y) de juriſdict. concluſ. 25. (z) theſ. penult.

*Advocatiæ* putâ, ſibi in Eccleſias Germaniæ competentis, duxiſſe Capitulo exponere, quòd Archi-Epiſcopatui huic Electoralis dignitas annexa ſit, quam conſervare, nec ulli diſcrimini objicere oporteat. (a) Divina igitur vox *Auguſtini*: (b) *Debes Imperator incunctanter advertere, Regiam poteſtatem tibi non ſolùm ad* mundi regimen, *ſed maximè ad* Eccleſiæ præſidium *eſſe collatam.*

*Carolina,*

§. XXXIII. Quid? quod *Carolus* M. cum *Advocatia* Romanæ Eccleſiæ accepit ſimul, cenſente *Limnæo enucleato*, (c) politicam adminiſtrationem omnium bonorum temporalium, Ducatuum ſcilicet, Principatuum, Dominiorum & territoriorum, quæ Imperatorum, Regum, Patriciorum, aliorumque Principum beneficio Eccleſiæ obvenerant, quorum donationes Ipſe *Carolus* partim confirmavit, partim auxit & ampliavit. Quod poſteriores Cæſares minimè animadvertentes, *Advocatiam* Eccleſiæ de tuitione & propagatione univerſalis Eccleſiæ, ſeu religionis chriſtianæ, interpretati ſunt, quam illi, non *advocatiæ* nomine, quæ propriè ad poſſeſſionum ſecularium gubernationem attinet, ſed *Pontificatûs maximi* titulo ac privilegio habuêre, ùt patet ex reſcripto *Leonis IV.* ad *Lotharium* Imperatorem. Cùm tempore *Henrici* V. *Paſchalis* II., neſcio quô religionis & juſtitiæ zelo percitus, Eccleſiis, eorumque Prælatis, *regalia,* i.e. interprete ipſo, Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, telonia, mercatus, *advocatias* &c. abjudicaret, Imperioque reſtitui juberet, (d) in faciem illi reſtitit *Conradus, Salisburgenſis* Archi-Epiſcopus, nomine reliquorum Antiſtitum, clamans: hujusmodi *Paſchali* non competere, neque ſe vectigalia, oppida &c. à majoribus ſuis quæſita, ſibique relicta, ac ſeculis aliquot poſſeſſa, alteri ceſſuros eſſe.

*juſtitia Paſchalis,*

*Advocati rationem reddant,*

§. XXXV. Conſtat etiam ex *Stumfio,* (e) *Lehmanno,* (f) *Wurſtio,* (g) aliisque, hujusmodi *Advocatos* olim Imperatoribus de bonis iſtis Eccleſiaſticis rationem reddidiſſe, hanc inprimis ob cauſam, ut reditus Impp. eſſent cogniti, & ſi bella contra paganos, aliosve Imperii hoſtes gerenda forent, iis, pro cujusque facultate, collectæ & tributa, ad expeditiones pro communi Reip. chriſtianæ ſalute inſtituendas, imponerentur. (h) Imò à *Caroli M.* usque ad *Ottonis IV.* tempora defunctorum Epiſcoporum & Abbatum bona *mobilia*, vel ſe moventia, ad Fiſcum & Cameram Imperialem pertinuiſſe, fuſiùs probat *Lehman.* (i) Et *Henric. Meibom.* ſenior (k) tabulas Imperiales profert, in quibus *Alberto* Magdebur-

*bona mobilia defunctorum ad Fiſcum Imperialem pertin.*

(a) Zach. à Bona caſa in tr. edit. de Archi-Epiſc. Colon. Conf. Thill. l.a. (b) epiſt. 79. ad Leonem Auguſtum. (c) L. I. c. 3. §. 18. (d) vid. Dodech. append. ad ann. 1110. (e) chr. Helver. L. V. c. 3. (f) chr. Spir. L. II. c. 36. (g) chron. Baſileens. L. I. c. 5. (h) Mager. de Advocat. c. XI. num. 6. ſeq. (i) chron. cit. L. V. c. 67. (k) apolog. pro Otton. IV. Imp.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deburgenſi, ejusque Suffraganeis, ſpecialem gratiam faciens, proventus defunctorum, jure antiquo Imperio cedentes, ipſis donat & remittit. *Cùm igitur* (eſt vox Auguſti) *ex antiqua & antiquata conſvetudine omnium Epiſcoporum decedentium, qui de jurisdictione ſunt Imperii in quibuscunq; redditibus reliquia Fiſco cedere debeant Imperiali, ob ſinceram dilectionem memorati Archi-Epiſcopi, ejusq; perſonæ reverentiam, Succeſſoribus, dummodò à præſenti toga carnis exeunt, & omnium Suffraganeorum ſuorum Subceſſoribus, in perpetuum concedimus, ut omnes proventus Epiſcopales, qui* defunctis Epiſcopis Imperio cedere conſveverunt, *deinceps ad uſus ipſorum colligantur, & collecta reſerventur, ſtatuentes, ut ſi decedentes Epiſcopi aliquibus debitis fuerint innodati, ea exinde perſolvantur.* Acta ſunt hæc anno MCCIX. Indict. XII. Dat. apud Brunſvic per manus *Walteri*, Regalis Aulæ Proto-Notarii, XIV. Kal. Junii. Plura de *Advocatis* dabunt tibi alii. (1)

§. XXXIV. De *advocatia S. Viti*, quâ hodienum Imperator Præſulem Corbeienſem ſpecialiter donat, adeoque munus ac titulum *Advocati & Cuſtodis perpetui* ſacrorum S. Viti lipſanorum, quo à *Conrado* III. olim Abbas *Wicboldus* per aureum donationis Cæſareæ annulum inſignitus fuit, ex innata Imperiali beneficentia itidem laudat, approbat, confirmat, & innovat, in ſingulari diſſertatione prolixiùs egimus, ad quam, ſi velit, Lectorem remitto. *Advocatia S. Viti,*

§. XXXV. Ceterùm de *rapacitate & injuſtitia Oeconomorum* lectu dignæ ſunt tabulæ Imperiales, quas licèt olim protulerim, cùm tamen valde vitiatas tibi reddiderit typographus, placet eas hîc emendatiores ſiſtere. *Oeconomor. iniquitas,*

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Counradus*, divinâ favente Clementiâ Romanorum Rex ſecundus. *Si* paci & tranquillitati Eccleſiarum Dei piâ & benignâ ſollicitudine proſpicimus, hanc viciſſitudinem Nos à pio Creatore noſtro acceptare ſperamus, ut & Regni, Nobis à DEO commiſſi, gubernacula in hoc tempore cum pace & tranquillitate poſſidere valeamus, & poſt regnum hujus temporis in regno æternæ beatitudinis requiem apud juſtum Judicem inveniamus. Notum igitur eſſe volumus univerſis Regni noſtri fidelibus, tàm præſentis quàm futuræ ætatis, hominibus, qualiter dilectus & fidelis noſter *Wicboldus*, Corbeienſis Abbas, multimodâ neceſſitate ipſius Monaſterii compulſus, expoſuit in auribus Clementiæ noſtræ incommoditates & injurias, quas à *Dapiferis* & *Pincernis* ſuis quidam Prædeceſſores ejus ſuſtinuerunt, & ipſe *lit. Conradi Imp.*

 à die

(1) Weber. de jure Patronat. p. 65. ſeqq. Paurmeiſt. de Jurisdict. Imp. Rom. L. II. c. 10. num. 22. ſeqq. Reinking. de Regim. S. & E. Claſſ. I. c. 9. n. 75. Limn. enucleat. L. I. c. 4. p. 21. Bangert. in not. ad L. III. Chron. Slav. c. 18. Mager. & Chokier l. c.

à die Prælationis ſuæ in eodem Monaſterio paſſus fuit. Siquidem *Dapi-*
*feri* & *Pincernæ*, & reliqui, qui miniſterii locum in domo Corbeienſis
Abbatis tenent, quam dignitatem vulgari nomine *Officia* appellant, quaſ-
dam abuſiones in eisdem *Officiis* ſibi uſurpaverunt, ut videlicet *omnia vi-*
*ctualia & univerſam ſubſtantiam domus Domini ſui ſub cuſtodia ſua teneant,*
*& cui placuerit, his, inconſulto Domino ſuo, eadem bona ſervanda & paſſim*
*diſtribuenda conſerant*, tantamque poteſtatem in iſtis Officiis ſibi aſſerere
conantur, ut Dominis ſuis palàm & quaſi de jure ſuo prohibeant, *ne*
*claves & cuſtodiam rerum ſuarum alicui committant.* Solent enim de rebus
Dominorum ſuorum *proprias familias alere, ac milites ſuos paſcere* in tan-
tum, ut in propriis domibus plerunque aut tanta, aut etiam plura, quàm
Domini ſui de facultatibus eorum, quas debuerant, ſervare expendant,
& in diſſipandis bonis eorum modum omninò nullum teneant. Hujus-
modi ergo ſuperfluas & damnoſas rerum ſuarum diſſipationes, cùm præ-
nominatus fidelis & dilectus noſter *Wicboldus*, Corbeienſis Abbas, de eadem
domo eliminare, ac domum ſuam, ſecundùm honorem DEI & propriam
utilitatem, ordinare tentâſſet, quidam de Miniſterialibus ejus *Rabano*, qui
tunc Officium *Dapiferi* adminiſtrabat, cum fratre ſuo *Luidolpho*, & paucis
conſangvineis ſuis, multùm ordinationi ejus refragatus eſt, atque cum
multa comminatione aſſerebat, quòd poteſtatem officii ſui, quam hactenus
in domo illa exercuerat, nunquam, dum viveret, relicturus eſſet, ita,
ut ſub imperio ſuo eſſent univerſa victualia Domini ſui, ac poteſtatem de
iis haberet tribuendi, cui vellet, nec dati aut accepti aliquam rationem
Domino ſuo reddere, nec claves rerum ſuarum alicui ſervare liceret,
niſi quem ipſe ordinâſſet. Hæc itaque contradictio inter Miniſteriales
Corbeienſis Eccleſiæ à præfato Abbate, Domino ſuo, ventilata eſt, & per
judicium eorum tàm eidem *Rabanoni*, quàm omnibus, qui hujusmodi
dominationem ſibi de bonis Domini ſui uſurparent, omnis poteſtas de com-
mittendis clavibus, & de cuſtodia rerum Domini ſui abjudicata eſt,
hancque poteſtatem Abbati Corbejenſi præſcripti ex ea ſententia judicii
unanimiter adjudicaverunt, ut *claves* & *cuſtodiam rerum ſuarum* liceret ei
committere, abſque conſilio *Dapiferi* & *Pincernæ*, cuicunque voluiſſet.
*Dapifero* autem & *Pincernæ* tale judicium adjudicaverunt, ut in victualibus
Domini nullam poteſtatem dandi, abſque voluntate ipſius, prorſus ha-
beant, ſed cùm Domino ſuo, ſecundùm debitum officii ſui, ad menſam
ſervierint, hanc dignitatem de officio ſuo conſequantur, ut, *refecto Do-*
*mino ſuo, ad menſam ejus cum ceteris miniſtris de bonis Domini ſui reficiantur,*
&, præter hanc, nullam aliam poteſtatem de rebus ipſius exerceant. Huic
comparium ſuorum judicio cùm idem *Rabano* acquieſcere noluiſſet, præ-
dictus fidelis noſter Corbeienſis Abbas apud Clementiam noſtram impe-
travit,

ſtravit, quòd in plena curia noſtra, quam *Spiræ* celebravimus, judicium ſuper eodem verbo à Miniſterialibus Regni ſciſcitati ſumus, qui etiam in conſpectu noſtro & Principum Regni, idem judicium, quod Corbeienſes invenerant, pari conſenſu aſſeruerunt. Aliam prætereà moleſtiam idem *Rabano* Fratribus, qui DEO ſerviunt in Corbeienſi Monaſterio, irrogare præſumſit, quòd videlicet *infra muros & ambitum cimiterii ejusdem Eccleſiæ hereditariam manſionem ſibi vendicavit*; ſuper qua manſione cùm ſatis fuiſſet commonitus tùm à Domino ſuo, tùm à Fratribus Monachis, tum à comparibus ſuis, quatenus ab ea deſiſteret, noluit eorum ſalutaribus monitis obtemperare. Unde Miniſteriales Corbeienſis Eccleſiæ judicii ſententiam interrogati, abjudicaverunt tàm ei, quàm omnibus ſecularibus, beneficium in atrio Eccleſiæ, & quòd aliquis Abbatum tale beneficium potuerit præſtare. Cùm adhuc reluctaretur, Nos item rogati à fideli noſtro prædicto Corbeienſi Abbate, cùm interrogaſſemus Miniſteriales noſtros ſuper eodem judicio, abjudicaverunt ei, in conſpectu noſtro & Principum, infrà atrium Eccleſiæ, omnem hereditariam manſionem, & omnibus Abbatibus & Monachis talis beneficii conceſſionem. Orta eſt nihilominus & alia temeritas ab eodem *Rabanone*, quòd intra muros Corbeienſis Monaſterii quandam ſimilitudinem dignitatis ſibi hereditario jure vendicabat, quam *Præfecturam* appellabat, & ſe *Burcgravium* appellari faciebat, cùm omnes Abbates ejusdem Monaſterii hanc poteſtatem ſemper ſub ſe habuerint, ut quicquid à ſuis intra muros delinqueretur, aut ipſi corrigerent, aut *Camerario*, vel *Dapifero* ſuo, ſeu alicui de familia ſua corrigendum absque ulla poteſtate, in perpetuum manſura, committerent. Hac autem poteſtate præfatus *Rabano* in tantum uſus fuit, ut eam vulgari nomine appellârit **Burckbahn**/ &, ſecundùm morem alicujus magnæ poteſtatis, ſœpe infra muros placitaret. Et hujusmodi placita **Burckding** appellabat. Ad hæc placita famuli Fratrum Monachorum de *coquina*, & de *piſtrino*, ſeu de quolibet eorum ſervitio cogebantur venire. Qui etiamſi propter impedimenta ſervitii Fratrum occurrere non poterant, violenter & contumelioſè à famulis ipſius pertrahebantur, & panem & eſcam fratrum imperfectam relinquere cogebantur. Hujusmodi ergo temeritatem de hac *Præfectura* circa Corbeienſe Monaſterium, ex judicio Principum Regni, prorſus interdicimus, & hanc poteſtatem in manu Abbatis eſſe, ſicut antiquitus fuit, decernimus. Nam in veteribus Regum & Imperatorum præceptis continetur, ut nullus Dux, nullus Comes, nulla alia ſecularis poteſtas, aliquam poteſtatem infra muros ejusdem Eccleſiæ exercendi judicium habeat, ſed per Abbatem & perſonas, temporaliter à ſe ordinandas, quicquid à

famulis

famulis Monaſterii contra juris & æqui rationem admiſſum fuerit, judicari oporteat. Et ſi quid Principibus contra privilegium Imperiale non licet, multò minùs Miniſterialibus licere conſtat. Hanc igitur *Præfecturam*, & ſuprà dictam infrà muros laicorum habitationem, atque *Dapiferi* & *Pincernæ* de committendis clavibus poteſtatem, ab aliquo uſurpari, & hereditario jure vendicari in ſuprà dicto Monaſterio nullatenus permittimus. Sed has tres prædictas uſurpationes, ſecundùm judicia Miniſterialium noſtrorum atque ſententiam Principum Regni, omnibus laicis, decreto in perpetuum valituro, interdicimus, & horum omnium poteſtatem Abbati tribuimus.

Judicium de *clavibus* invenit *Counradus*, Miniſterialis noſter de *Haga*: De *habitatione intra muros* & de *Præfectura* judicium dedit Miniſterialis noſter *Counradus de Walthuſen*, Camerarius noſter à theſauris.

Principes autem cum Miniſterialibus ſuis hi interfuerunt.

*Ortlevus*, Baſileenſis Epiſcopus, & ſui Miniſteriales.
*Heremannus*, Conſtantienſis Epiſcopus, & ſui Miniſteriales.
*Günterus*, Spirenſis Epiſcopus, & ſui Miniſteriales.
*Eilulfus*, Murbacenſis Abbas, & ſui Miniſteriales.
*Walterus*, Seltzenſis Abbas, & ſui Miniſteriales.
*Frithericus*, Campidonenſis Abbas, & ſui Miniſteriales.
N. *Wilzenburgenſis* Abbas, & ſui Miniſteriales.
Clerus & populus *Wurmacienſis* Eccleſiæ, quæ tunc vacabat.
Clerus & populus *Fuldenſis* Monaſterii, quod tunc vacabat.
Clerus & populus *Laurishamenſis* Monaſterii, quod tunc vacabat.
*Fritbericus*, Dux Sveviæ & Alſatiæ, & ſui Miniſteriales.
*Otto*, Palatinus de Withelispach, & ſui Miniſteriales.
*Hermannus*, Marchio de Bathen.
*Wernherus* Comes de Haveckhesprech.
*Othelricus*, Comes de Lentzemborg,
*Wilhelmus*, Comes de Glitzperch,
Comes *Wilhelmus* de Juliaco,
Comes *Imikho* de Liningen,
Comes *Vulframmus* de Wertheim,
*Marquardus* de Grunpach,
*Arnoldus* Dapifer de Rottenburg,
*Heinricus* Mareſcalcus,
*Reingerus* Pincerna,
*Thiepertus* de Winsperch Camerarius.

Signum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Signum Domini Counradi, Rom. Regis II. Invictiſſimi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Maguntini Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi.

Dat. anno Dominicæ Incarnationis MCL. indict. XIII. anno verò Domini Counradi Regis ſecundi Invictiſſimi XII. Anno Domini Wicboldi, Corbeienſis Abbatis, III. Actum Spiræ in Chriſto feliciter Amen.

*confirmatio privilegii.*

§. XXXVI. Infra muros & ambitum cœmiterii Eccleſiæ hereditariam manſionem affectabat *Rabano*. Sed *Adrianus* IV. anno MCLIV. ita: *Præterea conſtituimus, ut infrà ambitum muri memorati Corbeienſis Monaſterii nemo Clericorum, vel laicorum jure proprietatis, vel beneficii, manſionem aliquam ullo tempore habeat, ſed totus ipſius loci ambitus Abbatis, Monachorum, & aliarum religioſarum perſonarum uſibus & habitationibus pateat.* Quod *Victor* & *Lucius* III. annô MCLXXXIV. pleniùs confirmant. Symbolum ſuum addit *Fridericus Barbaroſſa* annô MCLII. inquiens: *Sanè quod Piiſſimum Prædeceſſorem noſtrum Regem* Conradum, *ex judicio Principum ac Miniſterialium Regni, in plena curia ſtatuiſſe cognoſcimus,* (al. agnoſcimus) *Nos quoq; ejus veſtigia ſequentes, decreto in æternum valituro firmamus atq; ſtatuimus, ut nullus laicorum habitationem infra muros prædicti Corbeienſis Monaſterii ſibi aliquando uſurpare audeat hereditario jure, ſed cymiterium, quemadmodum congruum eſt, religioſorum habitationibus liberum & expeditum omni tempore pateat.* Et mox: *Et ſtatuimus, ut nullus Judex publicus licentiam in homines ad Monaſterium Corbeienſe, vel ad prænominatas cellas ipſius pertinentes, ullam judiciariam habeat exercere poteſtatem. Sed omnis eorum res coram* Advocato *ipſorum diffiniatur, & ut juſtitiam, quæ appellatur* Burgbahn/ *nemo ſibi uſurpare ibidem præſumat, niſi cui poteſtas ab ejuſdem cœnobii Abbate conceſſa fuerit* &c. *Hoc quoq; ſimili firmitate præcepto noſtro roboramus, ut* Dapiferi *atq;* Pincernæ *Corbeienſis Abbatis nullam omninò poteſtatem de* committendis clavibus *rerum Domini ſui habeant, ſed in dandis* clavibus *& ordinandis rebus domûs ſuæ liberam poteſtatem, quemadmodum à Prædeceſſore noſtro per judicii ſententiam determinatum eſſe novimus, Abbas in perpetuum obtineat* &c. Eôdem jure & immunitate fruuntur Sorores *Herfordienſes*.

*teſtes,* §. XXXVII. Subſcriptio meminit *Conradi* II., at tertius erat, licèt in pluribus literis vocetur ſecundus. Teſtes inter eminet *Ortlevus*, Baſileenſis Epiſcopus, Comes à *Froburg*. Sequuntur *Hermannus* Conſtantienſis, nobilis de *Arbona*, *Günterus* Spirenſis, Comes *Leiningenſis*; Per *Walterum Seltzenſem* intelligo Prælatum ſplendidi Monaſterii *Seltzenſis*, quod olim in Alſatia *Saverem* inter & *Sultzbachium* amnes floruit, conditum ab *Adelheide* Ottonis M. conjuge. (m) *Wiltzenburgenſe* aſceterium Ordinis Benedictini ſitum erat in Diœceſi Eyſtedtenſi. *Fridericus* Campidonenſis hujus nominis tertius erat gente *Klingenſteinius*, patriâ *Auguſtanus*.

*epilogus,* §. XXXVIII. Tu verò, Sancte Παράκλητε, (n) qui ſub *flatûs* ſymbolo nobis miſſus es, (o) cujusque officium eſt, *afflatû ſuo langventes recreare, terrores diſcutere, vires ſufficere, pavidos erigere, & confirmare, ut, quò ardentius pro veritate fatigamur, eò valentiùs reficiamur*, (p) Sanctiſſimi hujus muneris memor,

Da virtutis meritum,
Da ſalutis exitum,
Da perenne gaudium!

(m) Bucelin. Germ. ſacr. Part. II. pag. 81. B. (n) Joh. XIV. 16. & 26. (o) Act. II. 2. (p) vid. Wilckii ἑορτολογραφίας Part. prior. p. 318.

CHRI-

# CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI

*De*

# PAGIS,

inprimis

## ANTIQUÆ SAXONIÆ,

*LIBELLUS,*

*è vetuſtis tabulis collectus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CORDATE LECTOR!

COllegerat Vir Celeberrimus *Marquardus Freherus*, Conſiliarius Archi-Palatinus, ſuperioris Germaniæ LXXX. pagos, è vetuſtis tabulis erutos. Cujus induſtriâ accenſus Senior *Heur. Meibom.*, Prof. olim in inclyta Acad. Julia, idem ſaxum volvit, CIII. pagos utriusq; Saxoniæ vicinarumq; regionum quarundam, ex mediæ ætatis rerum Germanicarum Scriptoribus & Cæſareis diplomatibus collectos, venuſtiſſimo commentariolo illuſtrans. Cùm & mihi, priſcas chartas excutienti, ſœpiùs aliqui occurrerent, de quibus laudatiſſimi Viri nihil omninò, ſeu tamen parciùs quid annotârunt, meo ſervabam uſui. Quos cùm luce dignos cenſuerint harum rerum ſtudioſi, mihi juſſa capeſſere fas erat. De *pagis* ipſis non eſt quòd latiùs præfemur, cùm alii, inprimis *Althamer Comm. German. p.* 459. *Freher. Orig. Palat. c.* 5. & alibi, *Meibom.* in veſtibulo libelli ſui, *Andr. Knichen* in Freckleben, Cancellarius olim Saxo-Iſnacenſis, in aureolo ſuo *de jure territorii* libro, *Winckelmann. in notit. hiſt. polit. veteris Saxo-Weſtfal. c.* 3. *num.* 13. *ſeqq.* D. *Sagittarius L. IV. Antiquit. Thuring. c.* 2. & *hiſt. Bardevici c.* 1. *§.* 14. *ſeqq.* aliiq; grata nobis otia fecerint. Accipe igitur, Mi Lector, puſillum hoc *ſpicilegium* poſt largam aliorum meſſem, ſtudiisq; meis, ſi mereantur, porrò fave. DEUS Te ſervet: ſic ſervabere æternùm. Ferrariæ Thuringorum d. XXIII. Aug. MDCXCVII.

*Marquar-*

* * *

MArquardus glaciem fregit bonus ille *Freherus*,
*Meibomius* doctâ mente ſecutus Eum.
Inclyta Tu amborum calcas veſtigia, ſcribens,
neuter quæ ſcivit, ſive notavit. Agè,
Donec erunt *pagi*, reſonabunt undique laudes,
& tua *dexteritas*, improbus atque *labor*.
Sed dulcis labor eſt, laceras ſic volvere chartas,
ſtillet ut ex illis *nectar* & *ambroſia*.

J. PANCRAT. BIENDORP, D.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# B. C. D.

## A.

Agrotingen. PAGUS AGREDINGUS, ſeu AGROTINGEN. In hoc cubat *Meppia*, Diœceſ. Monaſterienſis, quam Ludovicus Pius *Corbeiæ* dedit VII. Id. Decemb. anno Imperii ſui XXI. Indict. XII. Actum Blanciaco, eamque adhuc tenet ſub forma Præfecturæ. Vid. *not. m. ad Synod. Mogunt.* §. 34. Otto I. per interventum fratris ſui *Brunonis*, Monachi Corbeienſis, pòſt Archi-Epiſcopi Colonienſis, eidem monaſterio bannum ſuper duas villas, *Meppiam* nominatas, ſitas juxta fluvium *Emiſa* & *Haſe* in pago *Agrotingen*, in Comitatu *Turingi* Comitis, cum moneta & telonio jure perenni in proprium conceſſit. Dat. III. Kal. Jun. anno DCCCCXLVI. Indict. III. Actum Froſæ. Brun Cancellarius ad vicem Fritherici Archi-Capellani recognovit.

Albogavv. *PAGUS ALBOGAW.* In hoc pago erat Illuſtre monaſterium *Gottesavv*, à *Bertholdo* II. Comite Hennebergico conditum, quo de *Spangenberg L. I. chron. Henneberg. c.* 39. & *Gabr. Bucelin. Germ. ſacr. P. II. p.* 40. B. Conf. exercit. m. *de Advocat. monaſt.* §. 5.

Alſecinſe. *PAGUS ALSECINSE, ALSECINX.* Hujus mentio fit in traditionibus Fuldenſibus *L. II. num.* 26. Pertinebant ad eum villæ *Oſtheim* & *Chanahesheim.*

Ammeri. *PAGUS AMMERI.* Significârat *Ludolfus*, Abbas Corbeienſis, per legatum ſuum *Atlbertum* Ottoni II, qualiter Anteceſſores ſui per negligentiam perdidiſſent quoddam præceptum, quô Ludovicus Rex ad idem monaſterium tradiderat locum quendam *Ponteburg*, & omnem decimationem in pago *Ammeri*, in Epiſcopatu *Adaldagi*, Bremenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopi, ſitam, rogans, ut idem Otto denuò confirmaret, uti ob petitionem dilectæ contectalis ſuæ *Theophanu*, ceu conſortis Imperii ſui, & interventum *Willigiſi* Moguntini, & Giſilharii Magdeburgenſis Archi-Epiſcoporum fecit. Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi recognovit. Dat. XV. Kal. Jul. anno DCCCLXXXIII. Indict. XI. año verò Regni ſecundi Ottonis XXV. Imperii autem XV. Actum Veronæ. Hoc denuò confirmavit Otto III. VI. Kal. Jul. anno DCCCCLXXXVII. Indict. XV. anno autem Ottonis III. quarto. Actum Corbeiæ. Vid. etiam *Meibom.* & *Winckelmann. L. II. notit. Weſtfal. c.* 7.

PAGUS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*PAGUS AMMERIGAWI*, Vid. *Gandersheimigavvi*. *Ammerigavvi,*

*PAGUS ANGERA.* Cùm in hoc ab *Henrico* IV. Corbeia collocata ſit, in Ducatu Ottonis Ducis, quam ipſe *Adalberto* Hamburgenſi donaverat anno MLXV., ùt ex diplomate latiùs vides disquiſitioni meæ de *Walone* innexo, monere volui. In literis verò *Lotharii* Imp., qui Corbeiæ anno DCCCXLIV. donavit totam Inſulam Rugiam, ponitur ea in pago *Augenſi*, uti ante eum fecerat Ludov. Pius anno Imperii ſui XXV., cùm donationem *Addilæ* confirmaret, quæ pro ſe & remedio animæ ſuæ, *Bunichonis*, filiorumque ſuorum defunctorum, *Volcmari*, *Bunichonis*, filiarumque *Hemmæ* & *Berthildis*, Corbeiæ tradiderat dominicale in *Oſthoven*, & quicquid ibidem vel in oppidis *Oppen-* & *Wachenheim* poſſidere videbatur, cum manſo regali *Tiheyle*. Hrotmundus Notarius ad vicem Hilduwini recognovit. Actum Ingilenheim XVIII. Kal. Decembr. Nomen fortè traxit ab Aw/ ſeu Aug/ i. e. loco paſcuis abundante. *Angera,*

*PAGUS ANVIDI.* Meminit hujus donatio duorum manſorum anno DCCCCXXII. At cùm nullibi aliàs hunc pagum repererim, vitium ſubeſſe reor. De villa *Amphidi* verò dixi ad pagum *Guttingon*. De pago autem hujus nominis nihil mihi conſtat. *Anvidi,*

*PAGUS ARCHGOUVE.* In hoc jacebat villa *Sinzinche*, & quidem in comitatu *Pertoldi*, quam Henricus IV. XIV. Kal. Nov. anno MLXV. indict. III. anno ordinationis ſuæ XI. Regni verò IX. Goslariæ donabat *Adelberto*, Hammaburgenſi Archi-Epiſcopo. Vid. diploma apud *Mader. in Sylloge Adam. Bremenſ.* annex. num. XVII. *Archgouvve,*

*PAGUS ARINGE*, ſeu *ÆRINGON*, Vid. *Valedungon*. *Aringe,*

*PAGUS ASEFELD, ASEFELDOM, L. I. Tradit. Fuld. num.* 105. Villa ejus fuerunt *Aſefelde*, *Bonlant*, *Karagoltesbach*, *Obaſesfeld*, fortè Ober-Aſſeld. *Aſefeld,*

*PAGUS ASTVALA.* Otto III. Imp. conceſſerat jus ſpeciale *Bernvvardo*, Epiſcopo Hildenesheimenſi, caſtellum ſcilicet ædificandi, quod *mundburg* vocatur, in ripa *Aleræ* fluminis, ad munimentum & tuitionem contra perfidorum incurſionem & vaſtationem Slavorum. Id ipſum verò caſtellum, quia magis rogatione, quàm juſsû Imperatoris, ad defenſionem totius regionis in illis partibus conſtruxerat, & quia Dominus Imperator eundem Epiſcopum pro ſuo intimo ac jugi famulatu omni pietatis benevolentiâ ac gratiâ excolebat, mercedis cauſâ Comitatum, circumjacentem illud caſtellum, in pago *Aſtvala*, quod olim *Tidericus*, Palatinus Comes, poſtea quoque ejus filius *Sirus* habuerat, ſibi in beneficiarium jus conceſſit, confirmante id Henrico II. anno MXIII. Indict. XI. anno verò Henrici II. XI. Actum Werla. *Aſtvala,*

*PAGUS AUGA.* Conradus II. *Meinvverco*, Epiſcopo Padebornenſi, *Auga,*

bornenſi, octo prædia in hoc pago cum omnibus pertinentiis, de ſuo jure & dominio, donavit, ſcilicet *Heinhuſen*, *Winiden*, *Windelmuderod*, *Aldendorp*, *Rudberteſſen*, *Sundereſſen*, *Niſa*, *Hamereſſen*, quæ omnia ſita erant in Comitatu Conradi. Literæ datæ ſunt Goslariæ XI. Kal. Mart. indict. XIV. anno MXXXI. Odalricus Cancellarius vice Aribonis Archi-capellani recognovit. Et Ludovicus Pius teſtatur, ſe conſtruxiſſe ſuper fluvium Wiſera in honorem B. Proto-Martyris Stephani & Viti monaſterium in pago *Augenſi*. Vid. pagum *Angera*, ubi de *Addila* diximus.

*Auganagavvi*, *PAGUS AUGANAGAWI.* Vid. *Gandersheimigavvi*.

## B.

*Borottra*, *PAGUS BOROCTRA.* Tradidit Ludovicus Rex anno DCCCLXV. in villa Franconovurt ad monaſterium *Herivurt*, ubi tunc *Hadevvic* Abbatiſſa & Rectrix erat, quasdam res proprietatis ſuæ in pagis *Dreini* & *Boroctra*, & in Comitatibus *Burcardi* & *Warini* conjacentes, i.e. caſas dominicatas duas cum territorio dominicali, unam ſcilicet in *Selibeim*, & alteram in *Stockheim*, nec non manſos XXX. pertinentes ad loca prænominata. *Dreini* propè Lippiam Weſtfalorum eſt, hodie Drevenich. Vid. de hoc pago *Meibom.* Tabulas verò Ludovicianas dabit *Schatenius Vol. I. annal. Pad. born. ad ann.* DCCCLXV.

*Breſenizi*, *PAGUS BRESENIZI.* In literis de anno MLXXII. mentio fit *pagelli Breſenizi* & villæ *Lozivvizi*, in qua varii reditus dati ſunt S. Petro in Erpesphurt. Fuiſſe *Breſnize* burgwardium ad Albim, ad quod pertinebant duo pagi *Lucivvice* & *Wirnotine*, conſtat ex *Albini chron. Miſnenſi pag.* 432. *Burgvvardium* verò idem eſt quod nunc *Præfectura*, ein Amt/ oder Vogtey.

*Burſibant*, *PAGUS BURSIBANT.* Cùm Otto III. anno DCCCCXCV. in Saxonia moraretur, conſilio *Hildibaldi*, Wormatienſis Eccleſiæ honorandi Præſulis, & *Bernardi* Ducis, aliorumque fidelium ſuorum, *Imma*, Herivurtenſi Abbatiſſæ, tres Eccleſias in pagis *Burſibant* & *Scopingon*, inque villis *Reini*, *Wadiringas* & *Stocheim* conſtructas, cum omnibus rebus & decimationibus ſuis, à Ludovico Imp. ad præfatum monaſterium traditis, confirmavit. Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archi-Epiſcopi recognovit. Dat. VI. Id. Jul. anno DCCCCXCV. Indict. VIII. anno autem tertii Ottonis regnantis XII. Actum Bodfeldon. Confirmavit hoc Henricus II. 11. Id. Aug. anno MII. indict. XV. anno Henrici I. Egilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archi-capellani recognovit. Actum Arundi. Vide me fuſius *ad Synod. Mogunt.* §. 7.

D. *PA-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## D.

*PAGUS DARLINGOWE.* De hoc quidem Meibomius ſatis dixit, placet tamen addere, quæ *Sagittarius in hiſt. Halberſtad.* §. 30. de eodem habet. *Darlingovv* procul dubio nomen accepit à *Darlingis*, ſive *Derlingis* populis, quorum meminit Rudolfi, Epiſcopi Halberſtad., diploma anno cIↃCXLV. datum. Sed quinam illi ſint *Derlingi*, quis docuerit, an qui in *Dromlingos* abiêre? Celebres nempe ſunt vel hodie agreſtes *Drömlingenſes*, ſylvam & paluſtria *Drömlingana* incolentes. Si *Hebesheimii* ſitus paulò accuratius eſſet perſpectus, certiora hîc poſſent afferri. Namque curtim *Hebesheim* in Ottonis III. diplomate pago huic aſſignatam Meibomiana eruit induſtria. Sed fortè Magdeburgo propior hic pagus, quàm ut ad *Drömlingenſes* abeundum. Nam diplomate quodam ab Ottone Imp. *Macomoni* Comiti donantur nonnulla in pagis *Derlingen & Nordturingen*, ac poſtea his pagis aſſignantur ſequentia loca: *Veltheim*, *Heſſenheim*, *Arnlaldesheim*, *Bernsherdeſtorp*, *Cugelinge*, *Echeim*, *Drongelevo*, *Haldesleve*, *Valdorp*, in quibus *Drongelevo* procul dubio eſt Dreyleben/ quod vel à pago *Darlingovv* accipere, vel ipſi pago nomen dare potuerit. Otto I. inſtinctu & monitu *Friderici* Moguntini, *Adaldagi* Archi-Epiſcopi, nec non *Bernardi* Halberſtad., curtem *Hebesheim* in pago *Derlingun*, in Comitatu Brunonis ſitam, in præſentia hujus Comitis filiique ejus *Ludolphi*, *Gereonis* Marchionis, *Chriſtiani* Comitis, nec non *Lotharii* & *Friderici* Comitum, cum omni integritate donat Eccleſiæ Magdeburgicæ anno DCCCCLXXI. Idem eod. anno, ob amorem DEI, regnique æterni manſionem, inſuper etiam pro ſtabilitate Regni, vel imperii ſui, nec non pro ſalute remedioque animæ ſuæ, dilectæque conjugis *Adalheidis*, atque amantiſſimæ prolis, & æquivoci ſui *Ottonis*, quandam ſuæ proprietatis villam, *Muſiſchi* nominatam, in pago *Derlingen*, & in comitatu *Ditmari* Comitis ſitam, cum omnibus utilitatibus hanc ritè adſpicientibus, à ſuo jure in jus Sanctiſſimi Martyris *Mauricii*, ſui videlicet Patroni in Magdeburg, perpetualiter ibi manendum, absque ulla heredum vel ſucceſſorum ſuorum contradictione, transfudit atque donavit anno DCCCCLXXI. Darlingovve.

*PAGUS DURGAUGENSIS.* Ludovicus Rex curtim ſuam *Turegum*, in Ducatu *Durgaugenſi*, cum omnibus adjacentiis, i. e. pagellum *Uraniæ*, cum Eccleſiis, domibus &c. tradidit ad monaſterium, quod ſitum erat in eodem vico *Turego*, ubi S. *Felix* & S. *Regula* Martyres Chriſti requieſcunt. Dat. XII. Kal. Aug. anno Chriſto propitio XX. Regni Domini Ludovici Sereniſſimi Regis in Orientali Francia indict. I. Actum in Regenespurg. Vid. *Vorburg. Hiſtor. Volum. XII. p.* 164. *a.* Durgaug.

## E.

Egevvi, *PAGUS EGEWI* reperitur L.I. *Tradit. Fuldenſ. num.* 122. ad quem pertinebat villa *Scegifeldum eod. lib. num.* 21.

Eilverigavvi, *PAGUS EILVERIGAWI.* Vid. *Gandersheimigavvi.*

*PAGUS ERIGAUWI,* Vid. *Gandersheimigavvi.*

Erigauvvi, Eſſeck, *PAGUS ESSECK.* Meminit ejus traditio IV. manſorum anno DCCCCXV. Alibi vocatur Marka *Eſſeki.* Sunt autem *marca, Provincia, regio & pagus* in antiquis tabulis ſynonyma. Alia inter privilegia Corbeienſia hoc quoque erat, inter ipſa initia conſtructionis à Ludovico Pio datum, ut neque Abbates, neque homines eorum, cujuscunque conditionis in expeditionem unquam ire deberent, ſed liceret eis cum quiete ac ſecuritate præfatæ Eccleſiæ utilitatibus providere, nec non Regni interdum legationibus exequendis, ubi opus eſſet, operam dare. Cùm verò *Carolus Craſſus* graviſſima bella gereret, Corbeia ad tempus ſaltem de hoc jure ſuo antiquo nonnihil remiſit, ſic tamen, ut, redeunte pace, firmum & inconcuſſum futuris temporibus id permaneret. Inſuper dedit in remedium animæ ſuæ, Patris Fratrisque, & in eleemoſynam Progenitorum ſuorum, alia inter beneficia eidem cœnobio in *Weſig* quinque manſos, & duas familias, quas habuit *Lindivvard* in beneficium, & in marka *Eſſeki,* in villa *Erikeshuſen,* quicquid ad jus regium pertinet in ſylvis, terris & mancipiis. Literæ datæ ſunt Non. Maj. anno DCCCLXXXVII. indict. IV. anno Regni Carolini XI. Imperii autem VII. Actum Wibilinga, Lutfredo Notario, ad vicem Lutwardi Archi-Capellani, eas recognoſcente.

## F.

Flentigavvi, *PAGUS FLENTIGAWI.* Vid. *Gandersheimigavvi.*

Flina, *PAGUS FLINA.* Memorat eum fundatio cœnobii *Wiſenſtaigenſis*, eratque in eo villa *Hohenſtat.* Vid. *Vorburg. Hiſt. Vol. XII. p.* 166. *a.*

Folcfeld, *PAGUS FOLCFELD* habetur *L. I. Tradit. Fuldenſ. num.* 149. ubi ſimul mentio fit villarum ad eum pertinentium, *Brunnonſtetin, Wigribeshuſen, Speozesheim & Grezzesſtat*, nec non *Iſanesheim. L. II. Tradit. num.* 105. *p.* 531.

Fretenigavvi, *PAGUS FRETENIGAWI.* Vid. *Gandersheimigavvi.*

## G.

Gandersheimigavvi, *PAGUS GANDERSHEIMIGAWI.* Henricus II. per inſtinctum *Cunegundæ* ſuæ, *Piligrini*, Archi-Epiſcopi Colonienſis, & familiaris ſui *Meinvverci*, Padebornenſis Epiſcopi, pro amore & petitione nominetenus ſororis reſpectivè ac conſanguineæ ſuæ, Domnæ *Sophiæ*, Gandersheimenſis Monaſterii Matris & Domnæ, nec non pro recordatione & requie

quie Patris ſui *Heinrici*, Bavariæ Ducis, animæ, cujus oſſa requieſcunt in eodem monaſterio, talem Comitatum, qualem *Otto* Comes ex Imperiali munere infra hos pagos *Gandersheimigavvi*, *Grenigabi*, *Fretenigabi*, *Flentigabi*, *Auganagabi*, *Vierzigauvvi*, *Erigauvvi*, & quicquid inſuper his duobus pagis *Eilverigavvi* & *Ammerigavvi* viſus eſt habere, ad altare SS. Confeſſorum & Pontificum *Anaſtaſii* & *Innocentii* donavit in perpetuum anno MXXI. indict. IV. anno Henrici Imp. regnantis XX. Imperantis VIII. Actum X. Kal. Aug. Noviomago. *Gunterus* Cancellarius vice *Erckenboldi* Archi-Capellani recognovit.

*PAGUS GOZFELD.* Ad hunc ſpectabant villæ *Bleifeld*, (Bleich-feld) *Botolfeſtad*, *Gruonba*, *Heidia*, *Iſanesheim*, *Svvanafeld*. Vid. *Tradit. Fuld. L. I. num.* 13. & alibi. *Gozfeld.*

*PAGUS GRABFELD.* *Carolomanni* & *Pipini* Fundatorum literis, ipſiusque Magni Caroli diplomate munifico, quo congregationi Fuldenſi naſcenti copiam tribuit, ex ſuo corpore eligendi Abbatem, dicitur Monaſterium conſtructum in pago *Grabfeldico*. At pagus is Francici juris index, amnicus extitit, & more gentis, agrorum pabulique certo limite intra *Buchoniam* cohibitus. Sed & uſurpatio nominis in Franciæ Orientalis regionem quandam abiit, cujus Avorum adhuc ætate tam clara fuit memoria, ut in indice Eccleſiarum, quas Præpoſitus Eccleſiæ S. Kiliani Wirceburgenſis moderari aut diſtribuere conſvevit, ad diſcrimen alterius, Eisfeldica parochia nominetur in *Grapfeldia* tractu ſita. *Brovver. L. I. Antiquit. Fuld. c.* 2. *p.* 7. & *L. I. Tradit. Fuld. num.* 13. *p.* 500. Dicitur etiam Provincia *Grabfeld*, *Grapfeldono L. II. Tradit. num.* 219. *p.* 565. & *Grapfeldorum L. II. Tradit. num.* 211. *p.* 526. item *regio Grapfelde Lib. eod. num.* 216. *p.* 528. & *Grapfeldorum.* Ampliſſimus pagus erat, maximam partem Illuſtris Comitatûs Hennebergici complectens, quàmplurimos ſub ſe habuit vicos, ſeu villas, quas ordine recenſet D. *Caſp. Sagittarius L. IV. Antiquit. Thuring. c.* 2. *Grabfeld.*

*PAGUS GRAINGA.* Dedit Ludovicus Rex VII. Kal. Maj. anno XXVII. Regni ſui in Orientali Francia Indict. XIV. Monaſterio in *Herivurt*, cui tunc *Haduvvic* Abbatiſſa præerat, res proprietatis ſuæ, quas *Folcheri* fidelis ſuus hactenus in beneficium tenuerat in Ducatu Weſtfalorum, conjacentes in pagis *Grainga* & *Trecvviti*, nec non in Comitatibus *Burchardi*, *Waltberti*, *Albrici* & *Letti*. Erant eæ manſi XIV. cum familiis XX. qui lingvâ eorum *luti* dicuntur. Hadebertus Sub-Diaconus ad vicem Witgarii Cancellarii recognovit. Actum in Franconovurt Palatio Regio in DEI nomine feliciter Amen. Idem Ludovicus VI. Id. Decembr. anno Regni ſui XXIV. indict. XV. ad idem Monaſterium, ſive ad reliquias S. Mariæ ſemper Virginis in eodem Monaſterio conſecratas, dedit in pago *Grainga*, in villa, quæ vocatur *Kelveri*, manſum indominicatum cum *Grainga.*

domibus, ædificiis & omnibus adjacentiis, quod *Hrodradus* Comes habuit, dimidiam partem cum familiis ſupermanentibus utriusque ſexûs numero XXIX. Comeatus Notarius ad vicem Radfrici recognovit. Actum in eodem Monaſterio *Herivurt*.

Grenigavvi, *PAGUS GRENIGAWI.* Vid. *Gandersheimigavvi.*

Guttingon, *PAGUS GUTTINGON, GUOTTINGA.* Vid. *Valedungon.* Ludovicus Rex, ob emolumentum animæ ſuæ, anno VII. Regni ſui in Orientali Francia, indict. VIII. Padobornæ Monaſterio Corbeienſi contulit quasdam res proprietatis ſuæ in pago *Guottinga*, in villa, quæ dicitur *Amphidi.* Erant autem illæ manſus dominicatus cum caſis & reliquis ædificiis, cum aliis manſis XX., ſicut eas *Buntzleibi* Comes in beneficio hactenus habuit. Dat. VIII. Kal. Januar. in Rosbac. Notes velim, mi Lector, annum Regni Franciæ Orientalis, qui in tabulis hiſce conſignatur, ab anno DCCCXXXIX. deduci, quô à Saxonibus & Thuringis adjutus Alemanniam & Franciam Orientalem ſibi vendicabat Glorioſiſſimus Rex.

## H.

Harduenn. *PAGUS HARDUENNÆ.* Henricus IV. IV. Id. Febr. anno MXCVIII. indict. VI. donabat Eccleſiæ Aquisgranenſi prœdium *Harve*, ſitum in pago *Harduennæ* in Comitatu *Gietbalti.*

